

EXPLICATIONIS
ARTICVLORVM VENE-

RANDÆ FACVLTATIS SACRÆ THEOLO-

GIAE GENERALIS STVDII LOVANIENSIS;

circa dogmata Ecclesiastica ab annis triginta

quatuor controuerſa, vna cum re-

sponſione ad argumenta

aduerſariorum,


TOMVS SECVNDVS.

Authore eruditissimo viro sacre pagine professoꝛe D. Ruardo Tapper ab

Enchusſa, Ecclesie collegiate S. Petri Louaniensis Decano,

nec non eiusdem florentissimæ Academicæ

Cancellario.



LOVANIÏ,

Apud Martinum Verhasselt in Pingui Gallina.

ANNO M. D. LXV.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

EXPLICATIONIS ARTICVLORVM VENE-

RANDÆ FACVLTATIS SACRÆ THEOLO-

GIAE GENERALIS STVDII LOVANIENSIS,

circa dogmata Ecclesiastica ab annis triginta

quatuor controuersa, vna cum re-

sponfione ad argumenta

aduersariorum,


TOMVS SECVNDVS.

Authore eruditissimo viro sacre pagine professore D. Ruardo Tapper ab

Enchusis, Ecclesie collegiate S. Petri Louaniensis Decano,

nec non eiusdem florentissimæ Academicæ

Cancellario.



L O V A N I I,

Apud Martinum Verhaffelt in Pingui Gallina.

A N N O M. D. LXV.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO

ARTICVLI HOC SECVNDO TOMO
contenti & explicati.

8. *Ad iustificacionem ante omnia necessaria est in adultis fides, qua certò credimus Christum Iesum Dei filium, nobis propitiorem à patre propositum esse pro peccatis nostris in sanguine ipsius, sine qua nullis nostris operibus, nullaq; pœnitentiâ iustificatio obtineri potest, sicut nec fide sola, sine pœnitentiâ & proposito viuendi secundum mandata Dei.*
9. *Fides qua quis firmiter credit, & certo statuit propter Christum sibi remissa esse peccata, seq; possessurum vitam æternam, nullum habet in scripturis testimonium, imò eisdem aduersatur: etiam si firma & certa esse expectare debemus, in hac quidem vita, per Sacramentum Baptismi & Pœnitentiæ peccatorum remissionem, in seculo autem futuro, vitam æternam.*
10. *Itaque, quamdiu inter hostes nostros & aduersarias potestates hic viuimus, nulla nobis est securitas: sed cum timore & tremore (iuxta sententiam Apostoli) nostram salutem operari debemus. Et secundum varias animorum nostrorum affectiones, nunc magis sperare, nunc magis timere, simpliciter tamen magis & frequentius de misericordiâ Domini sperandum est, quam formidandum de seueritate.*
11. *Opera bona omnibus adultis sunt ad salutem necessaria: & cû ex Fidei & Charitatis spiritu proficiuntur, ita grata sunt Deo, ut eis tanquam inflam mercedem vitam tribuant æternam.*
12. *Confirmatio & extrema Vnctio, Sacramenta sunt à Christo instituta, sed non vt duo præcedentia ad salutem necessaria: ex contemptu tamen illa omittere, mortale peccatum est.*
13. *In Eucharistiâ Sacramento est re ipsa verum corpus Domini nostri Iesu Christi, illud ipsum quod de virgine natum, & in cruce passum est.*
14. *In Eucharistiâ non manent panis & vinum, sed hæc in corpus & sanguinẽ Christi admirabili potentia verbi ipsius sunt conuersa, manentibus tantum panis viniq; speciebus: vnde certâ fide tenendũ est sacram Eucharistiã sanctẽ à nobis adorari, sine in Dissã, sine extra Dissã, vbicunq; reposita fuerit: aut quoties in supplicationibus publicis à sacerdote circumferitur.*
15. *Non est laicis necessaria ad salutem communio sub vtraque specie, in hisq; de causis ab Ecclesiã sanctum est, vt illis sub vna tantum panis specie sacramentum communicetur: in quo carnem & sanguinẽ, atque ita totum Christum sub vna specie sumunt.*
16. *Sacrificium Dissã ex institutione Christi, iam vniuis prodest, quàm defunctis.*
17. *Solis sacerdotibus secundum Ecclesiã ritum ordinatis, data est à Christo potestas consecrandi verum corpus Christi & sanguinem.*
18. *Matrimonium contractum & consummatum inter Christianos, est insolubile, qualiscunq; fiat alter coniugum, sine adulter, sine sterilitate, sine hæretico.*
19. *Nunquam licet Christiano post diuortium contrahere matrimonium, viuente eo cum quo prius legitime contraxerat.*
20. *Matrimonia contracta contra Canon es ipsa dirimentes, simpliciter sunt irrita & nulla.*

PHILIPPVS DEI
GRATIA ANGLIAE ET
Neapolis Rex, Fidei defensor:
Princeps Hispaniarum, Dux
Mediolanẽ. &c.

Venerabili, deuoto nobis dilecto Doctõri Ruardo,
Decano & Cancellario Louaniensi.



ENERABILIS deuote dilecte. Opus, quod nuper in lucem dederas contra eos errores, qui his temporibus oborti seu verius renouati sunt, legimus libenter: fuitque nobis supra modum gratum in eo, perspicere, & tuam pietatem cum singulari doctrina coniunctam, & intimam charitatem, & in veram religionem, studium atque constantiam. Quæ omnia non potuimus non magnificare, præsertim in hoc rerum statu, in quo tantum refriguit charitas, tantumque (quod non sine dolore referre possumus) errorum atque opinionum varietate laboratur, veritatisque viæ vndiquaque distortur & dissipantur. Quum tamen intelligamus hunc tuum laborem non omnino absolutum esse, multaque adhuc superesse, quæ si ad huius mali remedium à te scripta manerent, & clarissimam lucem posteris, & maximum præsentibus commodum sint allatura, te enixè hortamur, vt non solum in istis tuis tam piis cœptis, & constanti in religionem animo, perseueres, verum etiam quantum vires & ætas tua ferre poterunt (quas nulla alia in re, aut melius, aut utilius impendere potes) summam manum huic operi tam pio ac Christiano imponas. Quod erit quidem certè tua probitate & eruditione dignum, Christianæ Reip. non minus vtile, quàm necessarium, Deo optimo maximo imprimis gratum, nobisque qui eius honorem omnibus (quæcunq; illa sint) anteferimus, quàm gratissimum. Canthuaræ Cal. Septembris. M. D. LVI.

PHILIPPVS.

G. Perezius.

SERENISSIMO AC PIEN-

TISSIMO D. PHILIPPO HISPANIAE, ANGLIAE,

FRANCIAE, HIBERNIAE, NEAPOLIS, REGI.

Domino ac Principi nostro.



VANTVM per occupationes meas quotidianas easq; plurimas licuit, præstiti Senerisime Rex, quod me in literis tuis, S. Maieſtas tua vt facerem adhortatur. Ecce offero Maieſtati tuæ Secundum Tomum Explicationis Articulorum veneranda Facultatis noſtræ Theologiæ circa dogmata, quæ noſtro hoc ſeculo controuertuntur, vnâ cum reſponſione ad argumenta, quibus ab aduerſariis impetuntur. Complectitur autem hic Tomus articulos de impii iuſtificatione (in qua præcipuus ſacramentorum Baptiſmi & Pœnitentiæ fructus conſiſtit) & de reliquis quinque catholice Eccleſiæ ſacramentis, Confirmatione, Extrema vnctione, Euchariftia, Ordine, & Matrimonio, ex quibus aduerſarii noſtri, quatuor quaſi inanes cæremonias & ritus ab hominibus inſtitutos à numero reiſciunt ſacramentorum: de ſacra verò Euchariftia, quam inter ſacramenta retinent, implacabiliter contendunt & rixantur, quibuſdam prorfus negantibus, aliis autem conſtanter defendentibus in ea ſubſtantialiter & realiter corpus & ſanguinem Domini cõtineri, ſed in vſu tantum, non permanentem, ſimilitudine aliorum ſacramentorum, quæ in vſu & actione duntaxat conſiſtunt, deceptis: qui præterea docent ſacram Euchariftiam inſtitutam eſſe in peccatorum remiſſionem, ſicut Baptiſmum & Pœnitentiam, non in cibum & potum animæ, cum tamen Chriſtus clariffimis verbis teſtetur, carnem ſuam verè eſſe cibum, & ſuum ſanguinem verè eſſe potum. Quamuis igitur aduerſarii duo conſiteantur & doceant eſſe ſacramenta, Baptiſmum videlicet & Euchariftiam, eorum tamẽ ita corrumpunt ſignificationem & operationem, vt nullum agnoſcant ſecundum ſenſum Eccleſiæ catholice ſacramentum, ſed quaſi noui inſtitutores & reſtauratores, vetera abolentes, noua inſtituunt ſacramenta, Baptiſmum nouum, & ſacram Euchariftiam nouam: quæ omnibus noſtris maioribus ſpiritu ſancto illuſtratis, fuerunt ignota.

Oſtendit itaque hæc quam offerimus operis noſtri pars Confirmationem (quæ ſit per ſacri chriſmatis conſignationem) Infirmorum vnctionem, Ordinem ſiue Sacerdotiũ & Matrimonium, vera & propria ratione eſſe ſacramenta, per quæ ſalutem noſtram Chriſtus efficaciter operatur, & ſacram Euchariftiam eſſe ſacramentum, ſiue ſignũ corporis & ſanguinis Chriſti realiter & eſſentialiter præſentis & permanentis, & animam reficere per modum cibi & potus, ac proinde non eſſe in peccatorum remiſſionem. In his aliisq; dogmatibus Eccleſiaſticis hallucinantur & aberrant aduerſarii, ex pueriſa ſcripturarum intelligentia, quas detorquentes ſuis dogmatibus accomodant, cũ magis deberent doctrinã ſuam ex ipsis ſcripturis colligere, eiſq; accomodare ſecundum eũ ſenſum intellectis, quo veteres ſcriptores Eccleſiaſtici eas ſunt interpretati: Quemadmodũ docet B. Clemẽs papa & martyr, & in regimine Eccleſiæ B. Petri ſucceſſor, qui in hũc modũ ſcribit ad Eccleſiã Hieroſolymitanã: Relatũ eſt nobis quòd quidã in partibus veſtris cõmorantes aduerſantur ſanis doctrinis, & propt

& prout eis videtur non ſecundum traditionem patrum, ſed iuxta aliũ ſenſum docere videntur: Multas enim quidã, vt audiuiſus, ſecundum ingenium hominũ ex his quæ legunt, verifimilitudines capiunt. Et ideo diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei cum legitur, non ſecundũ propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum quẽ ſibi vnuiquifq; ſpõte præſumpſit, quod fieri nõ oportet. Non enim ſenſum extrinſecus ab alteris alienum & extraneum quærere debetis, aut quomodo ipſum ſcripturarum authoritate cõfirmetis, ſed ex ſcripturis ſenſum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruauit, & ipſe poſit ea quæ rectè ſuſcepit competentem afferere. Nam Apoſtoloſ Paulus ad diſcipulum ſuum Timotheum, Quæ audisti, inquit, per multos teſtes hæc commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt & alios docere. Quæ ſancti Clementis doctrina dum negligitur, menſa Domini, hoc eſt ſcriptura ſacra, ſit in laqueum, in captionem legentium, in ſcandalum & in retributionem, & obſcurantur eorum oculi ne videant claram ſcripturæ veritatem: Clauis namque aperiens literarum ſacrarum intelligentiam, eſt maiorum interpretatio, & Eccleſiæ catholice perpetuus conſenſus, vt docet Origenes circa præmonitionem Domini: Tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic Chriſtus: ecce illic, nolite credere. Exurgent enim pseudo-chriſti & pseudo-prophetae, & cetera. Quid eſt, inquit, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, hic eſt inquit, non extra ſcripturam foras aſpiciendum eſt. Dicit enim qui ſeducere voluerit & defendere contraria veritati, Ecce hic eſt Chriſtus, demonſtrans verbi gratia hunc vel alterum euangelii locum: alterius autem erroris author dicit, Ecce hic Chriſtus, offerens ad exemplum textum alterum, qui videtur defendere mendacii illius verbum quod propoſuit vindicare: Et ſic ex lege, & Prophetis, & ex Apoſtoliſ proferit vnuiquifque quæ videntur defendere mendacium illud vt veritatem. Quoties autem canonicas proferunt ſcripturas, in quibus verbum eſt veritatis, ſed nos illis credere non debemus, nec exire à patria & eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſſionem eccleſiæ Dei tradiderunt nobis. Et definit illum eſſe habendũ hæreticũ qui Chriſto ſe credere proſitetur, & aliud de veritate Chriſtiane fidei credit, quã habeat definitio traditionis Eccleſiaſticae. Et clariffima eſt B. Petri ſententia, quòd in epiſtoliſ Pauli ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & ceteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem: qui propterea ſubiungit ſalutarem monitionem: Vos, inquit, fratres præmoniti cuſtode, ne inſipientium errore traducti excidatis à propria firmitate. Hæc ſcribo, Sereniſſime Rex, vt intelligat Maieſtas tua qua ratione tractandæ ſunt ſacrae literæ, & qua forma ex eis inſtituendæ ſunt diſputationes cum fidei ac religionis Chriſtiane aduerſariis, eaquẽ forma & ratio præſcribatur in Colloquio obſeruanda quod Sereniſſimo Romanorum Regi Ferdinando, & Illuſtriſſi. Germaniæ Principibus placuit proximo menſe Auguſto, ſuper religionis & fidei controuerſiſ VVormaciæ celebrari inter Catholicos & doctrinæ veteris oppugnatores. Quæ diſputandi ratio ſi obtineri non poteſt, verendum eſt ne ſine villo fructu, imò potius cum religionis detrimento, cum fidei hoſtibus concertatio ineatur. Si enim vnuiquifque permittatur ſuo arbitratu intelligere ſcripturas, eiſque nunc hunc, nunc illũ tropũ accomodare, quod defenderetur ac ſuſtinebitur à parte vna, hoc negabitur ab altera, & pari gradu pariſque altercatione incertior fiet veritas. Propter

Propter quod antiquus doctor Tertullianus docet non esse cum fidei aduersariis ad scripturas prouocandum, nec cum eis ex scripturis constituendum certamen, in quibus aut nulla est, inquit, aut incerta victoria, aut parum certa: ut si fiat inter Collocutores disceptatio, an in sacra Eucharistia sit substantialiter & reuera corpus & sanguis Christi, adducet Catholicus verbum conæ Domini, Hoc est corpus meum. Respondebit aduersarius figuratum esse hunc Domini sermonem, & verbum, Est, non substantiuè intelligi, sed accipi pro Significat: Vel si substantiuè intelligatur, nomine corporis intelligi corporis figuram, ad quod adfert similes locutiones ex scripturis. Catholicus contra contendet ex scripturis aliis, non posse hæc verba secundum tropum intelligi. Quid hic agas ubi quod defendis ex aduerso negatur, & quod negaueris defenditur, nisi requiras quam verborum istorum intelligentiam, propriam ne an figuratam, secuta sit semper Ecclesia catholica, & quomodo hæc verba scriptores veteres semper concorditer sint interpretati, eundemque sensum sequamur. Hæc igitur colloquendi rationem & formam, si suggerente Tua maiestate, & præscribentibus Serenissimo Romanorum Rege & principibus, partes colloqueres sequi consenserint, fructum aliquem ex futuro colloquio sperare licebit. Lugendum tamen est Ecclesiam Catholicam in hunc venisse contemptum, tamque calamitatem, ut cum pertinacissimis suis aduersariis super fide & religione sua extra legitimum iudicium tractare & conferre oporteat. Faxit Dominus ut hi conatus cedant felicitis quam hætenus cesserunt.

Corda enim hominum nostrique sermones sunt in manu Domini, qui Serenissimam T. M. cunctis in rebus suo ministerio ac Reipub. salutis seruet incolumem. Louanii, Anno 1557. 18. Maii.

Tua sereniss. M. additissimus

Ruardus Tapper ab Enchusla,

INDEX SENTENTIARVM IN HOC SECVNDO TOMO CONTENTARVM.

Numerus indicat paginam: a priorem pagina partem:
b Verò posteriorem.

A
Abrahâ prius iustus, ex operibus iustificatus. 52
Accidentia in Eucharistia quomodo maneat sine subiecto. 220.b
Actus boni simul in eodem cum habitu malo. 19.a
Actio sacerdotis etiam priuatim & secreto celebrantis publica & totius Ecclesie. 294.a
Adam & sancti Angeli quomodo alia fide sint iustificati, quam nos iam iustificamur. 5.b
Ab Adæ peccato in nos transfuso sicut intrinsecè dicimur peccatores, ita per iustitiam Christi intrinsecè dicimur iusti. 12.a
Adoptio impedimentum matrimonij. 558.b
Adoratio Eucharistie quò referenda. 221.a
Adoratur Christus adoratione latræ & dulciæ. 222.b
Adorandus Christus in Eucharistia existens eodè cultu quo eum Angeli adorant in celis. 223.b
Adulter est qui dimissa etiam adultera vxore, aliam ducit. 328.b
Affinitas contrahitur etiam ex commisscentium fornicaria coniunctione. 314.a
Agni Paschalis vsus primarius erat vt offerretur, secundarius vt ederetur, sic & corpus Christi in Eucharistia hos habet vsus. 294.a
Albertus Pighius lapsus in materia de iustificatione. 23.a
Amor Dei propter seipsum, & dolor de peccatis ob Deo offensam, esse non possunt sine cognitione quòd Deus sit, & qualis sit in se. 52.a
Amor sui quis non repugnet charitati. 18.a
Amare possumus Deum etiã ante iustificationem. 75.b
Ambrosij non esse sententiam illam qua probat Erasmus virum posse adulterantem vxorem dimittere, non autem ediuerso, sed à falsariis Ambrosio inferram. 333.b
Ambrosius Catharinus lectione Erasmi seductus & corruptus. 329.a
Anacletus Papa quomodo excommunicauerit presbiteres sacro, & non communicantes. 224.a
Angeli sine fide nec iustificati nec beati. 5.b
Angelica sufficientia omnis à Deo, sicut humana. ibid.
Angeli per solam sublimationem in consortium naturæ diuinæ iusti sunt. 6.b
Angeli an iustificati sint ex fide Christi nascituri, nõ certo constat. 6.a
Angelis malis etiam si potuissent iustificari, non fuisset necessaria fides propitiationis in sanguine Christi. 5.a
Animam esurire & eam sitire idem est, & proinde idem simul est & cibus & potus eius. 241.a
Aqua pro vino vntes in sacramento altaris non conferant, nec vntes vino in baptismo baptizant. 266.b
Arbor bona in scripturis est homo bonæ voluntatis, & mala arbor malæ voluntatis homo. 120.b
Articulus de iustificatione agit de ea qua quis ex impio & iniusto iustus efficitur & pius. 1.b

B
Baptismus, Confirmatio, & Ordo caracterem imprimunt. 171.a
Baptismus quem habet effectum. 14.b
Baptismus sicut & alia fere sacramenta, consistit in actione & vsu. 181.b
Baptizato sicut cõceditur potestas sumedi corpus Christi, ita ordinato datur potestas ipsum cõficiendi. 298.b

Baptizari, est in fide credere. 276.a
Beati quorum remissa sunt iniquitates, quomodo intelligendum. 32.b
Benedictio hæc, Crescite & multiplicamini, &c. contulit vim generatiuam, nõ solum hominibus, sed & aliis animalibus. 310.a
Berengarius eandem hæresim postquã ter quaterve publice reuocauit, quare non sit traditus brachio seculari. 182.
Berengarius primus hæreticus circa sacramentum Eucharistie. 295.a
non Bibam ammòdò de hoc genimine vitis, quomodo intelligendum. 232.a
Bigamia non cõtrahitur ex defectu significationis, qua Deus coniungitur animæ iusta, sed ex defectu significationis qua Christus coniungitur cõ Ecclesia. 311.a
Blasphemia est, quòd post baptismum in nobis ipsis iniusti manentes, in Christo tantum iusti sumus, & Deo placentes. 13.a
Blasphemia est, quòd iustitie Christi imputatione tantum placeamus Deo. 30.b
Bonum non est hominem esse solum, quomodo intelligendum. 235.b
Bonum nature quia à Deo creatore, non à Christo redemptore, ideo non placet Deo in Christo, vel ob Christum. 118.b

C
Canones duplices irritantes & prohibentes matrimonia. 344.b, & sequen.
Canones morum cessant obligare, cessante causa, ob quam lati erant, sed non ita. Canones de matrimonio. 348.b
Canones non expresse derogant legibus dispositibus, ne sine parentum consensu liberi contrahant. 356.b
Caro Christi secundum se inadmirabilis. 224.a
Carne seruire lego peccati, non tollit iustitiam nostram imò nec minuit. 21.a
Caro non prodest quicquid, quem habeat sensum. 187.a
Caro in scripturis est aliud quàm corpus. 18.b
Cap. 6. Ioan. quomodo præter sententiam Caietani sit intelligendum. 274.b, & seq.
Caluinus miratur sacerdotes arceri à matrimonij. 320.b
Carolo V. Imperatori permilla fuit electio Potificis Romani, & dispositio sedis Apostolicæ. 300.a
Certitudo quid. 91.b
Certius est quod creditur, quàm quod videtur. 44.a
Certus sum quia neque mors, neque vita, &c. quomodo intelligatur. 60.b
Charitas ordinata quæ. 2.a
Charitas facit hominem Deo gratum, sicut albedo facit album. 22.a
Charitas & cupiditas non omnino excludunt se ab eodem subiecto. 19.b
Charitatis actus quomodo debeat exerceri. 44.b
Charitatis actus perfectus esse nõ potest in homine peccatore, sicut actus fidei & spei. ibidem.
Charitas totum virtutum chorum adducit. 2.b
Charitatis opera, & principia in tabulis aut chartis descripta, sunt lex operum & litera occidens. 4.b
Christus homo proprium & priuatim aliquid voluit. 18.b

Christi morte sola tanquam merito, quomodo à peccatis iustificatur. 8.b
 Christus fuit & angelis & hominibus redemptio, sed diuersimodè. 5.b
 Christus in extremo iudicio non erit misericors pater, sed iustus iudex. 20.a
 Christus debet sanctis regnum cælorum. 21.
 Christus in Eucharistia manet quam diu manet species panis & vini. 181.a
 Christus quomodo secundum carnem vixisse dicatur, quod videtur vitiosum. 186.b
 Christus est totus sub qualibet parte hostiæ post consecrationem diuisa. 258.b
 Christus seipsum manibus suis portabat in cœna nouissima. 187.b
 Christus in nobis est corporaliter per cõmunionem corporis & sanguinis sui, & nõ solum per charitatẽ. 199.b
 Christifatis vltus fuit in Ecclesia etiã temporibus Apostolorum. 161.b
 Communio sub vtraque specie prohibenda Bohæmis & Germanis. 251.b
 Communicare sub vtraque specie ostenditur ex scripturis nullo modo necessarium. 252.
 Communio sub specie panis tantum, obseruata à Christo & ab Apostolis. 244.b
 Communio laicorum sub specie panis tantum, multa & iustæ sunt causæ. 255.b
 à Communio qui abstinere debeant. 256.b
 Communio laica quæ sit. 272.a
 Confirmationis sacramentum quomodo à Christo institutum. 160.a
 Confirmationis proprius effectus non est pugnare contra hostes inuisibiles, sed tantum visibiles. 163.a
 Confirmatio quomodo sit sacramentum necessarium. 168
 Confirmationis sacramentum character imprimitur. 162.a
 Confirmationis sacramentum quando, quibus, & quam diu datum sit. 157
 Confirmationis effectus aliquãdo contingit sine sacramento, sed non sine eius voto. 163.a
 Confirmati maiorem gloriam consequuntur post mortem, quam solum baptizati. ibidem.
 Confirmatio quo sensu baptismum excellat. 171.a
 Confirmationis & Extremæ vnditionis contẽptus, quomodo sit mortale peccatũ, & quomodo nõ. 169.a
 Considerare licet virtutibus & operibus bonis. 80.b
 Coniuges quomodo sint vna caro. 316.a
 Coniunx adulterans, sicut & negans debitum cõiugale, violat fidem matrimonii. 340.a
 Cõiuges sine sua culpa frequẽter cõtinere debet. ibid.
 Coniuges clandestini exercentes actum matrimoniale, mortaliter peccant. 353.b. & seq.
 Continere nõ licet coniugato, nisi altero coniuge volente. 353.a
 Conitio non dicitur respectu futuri. 10.b
 Corpus cuius Christus est caput complectitur etiã Angelos. 6.a
 Corpus Christi in Eucharistia est etiã signum, sed eiusdem corporis in cruce immolati. 189.a
 Corpus in forma consecrationis, Hoc est enim corpus meum, significat tantũ alteram partẽ cõpositi. 217.b
 Corpus Christi quõ vocetur in scripturis panis. 229.b
 Corpus Christi & sanguinem rectè & sanctè adoramus. 237.b
 Corpus Christi rectè circumferitur in processionalibus. 239.b
 Corpus Domini non diiudicare quid sit. 205.b
 Corporale dicitur duobus modis. 197.b
 Creatura rationalis sicut ex gratia eligitur & prædestinatur, ita ex gratia vocatur & iustificatur. 5.b
 Credentes in Christum quomodo iustificantur. 14.a

D
 Desperatio contingere potest stantẽ vera fide salutaris. 54.b
 Deus non imperat aliquid impossibile. 26.a
 Deus non damnat hominem pro eo quod non potuit vitare. ibidem.
 Deus pro iustis habere nõ potest qui sunt iniusti. 28.b
 Deus propter se amandus est, non propter nostrum cõmodum. 51.b
 Deo fidere & de eo fiduciam habere potest etiã impius. ibidem.
 Deus quid significet. 74. b
 Deus quomodo non aliter liberare nos potuit à damnatione, quam incarnatione Christi. 185.b
 Diaconus in ordinatione non inungitur, sed solus sacerdos. 303.a
 Diaconi quorum sit mentio in Actis, & de quibus loquitur Paulus secundum Caietanum non fuerunt eiusdem generis. 303.b
 Difficilius est credere Christũ in Eucharistia esse, quam eundem hominem esse & simul Deum. 186.a
 Dilectio ex toto corde, anima & mente, quomodo intelligenda. 82.b. & seq.
 Dispositio efficax & proxima ad iustificationem est penitentia. 73.b
 post Diuortium non licet secundas inire nuptias. 326.b
 Dolor de peccatis propter Dei offensam esse nõ potest sine cognitione Dei quod & qualis sit. ibid.
 Diuortium tantum significat separationem, non cum alio coniunctionem. 341.b
 Diuortio innocens separatus, tam alienum se gerere potest erga nocentem, ac si cum nunquã nouisset. ibid.
 Diuortio innocens separatus, religionem profiteri & sacros ordines suscipere potest. ibid.

E
 Episcopus solus ordinarius minister sacramenti Cõfirmationis. 162.a
 Episcopus, sacerdos & pastor à populo & clero eligebantur. ibidem.
 Episcopus Valerius B. Augustinum ignorantem, sumptis coepiscopum & contra Conciliũ Nicenũ. ibid.
 Episcopus non tantũ iurisdictione, sed & gradu, dignitate, & potestate superior presbytero. 304.b
 Episcopi duo depositi, quod consensissent Imperatorũ duas habere vxores. 336.b
 Erasmus primus nostro seculo docuit post diuortium licere innocenti aliud inire matrimonium, in quo hæretici plerique eum sequuntur. 329.a
 Erasmus docet vxori non esse parem potestatem virum dimittendi, quæ est viro dimittendi vxorem. 333.b
 Erasmus docet coniugium filii sine parentum consensu nullum esse, & similiter professionem religionis. 349.a. & 356.a
 Erasmus ridet mutationem habitus secularis in religiosum & nominis mutationem. 354.a
 Escam eandem & potum spirituales quomodo patres manducauerint & biberint. 192.b
 Eucharistia institutionis prima ratio quæ sit. 242.a. & sequent.
 Eucharistiæ institutio quibus verbis facta sit. ibid.
 Eucharistiæ institutio facta sub vtraque specie. ibid.
 ad Eucharistiæ sacramentum vt est sacrificium, pertinet perfecta representatio passionis Christi. 264.b
 Eucharistiam vt est sacrificium, instituit Christus sub vtraque specie. 271.b
 Eucharistiæ vtraque parte totum Christum contineri rectè statetur Confessio VVirttembergensis. 272.b
 Eucharistiæ communio nem sub vtraque specie in Bohæmiam inuexit Iacobellus quidam. 273.a
 Eucha-

E
 Eucharistiæ sacramentũ non consistit in actione & vsu, sicut alia sacramenta. 181.a
 de Eucharistiæ vsu non posse intelligi cap. 6. Ioannis, non rectè asserit Caietanus. 274.a
 Eucharistia est non solum oblatio, sed & verum sacrificium. 285.a
 Eucharistia offertur in omnem finem & vsuum, in quem sacrificia vetera immolari solent. 287.a
 Eucharistia valet ad remissionem peccatorum, & non tantum ad reatum peccatorum abolendum. ibid.
 Eucharistiæ oblatio, & sacrificium à Christo in cruce perceptũ differunt, quoad efficaciam generalitatẽ. 287.b
 Eucharistia valet ad quamlibet necessitatem. 288.a
 per Eucharistiæ oblationem domus liberata à spiritibus malignis. ibidem.
 Eucharistia prodest defunctis. ibidem.
 Eucharistia non solum sumentibus prodest. 293.b
 Eucharistia ex antiquissimo Ecclesiæ vsu seruatur, & portatur ad infimos. 225.a
 Euarius papa quo sensu dicat matrimonia contracta non seruatis omnibus solennitatibus esse adulteria & stupra. 353.a

F
 Fabiola à Hieronymo reprehensa quod relicto adultero nuplisset alteri viro. 342.b
 Fides intellectum illuminans necessaria ad iustificationem. 2.b
 Fides in hac Apostoli sententia, Iustificamur ex fide & non ex operibus quid significet. 2.b
 Fides nusquã in scripturis excludit opera penitentię. ib.
 Fides toto vitæ cursu etiã iustis necessaria. 5.a
 Fides morientis necessaria. ibid.
 Fides propitiationis in sanguinem Christi soli penitentię necessaria. ibid.
 Fides propitiatoris & mediatoris eadem. 7.a
 Fides propitiationis locum non habet vbi nullum est peccatum. 5.a
 Fides mediatoris distincta & expressa est nunc necessaria. 7.b
 Fides quæ iustificet. 9.a
 Fides sine penitentia non iustificat. ibid.
 Fide sola iustificari impium, quam habet sententiã. ibid.
 Fides est regula dirigens penitentem. 10.b
 Fides quomodo sit minus quam scientia. 43.b
 Fides verbo Dei nititur. 44.a
 Fidei & spei actus perfecti esse possunt in peccatore. 44.b
 Fidei & spei actus quomodo exercendi. ibidem.
 Fides manens fides à charitate separatur. 45.a
 Fidei formatæ & informis videtur esse idem numero actus. ibidem.
 Fides quo modo per dilectionem operatur. 46.a. & seq.
 Fides mortua, ficta & probata quæ sit secundum Bernardum. 47.b
 Fidei benevolentię Dei erga nos non meminit scriptura. 53.a
 Fidei certitudo superat scientiam & euidentiam. ibid.
 Fidei officium quod sit. 53.b. & seq.
 Fidei certitudo quõ differat à certitudine spei. 54.b
 ex Fide nascitur fiducia, ex fiducia audacia. 56.a
 Fides iustificat, nõ tantũ quia initũ salutis, sed quia fundamentũ & radix vnde impetratur reliqua. 71.b. & seq.
 Fide sola iustificari aliud est, quam iustificari fide & non ex operibus. 77.b
 Filij Dei peccant, sed ea ratione qua sunt filij huius sæculi.
 Fornicatio vnica & per se causa diuortij perpetui. 338.a

G
 Gelasius papa quomodo dicat nõ sine sacrilegio fieri diuisionem eiusdem mysterij corporis & sanguinis Domini. 272.b
 Gratia quæ confert sacramentũ Ordinis. 302.a & sequ.
 Gratia ex sacramento Matrimonij expectanda. 337.a
 Grauius esse peccatum duas simul habere vxores, quam altera dimissa vnica habere. 337.b
 Grati iustificari, est nihil eorum quæ præcedit iustificationem ipsam mereri. 11.b

H
 Habitus virtutum quamuis Deo placeant, nõ tamẽ excludunt peccatum & irã Dei. 4.b
 Habituales inclinationes ad bonum & ad malum quomodo simul sint in eadem anima. 4.
 Hæresis & adulterium, legitimæ causæ diuortij. 314.b
 Hæresis non tollitur permissionibus, sed contrarijs cõstitutionibus. 252.a
 Hoc facite in meam &c. hinc non certò constat an Eucharistia sub vtraque specie cõsecrari, item an sub vtraque specie celebrans communicare debeat. 261.a
 Hoc facite in meam &c. non est præcipiens, sed dantis potestatem consecrandi. 241.b. & sequent.
 Hoc, quid demonstret in consecratione corporis Domini. 189.a. & 228.a
 Hoc facite & cætera, sunt verba institutionis Eucharistiæ. 242.a
 Hoc facite &c. sine his verbis nullum esset in Ecclesiã sacrificium, nulla cõsecrandi potestas. 290.b
 Homo idem rectus secundum mentem, & obliquus secundum carnem. 18.a
 Homo omnis est vel bonus vel malus, sed non omnia hominũ opera sunt bona vel mala, sed quedam media. 120.b

I
 Iacob & Esau designantur in scripturis oēs electi. & omnes reprobi. 5.b
 Impedimẽta matrimonii duplicia, prohibentia, dirimentia. 343.a
 Ioannes Brentius contra Lutherum & Bucerũ de gradibus affinitatis & consanguinitatis. 359.b
 Ioannes Brëtius rectus quam Bucerus sentit de inseparabilitate matrimonii. ibidem.
 Ioannes Brentius docet gradus consanguinitatis & affinitatis per tendos à natura & legibus Romanis. 361.a
 Iustificationis causæ quæ sint. 37.a
 Iustificatio impij quomodo sit gratuita. 20.a
 Iustificationem consistere in sola peccatorum remissione, ne aut imputatione iustitiæ Christi hæreticum. 15.a
 Iustificationis nostræ formalis & vnica causa, est iustitia Dei qua nos iustos facit. 14.b
 Iustificationem requiritur penitentia formalis. 9.b
 Iustificatio hominis est multo maius beneficium, quam angelorum vel Ade. 6.b
 Iustificatio impij ex fidei operibus dispositiue, & non per modum meriti. 4.b
 Iustificamur in Christo effectiue per eius meritum, vicitimam, & ceter. 28.a
 Iustificari etiã significat iustũ pronunciarı. 23.a
 non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, quomodo intelligendum. 17.a
 Iustificamur gratis. 11.b
 Iustificationis impij quomodo nunc fides nunc penitentia sit principalior causa. 10.b
 Iustificari etiã dicitur homo qui in iustitia creuit. 1.a
 Iustificationis effectus quis. 1.b
 Iustus

Iustum est quod rectum, adæquatum, & suæ regulæ est respondens. 2.a.
 Iustitia quam scripturæ commendant, non est iustitia operum. 1.b.
 Iustitia legis variè à Paulo in epistolis nominatur. 2.b.
 Iustitia legis eadem apud Paulum cum morali philosophorum iustitia. 1.b.
 Iustitia fidei eadem cum iustitia operum ex fide profecturum. 4.b.
 Iustitia quæ Paulus tribuit fidei, ascribit Iacobus operibus. 1.b.
 Iustitia legis eadem cum iustitia ex operibus. 3.a.
 Iustitia fidei quare sola vocetur iustitia Dei. 3.a.
 Iustitia fidei sola discernit filium à seruo. 1.b.
 Iustitia augmentum est ex operibus fidei vt ex merito. 4.a.
 Iustitia vel fides nufq̃ vocatur in scripturis merces. ibi ad iustitiam primam necessaria est fides propitiatis ad secundam fides remunerationis. 5.a.
 Iustitia fidei triplex, habitualis, acquisita & actualis. 9.a
 Iustitia qua iusti sumus, est qualitas menti inhærens & intrinseca. 12.a.
 Iustitia eadem, eadem vita, & idem spiritus per Christum nobis restituntur, quæ Adam sibi intrinsecè peccando perdidit. 12.b.
 per Iustitiam fidei sumus naturæ diuinæ consortes, sicut ferum candens habet ignis confortium. 14.a.
 Iustitia moralis insula pars iustitiæ fidei, 1.b.
 Iustitia nostra licet nõ sit perfecta, est tamen vera. 15.b.
 Iustitia omnis impletur, impletis præceptis de diligendo Deo & proximo. 1.b.
 Iustitia qua sine peccato viuamus non est nobis impossibilis. 2.b.
 Iustitiam quadruplicem distinguit Bernardus. 2.b.
 secundum Iustitiam operum licet retributio mercedis æternæ. 8.b.
 Iustitia nostra licet imperfecta, ferre potest securum Dei iudicium. 19.b.
 Iustitia nostra impura est propter coexistentiam macularum quæ sunt in operationibus animæ. 21.b.
 Iustitia Christi participatio iustitiæ Dei. 22.b.
 Iustitia nostra recta est, si non consentiamus peccato, licet non pura. 16.a.
 Iusti non sumus secundum tropum, sicut secundum tropum Christus dicitur peccator & peccatum. 16.b.
 Iustitiam in Adam per penitentiam reparatam fuisse auctiorem & intensiorem, quàm ante lapsum, venisimile est. 1.b.
 Iustitia fidei non consistit in actionibus, sed habet se per modum habitus vel status. 24.b.
 Iustitia Christi hominis creata, nec per essentiam iustitia. 29.b.
 Iustitia Christi iustos nos esse quatuor modis intelligitur. 29.b. & seq.
 Iustitia & nouitas mētis est prior natura adoptiōe. 32.a.
 Iustitia legis, & iustitia in lege, ex lege, & per legem, quomodo differant apud Pau. 78.b.
 Iustitia distributiua tantum, & non commutatiua locum habet in Christo. 136.a.
 Iustorum opera verè Deo placere & mereri vitam æternam. 145.b.
 Iustus tantum diligit, sperat & credit, quantum lex requirit. 8.b.
 Iustus licet de præmio certus, non est tamen certus de perseverantia, & ideo nunquam est securus. 86.a.

I.

Laiici quia non possunt facere, id est consecrare, nõ possunt etiam bibere sanguinem Christi. 249.a.
 Leo primus quare præcepit sub vtraq; specie communicare. 245.b.

Lex nõ violatur quædã finis legis nõ excluditur. 25.a.
 Legem transgreditur qui loquitur verbum otiosum, aut iocose mentitur. 26.b.
 Leges Leuitici de gradibus consanguinitatis & affinitatis abrogatæ. 345.a.
 Leges & Canones in rebus Christiana necessarii. ibi.
 Lex ista. Non committas adulterium, est natura. 322.a.
 Liberi arbitrii corruptio quomodo sit similis curiuitati tibia. 119.a.

M

Magdalena et similes quibus Christus in persona remisit peccata, obligabantur credere se esse à peccatis liberatos. 87.a.
 Maledictiones veteris testamenti & leges, primo respiciunt mala temporalia. 27.a.
 Maledictio apud Paulum est reatus supplicij futuri seculi. 26.b.
 Mali in extremo iudicio infra condignum puniuntur, & iusti vltra condignum premiabantur. 136.b.
 Mariam dicendam esse matrè Dei non Christi, decreuit Conciliũ Ephesi, propter hæresim Nestorianã. 252.a.
 Maritus typus est Christi, & vxor Ecclesiæ. 309.b.
 Martinus Bucerus docet matrimonij per magistratum secularem solui debere. 322.a.
 Martinus Bucerus dñar cœlibatũ & virginitatẽ. 325.b.
 Martinus Bucerus professus ordinem & regulam prædicatorum, vnde apostatauit. 266.b.
 Martinus Lutherus mauult simul plures haberi vxores, quàm priore dimissa aliam duci. 337.b.
 Martinus Lutherus vult hominem diuortio separatũ, aliud iure matrimonium. 338.a.
 Martinus Lutherus aperte asserit cum mentiri, qui dicit se continere non posse: ibidem tamen multis affirmat impossibile esse continere. 340.b.
 Martinus Lutherus fatetur se hæc verba, Hoc est corpus meũ, nõ potuisse à sua significatiõe detorquere. 179.b.
 Martinus Lutherus docet simul cũ corpore & sanguine Christi manere panem & vinum. 208.b.
 Matrimonium esse nouæ legis Sacramentũ gratiam conferens. 309.a.
 Matrimonij esse indissolubile ex sua institutiõe. 307.b.
 Matrimonij esse indissolubile ex significatione coniunctionis Christi cum Ecclesiã. 309.a.
 Matrimonij sacramentum gratiam confert ex opera operato. 1.b.
 in Matrimonio requirit Paulus spirituale & gratuitum amorem, non qualemcumq;. 309.b.
 Matrimonij officium quod est gratiæ, naturæ vires excedit. 1.b.
 Matrimonium nouæ legis translatum in ordinem spiritalium, quale nõ fuit in veteri lege. 310.a.
 Matrimonium veteris legis non fuisse sacramentũ magnum in Christo & Ecclesiã. 1.b.
 Matrimonium significat duplicem coniunctionem, Dei videlicet cũ anima iusta, & Christi cũ Ecclesiã. 310.b.
 Matrimonium etiam non consummatum indissolubile propter suam significationem. 312.a.
 Matrimonium ratum etiam nõ consummatũ, non posse à papa per dispensationem dissolui. 313.b. & sequent.
 Matrimonij indissolubilitas magis ex ratione sacramenti, quàm ex institutione. 312.a.
 Matrimonium non solui per susceptionem ordinis sacri sicut per professionem religionis approbatæ. 317.b.
 Matrimonium non consummatum solui, altero coniugum ad religionem conuerso. 1.b.
 Matrimonium catechumenorum si alter baptizetur, & alter nolit cohabitare sicut oportet, soluitur. 1.b.
 Matrimonium post diuortium contractum, inualidum & nullum. 317.b.
 Matrimo-

Matrimonij plures fines. 334.a.
 Matrimonium infidelium esse sacramentum verum, sed non ratum. 340.a.
 Matrimonia contra Canones ipsa dirimentes contracta, irrita & nulla. 343.a.
 Matrimonij impedimenta ipsum inualidantia & irritantia. 343.b. & seq.
 Matrimonij pluibus ex causis impeditur, quàm alia sacramenta. 351.a.
 Matrimonialis contractus subest potestati Ecclesiasticæ & seculari. 346.a.
 Matrimonia quare ratione consanguinitatis aut affinitatis prohibeantur. 347.a.
 Matrimonia olim prohibita vsque ad septimum gradum consanguinitatis & affinitatis, sed postea reuocati hi Canones. 347.b.
 ad Matrimonij sufficit solus cõsensu cõtrahentiũ. 349.
 Matrimonium inuitis parentibus, clandestinè cõtrahere differunt. 349.b.
 Matrimonij contractus clandestinus sine testibus factus, obligat in conscientia, & dirimit matrimonium quod subsequitur. 350.a.
 ad Matrimonium cõtrahendum supplet malitia ætatem minore. 351.a.
 Matrimonij contrahere potest quis ante annum ætatis suæ 15. sed non post tunc religionem profiteri, etiam si plenum rationis vsum habeat. 351.b.

N

Nemo ita est sceleratus qui amiserit naturalem lumen rationis. 112.b.
 Nestorius fatetur Mariam esse Christi matrè, sed non Dei. 252.a.
 Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. Cyprianus, Innocent. & August. docent etiam infantibus applicari. 275.b.

O

Obedientiam longè maiorem debet monachus Abbatũ, q̃ filius patri aut discipulus magistro. 355.b.
 Obligatus in hoc quomodo sit recta et iusta. 19.a.
 Opera fidei potissima. 30.b.
 Opera iustitiæ fidei sunt opera Christi per nos tanquam membra sua operantis, quæ propterea Deo patri placent. 1.b.
 Opera iustorum in Christo facta esse peccata, blasphemum. 20.a.
 Opera bona non mereri vitam æternam tanquam mercedem, hæreticum. 95.b.
 Opera bona homines non solum operantur, sed & bene ea operantur. 111.a.
 Opera bona non omnia sunt ex spiritu fidei & charitatis. 112.a.
 Opera bona nõ omnia merentur retributionem. 1.b.
 Opera bona quomodo perfecta, & quomodo imperfecta. 131.
 Opera omnia esse præcepti & nulla supererogationis hæreticum. 153.a.
 Opinamur etiam ea quæ sunt fidei, si non habeamus rationem verbi Dei. 44.b. & sequent.
 Oratio fidei quæ intelligatur apud Iacobum, quando dicit, Oratio fidei saluabit infirmum. 167.a.
 Ordinis minister solus episcopus. 298.b.
 Ordinis materia, forma & effectus. 302.a.
 Ordo sola manu impositione ab Apõstolis conferebatur sine verbis in scriptura expressis. 1.b.

P

Parulis & adultis subita morte præuentis, retribueda merces secundum merita Christi. 9.a.

Pater celestis non remittit peccata, nisi respiciendo in faciem filij sui. 8.a.
 Patruels & consobrini iustissimè à matrimonio prohibiti. 358.b.
 Paulum habuisse perfectiorem fidem, spem, & charitatem, quàm Adam ante peccatum. 82.b.
 Paulum in mundo adhuc existentẽ habuisse maiorem charitatem & iustitiã quàm multos sanctos in calis. 17.a.
 Paulus docens hominẽ ex fide & nõ ex operibus iustificari, quomodo non a sine seut D. Iacobo, qui docet Abraham ex operibus esse iustificatum. 4.a.
 Paulus in epistolis opponit gratiæ & fidei, opera nostra, & opera legis. 8.b.
 Peccatorũ remissio natura prior iustificatione. 38.b.
 Peccatum esse quicquid sit ante fidei sacramentũ succēptum, falsum est. 77.a.
 Peccati mortalis & venialis vnde sumenda distinctio. 132.b. & sequent.
 Peccata mortalia quandoque per cõsimationem dimittuntur. 164.a.b.
 Peccatum originale & iustitia fidei an sint in essentia anime, an in voluntate. 14.a.
 Petrus Dresensis primus auctor cõmunionis sub vtraq; specie in Bohemia. 247.b.
 Perfectio iustitiæ multiplex. 81.b.
 Perfectio charitatis quæ à nobis in hac vita requiritur: 143.b.
 Perfectio iustitiæ in hac vita magis constat remissione peccatorum, quàm perfectione virtutum. 149.b.
 Penitentia proprius effectus quis. 10.a.
 Penitentia propria ratio quæ consistit in odio peccati, non requirit fidem propitiatis. 1.b.
 Penitentia, immediata causa remissionis peccatorum & iustificationis. 10.b.
 Penitentia vt cõplectitur propositum emendandi, & spem veniæ, necessario requirit fidẽ propitiatis. 10.b.
 Penitentia includit spem veniæ. 1.b.
 Penitentia est ex communi fide catholica, spes veniæ ex fide propitiatis. 10.a.
 per Penitentiam tanquã dispositionẽ Deũ inuitantẽ, sed ex Christi propitiatiõe tanquã merito iustificamur. 1.b.
 Penitentia vt talis non requirit propositum à peccatis posthac abstinendi, tamen contrarium dicere est fecerius. 10.b.
 Penitens non ex pura patris celestis gratia veniam peccatorum assequitur. 8.a.
 Penitens ex suis operibus Christi sanguine a seipso veniam peccatorum impetrat. 1.b.
 Philippus Melancthon Corolostadium vituperat. 199.a.
 Philippus Melanctho pugnã cũ Caluano de fide. 62.b.
 Plerophoria non viuam in scripturis habet significationem. 56.a.
 Pollentius putauit non mœchari eum qui dimissa vxore fornicatã, aliam ducit. 332.a.
 Potestas contrahendi matrimonium aut religionẽ profiteri, &c. naturalis est, & illa potest etiã seruus vti inuito domino. 352.b.
 Potestas absoluedi à peccatis est iudiciaria, & saluum est eam in sola euangelij predicatione cõsistere. 306.b.
 Præceptum de diligendo Deo & proximo non perfectè hic impletur. 154.
 Prædestinatus omnibus semper procuratur audiendum euangelium secundum quod viuatur. 7.b.
 Presbyter in scripturis variã habet significationẽ. 169.b.
 Præsentia corporalis Christi apud Apõstolos, nõ implebatur spiritũ sanctũ, sed corporalis cõuersatio. 186.a.
 Promissio salutis quomodo sit implicita conditione nõ innocentiã, sed operum. 37.a.
 Promissionis fides quomodo nõ ruat si operibus fulciri debeat. 1.b.
 Qui

Q Vicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, &c. quomodo intelligendum. 26.a. Quicumq; dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, &c. quomodo intelligenda exceptio. 330. b. & seq. Quicquid non est ex fide peccatum est, quem habeat sensum. 121. b.

R Reconciliatur non solum qui offendit, sed & qui offensus est. 334. b. Religionis probatæ ingressus soluit matrimonium non consummatum. 317. a. Religionis professio valida etiam inuitis parentibus. 349. b. Religionis professio valida facta completo anno gratia profertur. ibidem. Religionis professio inuitis parentibus, laudabilis: sed contra tractus matrimonii inuitis parentibus culpabilis. ibi. b. Religiose mulieres citæ olim rescebant, & vello & stameo consecrabantur. 355. a. Religionis ingressum improbat Erasmus multis rationibus. 354. a. Repudium siue diuortium euangelicæ solæ est separatio quoad thorum & cohabitationem. 330. a. ad remissionem peccati putant quidam solam peccati detestationem sine vilo alio actu sufficere. 11. a. Rex & magistratus tamen secularis potestate habet leges ferendi testimonio scripturæ. 344. b. & c.

S Acramenta omnia præterquam Eucharistiæ consistunt verbo & clemento. 232. b. Sacramentum hoc magnum est dico autem, &c. intelligit Paulus per sacramentum vinculum quod secutum est contractum coniugalem. 312. a. Sanctificare & iustificare re sunt eadem. 35. b. Sanctus quis sit, & quæ sit sanctitas. ibidem. Sacerdotes quare à matrimonio arceantur. ibidem. Sacerdos hereticus, scismaticus imò & degradatus si cõsecratur, verè consecratur. Sacerdotium nouæ legis à Christo institutum. 304. b. Sacerdotium proprie consistit in potestate consecrandi, & remittendi ac retinendi peccata. 301. b. & seq. Sacerdotium duplex in scripturis, sicut & duplex regnum. 298. b. Sacrificium quid sit secundum Augustinum. 278. b. Sacrificia differunt ab oblationibus. ibidem. Sacrificium missæ inremittendum tempore Antichristi. 295. b. Sanguinè Christi sub propria specie omnes bibebant tempore Cypriani, & Ambrosii, & Eucharistiã in manus sumebant. 245. a. Sanguis Christi potus cibalis. 253. a. Sanguis Christi sub specie panis, non ex vi sacramenti, sed naturali concomitantia. 258. a. Sanguis Christi non in sacramento fluidus, sed in totius corporis Christi venis, sicut sanguis humanus. 259. a. Scandalum quid. 255. b. ad Scandalum vitandum, faciendum & omittendum quicquid fieri vel omitti potest salua veritate vitæ. ibidem. Scire quomodo in scripturis frequenter accipiatur. 98. b. Scriptura non secundum tropum intelligenda, nisi quando sermõnis proprietates sensum facit absurdum. 12. b. Scriptura in quibus sunt promissiones vel comminationes in genere, sunt certæ, & infallibiles, sicut verbum Dei, sed subsumptiones non sunt certæ. 85. a. Securitatem nullam esse in hoc mundo. 105. a. Securitas quid. 58. b. Signa præsentis gratiæ Dei & electionis diuinæ. 88. b. Semina quedam & inclinationes in homine, quasi me-

dia inter charitatem & cupiditatem. 121. a. Seruire licet Deo intuitu vitæ æternæ tanquam mercedis. 337. a. Spei theologiæ actus debet exerceri sub consideratione gratiæ & liberalitatis. 44. b. Spes in specie sibi applicat id quod promittitur in genere, fides hoc non potest, sed in genere se continet. 54. a. Spei certitudo differt à certitudine fidei. 5. b. Spei obiectum non bonum arduum possidendum, sed quod possideri est possibile. ibidem. Spei definitio, quomodo intelligenda. 92. b. Species sacramenti Eucharistiæ sufficiens ad significationem huius sacramenti. 255. a. (346. b) Spurius dicitur qui nascitur ex copularis contra leges.

T Imorè & tremorè simul cum certa vitæ æternæ fiducia cõiunctum habere debemus quãdiu in hac vita agimus. 37. b. Thalmudici docebant virum pro solo libitu voluntatis posse uxorem repudiare. 322. a. Thomas Caietanus contra communem Theologorum sententiam sentit de dispensatione super matrimonio rato, sed nondum consummato. 313. a. Thomas Caietanus ex scriptis Erasmi seductus & in errorem lapsus. 330. a. de Transubstantiatione panis & vini in corpus & sanguinem domini. 216. Tropus seu figura in scripturis sacris obseruanda. 217. b. Tropus qui excludat veritatem præsentie Christi non est in his verbis Domini. Hoc est corpus meum. 189. a. Tropus aliquè necessarius requirit cõsecratio calicis. ibi. Tropum non esse in scripturis agnoscendum, nisi quãdo sensus alioqui absurdus est. 188. b.

V Valentini Imperatoris lex qua permittebat 2. habere uxores non diu subsistit. 341. b. Verbum Dei sunt etiam traditiones Ecclesiæ. 5. b. Virtus consecrationis, est in verbis consecrationis, & etiam in sacerdote. 217. b. Virtutes esse connexas Philosophorum, non apostolorum est sententia. 26. a. Virtutes quomodo nobis insunt à natura. 112. b. Vita æterna & gratia & debitum. 134. a. Vitæ monasticæ descriptio & commendatio. 355. a. Vitam monasticam dicit Erasmus neque per se bonam neque malam. ibidem. Vnctio infirmorum apud Iacobum non instituitur, sed Apostolus ad eã à Christo instituta adhortatur. 165. a. Vnctio infirmorum quare extrema dicta. ibid. b. Vnctio de qua apud Marcum, Iogè alia quam ea de qua Iacobus agit. 166. b. Vnctio extrema non adhibenda nisi spiritaliter viuenti. 176. b. Vnctionem extremã quanti fecerit S. Malachias. 165. b. Vnctionis extremæ effectus primarius quis. 167. b. Vnctio regum & consecratio virginum non sunt sacramenta. 162. b. Vota omnia commutantur in votum religionis. 316. b. Vota, promissiones & iuramenta impuberum, parentes irritare possunt. 351. a. Votum alicuius vouentis non habentis plenum rationis usum, non obligat apud Deum. ibid. b. Vxor virum adulterantem dimittere potest, sicut vir uxorem. 226. b. & seq. Vxorum pluralitas vnde illicita. 336. a. Vxorum pluralitatem non esse contra ius naturæ, sicut est maritorum pluralitas. 337. a.

Articulus Octauus

De Iustificatione.

Ad iustificationem ante omnia necessaria est in adultis fides, qua certò credimus Christum Iesum Dei filium nobis propitiatorem à patre propositum esse, pro peccatis nostris in sanguine ipsius, sine qua nullis nostris operibus, nullaque penitentia iustificatio obtineri potest: sicut nec fide sola sine penitentia ex proposito viuendi secundum mandata Dei.



IUSTIFICATIO est motus siue transitus ad iustitiam, sicut calefactio motus est ad calorem. Et quemadmodum aqua calefit, atque ad calorem alteratur, non tantum quando calorem primò accipit, verum etiam quando iam calor in ea intenditur & perficitur: ita & homo etiam iustificatur, quando in iustitia crescit, & non solum quò impio fit iustus. Ait enim in Apoc. B. Ioannes: Qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Et Ecclesiast. Ne verearis vsq; ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in æternum. Toto namq; peregrinationis nostræ tempore mundamur, iustificamur, & renouamur, non solum ab immunditia, peccatis, & vetustate, sed per nonitatis, munditiæ, & iustitiæ perfectionem. Is, inquit, Apost. Paulus, qui intus est noster homo renouatur de die in diem. Et ideo B. Aug. Mihi, inquit, videntur Stoici falli, quòd hominem in sapientia & virtute proficentem nolint habere sapientiam & virtutè, sed tunc primò cum omnino in ea perfectus fuerit, non quia profectum illum negant, sed nisi ex profundo quodam stultitiæ emergendo, repente emicet in auras sapientiæ liberat, nulla ex parte esse sapientem. Et paulò post: Hæc, inquit, similitudo, vbi stultitia velut aqua quasi præfocans & opprimens, & sapientia velut aer ponitur, vt animus à præfocatione stultitiæ, tanquam emergens sapientia, repente respiret, non satis mihi videtur accommodata nostrarum scripturarum authoritati: sed illa potius, vt vicium, vel stultitia tenebris, luci autem virtus vel sapientia comparatur.

Non itaque sicut de aquis in aerem surgens, vbi earum summum transierit, repente quantum sufficit inspiratur, ex insipiente fit sapiens, & ex iniusto iustus, sed sicut de tenebris in lucem procedens, paulatim progrediendo, illuminatur. Quod donec plenissimè fiat, iam eum tamen dicimus, tanquam de spelunca abditissima egredientem vicinia lucis afflatum, tantò magis, quantò magis propinquat egressus, vt illud quod in eo lucescit, sit vtique; ex lumine quo progreditur: illud aut quod adhuc obscurum est, sit ex tenebris vnde egreditur. Itaque; & non iustificabitur in cõspectu Dei omnis viuens, & tamen iustus ex fide viuat, & induti sunt sancti iustitia, alius quidè magis, alius minus. Et nemo hic viuat sine peccato, & hoc alius magis, alius minus, optimus autem qui minimè. Dupliciter aut fieri potest in homine iustitia: Vno modo per modum simplicis generationis, quæ est ex priuatione ad formam, quomodo iustificatio competere posset etiam qui non esset in peccato, dum iustitiã à Deo acciperet, sicut Adam accepit originalem iustitiã, & sancti Angeli, & Christus Dominus. Potest etiam in homine hæc iustitia fieri secundum rationem motus, qui est de contrario in contrarium. Atque hoc modo iustificatio importat transmutationem siue translationem de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ. Et hoc sensu scripturæ sacræ & Apostolus loquitur de iustificatione impij, quæ est cum peccatorum remissione. Ait enim Apo. Ei aut qui non operatur, credenti aut in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiã. Item: Notum sit vobis viri fratres, quòd per huc vobis remissio peccatorum annunciat ab omnibus, à quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. In hoc omnis qui credit iustificatur. In hac iustificatione per quam licet hostis & mortis æternæ reus in filium & heredem vitæ æternæ suscipitur, multò maior est Dei gratia quam in priori, qua purum & mundum Dei plasma in filium adoptatur. Et illam quidem extollent scripturæ sacræ, quando dicunt, eam impij vel à peccatis iustificationem, quorum sit in ea remissio, non extenuant, quasi in sola peccatorum remissione consisteret. In articulo autem intelligitur iustificatio, qua ex impio & iniusto efficitur, quis pius & iustus, verè & simpliciter in cõspectu Dei. Adfert enim secum rectam atque ordinatã hominis interioris dispositionem, secundum quam id quod in homine superatum est secundum fidem, spem, & charitatè, subicitur Deo, & inferiores animæ

Quid iustificatio.

Cap. 22.

Cap. 13.

2. Corint. 4. Ephes. 29. ad B. Hieron.

Psal. 141. Abact. 2.

Dupliciter fit iustificatio in homine.

Rem. 4. Acto. 13.

Iustitia est restituendo interioris hominis, Charitas tantam hominis vniuersitatem facit, omnesque eius operationes.

vires rationi, ne regnent & dominentur. Est autem ex nominis ratione iustum quod rectum, adaequatum, & suae regulae est respondens. Et hanc hominis dispositionem Apostolus Paulus vocat iustitiam Dei, iustitiam quae ex Deo est in fide, iustitiam fidei. Et propheta David, iustos appellat rectos corde. Iustum adiutorium, inquit, à Domino, qui saluos facit rectos corde. Item: Latrabit iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. Et alibi: Benefac Domine bonis & rectis corde. Atque Aristoteles hanc hominis dispositionem secundum virtutes morales, iustitiam metaphoricè dictam appellavit. Nam propriè iustitia significat ordinem rectum in actu qui est ad alterum, & est specialis virtus, atque appellatur iustitia particularis, si ordinat actum hominis secundum rectitudinem ad alterum particularem aut singularem hominem: le galis autem si ad bonum commune multitudinis, vt post Aristotelem docet etiam beatus Thomas, Non est igitur hæc iustitia quam scripturæ commendant, iustitia operum, siue ad operandum immediatè inclinans, sed est forma dans esse diuinum, & mentem transmutans, vt sit bene ad Deum disposita, deiformis, caelestis, & noua creatura in Christo. Quod enim ex Deo & spiritu natum est, spiritus, non iam amplius caro aut terrenum est. Hanc mentis nouitatem, hoc est, rectam dispositionem inseparabiliter comitatur charitas, quæ per hunc spiritum, ex quo renascimur deiformes, in cordibus nostris diffunditur, & facit in tota hominis vita, primò autem in amore & affectibus rectitudinem & conformitatem ad Dei voluntatem & legem eius æternam: Charitas enim patiens est, benigna est, & car. quæ sequuntur. Et B. August. Ille, inquit, iuste & sanctè viuunt, qui rerum integer æstimator est: ipse est autem qui ordinatam dilectionem habet, ne aut diligit, quod non est diligendum: aut non diligit, quod est diligendum: aut amplius diligit, quod est minus diligendum: aut æquè diligit, quod vel minus, vel amplius diligendum est: aut minus vel amplius, quod æquè diligendum est. Rursus, quod ad rectè viuendum attinet, inquit, virtus est charitas, qua id quod diligendum est diligit, hæc in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est. Et alio loco dicit virtutem esse ordinem amoris. Item lib. 14. De ciuitate Dei, rectam voluntatem dicit esse bonum amorem. Et cap. 14. amorem illorum rectum esse dicit, qui omnes affectiones rectas habet. Nam patiens est charitas, benigna, &c. Totum enim virtutum chorum secum adducit, per quas omnes animæ vires in suis operationibus rectè disponuntur. Complectitur itaq; nomè iustitiæ, qua impius iustificatur, vniuersas has potentiarû hominis virtutes, in eo quod omnium virium & totius hominis quasi substantialem & diuinâ importat rectitudinè.

Vt igitur à peccatis iusti vero Dei iudicio efficiamur, necessaria est fides intellectum illuminans super propitiatione patris propter filii mortem nobis parata, à qua ab Apostolo nominatur iustitia fidei, quia ex fidei cognitione à Deo proficitur. Nam iustitia legis est, quæ ex legis est cognitione, & virtute liberi arbitrii. Vtriusque autem huius iustitiæ & iustificationis, fidei scilicet & legis, apud Apo. Paulum frequens fit mentio, & à se mutuo discretio. Ait enim: Quid ergo dicemus? quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est, Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Et, ignorantes iustitiam Dei, & suam quaerentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Moyses enim scripsit: Quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo viuet in ea: Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, &c. Item alibi, Sciens quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Iesum Christum credimus, vt iustificemur ex fide Iesu Christi, & non ex operibus propter quod ex operibus legis non iustificatur omnis caro. Vnde patet quod hanc legis iustitiam variè nominat Apo. Paulus. Aliquando enim iustitiam operum, quia ex operibus nascitur, vel operum rectitudo: Aliquando iustitiam hominis, vel suam iustitiam, quia ex virtute est liberi arbitrii: quandoque iustitiam legis, siue quæ ex lege est, eiusque cognitione. Et est eadem cum iustitia morali, seu ea quam philosophi vocant iustitiam legalem, completens omnes virtutes, atque ab ipsa virtute sola ratione differens. Per hæc iustitiam iusta operantes, iusti fiunt atque iustificantur: sicuti temperata & fortia agentes, temperati fiunt & fortes. De hac & Apo. Paulus: Si Abraham, inquit, ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Sequitur enim hæc iustitia, non fidei sed naturalem hominis cognitionem, qua cognoscimus, quod neminem lædere, nemini nocere, item quod iuste & temperatè viuere debeamus. Cui cognitioni in voluntate responder naturalis affectus, quo inclinatur sequi quod iustum esse cognoscitur, atque ita in naturalibus hominis sunt principia huius iustitiæ, quæ tamè ex operibus iustitiæ, nec vera est in Dei con-

Rom. 1. 7. 4. &
10. Galath. 2.
3. 4.
Psal. 7.
Psal. 63.

Psal. 124.
5. Eth. c. 111.

5. Eth. 12. q.
13. art. 1.

Lib. 1. de Do-
ctr. Christi.
ca. 27.
Epist. 29.
De moribus
Eccl. ca. 15.
Et li. 85. q.
cap. 7.

Rom. 9.

Galath. 2.

Rom. 10.

Dei conspectu, nec hominem verè iustum facit, sed impium, ira Dei & æternæ morti obnoxium relinquit. Nam qui incredulus est filio, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Nemo enim hac iustitia à peccatis liberatur, sed magis operationes hominis dirigit, easq; rectas facit, q; ipsum hominè operantè. Si enim, inquit Apost. per legem est iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quod argumentum B. Aug. transfert etiã ad naturam: Si, inquit, per naturam viresq; hominis naturales & naturale lumen rationis est iustitia, Christus gratis mortuus est. Hæc autem iustitia, & in vniuersum virtutes morales Ethnicorum, an sint verè virtutes, etiã omnibus circumstantiis vestitæ, an tantum officio & materia, siue obiecto rectæ sint: sine autem debito destitutæ (vt dicere videtur B. Augustinus lib. 4. contra Iulianum. Item de ciuitate Dei lib. 7. & libro 19. Rursus lib. 14. docet, quod viuere secundum rationem, & optimum quod in homine est, sit viuere secundum hominem, id quod improbat scriptura) tractat diligenter B. Thomas in variis locis: & B. Augustinus de spiritu & litera. De quo etiam quædam diximus circa articulum præcedentem. Et quamvis verè officio & sine rectæ essent hæc virtutes, solum opera iustificat, & secundum habitus operum illorum, operantem: non autem absolute, aut simpliciter bonum aut iustum faciunt hominem (vt docet beatus Thomas) ne moraliter quidem, nisi iustitia legalis, quæ omnes virtutes complectitur, nõ autem distributiuam, nec comitatuam, nec aliqua aliarum virtutum, nisi vt coniunctè fuerint aliis & commexè. Meminit autem frequenter Apostolus Paulus iustitiæ fidei, quam vbique misericè extollit, & quam solam appellat iustitiam Dei, tum quod Deus eam solâ respicit, & verè à peccatis iustum constituit coram oculis Dei, eiusq; tribunali, tum quia solus eam infundit, nec nisi ab eo esse potest per spiritum sanctum in cordibus nostris diffusum: secundum hanc enim ex Deo nascimur. Charitas ex Deo est, & omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est, vt habet B. Ioannes. De qua etiam Apost. Omnia arbitror vt stercora, & vt Christum lucrifaciam, & vt inueniar in illo, non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Iesu Christi. Per hanc solam discernitur filius à seruo. bonus à malo, qui manet in peccato mortali, & ira Dei super illum. Et quia hæc iustitia non est sterilis, sua habet opera ab operibus legis distincta, & suos per fidem & charitatem parit fructus, quos Apo. Paulus explicat in epistola ad Galatas. Idè enim sunt fructus spiritus & huius iustitiæ, per quam tanquam per vitam animæ, spiritus eos producit, ac eandem iustitiã perficit. Nam secundum sententiam B. Aug. charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici: Et Apo. Paulus hortatur, vt in omni opere bono fructificantes, crescamus in scientia Dei, & in omni virtute confortati, in omni patientia & longanimitate. Item B. Petrus, vt quemadmodum modo geniti infantes lac concupiscamus, & in eo crescamus in salutem. Ad quod sanè non hortarentur, nisi nostra operatione hic profectus perficeretur. Et propriè merentur iustitiæ siue charitatis opera eius augmentum & perfectionem (sicut operationes virtutum moralium perfectionem suarum virtutum faciunt) non autem efficienter operantur, maximè si charitatis augmentum fieri intelligatur per additionem gradus ad gradum: secus fortassis, si per maiorem in subiecto radicationem: de quo est disputatio inter Philosophos. Omnem namq; naturæ facultatem hæc diuina qualitas, per quam Deiformes, & naturæ diuinæ participes nascimur, excedit & superat. Secundum hos aut fructus siue opera iustitiæ, vnicuiq; retribues Deus vitam æternam, & secundum diuersos gradus, iuxta operum quibus rependet mercedè, diuersitatem. Reddet enim vnicuique secundum opera sua. Quæ quidè opera sunt Christi capitis per suum spiritum in membris, & per membra sua hæc operantis, quibus propterea Deo placemus, & vitam æternam promeremur, & coronam gloriæ. Et quemadmodum fide præparamur ad iustitiam, ita & per opera fidei, inter quæ præcipua sunt poenitentia, displicentia siue odium peccati cõtra Deum admissi: quæ opera tantum abest vt excludantur quando Paulus dicit nos iustificari ex fide, nõ ex operibus, vt magis includantur, cū sint fructus fidei: ac propterea aliquando addit idem Apo. nõ ex operibus legis nos iustificari, ne fidei opera videatur excludere. Intelligit enim fidem non habitualement aut ociosam, sed actualement & operatoriam: non quidem operum spiritus vitæ, quæ præcedit & adducit, sed eorum quæ ad hunc suscipiendum disponunt & præparant, poenitentia scilicet. Ex his itaque operibus, sicut ex fide iustificamur, & nascitur in nobis iustitia fidei. Id quod & forma sermonis apostolici indicat, quem frequenter repetit multis in locis de hac iustitia agens. Iustitia enim fidei dicitur, quia fidei cognitionem & opera sequitur. Nos (inquit Apostolus) spiritu & fide spem iustitiæ expectamus. Quod igitur ait: arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis etiam decalogi,

Iustitia operi
siue philoso-
phica non est
verainiustitia.

Galath. 2.

Cap. 3.
Cap. 12.
Cap. 25.
Cap. 4.
1. 2. q. 65. art.
2. Et 2.
q. 23. art. 7.

Iustitia Dei
quare in iuri-
piuris sic vo-
cetur.

1. epist. ca. 4.

Cap. 5.

In 1. epist. Ioan.
Colloq. 1.

1. Petri 2.

Rom. 2.

Galatas 5.
Philippen. 3.

De spiritu & litera cap. 13. & 14.
Ioan. 6.
vt interpretatur beatus Augustinus, non quælibet, sed legis & naturæ opera excludit ab impii iustificatione: fidem autem & opera eius omnino includit, penitentiam scilicet, quæ ex fide procedit. Nam cor ex fide contritum & humiliatum, non despicit Deus, sed iustificando in gratiam suscipit. Et ideo postquam dixerat: Si ex operibus Abraham iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum: statim ne putetur qualibet opera intelligere, addidit: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Credere autem, esse opus quoddam, docet ipse saluator, Hoc est opus Dei, inquit, vt credatis in eum quem misit ille.

Cap. 14. Rom. 3. Cap. 2.

Aug. epist. 105 ad Sixtum.

Ephes. 2.

Rom. 3.

De spiritu & litera ca. 17.

Hunc sensum verborum Apostoli Pauli tradit B. August. lib. 83. quas. 76. Item libro de fide & operibus, & ostendit Apostolum Paulum docentem hominem fide iustificari, non ex operibus, non aduersari sententiæ diui Iacobi, in eo quod dicit: Abraham patrem nostrum ex operibus iustificatum esse, offerendo filium suum Isaac super altare. Intelligit enim beatum Paulum loqui de operibus quæ fidem antecedunt, & quæ legis tantum sunt, non autem gratiæ vel fidei: Iacobum verò agere de iis operibus, quæ ex fide proficiuntur, vt clarissimè eius verba testantur. Idem docet Augustinus in præfatione Psalm. 17. Certum est enim Apostolum Paulum per fidem nolle excludere fructus & opera fidei. Nam scopus totius epistolæ ad Rom. hic est, quod nec per legem Moysi Iudæi, nec per legem naturæ, & vires liberi arbitrii, gentes, salutem aut peccatorum laborum remissionem consequi poterant, sed per solam Christi fidem. Est igitur iustitia & iustificatio impii ex his fidei operibus, hoc est, ex fide propitiationis, agnitione offensæ Dei, eiusque penitentia atque displicentia: sed dispositiue, non per modum meriti vel efficientiæ. Nusquam enim in scripturis iustitia vel fides dicta est merces, sicuti dicitur, quod iustitia vel fidei redditur merces. Nam quæadmodum anima rationalis est ex corporis præparatione, sed dispositiue tantum: nisi dicatur quod dispositiones istæ effectiue operantur non vt anima rationalis sit, sed vt corpus informet, ita vt sint causæ effectiue: non anime, sed informationis eius. Similiter hic dici posset, quod ex fide penitentes, causa finis non iustitia vel qualitas, per quam sumus Deiformes, diuinique naturæ consortes, sed quod hæc forma nobis adsit atque inhaereat: augmentum autem iustitiæ ex his operibus est, vt ex merito. Porrò quia hæc opera fidei sunt, sunt etiam gratiæ: Gratia enim, ait Apo. estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis gloriatur. Ideo nec nos vnde gloriemur habemus, quamuis ex huiusmodi fide operibus iustificemur, & quotidie in nobis iustitia augeatur & perficiatur, sed fit omnis mundus subditus Deo, quia ex operibus legis, aut virium nostrarum non iustificabitur omnis caro coram illo: quoniam per legem cognitio peccati est, non ablatio aut remissio. Et nunc sine lege, inquit, iustitia Dei, manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum, quem & Deus proposuit propitiorem per fidem in sanguine ipsius, vt sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Ex quibus quasi concludit Apostolus & interrogat: Vbi est ergo gloriatio tua? & respondet: Exclusa est non per legem factorum, sed per legem fidei, quæ est de credendo, & ex fide operando. Nam beatus Augustinus. Lex, inquit, fidei est, & spiritus viuificans dilectorem, cum charitas diffunditur in cordibus credentium. Et lex Dei charitas est: opera autem & principia charitatis, quum in tabulis, vel chartis aut libris scribuntur, lex est operum, & litera occidens præuaricatorem. Habitus autem quos ex operibus iustitiæ, fidei, & charitatis acquirimus (nam testatur experientia post frequens exercitium in his virtutibus nos reddi paulatim promptiores ad operandum, quamuis de hoc aliter B. Thomas sentire videatur) ab actibus efficiuntur, sicut virtutes morales. Et quamuis hi Deo placeant, quia ex fide, quasi proprii gratiæ suæ effectus proficiuntur, quemadmodum actus ex quibus nascuntur, patiuntur tamè super nos manere iram Dei & peccatum. Iustitia autem fidei & reliquæ virtutes, quæ eam quasi naturaliter sequuntur, à solo Deo efficiuntur, præcedente tamen per eius gratiam nostra cooperatione, nec iram Dei compatiuntur, sed semper Deo gratos & Dei amicos atque filios faciunt. Ex his pater eandem esse iustitiam fidei, & operum quæ ex fide per Dei gratiam nascuntur. Nam eandem Abraham iustitiã, quam Apost. fidei Abraham tribuit, ascribit B. Iacobus eius operibus, & quasi interpretans sententiã B. Pauli: Vides, inquit, quoniam fides cooperatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est, hoc est, acta & perfecta, & in fide eius iustitia, & suppleta est scriptura dicens: Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiã, & amicus Dei appellatus est. Suppleta, inquit, est hæc scriptura per opera Abraham, & oblatione Isaac filii sui: quia quod desiderabatur pro eius intellectu, hoc

hoc est, quod de fide ad operandum parata & efficaci intelligebatur, quando dicit: Credidit Abraham Deo, hoc in opere oblationis suæ suppletum est & expressum. Et concludit: Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: operibus, inquam, gratiæ & fidei, non ex fide tantum, hoc est ea, quæ sine spiritu & operibus mortua est. Est autem ex his operibus Abraham iustificatus (prius tamen iustus) in iustitia crescendo & proficiendo. Nam & iustus erat, quando de eo dictum est: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Sicuti enim ad iustificationem à peccatis, necessaria est fides, ita & ad profectum iustitiæ eiusque perfectionem: quamuis non eadè, hoc est fides propitiatoris. Nam vnunquodque; genus operum salutis, suã peculiarem fidem exigit: progressus enim in sancta vita, requirit fidem remunerationis, in quã scripsit Apo. Paulus Moysen respexit: & cap. sequenti hortatur, vt in certamine & tribulatione in aurore fidei, & consummatorem Iesum respiciamus. Recogitate, inquit, eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Vult & memores nos esse exhortationis eius scriptura, quæ dicit: Quem diligit Dominus castigat, & flagellat omnem filium quem recipit: & in tota vitã nostrę militiã requiritur fides Saluatoris, inspectoris, nos obseruatis, adiutoris & remuneratoris, ducis sub quo militatur, quasi exercitus profecto: & ita fides parati nobis auxilii quandoctunque ad ipsum confugimus. Et homini morienti necessaria est certa fides vitæ futuræ & promissionum Dei de peccatorum remissione nostraque salute, vt spem ex eis concipiamus. Itaque soli penitenti, cui nunc propitiandus est Deus, & à peccatis iustificando, necessaria est fides propitiatoris in sanguine Christi. Propter quod in iustificatione primi hominis, necessaria quidem erat fides, sine qua impossibile est quamcunque; creaturam etiam Angelicam, quamdiu Deum non videt, vel aliquod eius opus, placere Deo. Imò pronuntiat Apostolus Paulus peccatum esse quod non est ex fide: Fides tamen propitiatoris locum habere non potest, vbi nullum est peccatum, super quo Deus propitiatur. Nec requiretur hæc fides, nisi Deus pater proposuisset Iesum filium suum propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Et quia pro Angelis mortuus non est Christus, nec eis propitiator proposuit, ad eorum post lapsum iustificationem, si fieri portuisset, hæc fide opus non fuisset, sed misericordiæ & pietatis Dei in gratiã recipientis, quorquod ad ipsum penitentes confugiunt. Nulli enim creature vnquam contingere potuit iustificatio ex viribus naturæ, quamuis integris, nec ex cognitione, aut operibus legis, vel naturæ, sed ex gratiã Dei per fidem tantum. Siquidem iustitia Dei longè superat virtutem etiam Angelicam, non enim in solis Ephesius, sed in vniuersis hominibus & in sanctis Angelis, vera est sententia Apostoli Pauli: Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis gloriatur. Sed generalis est doctrina, qua tradit quo modo salui fiant & iustificentur electi à Deo patre, gratia scilicet ex fide, non ex operibus, ne quis etiã sanctorum Angelorum gloriatur. Omnium enim qui saluantur, sicut electio & prædestinatio est secundum propositum voluntatis Dei in laudem glorię suæ, ita & vocatio & iustificatio, neque est volentis, aut currentis, ne Angeli quidem sancti. Nam quod de Iacob & Esau dicit scriptura: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, in eorum personis de omnibus electis & reprobis intelligitur, vt liceat dicere: Michaellem dilexi, Luciferum autem odio habui. Ex electione igitur & proposito voluntatis Dei eiusque; vocatione, sancti Angeli ad ipsum conuersi sunt, ipsiusque; sunt factura, & creati in operibus bonis, quæ fecit Deus vt in illis ambulent. Et ex gratiã eos credere oportebat ad Deum accedentes. Non enim sufficientes erant in his quæ ad pietatem & verum Dei cultum attingere cogitare aliquid ex se, quasi ex sese, sed omnis eorum, sicut & nostra sufficientia erat ex Deo, qui & eos fecit sua gratiã idoneos ministros voluntatis suæ, charitatè per spiritum sanctum quem largiebatur infundens. Est igitur commune omnibus quibus iustitia contingit, quod fide & persuasione spiritus Christi iustificantur, fide quidem propitiatoris, qui in peccatum aliquod sunt lapsi: Adã verò & sancti Angeli iustificati sunt fide, qua credentur Deum esse Saluatorem, qui suos ministros esse vellent suæ naturę confortes, & in eadem gloria ac felicitate in qua est ipse, eos quoque perpetuo manere, vt illi essent ipsi participatione, secundum cuiusque; capacitatem, quod ipse erat per naturam: ex qua fide toto corde per amorè, ipsum complectebantur propter inexplicabilem hanc ipsius bonitatè. Certum est itaque; omnibus & semper necessarium fuisse fidem Dei Saluatoris ad iustificationem. An verò fides Christi Domini sui, & capitis in carne nascituri necessaria fuerit etiã sanctis angelis, non ita certum est. De Primo homine Apost. Paulus hoc pronuntiasse videtur, dum de coniugio in paradiso instituto ait: Sacramentum hoc magnū est in

Genes. 15.

Ad profectum iustitiæ necessaria est alicuius fides quæ propitiatoris.
Heb. 11. Heb. 12.

Soli penitenti necessaria est fides propitiatoris non autem legitime certanti pro brauiã.

Nulli creature ne angelicæ quidem contingere potuit iustitia ex viribus naturæ.

Sine fide nec Angeli sunt iustificati nec beati.

Rom. 9.

Per Iacob & Esau intelligitur omnes electi & reprobis etiam Angeli.

Qua fide primus homo et sancti Angeli iustificati sunt, vt sunt iustificati.

Ephes. 5.

An sancti angelis iustificati sint ex fide christi iusti auri.
 est in Christo & in ecclesia. Quamvis autem de sanctis angelis ex scriptura clarè doceri non possit, quòd hanc fidem Christi Domini sui habuerint, scripturis tamen consentaneum est, & multū verisimile, quòd ostensum sit eis in lumine fidei, quòd Christus Dominus in carne, quam filius Dei assumpturus erat, à patre vniuersis creaturis præpòneretur, etiam angelicis, quem & ipsæ deberent agnoscere atque adorare tanquam Dominum suum. Ait enim Apostolus: Cùm iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Dedit enim Deus Christum caput super omnem Ecclesiam, constituens eum ad dexteram suam in cœlestibus super omnè principatum, potestatem, virtutem & dominationem, & super omne nomen quod nominatur, nò solum in hoc seculo, sed etiam in futuro: & Omnia subiecit sub pedibus eius. Quòd suum propositum æternum mentibus angelorum viderit suggessisse & proposuisse, & iustificati sunt, quibus hoc patris consilium placebat, agnoscens Christum Dominum suum, eiq; ex animo ac spontanea voluntate obedientiam deferentes, & se totos tanquam Domino & capiti suo subiicientes. Alii verò sua superbia quasi indignantes, quòd omnia angelica natura humana sic sublimaretur, & quòd ipsi ipsorumq; omnia, deberet homini subiecta esse, ei subesse & obedire recusabant: indignū enim videbatur sublimissimos spiritus subesse imperio hominis lutei, & ex terra formati. Quo supposito, iustificati sunt angeli, & salui facti ex fide Christi Domini, & oblata ei obedientia, nò ex fide propitiationis. Modum hunc, & quòd per eum iustificati sunt sancti angeli, prolixè tractat Episc. Christophopolitanus Iacobus de Valentia, in Comment. Plal. 81. & 102. An verò qui Christo adhærebant, & ex fide quam acceperant, se ei spontè subiecerunt, ab eo eiuſque merito sint iustificati, an ex pura Dei patris gratia sine Christi merito: & an Deo patri placeant, solum quia Christi membra sunt, & in Christo, vt etiam eos elegerit pater ante mundi constitutionem in Christo, vt essent sancti & immaculati in còspectu eius in charitate, eosque prædestinauerit in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis sue, & gratificauerit in dilecto filio suo, & in Christo sic instaurauerit omnia quæ in cœlis, & quæ in terra sunt in ipso, ex scripturis quoque non omnino est manifestum. Ratio enim capitis, cuius est influere vitæ, sensum, & motum in membra, hoc exigere videtur: est enim saluator corporis sui. Et beatus Bernardus docet Christum Dominum angelis sicut hominibus fuisse redemptionem, iustitiam, sapientiam, & satisfactionem. Redemptionem quidem, nò à peccato (cui non erant obnoxii) sed qui erexit, inquit, hominem lapsum, dedit stanti angelo ne laboreretur, sic hominem de captiuitate eruens, sicut hunc à captiuitate defendens, qua ratione vtrique fuit redemptio, soluens illum, & seruans istum. Contrarium tamen, quòd scilicet sancti angeli suam iustitiam & beatitudinem non debeant Christo Domino, videtur subindicare Apocalypsis, quæ refert turbas, quas videbat gratias egisse Deo & agno, angelos verò Deo soli, nulla facta agni mentione. Sed eius mysterii tractationem tanquam articulo impertinentem prætermittimus.

Corpus cuius christus est caput, complectitur etiam angelos.
 Ex quibus patet quòd sententia Apost. Pauli. Quis te discernit? quid habes quòd nò accepisti? Si autè accepisti, quid gloriaris quasi nò acceperis? vera est in sanctis Angelis sicut in nobis: vt docet B. Anselmus lib. de casu diaboli, in quibus, an Angeli mali ideo nò perseuerabant, quia eis non dabatur à Deo, vt perseuerarent (datū autè fuerat vt perseuerare possent) vel potius ideo non perseuerabant, quia quòd offerebatur non accipiebant. Difficultates igitur quæ nunc sunt in nobis de concordia gratiæ & prædestinationis cū libertate arbitrii, eadem sunt in angelis sanctis & in Adam ante peccatum. Hoc tamen (vt diximus) discriminis est in sanctorum angelorum, primi parentis, & nostra iustificatione (omittimus hic sanctificationem & iustificationem Christi, de quo B. Lucas, Ideo & quòd nasceretur ex te sanctum, vocabitur filius Dei) quòd nos à peccatis iustificamur, illi autem diffusione charitatis per spiritum inhabitantem nulla peccati, à quo immunes sunt facta remissione vel expurgatione, per solam videlicet sublimationem in confortium naturæ diuinæ, sine vilius miseræ peccati aut damnationis sublatione iusti sunt.

Maior est dei gratia in nostra iustificatione quæ sanctorum angelorum.
 Propter quòd incomparabiliter maius est beneficium nostra iustificatio, in qua filij iræ & æternæ damnationis ob scelera nostra, in filios & hæredes adoptamur, omnibus còdonatis peccatis, quàm quòd in filium aut hæredem adoptetur, quitalis manet, qualis de manu creatoris est conditus, purum & mundum eius plasma, nullo vitio còtaminatū: Id quòd singulariter (vt diximus) Apost. obseruat loquens de nostra iustificatione. Non sit, inquit, vobis viri fratres, quòd per hunc vobis remissionem peccatorum annūciatur ab omnibus, à quibus nò potuistis in lege Moyſi iustificari. Et ad Rom. Credetū, inquit, in eū qui iustificat

Corpus cuius christus est caput, complectitur etiam angelos.

Ser. 22. super Cant.

Cap. 7.

1. Corint. 4.

Cap. 2. & 5.

Cap. 1.

Maior est dei gratia in nostra iustificatione quæ sanctorum angelorum. Aho. 15. Cap. 4.

iustificat impiū, reputatur fides eius ad iustitiam. Et cōmendat charitatē suam in nobis Deus: Quoniā cū adhuc essemus secundū tēpus peccatores, Christus pro nobis mortuus est: Item ad Ephesios, Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, quia dilexit nos, & cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluari. Incomparabiliter igitur maiori gratia maioriq; Dei misericordia nos iustificamur, quàm sancti angeli, aut primus homo. Nostra enim iustificatio est cum redemptione à captiuitate & seruitute diaboli, peccati, & mortis æternæ, qua ex hostibus & inimicis adoptamur in filios. Ex quibus manifestum est, quòd hæc fides propitiationis, vt modò est, ira semper fuit ad iustificationem necessaria post lapsum in peccatum, sicut fides Christi mediatoris. Eadem namque fides est propitiatoris & mediatoris. Nam mediator est Christus, Deum nobis propitiando & reconciliando: mediatoris autem fidem à tempore peccati Adæ, docet magister in Sentent. esse necessariam, ex doctrina B. Augustini in Epistol. ad Optatum. Et cap. 7. lib. de corrept. & gratia, vbi ait. Sicut veritas loquitur, nemo liberatur à damnatione quæ facta est per Adam, nisi per fidem Iesu Christi, & tamen ab hac damnatione non se liberabunt, qui poterunt dicere se non audisse Euangelium Christi, cū fides ex auditu sit: quantò minus se liberabunt, qui dicuntur sunt, perseuerantiam non acceperunt. Iustior enim videtur excusatio, dicentium, non acceperimus audientiam, quàm dicentium, non acceperimus perseuerantiam. Quoniam potest dici homini, In eo quòd audieras & tenueras in eo perseuerares si velles, nullo modo autem dici potest, Id quòd nò audieras crederes si velles. Et paucis interpositis: Quicumque ergo ab illa originali damnatione ista diuinæ gratiæ largitate discreti sunt, nò est dubium quòd & procuratur eius audiendum euangelium, & quum audiunt credunt, & in fide quæ per dilectionem operatur, vsque in finem perseuerant. Ad quòd citat sententiam B. Petri, Quid tentatis Deum imponere iugum super creuices populorum, quòd neque nos, neq; patres nostros portare potuimus. Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Et alio loco, Non est in alio aliquo salus, nec aliud sub celo datum nomen hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Item, Huic omnes prophete remissionem peccatorū accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Habuerunt enim eundem spiritum fidei & charitatis, quotquot iam inde à mundi constitutione facti sunt salui. Nec sufficeret fides natiuitatis, resurrectionis & ascensionis Christi, imò nec mortis aut passionis, nisi in ea intelligatur hæc propitiatio pro nostris peccatis, vt iustificandi & peccatorū remissionem accepturi, quasi eius sanguine expectemus aspergi & lauari, eiuſq; merito apud patrem reconciliari, & in gratiam redire: Sed necessaria fuit hæc fides vsque ad euangelij manifestationem distincta vel velata, in aperto, vel in mysterio, vt docet Magister eadem distinct. post B. Augustinum: Nunc autem necessaria est distincta & expressa mediatoris & propitiatoris fides. Nam fidem semper creuisse docet B. Gregorius. Et Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacramentis. Item B. Bernardus in Epistol. ad eundem Hugonem. Et videtur B. Augustinus sensisse tam necessariam esse & fuisse hanc fidem, vt nulla ignorantia quantumcumque inuincibilis excusare poterit, vel possit à damnatione, etiam si Euangelium audivi non potuerit: vt sonare videtur sententia eius iam statim citata ex cap. 7. lib. de corrept. & gratia. Et de natura & gratia, cap. 2. 8. & 9. Rursus de gratia Christi cap. 24. vbi dicit Pelagium eiusq; discipulos contra veritatem scripturarum distinxisse tria tempora, & primum vixisse iustos homines ex natura: deinde sub lege: tertio sub gratia, quam distinctionem ex scripturis improbat. Certa est enim sententia Apost. Pauli: Omnes enim filij Dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu: & B. Petri: Huic omnes prophete testimonium perhibent, &c. Sed difficultatē magnam articulus hic habere videtur, dum dicit hanc fidem necessariam ad iustificationem, quasi ab ea pendeat, vt sine hac fide nemo iustificari possit. Videtur enim sufficere fides quæcumque, vt quidam Doctores catholici docent, & probant ex epistol. ad Hæbr. Nam fide, Noe responso accepto de his quæ adhuc non videbantur metuens, aptauit arcam in salutem domus sue, per quam damnauit mundum, & iustitia quæ per fidem est, hæres est institutus. Ex quo colligunt fidem imminentis diluuii per timorem operante iustificare. Item ex eo quòd fide plurimum hostiam Abel quàm Cain obtulit Deo, per quam consecutus est esse iustus testimonium perhibente muneribus eius Deo. Et credidit Abraham Deo, nullo habito respectu ad propitiationem, sed ad promissionem & seminis sui multiplicationem tantum, & reputatum est ei ad iustitiam. Quibus respondetur, quòd articulus regulam ponit, secundum quam penitentes remissionem peccatorum & iustitiam sperare debent. Hæc autem est fidei

Cap. 5.

Cap. 1.

Fides propitiatoris sicut mediatoris semper post lapsum hominis sunt necessaria.

Distinct. 35. 5. sentent. Epistol. 157.

Lib. 2. de grad. cap. 2. Aho. 13.

Aho. 4. Cap. 10.

Lib. 9. contra Faust. ca. 14. Homil. 26 super Ezech. parte 10. cap. 4. & 6.

Aho. 10. Quævis fides propitiatoris sit necessaria, an sit necessaria, quædam iustificamur, Magister noster Iacobus Latomus de fide & operibus: Albericus Pignus cōtra 2. circa finem. Heb. 11. Responso ad obiectionem:

Regula fidei. regula, quod ex Christi propitiatione in sanguine ipsius, non ex pura patris celestis gratia, nec ex suis operibus, nisi hoc sanguine aspersus peccator poenitens veniam peccatorum consequitur. Proprie igitur speranda est venia, consideratione mortis Christi passim pro peccatis nostris. Atqui necessaria est hæc fides in actu, saltem virtuali atque implicitè, ita vt poenitentia saltem secundum spem venia ab eo procedat. Fides autem hæc in habitu tantum, sufficere non videtur: sed talis requiritur, quæ sic dirigat poenitentes, vt nõ quasi ex operibus suis, aut mera patris gratia, sine redemptionis per filium factæ interuentu, veniam aut iustitiam speret. Non enim pater peccata remittit, nisi respiciendo in faciem Christi filij sui. Et doctores putantes quamlibet fidem ad iustificationem sufficere, magis de ea loquuntur secundum eius augmentum & perfectionem, quam que est à peccatis liberatio. Certum est enim de secunda hac iustificatione loqui Apostolum Paulum in locis quæ citantur ab iisdem. Nam Abraham & Noë prius erant iusti. Et fortassis fides hominis Christiani complectitur hanc fidem propitiationis. Suscepit enim quisque Christianus sacramenta ea fide, eoque sine ac modo, quibus Christus ea suscipienda instituit, & maiores credunt & suscipiunt. Porrò hæc propitatio non tollit omnem reatum. Nam filii sunt, quibus mandatum est orare: Dimitte nobis debita nostra. Item filius est, qui dicit se scire, quod pater non parcat delinquenti. Rursus, de Moyse & Samuele ait propheta, Propitius fuisti eis, tamen vlciscens in omnes adinventiones eorum.

Secunda pars articuli. **S**INE hac fide nullis nostris operibus, nullaq; poenitentia iustificatio obtineri potest: Sea autem præsentè nostris operibus, nostraq; poenitentia inde procedentibus, & sanguine Christi per eam tinctis, iustificamur, & à peccatis liberamur propter hanc fidem & Christi propitiationem. Facit enim hæc fides, vt nostram poenitentiam & cordis contritionem aspiciat Deus. Testantur enim scripture, quod propter poenitentiam Deus dissimulat peccata hominum. Et tristitia quæ secundum Deum est, poenitentiam & salutem stabilem operatur. Niniuitarum quoque opera vidit Deus, quia conuersi sunt à via sua mala, & miserus est Deus super malitia, quam locutus est. In articulo autem intelliguntur opera & poenitentia nostra, non, quæ sunt fructus fidei, quæq; ex ea procedunt, sed quæ ex naturali hominis cognitione & viribus liberi arbitrij proficiscuntur: Ea enim proprie nostra sunt opera. Nam ex operibus fidei Abraham esse iustificatum, & similiter Raab meretricem, aperte docet epistola B. Iacobi, declarans in ea parte Paulum Apostolum in epist. ad Rom. de aliis operibus, quæ ex fide non proficiscuntur esse locutum. Palam enim dicit Iacobus, Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, operibus scilicet Fidei, de qua ibi agit: sed non ex fide tantum. Nec tacet opera ex quibus iustificati sunt pater noster Abraham & Raab meretrix: Abraham quidem ex oblatione Isaac filij sui; & Raab, quia suscepit nuncios, & alia via eiecit. Et his operibus dicit fidem esse cooperatam & consummatam. Opponit enim Apo. Paul. gratiæ & fidei, nostra & le gis opera, non gratiæ & fidei opera. Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non esset gratia. Item, Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiã, sed secundum debitum. Et fidei opponit opera, dũ ait, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriã, sed non apud Deũ. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Est igitur iustificatio à peccatis & eorũ remissio ex poenitentia, fidei, & gratiæ operibus, non secundum rationem meriti. Nusquã enim in scripturis fides, vel iustitia (vt diximus) merces dicitur, sicut vita æterna. Nã ex sola Christi morte, quasi ex merito, à peccatis iustificamur. Hic enim solus meruit, vt nos quasi filij & hæredes in gratiam patris rediremus. Nec tamen solum ex his operibus tanquam conditione requisita ex lege Christi, & iudicio naturalis rationis, secundum quod filius agnoscere debet, & dolere de offensa in patrem commissa, & ad emendam se subiicere ad eius voluntatẽ, sine qua conditione peccata nunquã condonarentur, sed hæc opera efficaciter præparant ex Christi propitiatione & ordinatione mouentis cor peccatoris, vt ad Deũ conuertatur. Atq; huius cõsideratione, vera est sententia cõmunis, quod iniquitas esset apud Deum, si ad se confugientẽ nõ reciperet. Opera verò quæ Christus vt caput in nobis mēbris suis per spiritũ inhabitantẽ operatur, verè secundum rationem meriti iustitiam perficiunt, & efficeret, nisi iustitiæ qualitas esset omnẽ naturæ creatæ virtutem excedens: Habitu tamen iustitiæ acquisitũ alterius speciei per modũ efficientiæ post se relinquunt. Dicimur autem & ab operibus his iusti, iusti, quemadmodum ab iniustis, iniusti, & ratione maiorũ & pluriũ operũ magis iusti & iniusti. Qui facit iustitiã, ait scriptura, iustus est, sicut & ille iustus est, Qui facit peccatũ ex diabolo est. Secundũ quã operum iustitiã, eorumq;

Psal. 98.

Secunda pars articuli.

Sapient. 11.

1onã 3.

Cap. 2.

Cap. 4.

Rom. 11.

Rom. 4.

Rom. 4.

1bo. 22. q. 12.

eorumq; iniuitatem, à Deo fiet retributio, non secundum habitus. Reddet enim Deus vnicuique secundum opera sua: quamuis nostra fides, hoc est, fides catholica, vt ait B. Aug. non operum, sed ipsa fidei lege discernit iustos ab iniustis, mercedem autem lege operum, quia iustus ex fide viuít, & secundum opera ei retribuitur merces. Iustitia autem & iniustitia, habitus sunt nomina, non actus. Ex his manifestum est, nos ex operibus iustificari à peccatis, & iniustitia perfici, quamuis ratione diuersa. Manifestum est etiam, quod multiplex est iustitia fidei, sicut est multiplex operum iustitia. Est enim iustitia fidei habitualis, quæ à Deo infunditur per spiritum inhabitantem, & facit naturæ diuinæ consortes ac filios Dei. Alia est, quæ acquiritur ex operum fidei frequentia, & ideo dicitur iustitia acquisita, manens in peccatore. Est & actualis, quæ est rectitudo operum iustitiæ. Omnis autem iustitia est & operum iustitia, quia ex operibus perficitur & gignitur: ex operibus autem quæ ex spiritu fidei procedunt. Sed retributio fiet secundum iustitiam operum. Paruulis autem & adultis, qui tempus operandi non habuerunt, retribuetur secundum merita Christi, iuxta proportionem tamen ad eius imaginem, hoc est, Dei formitatem.

Addit deinde articulus, nec fide sola, sterili scilicet & otiosa, vel per timorem, non per amorem operante, quam Beatus Iacobus dicit esse dæmonum, id est, non ea fide quæ consistat intra limites illuminationis intellectus se captiuantis in obsequium verborum Dei, quam non iustificare docet Apostolus Paulus, dum ait, In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. De qua fide, euangelica scilicet, dicit B. August. lib. de fide & operibus loqui Apost. quando fide docet nos iustificari. Iustificamur enim fide non formata, sed fecunda, operumque poenitentia feraci, sine quibus non contingit peccatoribus iustificatio. Tristitia, inquit Apostolus, quæ secundum Deum est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Nec tamen hac fide iustificamur, nisi perfectam adduxerit poenitentiam, vel sacramentum poenitentia: aut baptismi accesserit. Quapropter B. Paulus restitutus est Iudæis arque Genitibus poenitentiam in Deum, & fidem in Iesum Christum, clarissimè docens vnum sine altero non sufficere. Et Saluator in principio suæ prædicationis, Poenitemini, inquit, & credite Euangelio. Item Apostolis iussit prædicare in nomine suo poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Rursus B. Petrus ad Simonem Magum: Poenitentiam itaque age, inquit, ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Et B. Ioannes in Apocalypsi Angelo Ephesi: Memor esto vnde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac. Et angelo Pergami. Dedi illi tempus vt poenitentiam ageret, & non vult poenitere: ecce ego mittã eã in lectum, & qui mortuatur eum ea, nisi poenitentiam ab operibus suis egerint. Sicut autem in his scripturis tantum mentio fit poenitentia, non expressa fide, quæ tamen ex aliis scripturis simul intelligitur, ita nihil mirandum, si B. Paulus in epist. ad Rom. & Galat. solum fidei (de qua scopus disputationis erat) expresse meminert, suppressis iuterim operibus, quæ tamen propterea non excluduntur, sed ex aliis scripturarum locis etiam intelliguntur. Et vtraq; hæc expresse requirit Dominus Saluator, Apost. Paulus quoque, locis iam citatis. Quod autem poenitentia formalis, qua displicet peccatum ob Dei offensam, necessariò requiratur, & virtualis non sufficiat, ostendimus superius, circa articulum de poenitentia ex scripturis, & ex doctrina beati Thomæ & Alexandri de Hales: quamuis multi doctores cõtrarium defendant, sufficere nimirum dilectionem Dei super omnia, in ea autem virtualiter contineri poenitentiam, & odium peccati. Quam difficultatem latè prosequitur reuerendus M. N. Dominicus à Soto, secundo lib. de natura & gratia. Nec obstat his quæ diximus, scilicet, sola fide non fieri iustificationem, sententia Apostoli Pauli, Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum: Ex quo sequi videtur, quod qui credit in eum, eo ipso iustificatur, quamuis sola sit fides sine poenitentia: quia argumentatio & intentio Pauli non requirit aliud, quàm quod sine fide in Christum nemini contingere potest iustitia. Et ideo eodem sermonis tropo intelligenda est, quo alia eius sententia, Per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem. Item Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Et B. Petrus: Patienter agit propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti. Rursus apud Ioannem. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sicut enim ista intelliguntur secundum distributionem accommodam, quotquot scilicet illuminantur, per eum illuminari oportet. Et sicut iustificatio vitæ non nisi per vnus hominis iustitiam propagatur, ita nec iustitia Dei alicui communicatur, nisi

Lib. 3. cõtra 2. epist. Pelag. cap. 5.

Rom. 12.

Galat. 5.

Cap. 14.

Fides sine poenitentia non iustificat. Act. 20.

Marc. 1. Luc. 13. 11. Act. 8.

Apocal. 1.

Cap. 18. Intellectus scripturarum que sonant sola fide iustitiam cari impij. Rom. an. 3.

Rom. 5.

2. Pet. 3.

nisi per vniuersi hominis iustitiam propagatur, ita nec iustitia Dei alicui communicatur, nisi per fidem Iesu Christi, & ei solum si credat in eum. Quod autem simpliciter in omnes credentes veniat Dei iustitia, impertinens est huic loco Apostoli, & scopo disputationis eius, nec patiuntur Euangelia. Si tamen intelligatur esse absoluta distributio, solum sequitur modus quidam credendi esse, que sequitur semper iustificatione: de quo Apof. ad Romanos 10. cap. Item ad Galathas 5. vbi ea interpretatur que dixerat, de fide iustificante. Et hæc sententia superius citata, iustitia Dei in omnes, & c. magis tradit efficaciam & virtutem fidei quam perpetuum eius effectum & euentum: virtute autem includit suos effectus, hoc est, vniuersa que didicit esse necessaria ad iustificationem. Et in omnes credentes venit, sed non statim: verum præstitis & perfectis fidei operibus, inter que est in primis pœnitentia. Est autem hic difficultas, quum ab his duobus, fide nimirum & pœnitentia nostra pendeat iustificatio, vtra principalis eam operetur, fides an pœnitentia.

An iustificatio impij magis à fide pendeat, an à pœnitentia.

Pœnitentia est ex fide catholica vniuersa: si spes autem veniæ, ex fide propitiatiōis.

Pœnitentia principalior est in hominis iustificatione.

Proprius pœnitentia effectus est remissio culpæ, & impij iustificatio.

Hierem. 3.

Propositiū viuendi secundum mandata Dei, requiritur in pœnitentia.

Distinc. 144. sent. 4. 1. art. 1. quæst. 6.

Nam hic articulus noster tribuere videtur primas partes fidei, dum dicit: ante omnia necessariam esse hanc fidem. Videtur probabilius pœnitentiam esse causam immediatam remissionis peccatorum & iustificationis: ea tamen ratione que ex fide procedit, nõ quidem propitiatiōis, sed ex fide communi catholica, sicut opera nostra immediatè Deo placent, vt quod currimus & contendimus, ad brauium superuæ uocationis, quod legitime certamus, sed placent propter charitatem & spiritum Christi, à quibus procedunt. Quia tamen ex pœnitentia nostra tantum iustificamur, tanquam ex dispositione Deum inuitante & prouocante, & ex Christi propitiatiōe tanquam merito, quæ sola fide consideratur, ideo fides hæc præ cæteris omnibus dicitur necessaria. Et deinde hæc fides principalior comparatione ad spem veniæ, quam pœnitentia includit. Sed secundum quod pœnitentia odium peccati includit ex fide catholica procedens, expellit peccatū, & principalior est in hominis iustificatione. Propria autem pœnitentiæ ratio, consistit in odio peccati contra Deum eiusque mandatum commissi, ita vt dolendi ratio sit Deus, fide cognitus: ad quam pœnitentiam odiumque peccati, non est necessaria fides propitiatiōis: vt in se complectitur propositum Deum offensum placandi, & veniæ expectatione, hac parte pœnitentia requirit fidem propitiatiōis, sine qua efficax esse non potest. Nam per eam regulari debet pœnitentia, vt gratiam & peccatorum remissionem à patre quaramus ob redemptionem filij sui, certò cognoscentes, quòd sine ea in gratiam non recipiemur. Proprius igitur pœnitentiæ effectus, est remissio culpæ, & impij iustificatio. Si impius, inquit Propheta, egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua quam operatus est viuet. Conuertimini & agite pœnitentiam. Agite pœnitentiam, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Rursus, Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, Quid feci? Huiusmodi plurimas sententias supra citauimus, quæ pœnitentiæ tribuunt peccatorum remissionem. Fides verò magis ostendit ad quem recurrere debeamus, vt iustificemur, & quo modo remissionem expectare nos oporteat, quam vt immediatè tanquam causam proximam iustificet. Quemadmodum enim ostendit quomodo orare, quodque in nomine Iesu petere debeamus (oratio tamen fide directa impetrat, non ipsa fides) ita pœnitentia est principalis & proxima causa ad remissionem peccatorum disponens: fides autem ostendit, qua ratione in gratiam patris quis redire potest. Cor enim contritum & humiliatum Deus propriè respicit, fide, vt diximus, dirigente, & ostendente media, per que Deum placare possumus, & cuius gratia ipsum placabimus.

Et sicut requiritur ad veram pœnitentiam propositum amplius non peccandi, ita & propositum viuendi secundum mandata Dei. Reconciliatio namque amici & amicitia leges hoc requirunt, vt mutua fiat inter eos voluntatis beneuolentia, & potissimè quando filius post offensam patris & rebellionem atque inobedientiam contra eum admittit, reconciliatur, offerre debet obedientiam & propositum secundum patris mandata viuendi. An verò requiratur ad iustificationem explicatum atque formale propositum viuendi secundum mandata Dei, sicut ad formalem pœnitentiam, non concordant sententiæ scholastici (qui diligentiores sunt in omnium difficultatum veritate inquirenda.) Nec satis inter eos conuenit an requiratur formale propositum à peccatis abstinenti, an sufficiat virtuale. Docent enim quidam sufficere, quòd non adit relabendi propositum, aut ad peccandum affectus, beatus Thomas tanquam de questione non parum dubia, dubie loquitur, & sibi non satis constare videtur. Proponit enim argumentum. Pœnitentia secundum propriam rationem respicit præteritum: ergo non debet poni in eius definitione, plangenda non committere, Cui responderet, Quamuis ad pœnitentiam, in quantum

quantum pœnitentia est, non pertineat respectus ad futurum, tamen in quantum est emendatoria offensæ commissa in Deum, exigit respectum in futurum, scilicet propositum de cætero peccata cauendi. Et hoc propositum intelligitur in hoc quod dicit, flenda iterum non committere, id est, habere propositum non committendi. Vel intelligatur quantum ad perfectam pœnitentiam, & non sit de eius essentia, sed perfectione, quia sine hoc non consequitur vltimum fructum suum. Vel referatur ad idem tempus, vt Magister dicit. Idem alio loco, dicit pœnitentiam respicere peccatum futurum ex consequenti solum, secundum quod habet aliquid de actu prudentiæ adiunctum, & non ratione propriæ speciei: propter quod ille qui conteritur, dolet quidem de peccato præterito & cauet futurum: sed non dicitur esse contritus de peccato futuro, sed magis cautio, quæ est pars prudentiæ adiunctæ contritioni. Et cauere futura peccata, est actus pœnitentiæ, vt mora est & directæ à prudentia. S. Bonaventura quoque eadem distinctione dicit propositum peccata cauendi vitamque mutandi non esse de necessitate pœnitentiæ, sed de bene esse eius, & actum pœnitentiæ annexum. Et Gabriel Biel constanter pronunciat, solam criminis desertionem sine omni alio actu sufficere ad peccati delerionem. Et satis videtur quòd hoc propositum magis ad charitatem & obedientiam Dei pertinet, quam ad pœnitentiam. Sanctissimus autem Adrianus sextus docet emendationis propositum in futurum requiri ad veram pœnitentiam, ex definitione quam distinet prædicta tradit Magister, hac videlicet, Pœnitentia est virtus vel gratia qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus & odimus, & plangenda amplius committere nolumus. Quam definitionem colligit ex verbis B. Gregorij & Ambrosij. Oportet enim quòd verè penitens odiat diuinam offensam: Ex quo consequens est quòd saltem implicite nolit in posterum peccare. De quibus opinionibus loquens Gerson de regulis moralibus. Mitis, inquit, est opinio pro peccatoribus, dicens sufficere ad absolutionis sacramentalis fructuosam susceptionem, quòd confessus non habeat actuale propositum peccandi. Hoc enim dicunt esse non ponere obicem: sed alia opinio quòd actuale propositum peccandi non peccandi in futurum requiritur, & probabilior & securior. Et quia in Concilio Florentino definitur ad cordis contritionem pertinere, vt penitens doleat de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero: Rursus in Concilio Tridentino, quòd suscepturum baptismum debeat proponere se inchoaturum nouam vitam seruaturumque; diuina præcepta: præsens articulus dicit propositum secundum mandata Dei viuendi quasi in pœnitentia comprehensum, aut ei inseparabiliter annexum, ad iustificationem esse necessarium. Quæ autem diximus de iustificatione fidei, confirmat Concilium Trident. dum ait, Cum Apof. dicit iustificari hominè per fidem & gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perperuus ecclesiæ catholica consensus tenuit & expressit, vt scilicet per fidem ideo iustificari credamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire: Gratis autem iustificari ideo dicamur, quia nihil eorum quæ iustificatione præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur: Si enim gratia est, iam nõ ex operibus, alioquin (vt idem Apof. inquit) gratia iam nõ est gratia. Quæ patrum doctrina sumpta videtur ex ca. 7. li. B. Aug. de prædest. sanctorum, vbi inquit. Cũ ipsam fidem Dominus opus Dei esse dicat, & hac vt operemur iubeat, sic disting. Apo. Paulus ab operibus fidem, quemadmodum in duobus regnis Hebræorum distinguitur Iudas ab Israel, quum & ipsa Iudas sit Israel. Ex fide autè ideo dicit iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrentur cætera, quæ propriè opera nuncupantur, in quibus iuste viuatur. Et post pauca, Si Cornelius Cæturio posset sine fide Christi esse saluus, non ad eum edificandum mitteretur architectus Apof. Petrus. Et dicitur à vobis, fides est à nobis, cætera à Domino, quasi ad edificandum non pertineat fides, quasi ad edificandum, inquam, non pertineat fundamentum. Et in epist. ad Ananiam quæ est 144. Fides iustificat, quia impetrat iustificationem. Similiter b. Cyril. in Ioan. Ianna & via in vitam fides est, & recursus quidam atque reductio à corruptione ad immortalitatem. Et Origenes in cōmen. epi. ad Rom. circa locum. Creditur Abraham Deo, & c. Puto, inquit, quòd prima salutis initia & fundamenta fides est. Itè de acceptæ iustificationis incremento, idem Conc. Trident. sic inquit: Sic ergo iustificati & amici Dei facti & domestici, euntes de virtute in virtutè, vt Apof. inquit, renouantur de die in diè, hoc est, mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma iustitiæ in sanctificationem per obseruationem mandatorum Dei & Ecclesiæ in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperate fide, bonis operibus crescunt, atque magis iustificantur, sicut scriptum est, Qui

Distinc. 7. 4. art. 2. q. 4.

Eadem dist. quæst. 1. quæst. 2.

Homi. 84. in Euang. part. 2. alphas. 25. 8.

Cap. 8. sect. 5.

Ioan. 6.

Cap. 9.

Cap. 16.

Qui iustus est iustificetur adhuc. Et iterum, Ne verearis vsque ad mortem iustificari. Et rursum, Videris quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? Hoc vero Iustitiæ incrementum petit sancta Ecclesia cum orat: Danobis Domine fidei, spei, & charitatis augmentum.

Iustitia qua iusti sunt coram Deo qualitas est menti hominis intrinseca, vel per modum qualitatatis immutabilis se habet. Sapient. 8.

Multi sunt vere iusti.

Rom. 5. Heb. 11.

Matth. 23. Lib. 2. de doctr. Chri. c. 11

1. Cor. 3.

1. Corinti. 10. Rom. 5.

PRO maiori explanatione huius articuli considerandum est, & ostendendum, quod iustitia qua iustificamur, hoc est, quæ terminus est nostræ iustificationis, sit qualitas à qua intrinseca denominatione, verè iusti dicimur, quodque hæc qualitas vera sit iustitia, sicut formaliter sapientes sumus & temperati à qualitatibus sapientia & temperantia, quas spiritus Christi nobis communicat. De qua sapientia B. Iacobus ait, Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Loquitur enim similiter Sapiens de his virtutibus: Sobrietatem & sapientiam docet & iustitiam & virtutē, quibus vitium nihil est in vita hominis. Sicut igitur fieri non potest vt homo sit sapiens, nisi à sapientia inhærente, nec sobrius aut fortis, nisi intrinseca denominatione ab inexistentibus his qualitatibus, ita nec iustus, nisi in se habeat qualitatem, quæ est iustitia participata & derivata, sicut à capite ad membra: à iustitia Christi, à qua sola homo iustus esse non posset, sicut nec ab eius fortitudine & prudentia, fortis & prudens, nisi eas participaret intrinsecè secundum formales earum rationes.

Quemadmodum creaturæ bonæ non dicerentur à Dei bonitate, si in se non haberent bonitatis eius participationem. Multos autem dici & esse verè iustos, passim testantur scripturæ sacræ. Nam iustus, inquit Abacuc propheta, ex fide vivit. Et Apof. Paulus, Sicut per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, peccato Adæ in posterum transfuso: ita per vnus obediētiā iusti constituentur multi, per transfusionem & communicationem spiritus & iustitiæ Christi. Et ideo non tantum extrinseca denominatione iusti sumus: sicut nō dicimur peccatores extrinsecè ab inobediētia Adæ, sed intrinsecè tam à peccato Adæ peccatores, quam à iustitia Christi, iusti dicimur, tanquam nobis inhærentibus & in nos transfusis. Et Abel testimonium consecutus est, se esse iustum, testimonium perhibente muneribus eius Deo. Item in Euangelio dicit Christus, sanguinem iusti Abel. Et Noë iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus, Adæ videlicet hæres & maiorum suorum. Itaque cum scriptura hos & infinitos alios simpliciter iustos pronunciet, non possunt secundum tropum & abusuè iusti intelligi, tum quod nomen ipsum iustus non patitur extrinsecam denominationem, sicut nec nomina sapientis, fortis, & temperatus, tum maximè quod secundum tropum non sit intelligenda scriptura sacra, nisi sermonis proprietates absurdum sensum faciat, vt docet B. August. Præterea palam testantur scripturæ in iustificatione impij magnam fieri mutationem & alterationem qualitativam in interiori hominis dispositione, quam dispositionem vocant mundiciem, novitatem, cordis rectitudinem, consortium, & esse naturæ diuinæ, vitam spiritus, & aliis nominibus, à quibus denominatio fieri non potest, nisi intrinseca.

Non enim cor alicuius est rectum, nisi à rectitudine inhærente, nec mundum, nec novū, nec viuum, nisi à munditia, novitate & vita, quæ menti inhærent. Contra communem hominum sensum, diceretur linea esse recta, non à propria, sed alterius lineæ rectitudine. Nec minus absurdum esset, quod homo qui iustus in corde & impius & iniustus est, ab alterius extrinseca iustitia iustus denominaretur: Pronunciat aut Apo. Paulus apud Cor. Hæc aliquando fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Eadē namq; iustitia per Christi gratiā nobis restituitur, quæ ablata est per primum nostrum peccetum, quæ ei intrinseca erat & inhærens. Similiter vita eadem sicut idem spiritus. Ait enim, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et alibi, Sed non sicut delictum, ita & donum.

Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundavit. Si enim vnus delicto mors regnavit per vnū, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnū Iesum Christum. Igitur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationē vitæ. Sicut enim per inobediētiā vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obediētiā iusti constituentur multi: Vt sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam & vitam æternam per Iesum Christum dominum nostrum. Quæ Pauli sententiæ clare docent, per Christum nobis restituta esse, quæ ablata sunt per peccatum Adæ, & gratiam abundantiorē nobis esse factam, quam fuit calamitas

mitas inflata per adam. Et ideo Corinth. scribit, quod in omnibus erant facti diuites in Christo Iesu, & quod Christus, propter nos egenus factus est cū esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Et. Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus.

1. Cor. 1. Ephe. 1.

Item: Habemus thesaurū istū in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei & non ex nobis. Has aut diuitias nobis explicat, dum dicit, Diuisiones gratiarū sunt, idem aut spiritus: & diuisiones ministratioū sunt, idē aut dominus. Quod profequitur duobus capitibus. Vbi enim est spiritus Christi inhabitans, ibi est & vita diuina, qua vivit in nobis Christus potius q̄ nosmetipsi. Eandē præterea vitā in membris esse oportet, quæ est in capite, sicut idē est spiritus totū corpus viuificans. In vno spiritu oēs nos in vno corpus baptizati sumus, & oēs vno spiritu potati sumus. Vos aut estis corpus Christi & membra de membro: omnia aut corporis vnius, cū sint multa, vnu tamē corpus sumus: ita & Christus, qui suo influxu toti corpori suum spiritum cōmunicat, per quem diffundit charitatem & iustitiam in cordibus nostris, & per charitatem vniuersas virtutes, quæ ad recte pieq; viuendum sunt necessariae, imò & dona sancti spiritus, quæ propheta Elias super florem ascendentem de radice Iesse filium Mariæ virginis vidit requiescere, spiritum scilicet sapientiæ, intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum sapientiæ & pietatis, & spiritum timoris domini. Hæc enim omnia inseparabilia sunt à spiritu Christi nos viuificante. Et Sapiens aperte pronunciat. Venerunt mihi omnia bona cum ea, sapientia scilicet, quæ indiuidua comes est spiritus Christi, & charitatis per ipsum in cordibus nostris diffusæ. Et fructus spiritus describit Apostolus apud Gal. & Charitatis apud Corinth. Nam sicut patiens est charitas, benigna, ita iusta est, vnicuique reddens quod suum est, imò & torius legis est impletio: Absurda igitur est aduersariorum sententia, & in copiosam Christi redemptionem impia & blasphema quod in nobis ipsis, postquam in Christo sumus renati, manemus iniusti, iniqui, contaminati, & in conspectu Dei abominabiles, & in Christo duntaxat iusti, Deo placentes ei quæ accepti, & ob illius tantum iustitiam: nec minus grati quam si personaliter Christi iustitiam præstitissemus. Magis certè copiosa est Christi redemptio, per quam non solum à malis & inopia liberamur, sed in omnibus per eam diuites facti sumus. Qui proptio filio non peperit, ait Apostolus, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo per illum non omnia nobis donauit? Natiuitatem enim qua in Christo ex Deo renascimur, per spiritum eius, vniuersæ diuitiæ & dignitates filiorum & hæredum Dei sequuntur. Hanc aut sententiam, inheerentem scilicet esse nobis iustitiā, plurimis in locis ex sacris scripturis manifestè ostendit & docet b. Aug. nec tacet quæ sit hæc fidei iustitia per quam impius iustificatur. Ait enim Charitas inchoata, inchoata iustitia est: charitas prouecta, prouecta iustitia est: charitas magna, magna iustitia est, charitas perfecta, perfecta iustitia est: sed charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta, quæ tunc maxima est in hac vita, quādo pro illa ipsa contemnitur vita. Ipsa est gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrū. Charitatem aut suæ dilectionem qua Deum diligimus, necesse est esse intrinsecam. Si, inquit, in Abel iusto charitas Dei, qua vere iustus est quicumque iustus est adhuc erat quo posset & deberet augeri, quicquid minus erat, ex vitio erat, scilicet cupiditatis. Rursum, Neque illud nimis curo, vtrum fuerint hic aliqui, vel sint vel esse possint, qui perfectam, cui nihil addendum esset, habuerunt, vel habeant, vel habituri sint charitatem. Ipsa est enim verissima, plenissima, perfectissimaq; iustitia. Et iterum, Ex fide Christi ante eius passionē iustus vixisse nō dubiū est, qui præstat spiritū sanctū, qui datus est nobis, per quē diffunditur charitas in cordibus nostris, qua vna iusti sunt, quicumq; iusti sunt. Et loquēs cōtra Pelagiū. Istā quippe gratiā, inquit, qua iustificamur, id est qua charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, in Pelagiū & Cœlestiū scriptis nusquam eos inueni quemadmodū confreda est, cōsteri. Itē alio loco clarissime, Disputās enim cōtra eundē Pelagiū, docentē nō propagatione in alios homines peccatū ex primo homine, sed imitatione trāsisse: Aliud est, inquit, quod exemplū est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cū peccato naturalibus. Nam & Christi imitantur sancti eius ad sequendā iustitiā. Vnde & idē Apostolus dixit. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed præter hanc imitationem gratiæ eius, illuminationem, iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur. Hæc enim gratia baptizatos quoque paruulos suo inserit corpori, qui certè imitari aliquid non dum valent. Sicut ergo ille in quo omnes viuificabuntur, præter quod se ad iustitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam sui spiritus, occultissimam fidelibus gratiam, quam latentem infundit & paruulis: sic & ille in quo omnes moriuntur, præter quod eis qui præceptum Domini voluntate transgrediuntur, imitationis exemplum

2. Co. 12. et 13

Rom. 12.

Cap. 12.

Cap. 5.

1. Cor. 13.

Iustitia qua vere iusti sunt in locis ex sacris scripturis manifestè ostendit & docet b. Aug. nec tacet quæ sit hæc fidei iustitia per quam impius iustificatur. Ait enim Charitas inchoata, inchoata iustitia est: charitas prouecta, prouecta iustitia est: charitas magna, magna iustitia est, charitas perfecta, perfecta iustitia est: sed charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta, quæ tunc maxima est in hac vita, quādo pro illa ipsa contemnitur vita. Ipsa est gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrū. Charitatem aut suæ dilectionem qua Deum diligimus, necesse est esse intrinsecam. Si, inquit, in Abel iusto charitas Dei, qua vere iustus est quicumque iustus est adhuc erat quo posset & deberet augeri, quicquid minus erat, ex vitio erat, scilicet cupiditatis. Rursum, Neque illud nimis curo, vtrum fuerint hic aliqui, vel sint vel esse possint, qui perfectam, cui nihil addendum esset, habuerunt, vel habeant, vel habituri sint charitatem. Ipsa est enim verissima, plenissima, perfectissimaq; iustitia. Et iterum, Ex fide Christi ante eius passionē iustus vixisse nō dubiū est, qui præstat spiritū sanctū, qui datus est nobis, per quē diffunditur charitas in cordibus nostris, qua vna iusti sunt, quicumq; iusti sunt. Et loquēs cōtra Pelagiū. Istā quippe gratiā, inquit, qua iustificamur, id est qua charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, in Pelagiū & Cœlestiū scriptis nusquam eos inueni quemadmodū confreda est, cōsteri. Itē alio loco clarissime, Disputās enim cōtra eundē Pelagiū, docentē nō propagatione in alios homines peccatū ex primo homine, sed imitatione trāsisse: Aliud est, inquit, quod exemplū est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cū peccato naturalibus. Nam & Christi imitantur sancti eius ad sequendā iustitiā. Vnde & idē Apostolus dixit. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed præter hanc imitationem gratiæ eius, illuminationem, iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur. Hæc enim gratia baptizatos quoque paruulos suo inserit corpori, qui certè imitari aliquid non dum valent. Sicut ergo ille in quo omnes viuificabuntur, præter quod se ad iustitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam sui spiritus, occultissimam fidelibus gratiam, quam latentem infundit & paruulis: sic & ille in quo omnes moriuntur, præter quod eis qui præceptum Domini voluntate transgrediuntur, imitationis exemplum

Cap. 38.

Cap. 42.

Cap. 63.

Lib. 1. de gratia Christi ca. 30

Lib. 1. de peccatorū remiss. cap. 5. et 10.

1. Cor. 4. et 13

b est oc-

est occulta etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ, tabificauit in se omnes de sua stirpe venientes. Et ca. sequenti, Legimus iustificari in Christo qui credunt in eum, propter occultam cõmunionem & inspiratione gratiæ spiritalis, qua quisquis hæret Domino, vnus spiritus est, quamuis eum & imitentur sancti eius. Et circa versic. Psal. 10. Iustus do minus, & iustitias dilexit, In multis iustus, inquit, multæ sunt iustitiæ, cum sit vna Dei iustitia, cuius participatione omnes sunt iusti. Clarissimè igitur docet B. Aug. iustitiam Dei qua iustificamur esse internã filijs Dei, & vniuersis qui verè iusti sunt, vel qui in scripturis iusti vocãtur. Idẽ docet B. Chrysost. & (vt palã constat Martinus Bucerus in explicat. cõcordiæ de iustificatione) vniuersi partes. Ait enim. Alterũ significatum huius verbi Iustificari, est iustum fieri & iustitia imbui, in qua significatione ferè vtuntur patres hoc verbo. Latinis nonnullam occasione huius significationis dedit forma verbi, ex qua statim in mentem venit, quòd sit idem quòd iustũ fieri: vbi post pauca interposita, Chryso stomus in iustificatum esse, plus intellexit, quàm accepisse remissionem peccatorũ. Cum enim causam reddit, cur Paulus agens de iustitia fidei, adduxerit illud Psal. Beati quorum remissã sunt iniquitates, cũ in eo loco nihil in sit de iustitia fidei: dicit illum hoc de industria fecisse, vt iustificationem fidei magis extolleret. Nam si scriptura, inquit, beatũ pronunciat, cui ex gratia remissa sunt peccata, multò beatiorẽ eum qui iustificatus sit & fidẽ exhibeat. Chryso stomum autem sequuntur Theophilactus & OEumenius. Docet præ terea Aug. hanc iustitiam esse charitatem vel occultissimã gratiam, quam Deus latenter infundit, & communicat etiam paruulis: sicut Adam occulta tabe in se omnem suã posteritatem tabificauit & infecit. Quamuis non ita multum referat inter quasiõnes fidei, an iustitia dicatur esse charitas, an gratia latenter inspirata etiam paruulis, diligentissimè tamen hoc examinat & inquirunt doctores scholastici circa dist. 26. 2. sent. & variè de hac re sentiunt. Nam B. Thomas & veteres scholastici probabilius esse putant, quòd peccatum originale & iustitia ista fidei, siue gratia gratum faciens, sint in essentia animæ, quòdque per hanc gratiam consortes sumus naturæ diuinæ & deiformes, sicut ferrũ candens, ignis habet consortium. Horũ sententiam insinuare videtur B. Aug. loco citato ex 1. lib. de peccatorũ remis. Alii verò putant iustitiam esse in voluntate, & esse charitatẽ, vt tamen in se complectitur alias virtutes, quibus vires hominis rectè ordinãtur. Requirit enim iustitia quæ in conspectu Dei hominẽ Christianum verè iustum facit & ordinatum, rectam dispositionem omnium virium animæ, quæ sit per virtutes theologicas, fidẽ, spem, & charitatem: & morales, quales sunt fortitudo, temperantia, iustitia, & prudẽtia: atque ita iustitia ista moralis infusa, pars est iustitiæ fidei qua iustificamur, quamuis propriè nos Deo gratos faciat charitas, siue gratia quæ est in animæ essentia, faciens diuinæ naturæ consortes. Et hanc sententiã apertè etiam proponit B. Aug. & docet locis supra citatis ex lib. de nat. & gra. In eadem dist. laudè quoque disputant doctores, an gratia sit aliquod creatum, & qualitas animæ in hæres. De qua difficultate nõ opus est hic prolixius agere, quum parum referat (vt diximus) siue iustitia dicatur esse gratia, per quam naturæ diuinæ sumus participes, siue dicatur esse charitas: sunt enim à seinuicem hæc duo inseparabilia. Solum hoc nũc agitur, vt ostendamus quòd iustitia qua iusti dicimur sit intrinseca animæque in hæreat. Id quòd definiuit sacrosanctum Concilium Tridentinũ post B. Aug. Lentè namque & paulatim circa huius dogmatis definitione (ne temerè quicquam ageretur) progressa est Ecclesia Catholica. Primò enim in cap. Maiores. Innocentius 3. quasi problema vtrinque disputabile commemorat, An paruulis fides, charitas, aliæ item virtutes infundatur: & apparet nihil dubitare quin adultis conferantur. Ait enim, Illud quòd opposites inducunt, fidem aut charitatem, aliasque virtutes paruulis, vtpote nõ consentientibus, non infundi, à plerisque non conceditur absolute, quum propter hoc inter doctores theologos quasiõ referatur, aliis asserentibus per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: nonnullis dicentibus remitti peccatum & virtutes infundi, vt habeant illas quoad habitum, non quoad vsum, donec veniant ad ætatem adultam. Propositum enim fuerat argumentum contra baptismum paruulorũ, & supponi videretur tanquam certum, quòd gratia & virtutes in baptismo adultis infundantur. quãuis expresse hoc non dicatur. Opiniones istas circa baptismum paruulorum recitat Magister dist. 4. 4. sent. addens, quòd de adultis qui dignè recipiunt Sacramentum non ambigitur, quin gratiam operantem & cooperantem perceperint: De paruulis verò qui nondum ratione vtuntur, quasiõ est. Deinde in Concilio generali Viennensi tẽpore Clemẽtis 5. narratis opinionibus cõtrariis super eo, an virtutes, ac in formã gratia paruulis infundatur quoad habitũ, & si nõ pro illo tẽpore quoad vsum. Nos attendentes

De baptismo
et eius effectu

Cap. vi.

(inquit patres) generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptismum applicatur pariter omnibus, &c. Opinione secundam, quæ dicit tam paruulis quàm adultis conferri in baptismo informãtem gratiam, & virtutes, quàm probabiliorẽ, & dictis sancto rum & doctorum modernorũ theologiæ magis consonantem; sacro approbante Concilio, diximus eligendam. In Concilio verò Tridentino de iustificatione clarè & apertè tangam certum definitur, quòd vnica formalis causa iustificationis est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ, & non modò reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus, iustitiã in nobis recipientes vnusquisque suam, secundum mensuram quam spiritus sanctus largitur singulis, secundum propriam vniuersi cuiusque dispositionem & cooperationem. Et post pauca, In iustificatione cum remissione peccatorũ hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum cui inseritur, fidem, spem, & charitatẽ, quæ ipsi inhaerent. Itẽ Cano. ij. Si quis dixerit homines iustificari, vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusã gratia & charitate quæ in cordibus eorum per spiritum sanctũ diffunditur, atque eis inhaeret, aut etiam gratiam qua iustificamur, esse tantum fauorẽ Dei, anathema sit. Ante quam definitionem Reuerendus pater Guido Ellenensis in Maiorica Episcopus, ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, in Summa de hæresibus circa errores Petri, Ioannis, eiusque sequacium, quorum primum ponit, quòd in baptismo paruulo gratia & virtutes non conferantur, audeat pronũciare hæreticam esse hanc sententiam. Id quòd ex scripturis etiam probare videtur. Vnde patet quòd hæretica & scripturis contraria sit sententia, quòd iustificatio consistat in sola remissione peccatorũ, vt docet Caluinus, aut in imputatione iustitiæ Christi, vt dicit Philippus, & gratiam Dei esse duntaxat Dei fauorem, vt idem tueretur.

Quamuis autem vera sit iustitia in hac peregrinatione, diuinarumque literarũ testimoniis homines verè iusti & veraciter laudabiles sint, imò verè magni, teste Augustino, sine peccato tamen nõ sunt, nec sine vitio concupiscentiæ, propter quod nec perfectã est in hac vita iustitia, vera tamen est. Charitatis enim venenum, vt ait B. Aug. cupiditas nutritur, imminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas. Qui quis igitur eam nutrire vult, insilet minuendis cupiditatibus. Et alio loco, Plenissima charitas, inquit, quæ iam non possit augeri quamdiu viuit homo, est in nemine. Quamdiu autem augeri potest, profectò illud quòd minus est quam debet, ex vitio est. Ex quo vitio, non est iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet: ex quo vitio non iustificabitur in conspectu Dei omnis viuens, perfectã scilicet & plenissimã iustitia. Item de spiritu & litera, Si quanto maior notitia, tanto erit maior dilectio: profectò nunc quantum deest dilectioni, tunc perficienda iustitiæ deesse credendum est. Impletur autem omnis iustitia, impletis præceptis diligendi Deum & proximum, quæ in hac vita perfectè non implentur. In multis enim offendimus omnes, dum putamus Deo quẽ diligimus placere, vel non displicere id quòd facimus, & postea per scripturam eius, siue certa & perspicua ratione commoniti, quum didicerimus quòd ei non placeat, penitendo deprecamur vt ignoscat. Et quibusdam inuenerit. In ea, inquit, quæ perficienda est iustitia, multum in hac vita ille profectus, qui quàm longè sit à perfectione iustitiæ proficiendo cognouit. Sed dici potest quædam iustitia minor huic vitæ competens, qua iustus ex fide viuat, quãuis peregrinus à Domino, & ideo per fidem ambulans, nondum per speciem: Perficitur enim iustitia in vera & perfecta Dei dilectione. Idem habet de perfectione iustitiæ. In plenitudine charitatis, inquit, implebitur istud, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam cum est adhuc aliquid concupiscentiæ, quòd vel contentino frenetur, non omni modo ex tota anima diligitur Deus. Et addit, Hæc est autè nostra in ipsa peregrinatione iustitia, vt ad illam perfectionem plenitudinemque iustitiæ vbi in specie deconis eius iam plena & perfecta charitas erit, nunc ipsius cursus rectitudine & perfectione tendamus. Hæc est nunc nostra iustitia, qua currimus esurientes & sitientes ad perfectionem, plenitudinemque iustitiæ, vt ea postea saturemur. Oportet autem imperfectam esse iustitiam, quando eius adhuc sitis est & esuries non saturitas, propter quòd alio in loco docet, nos in hac vita perfectos esse viatores, tamen nondum ipsius itineris perfectione peruentores. Vbi etiam docet ex scripturis, quòd Zacharias & Elizabeth, quibus testimonium perhibet euangelium, quòd ambo iusti erant apud Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, non habuerunt perfectam iustitiam, quia sine peccato non vixerunt. Item cap. 15. multum referre docet, qua in re perfectio dicatur. Potest enim fieri vt iam sit aliquis

Cap. 7.

Vera est in nobis iustitia.

Li. 83. q. 36.

Epist. 30.

Charitas augetur, quãdã viuinus.

Cap. 26.

Iustitia imperfecta est magis secundum efficaciam quam secundum substantiam, quæ hic est in alio eadem est.

Lib. 3. con. 2. epist. Pelag. cap. 7.

Quid requiratur iustitia nostre peregrinationis.

Quæ iustitia peregrinãtiũ à Domino.

August. lib. 2. de pec. merit. cap. 13.

Lucæ 11.

Philipp. 3.

De spi. et lit. ca. 55. et 56.

Lib. 2. de pecc. remiss.

Ser. 5. de verbis Esaiæ.

Psal. 35.

Nostra iustitia habet rationem iustitie.

1. Corin. 15.

fapientia perfectus auditor, cuius nondum est perfectus doctor. Potest esse perfectus iustitia cognitor, nondum perfectus effector. Et eodem loco Apostolus Paulus se perfectum esse negat, & tamen perfectum confitetur, non quod iam acceperim, aut perfectus sim. Et statim postea, Quicumque perfecti sumus, &c. Vera itaque & modo quodam perfecta est iustitia, quamuis non sit sine peccato. Quod tamen perfecta iustitia, qua sine peccato viuamus, manente etiam carnis vitio, non sit nobis impossibilis, docet eodem loco Aug. asserens etiam rationem, propter quam in nullo mortalium unquam inuenta fit, aut inueniatur. Ait enim, Fieret in hominibus perfecta iustitia, si tanta volutas adhiberetur, quanta sufficit tantæ rei. Esset autem tanta, si & nihil eorum quæ pertinent ad iustitiam nos la teret, & ea sic delectarent animum, ut quicquid aliud, siue voluptas, siue dolor impedit, delectatio superaret. Quod ut non sit, non ad impossibilitatem, sed ad iudicium Dei pertinet. Rursus, Quum voluntate humana, gratia adiuvante diuina, sine peccato in hac vita possit homo esse: cur non sit, si quaeritur, possem facillime ac verissimè respondere, Quia homines nolunt. Et si quaeritur, Quare nolunt, sine præiudicio diligentioris inquisitionis, breuiter dicam. Nolunt homines facere quod iustum est, siue quia latet an iustum, siue quia non delectat. Non igitur simpliciter impossibilis est perfecta iustitia, qua sine peccato viuamus, vitio siue concupiscentiæ carnis ex peccato innata: quamuis longè perfectior sit futura quando Deum videbimus, quam nobis hic esse possibilis, ex qua tamen præcepta dilectionis implere possemus.

Discrimen autem iustitiæ nostræ à iustitia Adæ ante peccatum & vtriusque à iustitia Dei & sanctorum angelorum, docet B. Bernardus, quadruplicem distinguens iustitiam. Cernere est, inquit, quam sit iustitia sublimis, quam sicut montes Dei propheta miratur. Nostra enim si qua est humilis iustitia, recta forsitan, sed non pura: nisi forte meliores nos esse credimus quam patres nostros, qui non minus veraciter quam humiliter aiebant. Omnes iustitiæ nostræ tanquã pannus menstruæ mulieris. Quomodo enim pura iustitia, ubi adhuc non potest culpa deesse? Recta proinde interim videri potest iustitia hominum, si tamen peccato non consentiant, ut non regnet in eorum corpore. Nam primi hominis in initio quidem non modò recta, sed etiam pura fuit, quàm diu ei datù est, nec sentire peccatum: Cæterum & hæc ipsa quoniam firma non fuit, & puritate facile perdidit, et ne ipsam quoque retinuit rectitudinem suam: Sanè apud Angelos iustitia recta pura & firma est: sublimis quidem, sed adhuc longè inferior, quàm diuina. Non enim innata est eis, sed à Deo collata, ut natura ipsa quod ex se est, non modo iustitia, sed etiam iniustitiæ capax esse inueniatur. Nunquid non ista est prauitas quedam, quam in Angelis suis vera illa iustitia legitur inuenisse? Non enim iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, ait is, qui Dei iustitiam minimè ignorabat. Nec ait, Omnis viuens, fortè, ut ne ipsos Angelicos enim noueris spiritus excepisse. Viuunt enim & ipsi tantò verius quanto propius altant ei, apud quem fons est vitæ. Nihilominus etiam iusti sunt, sed ex eo, non coram eo, munere eius, non in eius comparatione. Ex quibus manifestum est, veræ iustitiæ & nomen & rationem saluari in nobis, quamuis à Domino peregrinantes, in carne adhuc seruiamus legi peccati, sub peccato venundati, modò tamen mente seruiamus legi Dei: sicut vera est ratio vitæ spiritus fidei, spei, charitatis, & aliarum virtutum, quas iustitia, qua Deus nos ornat & imbuat, cõplectitur: quemadmodù vera eademque; ratione dicitur calor, tã is qui remissus est, quàm qui intensus. Nam charitas nunquam excidit, nec nomine, nec ratione, quæ propterea eadem manet in patria. Aduersatur igitur scripturis (ut diximus) quod tropo quodã secundum extrinsecã denominatione dicamur iusti: sicut in scripturis Christus dicitur esse peccatù vel peccator. Manifestum est præterea, quod eadè est secundum speciem & substantiam in nobis vitæ, spiritus, iustitia, & charitas, quæ est in Christo capite, sanctis Angelis, & in Adã ante peccatù, sicuti idem est spiritus vitæ, fidei, & charitatis. Nã copiose ac abundè restituit & reparauit Christus id quod perdidimus in Adã. Differentia autè est horum donorù ex diuersa eorù perfectione secundum mensurã donationis Christi, quæ perfectio, conditio est & qualitas à substantia separabilis: Vel potius differentia est secundum existentiam, & dominium cupiditatis in carne, & defectum cognitionis agendorum, quæ ambo sunt extra rationem iustitiæ. Ignorantia tamè agendorù & infirmitas faciunt, quod non sine peccato hic viuimus, ad quæ imperfectiorem iustitiæ refert B. Aug. & aliquando ad defectum visionis Dei, in locis supra citatis. Est enim verissimè, imò indubitatum, quod Adam iustitiam fidei, quam peccando perdidit, per penitentiam reparauit, quodque perpetuo pietatis exercitio aucta sit, & intentior facta, quàm in creatione eam acceperat: erat tamè perfecta ante peccatù, & post

& post ipsum admittit dicta est imperfecta. Et B. Paulus adhuc à Domino peregrinans, maiorem habebat charitatem & iustitiam, quàm paruuli, & alij multi in celo cum Christi regnantes, in quibus iustitia est perfecta & sine vitio: nisi dicatur, quod gratia, vita spiritalis, & virtutes, in morte siue transitu ad gloriam augentur, prout docere videtur B. Thomas. Certum est enim magis amari, quod melius cognoscitur, & visum Deum magis quàm solum fide cognitur, sed ob hæc non oportet habitum esse intentiorem. Solã autem iustitiam perfectam seruare nomen & rationem iustitiæ, improbat B. Aug. ad B. Hieronymum (ut diximus superius) & docet esse dogma profectum ex scholis Stoicorum. Mihi, inquit, videtur Stoici falli, quod hominem in sapientia & virtute proficientem, nolint habere sapientiam & virtutem, sed tunc primum cum in ea omnino perfectus fuerit. Et reprobata similitudine, qua solum errorem stabilire nitentur, Porius, ait, virtus & sapientia luci comparantur, vitium & stultitia tenebris. Et sicut de tenebris in lucem procedens paulatim progrediendo illuminatur, ita non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, perfecte scilicet, ut sine peccato viuat: Et tamen, inquit, iustus ex fide viuat. Et aperte docet Apof. Paulus, ex fide nos iustificari. Sed abluti estis, ait, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Item, Qui iustus est, iustificetur adhuc. Et, Ne verearis vsque ad mortem iustificari. Rursum, Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Oportet igitur sententiam prophetæ intelligere, quod non plene iustificetur, ut scilicet sine peccato viuat in conspectu Dei omnis viuens. Iustitiam autem luci comparari, aperte testatur scriptura, Iustorum semitæ quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem. Et Apof. Paulus, Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Non enim omne peccatum iustitiam tollit, sed criminale tantum, ut docet B. Aug. Istud aperte conuincit oratio dominica, in qua filij agnoscunt, & apud patrem conuincuntur esse debitores, petentes debita sibi remitti. Et B. August. tractans locum, Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. Quid est, inquit, iustificare? Audemus dicere iam hoc tertium habere nos? Et erit quisquam nostrum qui audeat dicere, iustus sum? Puto enim hoc esse. Iustus sum, quod est, Peccator non sum. Si ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quid ergo? nihil habemus de iustitia, an habemus? Sed non totum habemus, hoc ergo quæramus. Si enim aliquid habemus, & aliquid non habemus, crescat quod habemus & implebitur quod non habemus. Ecce enim baptizati sunt homines, omnia illis peccata dimissa sunt, iustificati sunt à peccatis, negare non possumus: restat tamen lucta cum carne, restat lucta cum mundo, restat lucta cum diabolo. Qui autem luctatur, aliquando ferit, aliquando percutitur, & quando vincit, aliquando perimitur: quomodo de stadio exeat, attendatur. Nam si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos, decipimus, & veritas in nobis non est. Item si dixerimus, quia iustitiæ nihil habemus, aduersum Dei dona mentimur. Si enim iustitiæ nihil habemus, nec fidem habemus: Si fidem non habemus, Christiani non sumus. Si autem fidem habemus, iam aliquid habemus iustitiæ. Ipsum aliquid, vis nosse quantum sit? Iustus ex fide viuat, quia credit quod non vidit: beati, inquit, Dominus, qui non viderunt & crederunt. beati prædicti sumus, & de iustitia nihil habemus? Omnino habemus. Grati sumus ex eo quod habemus, & non perdamus quod habemus. Ergo & hoc tertium iam agitur in nobis. Iustificati sumus, sed ipsa iustitia cū proficimus crescit. Quæ dein ceptis larè prosequitur, ostendens hanc iustitiã esse fidem, quæ per dilectione operatur, & quæ beatos nos facit, nos autem eam habere, & hoc debere agnoscere, ut gratias Deo agamus.

ES T autè circa prædicta difficultas non modica, videlicet quomodo homo iustus esse possit, hoc est, iustitia imbutus, & proinde rectus. Iustos enim vocat scriptura, Rectos corde. Et Ecclesiastes docet, quod Deus hominem rectum fecit, & ipse se in finibus miscuit quæstionibus, quò sit per fomitem & innatam ex peccato concupiscentiam curtus & obliquus, & à regula sibi à creatione præstituta deuius atque deficiens. Nam caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: nec quod volo (ait Apof.) bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Propter quod cõqueritur propheta Dauid, Miser factus sum, & curtuus sum vsque in finem, quonia lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas &c. Præterea amor qui ad Deum se rectum erigere deberet, curtus est & reflexus ad nos. Præterea enim est cor hominis & inscrutabile, & cuncta cogitatio cordis intenta est ad malum omni tempore, quæ alioqui circa Deum, & ea quæ Dei sunt occupare debet. Item: Ab adolescentia in malum prona sunt, sensus & cogitatio humani cordis.

Parte 3. q. 4. art. 4. & de veritate q. 7. art. 4. ad 0.

De spir. et lit. ca. 54. epi. 29.

Ex scripturis probat Aug. quod sumus hie vere iusti, et tamen non sine peccato, et ideo non plene iusti.

Præverb. 4. Ephes. 5.

Lib. 4. contra 2. epist. Peta. ca. 3. lib. 1. de ciuit. ca. 11. de lib. 22. ca. 26. et epist. 89. li. 2 de peccatorum meriti. ca. 17. et de dog. eccl. cap. 86. ser. 16. de verbis Apostoli.

Cap. 7.

Rom. 7. Psal. 37.

Hierem. 17.

Gene. 8. obliuionum solutio.

Ephes. 5.

Solutio argu mentorum.

Lib. 21. de ci uir. ca. 26. Item lib. 4. contra Iulianum cap. 14. Esa. 18.

cap. 5.

Hiuc quaestioni responderetur, quod idem homo rectus est secundum mentem, & obliquus secundum carnem. Ego ipse, inquit Apostolus, mente seruido legi Dei: carne autem, legi peccati. Possunt autem contraria eidem secundum diuersa subiecta inesse. Et si dicatur, quod mens hominis iusti etiam caro est, variisque erroribus corrupta: cor item obliquum per sui & carnis immoderatum amorem atque desideria, quaerens quae sibi & carni commoda & gratia sunt, imò & carni naturaliter compatiens, eique grata amans, etiam ante peccatum. Nemo enim unquam, nec ante peccatum quidem, carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut Christus Ecclesiam. Eidem ergo animae secundum idem haec contraria rectum & obliquum conuenient, si iustitia & rectitudo animam informent eique inhæreant.

Ad quod responderetur, quod eidem quidem, sed diuersa ratione conuenire possunt contraria. Amor autem sui & carnis coniunctus, qui naturalis est, & hominis à Deo institutum, imò & omnium animalium naturam sequitur, nisi nimius fuerit & inordinatus, manens scilicet & haerens sine relatione in amato, nullam adducit obliquitatem, nec aliquo modo contrarius est charitati. Inordinatus autem est, qui peccatum sequitur, & creaturae propter se inhæret. Non tamen statim facit cor obliquum vel curuum: nec iustitiae rectitudinem tollit, quoad Dei amor in hominis affectu præponderat, hoc est, quamdiu fundamentum cordis manet Christus, ut docet B. Aug. Solus enim hic sui amor supra Deum iustitiae rectitudinē, & Christum fundamentum à corde hominis tollit. Nam coangustatum est strarū cordis, ita ut alter decidat, & pallium breue utrumque operire non potest. Præterea obliquitas, quæ est secundum habituales propensionem in carne vel anima ut caro est, & rectitudo opposita, qua homo creatus est rectus, sunt alterius rationis, quam rectitudo iustitiae fidei, quæ pars erat originalis iustitiae vel radix, & obliquitas ei opposita. Imò sunt & alterius generis. Contraria autem sunt sub eodem genere, & proinde hæc non sunt contraria. Iustitia namque fidei, per quam fit mentis ad Deum conuersio, non opponitur, nisi aduersioni & recessui mentis à Deo, & ipsum sequenti obliquitati: non autem ei, quæ est rebellio, vel est ex rebellionē vitium contra rationem: vel rationis, aut voluntatis aduersi Deum. si tantum habitualis sit, & sine peccato mortali. Solum enim peccatum mortale iustitiam tollit, & magis per modum demeriti, quam realis contrarietatis. Nam nec motus quidem inuidiæ, vel odij Dei, aut fratris surreptitij tantum, imò nec venialiter culpabiles aduersantur charitati vel iustitiae, quæ est apud Deum, quato minus pronitas ad hos motus, & curuitas, quæ est per habitum ex peccato innatum, vel ex actibus acquisitum, charitati aut iustitiae repugnat. In anima igitur, ut caro est, pronitas est ad malum: ut autem spiritus est atque à spiritu inhabitatur, pronitas est ad opera sancta & pia, quæ in Deo fiunt. Habituales igitur pronitates ad bonum & ad malum, simul sunt in eodem, sed diuersa ratione & respectu, & secundum diuersas naturas diuinam scilicet & humanam. Nam & spiritus humanus ad optima deprecatur & aspirat in homine etiam impio, secundum quæ est & tertia in ruralibus. Ferrum enim habet inclinationem per grauitatem suam, imò et per naturam, ut deorsum feratur, similiter & aqua: sursum tamen feritur, & nata ac propensa sunt moueri ex virtute superiore, ferrum à magnete accepta virtute, & aqua ad vitandum vacuum virtute naturæ vniuersalis. Item cæli inferiores mouentur naturaliter ad Occidentem, & motu raptus superiorum cælorum ad Orientem. Anima quoque rationalis, ut dei formis est cõsors diuinæ naturæ, per spiritum sanctum sursum mouetur ad Deum, imò ut rationalis est, quamquam alio modo. Ut tamen sensitua est, aut corpori coniuncta, sed destituta iustitia originali secundum partem inferiorem sine ordine fertur ad commoda & iucunda, atque ad malum propendet, non per aliquam qualitatem positiuam, sed solum quia priuata est iustitia & gubernaculo rationis, sicut docet B. Anselmus lib. de concept. virgin. Nam B. Aug. circa particulam Psal. 32. Rectos decet collaudatio, querit qui sunt recti corde. Qui dirigunt, inquit, cor secundum voluntatem Dei, & si eos perturbat humana fragilitas, diuina cõsolatur æquitas. Et quamuis corde mortali priuati aliquid velint, quo suo negotio vel præsentis necessitati consulant, ubi tamen cognouerint Deum aliud vellet, præponunt voluntatem melioris voluntati suæ, & voluntatem Dei voluntati hominis. Quantum enim distat Deus ab homine, tantum voluntas Dei à voluntate hominis. Unde gerens hominem Christus, & regulam nobis proponens, ostendit hominis priuati tam quandam voluntatem, in quam suam figurauit & nostram, quia caput nostrum est, & ad eum nos sicut membra pertinemus. Pater, inquit, si fieri potest, transeat à me calix iste. Hæc humana voluntas erat proprium aliquid & tamquam priuatum volens, sed quia recto

recto corde voluit esse hominem, qui quod in illa aliquantum curuum esset, ad illum dirigeret, qui semper rectus est. Verum non quod ego volo, ait, sed quod tu pater. Glossa itaque ex Aug. desumpta, recti inquit, sunt, qui dirigunt cor secundum voluntatem Dei, quam suam præponunt: ut & Christus docuit, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis, transfigurans in se suos. Quamuis igitur iusti carne sint obliqui: Carne enim seruū legi peccati, simpliciter tamen & absolute recti sunt, & rectos sine additione spiritus appellat eos scriptura. Recti, inquit, diligunt te, & rectos decet collaudatio. Quod autem carne obliqui sunt, ex vindicta est diuina iustitia, & propterea hæc obliquitas recta est, secundum regulam diuinæ iustitiæ vindicantis hominis inobedientiam. Est tamen naturæ obliquitas si referatur ad regulam secundum quam Deus hominem in paradiso instituit: nec tamen baptizatus imputari potest in culpam, imò nec Deo minus placet hoc modo curuus, modò cordis rectitudinem studeat perficere, & contra obliquas & malas carnis propensiones bellum sumat perpetuum. Est enim homo iustus talis, qualem eum vult Deus esse postquam peccauit & ad peccatoris factus est filius. Nam rectissimum ac iustissimum est, quod caro sit rebellis homini, quando ipse suo domino fuit inobediens. Ideo Apost. regulam diuinæ iustitiæ, secundum quam est hæc carnis nostræ rebellio aduersus mentem, vocat legem membrorum quasi ex lege diuina consequuta. Ex quibus patet, quod iustitia fidei, etiam hoc statu, non solum est mentis iustitia, sed totius hominis, imò & corporis: quamuis dicat Apost. Paulus, Ego ipse mente seruido legi Dei, carne autem legi peccati. Item, Scio quia in carne mea non habitat bonum, sed peccatum quod est fomes malorum. Aliud enim est caro, aliud corpus. Nec habitat in ea bonum iustitiæ originalis, qua totus homo menti & Deo subiiciebatur. Nam corpus hominis sanctum esse & templum spiritus sancti, testatur Apo. Paul. Et virgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. De quo Augustinus ad Iulianam. Item alio loco, Virtus, inquit, quæ recte viuunt, ab animi sede membris corporis imperat, sanctumque corpus fit vsu sanctæ voluntatis, qua inconcussa permanente, quicquid aliud de corpore vel in eo fecerit præter culpam est patientis. Nam membra sunt sancta, in quantum seruunt iustitiæ, & sunt organa sanctæ voluntatis. Nec mirandum est, quod tam varia & diuersa sit in homine inclinatio: Nam virtutes morales, per quas proni sumus ad bonum, sunt in parte etiam sensitua simul cum fomite, quo ad malum inclinamur. Et docet quidam Philosophi probabiliter, quod actus inuidiæ & odij surreptitius, & inculpabilis esse potest cum amore proximi delibato. Nam quod actus boni esse possint cum habitu malo, nullum est dubium in philosophia. Similiter, quod virtutes infusæ compatiuntur habitus malos ex actibus acquisitos, & naturalem ad malum procliuatatem, non ambigunt. Iustus igitur verè rectus est, secundum scripturarum testimonia, & ordinatum habet amorem, reliquosque affectus liberos, modo tamen quodam curuus est, & oblique mouetur, sed hoc ei in peccatum non reputatur. Plenius hæc intelliguntur, si consideremus rectitudinem & curuitatem per Metaphoram nobis attribui. Consistit enim hæc rectitudo in debito ordine actus, vel rei ad suum finem. Est autem ordo debitus, qui est secundum regulam, siue legem rationis, vel diuinam. Porro diuersa est regula, secundum quam creatus est homo rectus in iustitia & veritate, cum plena omnium virium obedientia, sed ea per peccatum perdita, ab hac regula omnes deuiamimus & recessimus, unusquisque in adinventiones suas, atque ita facti sumus curui, per varios concupiscentiæ motus, & malas pronitates. Est & alia regula, secundum quam homo lapsus & infirmus, vitam suam debet instituere. Hæc autem regula charitas Dei & proximi est, quæ salua manente, nulla est cordis obliquitas. Diuersa sunt præterea obiecta formalia charitatis & cupiditatis: quare nullo modo sunt formaliter contraria, ut se non compatiuntur in eodem subiecto. Quanto tamen magis regnum cupiditatis destruitur, ait Augustinus, tanto regnum charitatis augetur, sed magis per viam meriti & repressiõnis, quam (ut diximus) realis contrarietatis. Et quamuis opera ad quæ inclinant sunt contraria, plerumque tamen non ipse pronitates seu inclinationes. Docet præterea August. quis amor propriè sit cupiditas, & quis charitas. Scholastici verò disputant, & inquireunt, an sit aliquis amor sui, qui peccatum non est, si in Deum non referatur. Vide Grego. Armeniæ quaest. 2. Hæc autem iustitia, quia vera est & recta, quamuis imperfecta, ferre potest severum Dei iudicium, eique opponi: nec solum habitualis, per quam naturæ diuinæ sumus consortes & Christo conformes, verum etiam actualis, opera scilicet iusta, quæ in Deo sunt facta merentur à iusto iudice iustam mercedem, quam etiam ab eo exigere possemus: Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ait Apostolus, ut

Rom. 7.

1. Cor. 7. & 8

Lib. de bono viduiat. c. 6 Lib. 9. de ciui. cap. 4.

Lib. 3. de doctr. Christi. c. 10.

Lib. 2. sent. dist. 1. 1.

Iustitia nostra severum Dei iudicium ferre potest.

1. Corint. 5.

Lih. 1. ad hebr. 10. cap. 8.

1. 2. quef. 88. Lib. 21. de ci. ut. cap. 20. in epif. ad Hila. que est 86

Diff. 17.

Quomodo fit Deo patri beneplacitum in Christo filio suo.

Lib. De spir. et li. cap. 26 Rom. 2. Luc. 10.

Cap. 25.

Pfal. 110. Pfal. 91.

Mat. 22.

Luc. 16.

in hac vita abstergi possunt, in seculo autem futuro per ignem purgatorium: Non enim quelibet culpa & infirmitas filii exheredationem meretur. Gladio, inquit B. Hier. dignū scelus, ferula coercendum nō est, nec ferula dignum gladio vindicandū. Item B. Iob. Utinam appenderentur, inquit, peccata mea quibus iram merui, & calamitas quā patior in statera quasi arena maris, hæc grauior appareret. Improbabilis est enim eorum sententia, qui dicunt ob quodlibet peccatum Deū posse hominē dānare, secundū leges & regulas quas tradit Euangelij. Nam mortale peccatū & veniale secundū speciem & genus amoris ab inuicē primō distinguunt, vt docet B. Tho. post B. Aug. & nō ex varia Dei imputatione. Quid autē præter has leges Euāgelij de potētia sua absoluta possit Deus, an scilicet filium, id est, hominem iustum annihilare & repellere ne hereditatem assequatur, atq; damnare non solum ob minora illa peccata, sed etiam si omnino pura esset iustitia sine peccati coexistentia, qualis erat in sanctis Angelis ante confirmationem, & in primis parentibus ante lapsum. Item an sanctos angelos & animas cum Christo in cœlis regnantes, nūc annihilare & eicere possit. Et an Christum filium suum abicere possit, & soluere vnionem hypostaticam naturę humanę cum diuina, impertinens est huic proposito, atq; adeo curioz ac superuacanz sunt quæstiones, quæ offendunt magis, quā fidem aut charitatē adficient, nisi propter importunitatem hæreticorum suo loco & tempore proponantur. Certæ quidem sunt leges, secundum quas orbē terrę Christus est iudicaturus. Nec tamen mihi verisimile sit, quod Deus supradicta facere possit, idq; propter immensam eius bonitatem, & nimiam charitatē qua prosequitur nos omnemq; creaturā intellectuālē quam elegit. Disputat de his B. Thom. 4. sent. 46. quef. 2.

Occurrit hic alia difficultas, an consortium diuinę naturę, sine charitas Dei in cordibus iustorum per spiritū inhabitantem diffusa, necessariō faciat Deo gratum: sicut albedo necessariō facit album, & iustitia iustum. Vel an possit esse in eo qui Deo gratus nō est, sed displicens & ingratus. Hanc disputant doctores scholastici in 1. sentent. Mihi quidem vera videtur sententia B. Thom. quod gratia hæc, per quam est societas & participatio naturę diuinę, faciat Deo gratum ad vitam æternam, sicut albedo album, quū per eam, ex Deo nascamur filii Dei & cohæredes Christi. Nam sicut Christus dominus noster patri suo placet secundum naturam assumptam, quia plenus est hac gratia & veritate, nec ei displicere potest: ita similiter in membris Christi, quæ de eius plenitudine participatio, necessariō est beneplacitum patri per hanc gratiam, non tantum quia participatio est gratia: Christi, sed quia ex sua specie facit confortes diuinę naturę. Nam ob solam vnionem hypostaticam (nisi per spiritum istius gratię plenitudinem, quasi naturalem proprietatem huius vnionis hypostaticę accepisset) non ita vt modō fuisset patri in Christo beneplacitum. Nam sine hac gratia, nec vnio suppositalis eum patri gratum reddidisset. Et probabilior est multorum doctōrū opinio, quod Adam & Angeli in sua creatione gratiam acceperunt, quæ tamen non fuit participatio gratiæ & iustitiæ Christi, per eam tamen grati fuerunt Deo ad vitam æternam. An verō nostra iustitia sit proprie participatio iustitiæ Christi: vel potius iustitiæ Dei transfusa, tamen ex Christi merito, non operepretiū videtur hic disputare. Certum est quod iustitia Christi sit participatio iustitię Dei, & ex illius plenitudine nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Postest igitur nostra iustitia sustinere diuinum iudiciū: & verisimile est, quod etiā non innitens Christo, aut eius iustitię, nisi fortassis vt capiti. Dogma autem contrarium natum est ex ea blasphemia, quæ dicit omnia iustorum opera esse peccata.

Circa prædicta considerandum est, quod in scripturis iustificari non solum significat, iustitia imbui, donari, & ornari, sed quandoque etiam iustum pronunciarī, declarari, iudicari, comprobari ac deputari. Secundum quam significationem interpretatur B. Aug. sententiam Apo. Pauli. Factores legis iustificabuntur, id est, iusti habebuntur, iusti deputabuntur: sicut de quodam dictum est, ille autem volens se iustificare, hoc est, vt iustus haberetur & deputaretur. Vnde aliter dicimus, Deus sanctificat sanctos suos: aliter autem, Sanctificetur nomen tuum. Adducuntur pro hac significatione à Martino Bucero multa loca ex scripturis. Nam in Deut. vbi nostra aditio habet, illi iustitiæ palmam dabunt, Hebręi legunt, illum iustificabunt. Nam opponitur ei, quem impij condemnabunt impietatis. Item, Vt iustificeris in sermonibus tuis. Rursus, Pau-perem & inopem iustificare. Et iterum, Et ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cōdemnaberis, vbi hæc duo opponuntur. Et rursus alio loco, Vos iustificatis vos corā hominibus. Et publicani dicuntur Deum iustificasse. Et in Prouerb. Qui iustificat impium, & qui cōdemnat iustum, abominabilis est vtique. Sed in hoc sensu non vtuntur hoc nomine

nomine scripturæ, quando loquuntur de iustificatione impij, quæ fit ex fide, sed vt ipse Martinus Bucerus fatetur: intelligunt iustificari idem esse, quod iustitia imbui vel donari. Tractans enim locum Apostoli, Et hæc quidem eratis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per Dominum Iesum, & spiritum Dei vestri. Hic, inquit, apparet Paulum pro ablutioem, sanctificationem, & iustificationem, non solum remissionem prioris contaminationis, impuritatis & iniustitiæ, & imputationem mundicię; sanctitatis & iustitiæ Christi, sed etiam inchoatam in ipsi sanctis puritatem, sanctimoniam & iustitiam, quam Christus spiritu suo in credentibus efficit, quaque illos induit, intellexisse. Quod si contendatur Deum impium iustificare, esse idem quod pronunciare, iudicare, & pro iusto eum habere, cum iudicium Dei sit secundum veritatem, nec procedere possit ex errore (sicut hominis sententia) oportet reuera iustum esse, quem iustum declarat, iudicat, vel pro iusto habet: scus autem est de sententiis hominum, qui per fallōs testes & defectum probationum, multis modis falli possunt, atque ita iustum declarare, qui iustus non est. Nam Christus in Euangelio, Pater, inquit, sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est. Et, Si filius vos liberauerit, verē liberi eritis. Quare restissimē definitum est in Concilio Tridentino sess. 5. cap. 7. quod cum iustificamur, non modō reputamur, sed verē iusti sumus, & nominamur, & anathema eum cencet, qui inherentem iustitiam negat. Contra hanc iustitiam, qua iustum imbui, & donari diximus, & intrinseca denominatione fieri iustum, argumentatur Albertus Pighius, olim noster condiscipulus, sub præceptore sanctis, domino nostro Adriano sexto, fascinatus errore & seductus ex lectione institutionum Ioannis Caluini.

Hoc, inquit, iustum dicimus in creaturis, quod exacte responder suæ regulæ, & iustitiam, exactam ad suam regulam correspondentiam. In Deo autem est iustitia non hæc relatiua, sed per essentiam. Secundum autem hanc regulam diuinę iustitiæ, quatenus etiam nosse infirmitati attemperata est, non est inuenire iustum quenquam coram Deo inter Adæ filios, propter voluntatis humanę inconstantiam, & inclinationem ad carnis sui hospitis amica & desideria, quæ ab illa iustitiæ lege nos desistere, & ad se attrahere, ac sollicitare nunquam cessat. Et ita verum reperietur, quod non iustificabitur in conspectu Dei omnis viuens, eō quod non est exacta commensuratio ad suam regulam in actionibus omnibus. Et qui partem vnā legis seruauerit, præuaricator in cæteris, hic præuaricator omnium est: imō quicumque, inquit Iacob, totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est omnium reus. Proinde scriptum est. Maledictus omnis qui non permanferit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis vt faciat ea; signifi-cante hoc diuino spiritu iustitiam esse exactam, & secundum omnes suas partes ad regulam diuinę iustitiæ nobis præscriptam correspondentiam: iustitiam verō, quæ maledictionē & iram, quod ex se est mereatur, quacunq; parte ab eadem exorbitantia, etiā in multis illi partibus respondeat. Cum igitur, si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: & scriptura aperte affirmet, non esse hominem iustum in terra, qui faciat bonum, & non peccet, necesse est omnes homines iniustitiæ conuinci, & proinde maledicto atque iræ diuinę, cui subiecti sunt legis transgressores, inueniri obnoxios: auersatur enim ille omnem iniustitiam. Et certissima est illa Apost. sententia, quod iniusti & iniqui regnum Dei non possidebunt, cum iniustitia sit mortis acquisitio. Planē itaque constat quæ de nobis omnibus foret sententia, si Deus voluisset distincto nobiscum iudicio agere: Si non misericordissimē nobis succurrisset in filio, & nostra iustitia vacuos eius inuoluisset iustitia. Quod verisimē intellexit ille, qui ait, Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Ne intres proinde in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Nec minus ille B. Iob: Verē, inquit, scio, quod ita sit, quod non iustificetur homo compositus Deo: Si voluerit iudicio contendere cum eo, non poterit ei respondere vnū pro-mille. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Quid igitur? Hoc nempe quod diuus Aug. vt libera, ita veris-sima voce pronunciat, Væ hominum vitæ quantumcunque laudabili si remota misericordia iudicetur, cum nemo, quem si ad regulam diuinę iustitiæ exigas, illam etiam im-perfectiorem, non iniquus & iniustus comprobetur: Nemini enim sua constat iustitia: Vt igitur exterminium & mortem æternam, quæ peccati stipendium est, effugiamus, necessarium est, vt diuina nobis misericordia succurrat, ignoscens quoridie, quod ex parte nostra minus est, quod deficit, & exorbitat, & subsultat à diuina iustitiæ regulā, & ipse sua nos impariatur iustitia, qui nostra planē destituimur, quæ nostram iniquitatem

Cap. 17.

1. Corin. 2.

1. Ioan. 10. 1. Ioan. 8.

Argumentū Pighii.

Cap. 2.

Galath. 3.

1. Ioan. 1.

Ecclesiasti. 7.

3. Reg. 8.

1. Corin. 6. Sapient. 1.

Psal. 119. Psal. 145.

Iob. 9.

9. cōfess. c. 13.

& ini-

2. Corin. 5. & iniustitiam tegat. Hoc ergo nobis iustificari est, peccata nobis misericorditer à Deo remitti in Christo Iesu, Quoniam quidem, inquit Apostolus Paulus, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non impurans hominibus sua delicta, In illo ergo iustificamur in Deo, non in nobis: non nostra, sed illius iustitia, quæ nobis cum illo iam communicantibus, imputatur, propriæ iustitiæ inopes extra nos, in illo docemur iustitiam quærere. Eum, inquit Apostolus Paulus, qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso, non nostra, sed Dei iustitia efficeremur in Christo. Hanc enim nobis impartit iure amicitiae, quæ communionem omnium inter amicos facit, nostram facit suam iustitiam, quæ recti ornatiq; audacter & securè iam diuino nos sistamus tribunali & iudicio, iustique non solum appareamus, sed etiã simus. Quemadmodum enim vnus delicto peccatores nos factos affirmat Apostolus ita vnus Christi iustitiam iustificandis nobis omnibus efficacem esse. Et sicut per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi: sic per obedientiam vnus, iusti, inquit, constituentur multi. Hęc est Christi iustitia, eius obedientia, qua voluntatem patris sui perfecit in omnibus, in qua nostra propterea collocatur iustitia, quòd nobis illi in corporatis, ac si nostra esset, accepta ea fertur, ita vt ea ipsa etiam nos iusti habeamur. Et velut ille quondam Iacob, cum natiuitate primogenitus non esset, sub habitu fratris occultatus, atque eius veste indutus, quæ odorem optimum spirabat, seipsum insinuauit patri, vt sub aliena persona benedictionem primogenituræ acciperet: Ita & nos sub Christi primogeniti fratris nostri preciosa puritate delitescere, bono eius odore fragrare, eius perfectione vitia nostra sepeliri & obtegi, atque ita nos piissimo patri ingerere, necesse est, vt iustitię benedictionem ab eo assequamur. Et postea aperte dicit nos, nec fide, nec charitate nostra iustificari coram Deo, si formaliter & propriè loquamur, sed vna Dei in Christo iustitia, vna Christi nobis communicata iustitia, vna ignoscete nobis peccata nostra Dei misericordia. De quo eius dicto mirificè gloriatur & exultat Bucerus in conciliatione concordia de iustificatione.

Resp. ad Pighium. **H**ic sane certò cogoscimus, quantum sit erroris periculum in lectione librorum hereticorum, quando doctissimus ille vir Albertus Pighius firmiter stabilitus in regulis fidei Ecclesiæ catho. in tantum seductus est errorem & nouitatem, contra concordem omnium patrum doctrinam, & aquilam volatum ac quietem. Quando autem lapsus est vir tantus ex hereticorum blanda sua uoluentia: nemo est qui sibi hoc periculi timere non debeat, nisi singulari Dei gratia, ab huiusmodi lapsu præferuetur. Verum hic esse conspicitur, quod S. Dionysio Alexandrino à compresbyteris fuit suggestum, ne hæretica lectione tanquam conii alicuius fetore pollueretur, quod legendo tractatus hæreticorum ad horam videbatur verbis eorum pollui. Nam muruatus est ab hæreticis Pighius & à Ioanne Caluino hanc similitudinem de vestibus Esau, & plurima alia, & verba & sententias. Verè dolendum est, quòd occultum Dei iudicium in hunc errorem ipsum labi permisit, sumpta tamen occasione ex alio suo errore, in quo catholicis aduersatur simul & hæreticis, suamque singularem sequitur sententiam, docens solù Adæ peccatum eius posteritati esse peccatum originale, & non contrahi ab vnoquoque proprium: de quo diximus superius. Vt sicut peccatores nascimur ex Adam, extrinseca tantum denominatione, ita & à Christo renascamur iusti extrinsecè. Argumenta autem quibus in hunc de iustitia fidei errorem perductus est, sophistica sunt, nec vllam habent soliditatem, si diligenter expendantur: imò deprehenduntur ex falsis principiis procedere. Quod enim primo assumit, iustitiam esse exactam ad suam regulam correspondentiam, vtrunque veritatem habere posset de iustitia operum, non autem de iustitia fidei. Nostra fides, inquit B. Augu. hoc est catholica fides iustos ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit, Quia, inquit, iustus ex fide viuuit, & eo ipso iustus, quo viuuit ex fide. Viuuit autem per spiritum Christi inhabitantem. Nam paruuli per baptismum fiunt iusti, qui nihil adhuc sunt operati regulæ actionum iustitiæ respondentens. Quia tamen ipsi sunt quales euangelium gratiæ Christi eos esse requirit, respondet ipsi non opera regulæ suæ: nec habent quòd in ipsis reprehendi potest propter gratiam Christi eis communicatam. Paruulos autem per baptismum, ex Christi gratia verè iustos fieri, sicut ex Adæ propagatione nascuntur peccatores & iniusti, docet Apo. Paulus epistola ad Romanos. Iustitia enim fidei non in actionibus consistit, sed per modum habitus vel status se habet. Habet enim iustus vitam æternam in se manentem: habitus autem non tollitur per quamlibet à regula deuiationem: sicut nec temperantia, imò nec fides, nec charitas, vt ex Apo. Paul. sepe docet B. Aug. & in fine 2. Et hic docet Arist. quòd non multu est vituperandus,

Lib. 2. contra 2. epist. Pelag. cap. 5. 1. Cor. 3. Lib. 22. de ciuit. cap. 36. contra 2. epist. Pelag. lib. 3. cap. 3. de dog. Eccles. c. 80.

randus, qui non multum exorbitat à medio. Item 5. lib. Ethic. quòd non statim iniustus est qui iniustū facit. Nam qui ignorans, vel ex infirmitate, vel ad damnū vitandū, iniustum facit, nō est, inquit, iniustus. Et b. Augu. docet nō quæcunq; peccata facere filios diaboli, sed criminalia tantum. Et ideo loquendo etiam de iustitia operum, hoc est, conformitate & correspondentia eorum ad legem, hoc est, suam regulam, non qualibet iustitia est exacta ad suam regulam correspondentia, sed absoluta, & perfecta iustitia duntaxat. Est enim quedā operū iustitia minor, quæ tamen vera est iustitia, vt docet B. Aug. ad quam, inquit, non pertinet, Non concupisces, sed post concupiscentias tuas non eas, nec ad eam, sed ad vitam illam iam immortalem pertinet, Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima, & ex tota mente tua, ad eam autem pertinet. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desiderijs eius. Neq; enim ait, Si esse nondum potest tanta dilectio Dei, quata illi cognitioni plenè perfectè que debetur, iam culpæ deputandum est. Aliud est enim totam nondum assequi charitatem, & aliud, nullam sequi cupiditatem. Quamdiu namque salua manet substantia, hoc est, finis legis non excluditur, non violatur lex, nec est eius proprie transgressio, quamuis nec plena eius obseruatio. Finis autè præcepti omnisque legis est charitas, cuius violatione lex ipsa proprie violatur. Nam plenitudo legis, est dilectio. De quo B. Augu. tractans locum Iacobi, Quicunq; totam legem seruauerit, &c. De eodem & B. Hierony. li. 2. dialog. contra Pelag. Ezechias, inquit, non ex hoc quod parua peccauit iustitiæ nomen amisit: sed ex eo quod multa bona fecit, iusti nomen possidet. Hoc totū dico, vt scripturarum sanctorum testimonijs comprobetur, nō ex eo peccatores esse iniustos, quod aliquando peccauerunt, sed ex eo iustos permanere, quod multis virtutibus gloriatur. Et hęc est perpetua sententia B. Aug. in super clarissima sunt scripturarū testimonia, quę vocat Abel iustū, & similiter Zachariam, Elizabet, & alios in numeros, quos tamen ex iisdem scripturis certissimè constat nō vixisse sine peccatis. Et de dogmatibus Eccle. c. 86. Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus, cum effectu teneat sanctitatem. Præterea de iustitia etiã operū loquendo, ad quā tamē nihil pertinet sermo de iustificatione impii, vt diximus, attamē cōcesso, quod in minimis peccatis, aliquo modo fieret iustitiæ operum violatio, hæc tamen reparatur, quasi facta nō esset, per orationē dominicā, vt dicit B. Aug. tractas locū Matt. Ois qui audit verba mea hęc, & facit ea, &c. Hic, inquit dici potest: Quis facit omnia verba dominicā in ipso sermone euangelico cōscripta sunt? quę cōcludens, ait edificare super petra, qui eadē verba audirent & facerent: super arenam autē qui audirent & nō facerent. Quia etiã à quibusdā non implentur omnia, in eodē tamen sermone posuit medicinam dicens, Dimitte, & dimittere vobis: & si dimiseritis peccata hominibus, dimittet & vobis pater vester peccata vestra. Hinc & B. Petrus ait, Quia charitas cooperit multitudinem peccatorum, quam vti que non habebant illi, ac per hoc super arenam ædificauerant. Et alio loco retractans, id quod dixerat lib. 1. de sermo. do. in monte, scilicet per verba Saluatoris, Vnum iota aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiāt, nihil aliud posse intelligi, nisi vehementem perfectionis expressionē. Vbi, inquit, meritò quæratur, vtrū ista perfectio sic possit intelligi, vt tamen verū sit neminem iam vtentem voluntatis arbitrio hic viuere sine peccato. A quo enim vsq; ad vnum apicē lex perfici potest, nisi à quo sunt vniuersa diuina præcepta? Cui respondet. Sed in iisdem mandatis est etiam, quòd iubemur orare, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos, &c. quam orationem vsq; in finem seculi tota dicit Ecclesia. Omnia ergo mandata facta deputantur, quando quicquid non sit, ignoscitur. Quam sententiam multis alijs locis repetit, potissimum serm. 3. circa Psalm. 118. explicans versiculum, Non enim qui operatur iniquitatē, in viis eius ambulauerunt. Quando aut ignoscit Deus, tollit iniquitatē, & iustū fit, ac irreprehensibile, quod prius erat iniquū. Hęc tamē oia, vt diximus, sunt extra disputationē, quę fit de iustificatione impii, in qua semper præ oculis habendū est, quòd iustitia hominis Christiani siue euangelica, non consistit in rectitudine operis, eiusq; ad regulā conformitate, sed in ordine hois ad Deū, proximū, & seipsum, quem supra ostendimus fieri per charitatē (quæ est iusta omnium rerū æstimatrix) & spiritū Christi inhabitantē. Præterea hic multa paradoxā, quę parū habent probabilitatē, & argumētationibus Pighii magna ex parte inseruit. Primò, quòd iustitia agni sine macula, hoc est, Christi domini cōferri potest cum iustitia diuina, cuius comparatione in eius conspectu nulla iustificatur creatura, imò & obrebratur, Christi autem hominis iustitia creata est. Cum enim sit participatio etiam infinita esset & sine mensura, iustitiæ Dei, quæ per essentiam, imò

Lib. 3. contra 2. epist. Pelag. cap. 3. & de natu. & grā. cap. 61. De spir. et lit. cap. vii. et li. 3. contra 2. epist. Pelag. cap. 7. & de persc. iustit. statim in initio. Matt. 22. Rom. 6. 1. Cor. 13. Rom. 13. Epist. 39. Hieron. In epist. ad Hieron. & 1. de ciuit. Dei, cap. 10. lib. 2. cap. 25. Lib. 6. de baptisimo contra Donatist. cā. 24. Cap. 6. Math. 6. 1. Pet. 4. Li. 1. retractis cap. 19. Matt. 5. Item lib. 4. contra 2. epist. Pelag. cap. 7. & lib. 1. c. 7. Aug. li. 1. de doctrin. Christi cap. 27.

ipsa essentia iustitię est, ad hanc conferri non potest, quamvis maximę ad eam accedat, & multo magis quę iustitia sanctorum angelorum: merito tamen dici potest, quod Dei comparatione nō iustificabitur. Itē, quod dicit angelos nō esse pares ferēda iustitię Dei, sic intelligatur, quod districtū eius iudicium ferre nō possint. Item, quod nostrę iustitię sunt iniquitates, cū tamē singulę legi respondeant, & sint quales lex eas exigit. Porro contrarietas est in sermone, quod iustitia sit iniquitas, quemadmodum si dicitur, quod calor sit frigus. Et secūdū B. Aug. nō potest Deus ab angelo, vel homine exigere, maximę iustificato, quod prestare nequit. Ait enim, Deus nec impossibile aliquid potuit imperare, quia iustus est, nec damnaturus est hominem pro eo quod nō potuit vitare, quia pius est. Nec verum est, quod iustitia vniuersum hominem denominans requirit, vt oēs eius actiones legi respondeant: nec hoc docet Iacobus Apost. dum ait: Quicunq; totam legē seruauerit, offendat autē in vno, factus est omnium reus: quia secundū interpretationē B. Aug. epist. 29. quę est ad B. Hieronymum, hoc vnum intelligenda est charitas, in qua tota lex pendet & propheta. Vnde, inquit, fiet omnium reus, si in vno offendat, qui totam legem seruauerit? An forte quia plenitudo legis charitas est, & ideo merito fit reus omnium, qui contra illam facit, in qua pendent omnia? ac per hoc quoniam totam legem seruauerit, si in vno offenderit, fit omnium reus, quia contra charitatem facit, vnde tota lex pendet: Reus itaq; fit omnium, faciendo cōtra eam, in qua pendent omnia. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatem, qui grauius peccat: minus qui leuius? Et hoc ipso quod admittit, fit quidem omnium reus: sed grauius peccans, vel in pluribus, magis reus: leuius autē, vel in paucioribus peccans, minus reus, tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius: tanto minore, quanto minus peccauerit: tamen etiam si in vno offenderit, reus est, quia contra eam facit, in qua pendent omnia. Et B. Hieron. aduersus Pelag. Obsecro te, ait Critobolus, postquam dixerat Atticus, Philosophorum, non autē Apostolorū esse sententiam, oēs habere virtutes, qui habet vnam, hoc est, cōnexas esse virtutes. Nonne Iacobus Apost. scribit, Qui in vno offenderit, eū esse omnium reum? Ad quod Atticus, Ipse locus sese interpretatur. Non enim dixit vnde cōperat disputatio, qui diuites pauperi in honore pretulerit, reus est adulterii vel homicidii. In hoc enim delirant Stoici, paria contententes esse peccata. Sed ita qui dixit, Non mœchaberis, dixit & non occides. Quod si non occidis, mœcharis autem, factus es transgressor legis. Leuia cum leuibus, & graua cum grauib; comparantur. Nec ferula dignum vitium, gladio vindicandū est: nec gladio dignum scelus, ferula coerendum. Omnium itaque reus est, quantum ad hoc vnum; in quo omnia communicat, quum declarat esse legis transgressionem, siue legillatoris contemptum, saltem interpretatiuum, & ipsius offensam, ratione cuius contrahitur reatus. Nam qui mœchatur, non fit reus homicidii, si non occidat, nisi secundum quod homicidium cū adulterio cōmunicat. Communicat autē in legis prauaricatione, & reatu supplicii aeterni. Vtrunq; enim ipsum reum facit, & vtrunq; est legis transgressio: quod rectē declarat B. Iacobus. Et, vt quidam dicit, plurimum refert, an sis legis transgressor in vno, vel altero, aut pluribus. Legem enim transgreditur, qui loquitur verbum otiosum, vel iocose mentitur, qui tamen ob materię & obiecti qualitatem, mortis aeternę non incurrit reatū. Alii interpretantur, quod omnium fit reus, sed quodam modo æquiualeuter, & in genere, in quantū per vnu mortale, gratiarum charismata perduntur in presenti, & dona glorię in futuro, & sequitur reatus pœnę, damni, & sensus, sicuti per vniuersa peccata, & omnium legum transgressionem. Reus est itaq; non omnium peccatorum, sed malorum pœnę. Nam respectu supplicii, proprię dicitur reatus. Et considerandū Iacobū suam sententiā explicare, non de peccatis quotidianis & minutis, sed de grauioribus & enormibus. Quod autem ex Deuter. citat Apost. Paul. Maledictus omnis qui non permanferit in omnibus, quę scripta sunt in libro legis, vt faciat ea: certum est dictum esse his qui sub lege sunt, & nihil pertinere ad filios promissionis. Præcedit enim, Igitur qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidei Abraham, cui dictum est, Benedicam tibi, eris quę benedictus. Quicunq; enim ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt. Ex operibus enim legis non iustificatur omnis caro: & ideo sunt sub maledictione, cui opponit Apostolus benedictionē promissam in semine Abraham. Scriptum est enim, Maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus, quę scripta sunt in libro legis. Qui igitur ex operibus legis præcisē cōstant, necessariō legē violant, quum sine gratia Christi non possit impleri, nec peccatum admissum remitti. De filiis enim dicit, quod in virga visitabit iniquitates eorum, misericordiam autem suam ad eis non disperget. Nam spiritus adoptionis hoc operabitur, vt peccantes

Serm. 61.

Cap. 2.

Explicatio lo-
ci apud Iaco-
bum, Quicun-
que totam le-
gem seruauerit
offendat autē in vno,
& cet.

Lib. primo.
Virtutes esse
conexas, est
Philosophorū
non Apostolo-
rum senten-
tia.

Cap. 27.

Psal. 88.

peccantes iam non maledicantur, sed in semine Christo benedicti a patre flagellentur, si a lege exorbitauerint: & ideo tanquam causam addit Apost. quia iustus ex fide viuuit: lex autem non est ex fide, hoc est, iustitia legis, vt talis non est ex fide: & ideo qui sub lege sunt, alieni sunt a fide, & tractantur vt serui (vt re vera sunt & manent) non vt filij. Prætereo hic quod in scripturis maledictio cōmunis est supplicij, & presentis, & future vite. Nam autoritas Deuter. sicut & alię maledictiones legis, primo respiciunt ma- l temporalia, quomodo Christus dicitur maledictio, quia atrocissimis supplicij est ad- iudicatus, & a patre traditus. Sic maledicitur terra ob peccatū Adę: maledicitur & ser- pens, maledictus est & sterilis. Item Maledictus omnis qui pependit in ligno. Quia ta- men Apost. Paul. quasi contraria ponit, Maledictionem legis, & Benedictionem Abra- hę, conformius est sensui apostolico, vt maledictus intelligatur, futuri seculi supplicio addictus, eiusque reus: sed maledictus qui nō permanferit in his quę scripta sunt in libro legis, non equaliter, sed secundum rationem & grauitatem declinationis a lege, vt inter- pretatur B. Hierony. Et quia quarundam legum declinationes non merentur maledicti- onē supplicij aeterni, sed obijurationem vel correptionē paternā tantū, ideo nō sequitur, omnem legis transgressionē mereri maledictionē. De qua Saluator apud Mar. Itē male- dicti in ignem aeternum. Ab omni tamē maledictio legis, redemit nos Christus, factus pro nobis maledictus. Qui autē sub lege erāt & ex lege cōstant, nō ex fide, nec ex gratia: sum- pliciter sunt maledicti. Ex fide enim sola & Christi gratia, legis maledictio aboletur, & cōsequitur benedictionē Abraham promissam. Non igitur his verbis Deuteronomij si- gnificat diuinus spiritus, quod quilibet a lege exorbitantia sit iniustitia, quę maledi- ctionem, quod ex se est, mereatur, sed quod sine Christo, nulli potest ex lege contingere hæreditas aeterna, quodq; per eius fidem liberamur a legis maledictio. Hunc enim sen- sum clare testantur verba Apostoli Pauli.

Hallucinatur prætere Pighius in eo quod dicit, iustitiam esse correspondentiam ad suam regulam, & ideo esse relatiuam. Ostēdimus enim suprā ipsam esse qualitatem, quā nomen ipsum significat, cum relatione ad regulā: sicut scientia qualitas est cū relatione (vt dicit Aristot.) ad scibile. Quapropter iustitia est suę regulę respondens, nō autem ipsa respondentia, quę admodum scientia responderet scibili, sicuti mensurę ab ipsa mensura- tum. Nec differentia est in isto, inter iustitiam Dei & nostram. Nam & illa relatiuē di- citur ad rationes suę sapientię: Operum tamen iustitia, dicit relationem commensura- tionis siue conformitatis ad rectam rationem & legem Dei.

De verbis propheta, Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iu- stificabitur in conspectu tuo omnis viuens: diximus superius Augustinum ea inter- pretari de iustificatione perfecta, virtute scilicet sua excludente omne peccatum. Similiter interpretatur beatus Hieronymus Circa locum epistolę ad Ephes. Vt esse- mus sancti & immaculati in conspectu eius: quæratur, Quomodo sanctus quis & im- maculatus sit corā Deo, quū propheta testetur, quod non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Aut enim sancti & immaculati corā Deo Ephesij sunt, & falsum est quod dicitur, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Aut si nemo iustificatur in cō- spectu Dei, falsum est quod præcessit, Sanctos & immaculatos esse in conspectu Dei.

Ad quod bifariam, inquit, est respondendum. Non enim ait Paulus. Elegit nos cū essemus sancti & immaculati: sed elegit, vt sancti & immaculati essemus, qui sancti & immaculati non fuimus: quod & de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest, & stabit illa sententiā, Nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens, id est in tota vita sua, in omni quo in mūdo isto versatus est tēpore, hoc est, nemo est qui totā vitā suam ducat sine peccato & iniquitate. Et paucis interpositis. Nō enim Paulus & qui ei similes sunt, quia erant sancti & immaculati eliguntur, sed vt in consequenti vita per opera atq; vir- tutes sancti & immaculati fiant. Deinde sentiendum est, quia non dixerit, Non iustifica- bitur in conspectu tuo quispiam viuens: sed, Omnis viuens, id est, non iustificabuntur omnes, iustificabuntur verō aliqui. Et Augustinus, cū Celestius allegasset, Quoniam non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens, nec soluisset, Augustinus inquit, Aper- ta sententiā est de superiori versu illustrius declarata. Non intres, inquit, in iudiciū cum seruo tuo, quia nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Iudicium timet, quia mi- sericordiam desiderat, quę superexaltat iudicio. Hoc est enim, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, noli me iudicare secundum te qui es sine peccato: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, quod de hac vita dictum, sine difficultate quæstione in- telligitur. Et quod ait, Non iustificabitur ad illam perfectionem iustitię retulit, quæ

Genesi.

Deuter. 21.

Galath. 3.

Cap. 25.

Psal. 142.
Epist. 19.
Epist. ad Cle-
monem &
lib. 1. contra
Pelag. Lib. 1. cōmen-
in Epist. ad
Ephes. Epist. 2.

Lib. de perfe-
ctiōe iustitię.

in hac vita non est. Vbi considerandum est aliud esse, Nullus viuens iustificabitur: aliud, Nullus viuens in conspectu Dei iustificabitur. Primum enim falsum est, & contra scripturas: Alterum verum secundum cōparationem iustitiæ hominis ad iustitiam Dei, quia tota vita Dei est sine peccato, non autem tota vita iusti vtorios, & pro tanto inuenitur discordans à iustitia Dei, secundum quam non vult iudicari. Est præterea in huiusmodi scripturarum sententiis consideranda qualitas personæ loquentis, & quid in sermone suo iustitiam peccatorum de profundis impietatis suæ clamet ad Dominum, Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit. Et ante oculos ponunt plerumque homines iusti peccata sua, quibus quotidie Deū offendit, & propter magnā eius maiestatem, cōtra quæ admittuntur, assument formam sermonis peccatorum. Has scripturarum sententias, & testimonia patrum, quæ aduersarii huc adferunt, exactissimè discutit, eisque responderet Reuerendissimus & gloriosus Christi martyr Ioan. Rossensis circa articulum 31. & 35. assertionis Lutheranae. Et in ratione articulorum per Theologos Louanienſes damnatorum M. N. Iacobus Latomus circa articulum primum. Ex quibus patet, quod nullam habet probabilitatē doctrina Alberti Pighij, qua dicit, quod in Christo iustificamur coram Deo, non in nobis: non nostra, sed illius iustitia, quæ nobis iam cum illo communicantibus imputatur. In Christo enim iustificamur corā Deo effectiue, per eius meritum, victimam, eiusque contemplationē, in cuius quasi filij, in quo sibi beneplacitum est, faciem semper respicit Pater. In illo etiam tanquam omnis iustificationis exemplari, imò & propter ipsum coram Deo iustificamur, sed non in illo eiusque iustitia, tanquam nostræ iustificationis causa formalis, sed in nobis, in quos spiritum suum, spiritum iustitiæ & charitatis transfundit abundè, quosque vere iustos facit, verum non à nobis, nostroque merito, sed Christi duntaxat: nostra tamen iustitia, hoc est nobis immanente, & nostra per Christi gratiam facta. Ac propterea Christi iustitia non solum nobis imputatur, & iure amicitiae communicatur, sed in nos verè & realiter transfunditur, sicut spiritus & vita à capite in membra. Sumus enim non tantū amici, sed & membra corporis, cuius ipse est caput, imò & filij eiusdem patris, quamuis ipse sit primogenitus. Hoc enim clarissimè docet B. August. quod dat sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis, sicut occulta tabe carnalis concupiscentiæ suæ primus Adam tabificauit in se omnes de sua stirpe venientes. Non igitur propria iustitiæ, in nobis inopes sumus, quos in omnibus per Christi inopiā diuites factos testatur Apo. Paulus. In illo itaque tanquam iustitiæ auctore, fonte & largitore, docemus iustitiam quærere, sed quam in nos transfundat cum spiritu suo, per quem ipse nos in nobis habemus iustitiam immanentem. Et Deus pater filium, qui non noit peccatum, peccatum fecit, hoc est, peccatorem pœnisque obnoxium crucifigi permisit, vt tanquam peccator crucifigeretur, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso, hoc est, vt nos iustificaremur, non ex operibus & lege, sed ex gratia Dei. Hæc enim est Dei iustitia, cum quæ gratia iustificatus fuerit, vt nullus in eo neuis, nullaque macula inueniatur. Propterea neque dixit, Vt efficeremur iusti, sed iustitia Dei, excellentiam gratiæ ostendens, hoc est, excellenter iusti: quo sensu interpretatur etiā B. Chrysid. quod dicit Corinthiis: Ex ipso enim vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia & iustitia: intelligendū esse secundū prædicationem causalem, hoc est, inquit, Christum nos sapietes, iustos & sanctos reddidit: maluit tamen dicere quod factus est nobis sapientia, quæ sapientes nos fecit, vt muneris liberalitatē significaret. Nam neque Christus secundū naturā assumptā est sua iustitia. Hoc enim Deo est proprium, quod sit sua iustitia, sapientia, & essentia. Similitudo autē assumpta à vestimentis Esau, quibus Iacob indutus fuerat, vt Isaac pater deciperetur, & pro Esau fratre benediceretur Iacob, nullum habet ex scripturis fundamentum, sed noua & humana est adinuentio, & contra scripturas huc adaptata. Non enim Deo quasi homo esset, imponi potest. Omnia enim aperta sunt oculis eius, atque secundū veritatē est eius iudicium. Et ideo eos pro iustis & mīdis habere nō potest, qui reuera sunt iniusti, immūdi, & abominabiles. Hoc ipsum intellexit etiā Mart. Lutherus, dū in explanatione Plam. 9. circa versiculum, Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate. Regnum, inquit, Christi in veritate, iustitia, æquitate, & sapientia consistit, nō quia solus ipse, sed & fideles sui per eū sunt veraces, iusti, æqui, pacifici, sapientes. Ellet enim infelicissimus, si sui essent mendaces, peccatores, iniqui, inquieti, quale est diaboli regnum. Sic Esaias prædixit, Non adiciet vltra, inquit, vt pertranscat per te immūdus & incircuncisus. Vos mundi estis, & palmites mundos ipse adhuc mundat: de quibus satis dictum est in superioribus. Et in annotationibus circa Esaiam, idem Mart. Lutherus dixit sententiā Esaiæ, Facti

Rom. 2.3. et 4

Psalm. 129.

Quomodo in Christo iustificamur.

Aug. de spiri tu et li. 3. 32.

Lib de pecca. meriti. ca. 9.

1. Cor. 1. 2. Cor. 3.

1. Cor. 1.

Gene. 27.

Deus pro iustis habere nō potest qui sūt reuera impii & iniusti.

Cap. 35.

Cap. 64.

Facti sumus immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ; nihil ad hoc pertinere quod iustitia nostra impura sit: & recantat quod aliquando illum sensum vsurpauerit. Nam propheta, inquit, ipse videns optimos viros in captiuitatem ductos, & in ea detineri propter aliorum impietatem, dolet quod omnes sunt habitii tanquam impii, cum dominus Sodomis pepercisset propter paucos iustos, & nunc omnes sunt reputati tanquam immundi & iniusti, ferentes scilicet pœnam etiam iusti propter aliorum impietatem. Atque ita intelligit eos immundos factos non verè immū dicii subsistentia, sed imputatione Dei, qui sæpe vindicat in communitatē scelera paucorum: simili sensu vniuersas eorum iustitias quasi pannum menstruatæ. Docet & beatus Chrysof. quod sanctos nos esse oporteat, albos, pulchros, & non tantum à peccato mundatos. Sumus igitur aduersariorum etiam confessione iustitia propria & nobis inhærente verè iusti ex gratia patris & merito Christi, quæ vt participatio est iustitiæ Dei, quæ per essentiam iustitia est, omnemque in se iustitiam eminenter & virtualiter continens, ita emanatio est à iustitia Christi, quasi exemplari & effectiuo principio. Sumus enim in nobis ipsi iusti, ex merito victimæ quam in cruce obrulit Christus, hoc est, ob eius iustitiam, qua fuit patri vsque ad mortem crucis obediens, quam pater acceptat, & in premium nobis imputat ad peccatorum remissionem, iustitiam immanentem, imò & ad vitam æternam. Hæc enim sunt premia, quæ pater filio suo in nobis retribuit ob eius obeditionem. Hac itaque consideratione denominamur, & reuera iusti sumus iustitia Dei, & Christi iustitia, quæ tamen & nostra est, diuersa tamen ratione: vt quemadmodum iuxta doctrinam beati Augustini, peccatum originale est alienum, non propriū proprietate actionis, sed cōtatione ac propagatione proprium, sic nostra iustitia aliena est, nobis non propria, si actionē & meritum spectemus, propter quod nobis communicatur: est autem propria gratiosa in nos transfusione. Quomodo etiā dicit, quod credere nostrum est & Dei: nostrum, propter liberum arbitrium: & Dei, ob gratiā, ex qua ipsum est nobis donatum. Cum autem iustitia Christi siue habitualis per quam sanctissima eius anima est deificata & confors diuinæ naturæ, sit qualitas ei inhærens, non potest per essentiam esse iustitia, cuius comparatione est quasi stilla situle, & quasi momentum stateræ, cum finita sit & terminata. Et ideo non possumus ab ea sicut à iustitia Dei dici vel esse iusti, vel bonitate boni: eadem ratione nec ab operibus iustitiæ eius, quæ tamen Deo patri infinite placent, & immensi ac inexhausti sunt meriti propter hypostaticam vniionem personæ diuinæ. Humana enim opera diuinè operabatur, vt docet B. Dionisius de diuinis nominibus: & Damascenus lib. 3. orthod. fidei. A iustitia igitur Christi, solum secundum meriti imputationem, & ita magis secundum efficientiam, quam secundum rationem causæ formalis nos iusti sumus. Consistit autē hæc Christi iustitia, non tam in habitu, quam in sanctis eius operationibus, & potissimū ea qua patri vsque ad mortē obediuit, quæ erat effectus iustitiæ eius, hoc est, plenitudinis gratiarū. Sola autē Dei iustitia æterna, quæ omnis iustitiæ fons est & securigo, sicuti eius sapietia & bonitas omnis sapietia & bonitatis creaturarum, iusti sumus, quemadmodū eius bonitas & sapientia boni ac sapientes secundum assimilationem, ratione videlicet participatæ similitudinis. Ex quo principio accipit & sanctissima Christi anima suam iustitiam ratione hypostaticæ vniionis, quæ ex purissima Dei patris gratia præ omnibus singulariter ei est donata, vt dicit beatus August. Harum namque diuinarum perfectionum, nostra, imò & Christi domini charitativa sunt participationes, qua ratione ab eis tanquam causis formalibus separatis, iuxta Platoniorum philosophiam (quam beatus Dionysius Areopag. & beatus Aug. sequuntur) extrinsecè denominamur & sumus iusti & sapientes, per assimilationem ratione similitudinis participatæ: intrinsecè autem à qualitatibus participatis, sine quibus à diuinis illis perfectionibus extrinsecè denominari non possemus, prout beatus Thomas, & dominus Cardinalis Caietanus docent & declarant.

PRO maiori autem huius iustitiæ imputatiæ intelligentia, considerandum est, quod quatuor modis intelligi potest, quod iustitia & obeditione Christi sumus iusti: Primò in genere causæ efficientis, ad quam meritum reducitur. Secundò, in genere causæ formalis secundum extrinsecam denominationem, quomodo medicina dicitur sana ab animalis sanitate. Tertio ex mutua communicatione perfectionum, & proprietate membrorū eiusdem corporis. Singulorū enim membrorū dona, toti corpori & omnibus mēbris sunt communia. Non enim sibi duntaxat oculus videt, & auris audit, sed & membris aliis. Nam manifestatio spiritus datur ad vtilitatē aliorum etiam fidelium.

Aug. li. 1. de ciui. esp. 9. Esai. 64. Homil. 17. in epif. ad Heb.

Lib. 6. cōtra Iulian. lib. de remis. pecca. cap. 7. & 8.

Li. 1. retrass. cap. 23.

Esai. 6. 20.

Cap. 2. Cap. 15. & 18

De pradest. sancti. c. 15. in Enebir. c. 36. de corrept. & gra. cap. 11.

1. part. 9. 6.

Quatuor modis Christi iustitia iusti sumus.

1. Cor. 1. 4.

Exo. 20.

Genes. 19.

Thom. 2. par-
te quest. 8. et
q. 46. art. 3.
et 48. art. 1.
Esā. 53.

Cap. 9.

Quo sensu dona quæ sunt capitis nostri Christi Domini, sunt & nostra, hoc est, omnium eius membrorum: & quæ sponso data sunt, sunt etiam sponsæ communia. Quartò intelligi potest, quòd Christi iustitia sumus iusti secundum assimilationem, propter iustitiam ab eo participatam: sicut Dei iustitia diximus nos esse iustos. Primus autem intellectus, quo secundum imputationem iustitiæ Christi quasi meriti eius nobis à patre ad peccatorum remissionem, & ad bonam voluntatem (qua recti sumus & ad Deum ordinamur) hoc est, ad veram iustitiam nobis imputari, verè iusti sumus & dicamur, iustitia in nobis permanente, scripturis sacris est conformis. Sua enim obedientia nobis meruit peccatorum remissionem, iustitiam, ac cordis rectitudinem, ad quæ tanquam præmiū & mercedem illa nobis à patre imputatur. Meritum namq; deputatur ad retribuendum præmiū illi ad quod ab eo qui meretur ordinatur, & pro quo ab alio acceptatur: quomodo peccata parentū imputatur filiis in tertiā & quartā generationē, & misericordiam facit Deus in milia his qui diligunt eum. Et Dominus recordatus Abrahæ, liberavit Loth. Magis tamen & efficacius nobis meritus est Christus, eò quòd caput nostrum est, totiusq; Ecclesiæ, quàm alius homo alteri. Sicut enim homo pro se & omnibus membris vitam æternam meretur, ita nobis Christus quasi suis membris (pro quibus gratiā merendi ipse acceperat & influendi) peccatorū remissionē & iustitiā meruit vitamq; æternā, vt Apo. Pau. docet ad Rom. 5. Nam de plenitudine eius omnes accepimus, gratiam eandem & vitam, quam accepit ipse à patre suo. Atq; propterea, sicut ei nostra scelera à patre ob spontaneam eorum assumptionem, & corporis mystici intimā vniōnem imputantur; ita eius iustitia quasi capitis, nobis eius membris ad iustitiam & vitam æternam imputatur. Posuit enim pater super eum volentem & spontaneum, omnium nostrum iniquitates, & oblatas est, quia voluit. Et maledictum & peccatū factus est pro nobis. Iustitia itaque Christi nobis à patre imputatur, vt propter eam nos formaliter iustos faciat à iustitia inhærente, sine qua nemini Christi iustitia quasi meritum imputatur, sicut ad reconciliationem non imputatur, nisi amicis ei acceptis & reconciliatis. Extendimus autem hic nomen Imputationis, ad ordinationem aut deputacionem, siue secundum gratiam, siue secundum iustitiam fiat. Nam obedientia Christi secundum debitum & iustitiam, nostram meretur & operatur iustificationem, tanquam veram & iustam eius mercedem. Secundus sensus, vt superior diximus, aduersatur scripturis, maxime si intelligatur per exclusionem iustitiæ propriæ nobis inhærentis. Fieri enim non potest, quòd pater iustos nos habeat, reputet, declaret, aut approbet, quando iusti non sumus: quum eius iudicium sit secundum veritatem, & nos alios declarare aut reputare non potest, quàm reuera sumus: quamuis iniustos quasi iusti essent secundum bona potissimum externa tractare possit, iuxta sententiam Ecclesiast. Eadē cūntis eueniunt, sicut bonus, sic & peccator: vt periurus, ita & ille qui verū deierat: vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, vniuersa æquē eueniunt iusto & impio. Quomodo Deus pater filium suum dereliquit, & quasi sceleratum tractauit, quem tamen nō reputauit nec declarauit verè sceleratum: sed in eò tanquam in filio charissimo semper ei complacitum fuit, ab patre tamen derelictus fuit, vt inter sceleratos reputaretur ab hominibus. Quòd aut quidam aduersariorū non verentur scribere, quòd hac iustitiā imputatione, quæ grati sumus Deo patri, vt ipse Christus, tanquam nobis propria esset, & in nobis esset sicut in Christo hæc eius iustitia atque obedientia, ipsiq; passi essemus pro Deo & mortui, vera est in Christum & Deum patrem blasphemia, tum quòd nos patri placeamus propter Christum, tum quòd iustitia eius nobis non imputetur, nisi secundum mensuram qua Deus spiritum suum nobis est impartitus, & secundum mensuram donationis Christi. Propter quod scriptura hortatur vt iustus iustificetur adhuc, & in iustitia crescat, quemadmodum in patientia aliisque virtutibus. Et sicut multæ sunt in cælis electorum mansiones, & maior gloria capitis quàm membrorum, ita & gloria maior, quemadmodū stella à stella differt in claritate, & sol superat vniuersas. Nec omnia membra eundem actum nec eandem gratiā habent. Tamen enim Dei bonitate sumus boni, non tamen infinitè, nec æquē boni vt ipse, sed secundum gradum in quo bonitas in nos transfunditur, ita esset de iustitia Christi, si ea iusti dicamur & sumus. Erri in re ipsa esset consensus, non esset multum de verbis sermonisq; forma pugnandū, quæ ob varios tropos, quibus scripturæ & etiam nos plerumque vtimur, permitti & dissimulari possit, quòd videlicet Christi iustitia nobis imputata, iusti sumus formaliter: tamen illa iustitia non sit iustitiæ Christi participatio, nisi in genere causæ efficientis. Vocat enim Apostolus Paulus Christum Peccatum, hoc est, insignem peccatorem, vt interpre-

interpretantur post Chrysostrum Theophilactus & Oecumenius. Eum peccatum, 1. Cor. 5. inquit Oecumenius, fecit, id est, tanquam peccatorem aliquem, penitentiæ; obnoxium crucifigi permisit, vt tanquam peccator condemnaretur, ita factus est execratio, siue maledictum, quæ tamen ei nō tribuuntur, nisi ea ratione, quòd nostra peccata & execrationē spontè assumpsit: quo tropo vtens & Bethsabee, ait ad Dauid, Erit cum dormierit domus meus rex cum patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores. Simili itaque tropo & nos iusti nominari possumus, imputatione iustitiæ Christi: sicut figurata est locutio, quòd Christus nobis factus est sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Item quòd eum qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Item apud Hieremiam, Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustitia nostra, vt interpretantur Septuaginta. Super hac igitur sermonis forma & loquendi modo, non multum esset cōtendendum, si nobis concederent aduersarij, quòd propria iustitia nobis inhæreat, sicut proprium ex Adam contrahimus peccatum nos intrinsecè commaculans. Hic inquiri posset, An fieri potuerit nostra redemptio & reconciliatio, eo modo quem aduersarij docent, videlicet, vt nobis manentibus in peccato im mundis, & in nobis execrabilibus, Christi iustitia imputaretur ad iustitiam, remissionē peccatorum, & vitam æternam, ita vt in nobis impij Deoq; displicentes, in Christo grati ad vitam æternam, in nobis autem iniusti, in Christo verò iusti esse possemus: quo modo Deus filium suum fecit peccatum & maledictum imputatione peccatorum nostrorum, in se autem innocentem, iustum, & super omnia benedictum manentem. Est enim verisimile, quòd Deus pater potuerit talem facere nostram redemptionem: sed longè copiosorem factam esse, quòd nos in nobisipsis diuites fecerit in omni gratia spirituali, nobisq; abundè spiritum suū infunderit, ex scripturis & patribus in superioribus docuimus. Tertius sensus verus est & catholicus, sed ex hac communicatione vsus & proprietatū ac membrorum vniōne ac vnitate, non sequitur communicatio secundum denominationem. Quamuis enim oculus videat membrisque alijs, & aures pro eis audiant, non tamen oculus audit, nec aures videt, nec vis oculorum visita est in auribus, nec in oculis auditus, nec capitis virtutes secundum predicationem, vel realem inhærentiam membris alijs tribuuntur: tamen si mutuo sibi seruiant, & operentur singula in totius corporis salutē. Quamuis igitur Christus capitis gratiam & iustitiam pro nobis acceperit, vt vitam & gloriam in nos influeret, & nobis mereretur, non propterea est in membris, nec ea denominare potest extrinseca predicatione, sicut nec capitis naturales proprietates sui corporis membris attribuuntur, nisi secundum participationem & gradum in quo sunt transfuse: quamuis tamen maxima sit hæc vniō Christi capitis cum membris, & inexplicabilis: propter quam secundum sententias B. Augustini, Christi, & Ecclesiæ dicuntur vnus homo, vna persona, vnus Christus, imo & corpus Christi, & quodlibet eius membrum Christus, vt docet dominus Cardinalis de turre Crem. Pro hac vnitate supplex patrem rogauit filius, Pater serua eos quos dedisti mihi, vt sint vnus sicut nos vnus sumus. De qua vnitate latè agit reuerendus dominus Decanus S. Mariæ Traiecten. M. N. Hermannus, de restauranda religione. De quarto modo dictū est, quòd non proprie iusti sumus hoc sensu iustitia Christi, sicut sumus iustitia Dei, cuius illa est etiam participatio, & non iustitia per essentiam: modo tamen quodam iusti denominari possumus à iustitia Christi, tanquam causa effectiua, ratione assimilationis per iustitiam ab eo acceptam. De hac Christi iustitia imputata proluxè agit Reuerendus pater Andreas de Vega.

Manifestum est ex superioribus iustificationem impij duo tantum complecti, impietatem scilicet seu peccatum tanquam terminum à quo, qui tollitur. Fit enim in ea peccatorum remissio: & iustitiam fidei ad quam terminatur. Atque ita complectitur peccatorum remissionem, & infusionem iustitiæ, quæ est qualitas immanens, vel per modum huiusmodi qualitatis se habens. Nam mansionem, inquit Saluator, apud eum facimus, & est vita manens. Et hæc duo includit, siue fiat per baptismum, siue per penitentiam. Iustificatio verò, quæ est perfectio iustitiæ, non includit in sua ratione peccati ablationem, sed ex minori iustitia ad maiorem accessum siue alterationem. Simili namque modo hic dicendum est de partibus & terminis, ex quibus constat iustificatio, sicut de partibus & terminis calefactionis. Infusionem autem iustitiæ per spiritum in habitatem comitatur reconciliatio, restitutio amicitia, & adoptio in filios & heredes. Ex Deo enim nascendo primū accipimus esse diuinum & Christi forme, secundum quod sumus filii & hæredes Dei. Quare dici nō possunt partes iustificationis, sed effectus iustitiæ, quæ sola est

Thomas et Io-
annes Capreo-
lus, et Grego-
rius de Arimio
dist. 17.Psal. 8. 85.
119. 67. 128.Li. 1. de eccle-
sia, ca. 63. cū
sequentibus.
Ioan. 17.
Lib. 4.Circa decre-
tum Concilii
Tridentini de
iustificatione.Iustificatio
vt est perfe-
ctio, habeat
alios termi-
nos, quàm in-
iustificatio im-
pij.

cap. 10.
cap. 7. § 6. 5.

per se terminus iustificationis. Et sicut novitas mentis est iustitia, ita eius renovatio eadem est cum iustitiæ infusione, & natura prior adoptione filiorum, quam ius ad hæreditatem cælestem sequitur. Ista sequuntur ex iis quæ supra citata sunt ex lib. de peccatorum meritis : & de natura & gratia. Eadem docet Synodus Tridentina. Nam post modum præparationis impij. Hanc, inquit, dispositionem siue præparationem, quæ scilicet fit per fidem & pœnitentiam, iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio & renovatio interioris hominis, per susceptionem gratiæ & donorum. Unde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, ut sit secundum spem hæres vitæ æternæ. Item in Canone 11, dicit Anathema ei, qui dixerit homines iustificari, vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusâ gratiæ & charitate, quæ in cordibus eorum per spiritum sanctum diffunditur, eisq; inhaeret : de quo etiam est dogma Ecclesiasticum. Declarat præterea eadem sacrosancta Synodus causas iustificationis, quæ etiam ex dictis sunt manifestæ. Huius, inquit, iustificationis causæ sunt, finalis quidem gloria Dei & Christi, ac vitæ æternæ : efficiens verò misericors Deus, qui gratuito abluit & sanctificat, signans & ungens spiritu vntionis sancto, qui est pignus promissionis nostræ: Loquitur enim de iustificatione, quæ fit per baptismum. De incremento verò iustificationis cap. 9. de lapsi reparatione, cap. 14. Meritoria autem Dominus Iesus Christus, qui cum essemus inimici propter nimiam charitatem qua dilexit nos, sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & Deo patri pro nobis satisfecit. Instrumentalis item sacramentum baptismi : & quoad relapsos, sacramentum pœnitentiæ. Demum vnica formalis causâ est, iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostræ, non modo reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam, secundum mensuram quam spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam vnuscuiusque dispositionem & cooperationem. Quanquam enim nemo possit esse iustus, nisi qui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur, id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito per spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificantur, quæ & ipsi inhaeret. Unde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa, accipit homo per Iesum Christum, cui inferit, fidem, spem, & charitatem.

De Eccl. dogmat. ca. 86.

Ephes. 1. & 1. Cor. 1. § 3.

Vnusquisque suam & propriam accipit iustitiam.

Ioannes Calvinus contra Concilium Tridentinum.

Iustificatio impij incipit à remissione peccatorum, non autem consistit in ea sola.

Calvinus.

Responsio.

Psal. 31.

Explicato Articulo, tractandæ veniunt obiectiones aduersariorum, qui singulas eius partes fortiter impugnant, inter se tamen non minus, quam à nobis dissentientes : quo nobis certum fit argumentum fundamentum esse infirmum quo nituntur. Sed tamen quantum habeant momenti ipsorum rationationes consideremus. Ioannes Calvinus in illo suo pestilenti Antidoto aduersus 8. cap. 6. sessio. Concilij Tridentini, vbi totus hic noster articulus probatur, primum conatur confirmare, quòd iustificatio impij fit in sola peccatorum remissione, quòdque natura præcedat regenerationem spiritus sancti, mentis novitatem, cordisque rectitudinem, quam tamen ex nomine, Iustificatio significat. Ait autem.

Quæstio est verbi, quid sit iustificatio. Negant solam esse remissionem peccatorum, sed renovationem & sanctificationem simul contineri volum. Numquid hoc verum sit videamus. Verba Pauli sunt cap. ad Rom. 4. David beatitudinem hominis dicit, cui Deus imputat iustitiam sine operibus : Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Si ex hac Davidis sententia, Paulus gratiæ iustitiæ definitionem rectè elicit, sequitur in remissione peccatorum esse positam. Sic enim interpretatur Paulus iustum à Davide nuncupari, cui Deus iustitiam imputat, non imputando peccata.

Non colligit Apost. Paulus ex hac Davidis sententia definitionem iustitiæ gratiæ, sed ostendit, quòd sine operibus credenti, iustitiam Deus imputat, hoc est, accepto ferr, & gratiosè largitur iustitiam, ut iustus fiat qui credit in Christum. Hoc enim est Pauli institutum. Sicut enim merces secundum debitum imputatur & confertur operanti ut fiat eius, ipsamq; accipiat: ita credenti imputatur, & secundum gratiam tribuitur quòd fiat iustus. Nemini enim ad iustitiam quicquam imputat Deus, quem iustum non faciat, cum secundum veritatem sit eius imputatio & iudicium efficax, & non vanum. Et B. Chrysostr. & post eum Theophil. & OEcumen. causam reddentes, cur Paulus agens de iustitia fidei illud Psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, adduxerit, cum nihil sit eo loco de iustitia fidei, dicunt hoc illum de industria fecisse, ut iustitiam fidei magis extolleret. Nam si scriptura eum pronunciat beatum, cui ex gratia remissæ sunt peccata, multò

multò beator ille qui ex gratia iustificatus sit, & filius Dei factus remissis peccatis. Ex qua eorum sententiâ manifestè patet, quòd nomine iustificationis plus intelligunt, quam peccatorum remissionem. Id quòd ex nomine ipso etiam facile conuincitur. Non igitur iuxta eorum interpretationem describit iustitiam, sed magis ostendit, in quo sita sit hominis iustitia apud Deum. nec sunt plenè remissæ iniquitates, nisi impio iterum in priorem gratiam recepto, ut Absoloni non est remissum peccatum, nisi quando licebat videre faciem David. Præterea si remissio peccatorum est gratuita ex sententia Davidis, multò magis iustificatio, quæ sine ea fieri non potest. Nec interpretatur Paulus iustum à Davide nuncupari, cui Deus iustitiam quasi alienam imputat, quia reuera iustum facit, cui ob fidem imputat iustitiam. Est enim hæc imputatio cum accessu & largitione iustitiæ. Sic enim ait B. Aug. Spiritus sanctus illuminationem iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur illo opere, de quo Paulus, Neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Sicut ergo ille in quo omnes viuificabuntur, præter hoc quòd se ad iustitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paratulis. Et capite sequenti legitur iustificari in Christo, qui credunt in eo, propter occultam communicationem & inspirationem gratiæ spiritualis. de quo satis in superioribus. Testimonium igitur Davidis adducit Paulus, ut ostendat beatitudinem hominis in eo sitam esse, quòd Deus accepto fert iustitiam credenti (quicquid tadem sit iustitia) sine operibus, hoc est, gratis, sine vilo operum præcedenti merito. Pronunciant igitur propheta & Apostolus, beatitudinè hominis consistere in eo quòd credenti gratis, hoc est, sine operum meritis, remissis, & non imputatis peccatis, fides eius imputatur ad iustitiam, hoc est, gratuito acceptatur, ut per eam consequatur, & apprehendat iustitiam.

Sic & idem Apost. non adducto alterius testimonio, alibi loquitur, Erat Deus in Christo mundi reconcilians sibi, non imputando hominibus peccata. Deinde continuo post adijcit, Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut essemus iustitia Dei in illo. Quid apertius requiras, quam nos coram Deo iustos censeri, quia Christi sacrificio expiata sunt peccata nostra, ne amplius sub reatu nos teneant. Nec locus vulgari canulo, de iustificationis initio ipsum agere. Nam vtrouque loco tria sunt, non quæ aliter incipient nisi esse, qui fuerant hæc tenus infideles, sed quomodo iustitiam quam semel consecuti sunt, contineant toto vitæ cursu. David enim de se loquitur, postquam inter filios Dei fuerat coaptatus, & Paulus asserit hanc esse perpetuam legationem, quæ in ecclesia quotidie auditur.

Hæc Apost. sententia requirit præter remissionem, siue non imputationem peccatorum impij reconciliationem. Erat, inquit, Deus in Christo mundum reconcilians sibi, non imputando hominibus peccata: quòd explicans B. Chrysostr. Reconciliauit, inquit, hoc est, amicos sibi fecit per Christum. Hoc est enim admirabile, non quòd amicus factus est solum Deus, sed quòd sic amicus factus. Quomodo, inquit, sic? Quia dimisi sit illis peccata: aliter enim non fuisset factus amicus, Unde & subdidit, non imputans illis peccata eorum. Vbi docet reconciliatum esse mundum Deo, maius esse, quam non imputare peccata. Qui enim reconciliatur, iustificatur, & in pristinam redit gratiam & amicitiam. Non reconciliatur Deo, inquit B. Aug. nisi per dilectionem; quæ etiam filij Dei appellatur. Nec dicit Apost. quòd Deus filium suum peccatum fecit, ut coram eo in sti censeamur aut reputemur (quamuis neminem ipse iustum reputat, qui reuera iustus non est) sed vt essemus iustitia Dei in illo, Quòd explicans OEcumenius ait, Non dixit, Iusti efficeremur, sed ipsa iustitia, quòd maius erat, Dei; ipsius iustitia: Dei autem iustitia, non quæ esset ex operibus, sed vt eo remittente, ac veniam dante, iustificeremur per ipsum. Et Theophil. Propterea, inquit, neque dixit: vt efficiamur iusti, sed iustitia Dei, excellentiam gratiæ ostendens. Similiter B. Chrysostr. rursus OEcumen. exponens locum Apost. Paul. Qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitiâq; & sanctificatio, ac redemptio. Qui fecit, inquit nos, & iustos, & sanctos, cum nos redemisset ab illis, quæ sunt istis contraria. Primum quidem sapientes efficiens ab errore liberauit, & tunc iustos & sanctos superuentione spiritus sancti reddidit: & ita à cunctis malis liberauit: nam hoc est redemptio. Hi apertè ex Apostolo docent ex his ipsis locis quæ citant aduersarii, nos verè iustos esse, participatione iustitiæ Christi, & non ab hac formaliter. Neque solum quòd Christi sacrificio expiata sunt nostra peccata, sed quòd & facti consortes diuinæ naturæ, filij Dei, amici & hæredes. Nec dicimus Apostolum in his locis iam citatis de iustificationis initio agere, nec tamen etiam de eius consummatione, sed de iustificatione impij, quæ fit cum peccatorum remissione. In loco namque priore apertè dicit, ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.

Lib. 1. de peccatorum meritis, cap. 9. 1. Cor. 3.

Calvinus. 2. Cor. 5.

Responsio. 1. Cor. 5.

Lib. de fide et Symbolo ca. 9.

1. Cor. 11.

Rom. 4. Et in

2. Cor. 5.

Homil. 4. de penit. Pjal. 6.

2. Cor. 11.

Rom. 11.

1. Cor. 9.

Heb. 11.

Calvinus.

Art. 13.

Responsio.

Rom. 4.

Iustitia fidei ex operibus fidei consistat sicut iustitia legis ex eius operibus.

Lex fidei est charitas que oculos esse non potest.

Rom. 10.

Deutero. 40.

Actuum. 13.

Et in posteriori agit de reconciliatione: nemo autem reconciliatur, nisi qui inimicus est. Vtroque enim loco docet, quomodo impij Deo patri reconciliantur per viciniam filij eius, hoc est, quomodo incipiunt esse iusti. Sed quomodo iustitiam, quam semel consecuti sunt, retineant toto vitæ cursu, ne attingit quidē. Nec de solo loquitur Paulus, sed in genere de peccatore, & docet beatum esse, cui à Deo peccata non imputantur. Desebat tamen propheta David perpetuo quæ admiserat peccata. Ait enim B. Chrysof. Olim patratum peccatum post tot tempora quasi nuper accidisset, lugebat: Lauabo, inquit, per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meum rigabo. Atque ita ad tempus illud quo peccatum commiserat, spectabat. Et perpetua est hæc legatio Apostolorum & successorum ad penitentiam inuitantium peccatores, qui perpetuo inculcant, pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliamini Deo. Sed alia sunt verba legationis, quibus exhortantur ad iustitiam retinendam, quam semel consecuti quæ passim in scripturis sunt obtuia.

In eadem quoque sensum ad Rom. 10. Moyses iustitiam legis describit, quod quæ fecerit ea, vivit in ipsis. Fidei autem iustitia sic dicit. Qui crediderit, &c. Videmus ideo legis iustitiæ opponi fidei iustitiam quod operibus minime consistat sicut illa. Idem sibi volumus verba quibus Lucas apud Antiochenos ipsum esse vsum refert. Per hunc vobis annuntiat remissio peccatorum, & ab omnibus à quibus non potuistis iustificari in lege Moysi, in hoc omnis qui credit iustificatur: Nam & remissioni peccatorum iustificatio velut interpretationis loco subijcitur, & absolutionem proculdubio significat, & legis operibus detrahatur, ut sit gratuita, & fide percipi dicitur.

Moyles describens discrimen iustitiæ legis, magis ostendit legis iustitiam à iustitia fidei deficere, quam eam illi opponat. Nam eadem opera sunt iustitiæ fidei, & iustitiæ legis siue operum. Lex Dei, inquit Aug. est charitas: opera autem charitatis scripta in tabulis, lex est & iustitia operum, & scripta in corde, lex fidei est & Dei. Plenitudo, inquit, legis est charitas, sed hæc non scripta in tabulis lapideis, sed descripta in cordibus nostris per spiritum sanctum qui habitat in nobis, cui prudentia carnis non est subiecta, neq; enim potest. Sed ad hanc prudentiam carnis terrendam, cum in tabulis scribuntur, lex est operum, & litera occidens præuaricatorem. Cum autem ipsa charitas diffunditur in corde credentium, lex est fidei, & spiritus viuificans dilectorem. Nam iustitia legis ea est, quæ ex legis est cognitione & viribus liberi arbitrij. Theophilactus enim exponens id quod dicit Apostolus. Si ex operibus iustificatus est, habet quidem quod gloriatur, sed non apud Deum, hoc est, gloriari potest quod suis ex viribus, atque adeo propriis operibus rectè egerit. Fidei autem iustitia est, quæ per fidem diuinitus cordibus nostris infunditur. Iustitia itaque legis siue operum est iustitia moralis, de qua gloriabantur Romani: iustitia verò fidei est, quam morte sua nobis impetrauit Christus Dominus. Et hæc iustitia fidei consistat ex fidei & gratiæ operibus, cum ociosus esse non possit spiritus Christi, sicut legis iustitia ex operibus arbitrij & cognitionis quam ex lege habemus. Per legem enim cognitio peccati. Opera autem sua legem fidei habere eodem hoc loco docet Apostolus Paulus. Sed quid dicit scriptura de iustitia quæ ex fide est? Propè est verbum in ore tuo & in corde tuo, hoc est verbum fidei, quod prædicamus, quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus suscitauit illum à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vbi audimus opera iustitiæ fidei, credere & confiteri, & quod creditur ad iustitiam, & non solum ad remissionem peccatorum. Et verbum hoc fidei, de quo Moyses, & quod citat Apof. Paulus est, vt diligamus Dominum Deum nostrum ex toto corde, & ad ipsum ex toto corde nostro, & tota anima reuertamur, quæ sunt opera iustitiæ fidei, vt hic docet Apostolus. Acquiruntur autem hæc fidei iustitia gratuito patris dono in filij sui gratiam, sed solum à præparatis per veram penitentiam, ad quam ex fide suorum corda excitabit. Auger tamen ex operibus iustitiæ, qua sumus ab eo donati. Constat itaque falsa esse, quæ Calvinus assumit, & si vera essent non probant iustificationem consistere in sola peccatorum remissione. Et sententia Apostoli Pauli, quam describit Lucas manifestè distinguit iustificationem à remissione peccatorum. Dicit enim, Notum sit vobis quod per hunc vobis remissio peccatorum annuntiat, ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi iustificari, in hoc omnis qui credit, iustificatur. Magnificat enim & extollit B. Paulus hanc in Christo iustificationem, quod fiat cum remissione peccatorum, vt diximus ex Theophylacto & Chrysofomo. Describit itaque eam à termino iniquitatis, vt doceat multò maius esse beneficium, quo ex hostibus amici & filij facti sumus, quam fuit primi hominis vel Angelorum iustificatio, imò quam Christi domini: quamuis sine mensura hic gratiam

tiam acceperit: nostra tamen iustificatio propter contrariam dispositionem maius est beneficium, & maior gratia. Quod explicat Apost. Paulus, cum ait, Commendat autè charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Item alio loco, Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccato, conuiuificauit nos Christo.

Quid est iustificatio publicani Luca 17. quid aliud sonat, quam iustitiæ imputationem, dum gratis acceptus est Deo? Et quoniam de verbi proprietate loquitur, cum Christus à Paulo iustitia & sanctificatio nostra predicatur, certè inter hæc duo statuitur discrimen, quod Tridentini patres confundunt. Nam si duplex est gratia, quod nos Christus iustificat & sanctificat, iustitia vitæ inuolutionem sub se non complectitur. Nec aliter potest exponi illud ad Romanos octauo. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat, quam de gratuita acceptione.

Confundit hic Calvinus imputationem iustitiæ, & Deo esse acceptum, cum remissione peccatorum, vel potius ei addit, quasi non in sola peccatorum remissione consisteret iustificatio, nisi hæc duo simul accedant. Hæc enim diuersa esse, vt reuera sunt, intellexit etiam Martinus Bucerus, qui in Didagmate suo docet iustificationem ex duobus consistere, nempe, remissione peccatorum, & donatione siue imputatione iustitiæ Christi. Qui enim acceptus est Deo, eius amicus est & iustus, eiq; placet, quasi similis & conformis filio eius. Et in Publicani iustificatione, ne verbum quidem de iustitiæ imputatione habetur. Ait enim B. Lucas, Publicanus à longè stans nolebat nec oculum ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens, Deus propitius esto mihi peccatori: Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se humiliat, exaltabitur: & omnis qui se exultat, humiliabitur. Quid precor hic sonat peccati imputationem? Nam manifestè ex his verbis sequitur, quod Deus requirit preparationem per humilitatem & orationem in eo quem iustificat, hoc est, iustum facit. Sic enim vbi que (vt & nomen ipsum sonat) interpretatur B. Aug. Et discrimen est inter iustitiam, & sanctificationem, sed rationis tantum, non quasi rerum diuersarum. Eadem namq; res à peccatis abluit, iustos facit & sanctos, iustitia scilicet fidei, quæ per spiritum sanctum in gratiâ Christi nobis donatur. Hæc enim tenebras pellit peccatorum, & maculas ac sordes ex eis secutas abluit, sicut lumen solis pellit tenebras, & aerem illuminat. Et eadem iustitia animam quasi templum Deo consecrat. Sicut igitur illuminatio aeris est expulsiō tenebrarum, & purgatio rei contaminatæ, sordium est ablutio: ita iustificatio complectitur remissionem peccatorum & sanctificationem. Nā Theophilactus locum Apostoli: Sed abluti estis: sed sanctificati estis: sed iustificati estis, interpretatur quasi sanctificatio in iustificatione includeretur. Intelligite, inquit, à quibus malis nos liberauerit, quantaque nobis bona largitus sit. Habebatis enim vos hæc omnia commemorata, verum ab his vos mundauit Deus, imò & sanctificauit. Quomodo? iustificans, inquit, vos. Abluit enim vos, deinde iustificans sanctificauit. Et Oecumenius explicans quod dicit Apost. quod Christus factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio. Hoc est, inquit, iustos nos & sanctos superuentione spiritus sancti reddidit. Item Theodoretus. Ipse vobis dedit sapientiam, ipse dedit remissionem peccatorum, et iustitia dignatus est, & sanctos effecit à diaboli tyrannide liberatos. Et iterum Rupertus in Euang. secundum Ioannem, circa locum, pater sanctifica eos in veritate. Quid est, ait, Sanctificari in veritate, nisi iustificari per fidem. Hæc omnia manifestiora sient, si consideremus quid sit sanctum esse, & quid sanctificari. Sanctus est, inquit Origenes, qui segregat se à malis actibus & mancipatus est atque dedicatus Deo, eiusque seruitio. Et B. Dionysius: Sanctitas est omni scelere libera, perfecta que munditia. Hæc autem tribuit charitas Dei, siue iustitia fidei per spiritum sanctum in cordibus nostris diffusa. Et Calvinus ipse in comment. epistol. ad Corinth. non diuersas, sed eadem rem esse dicit abluionem, sanctificationem, & iustificationem. Exponens enim verba Apost. prædicta, Sed abluti estis, &c. Tribus inquit, vocabulis vtitur ad rem vnam exprimendam, quo magis eos deterreat, ne rursum eodem reuoluantur vni de exierant. Deinde docent esse rationis tantum discrimen, non rei. Quod, inquit, dixi tribus nominibus exprimi rem vnam, non sic accipio quasi nihil significatione differat. Nam proprie loquendo, iustificat nos Deus, dum peccata nobis non imputando, nos à peccato liberat, purgat, dum peccatorum memoriam abolet. Ita hæc duo nihil differunt, nisi quod alterum simplex, alterum translatiuum est. Siquidem in verbo abluendi est metaphoræ. Vbi tamen in explicatione discriminis rationum horum nominum fallitur Calvinus, eo quod Deus nos iustificando verè iustos faciat, & in veritate sanctificet ac filios

Rom. 5. Cor. 2.

Calvinus.

Responsio.

Luce 18.

1. Cor. 6.

1. Cor. 11.

Cap. 17.

Homil. 11. Læ nit. Cap. 12. de diuinis nominibus Cap. 12.

faciat: quod longè amplius est, quàm peccata non imputare, & liberare à reatu. Et verè purgat non solum peccatorum memoriam abolendo, sed mundos faciendo à peccatorum sordibus. Iam vos, inquit Dominus saluator, mundi estis, propter sermonem quem dixi vobis. Item alibi: Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Porro Henricus Bullingerus circa eundem locū, Diuersis, inquit, verbis eandem rem significat, cū ait, Abluti, sanctificati, iustificati estis: abluti propter sacrum baptisma: sanctificati propter spiritum sanctum: iustificati autem propter fidem. Iustitia enim sicut Deo mentem subicit, ita & ipsi eam consecrat, mundat, & à phanasi segregat. Templum, inquit, Dei sanctum est, quod estis vos. Non igitur patres Concilij hæc duo confundunt, sed iuxta morem scripturæ iustificationem diuersa ratione commendant & prædicant. Et duplex quidem est gratia, quæ his duobus nominibus significatur, sed eiusdem rei effectus. Fallitur autem Ioannes Calvinus, dum scribit quod iustitia vitæ innoationem sub se nõ cõplectitur. Est enim vitæ Christianæ nouitas, sicut eius vetustas est peccatum.

Ioan. 13.

1. Cor. 3.

Calvinus.

Rom. 4.

Responsio.

Lib. 1. de pecc. meriti. ca. 10.

Rom. 5.

Titum 1.

Blasphemia Lutheri.

Lib. 2. de no. et gra. ca. 20.

Rom. 11.

Li. 1. de doct. Christ. ca. 27. Ephes. 4.

Nolle de verbo litigare, nisi inde totus casus status penderet. Verum cum tunc iustificari hominem tradunt, cum inobedientiam Dei reformatur, totum illud Pauli argumentum euertunt. Si ex lege est iustitia excinanta est fides, & abolita promissio. Intelligit enim neminem inuentum iri inter homines, in quo salutis promissio compleatur, si innocentia conditione sit implicita, & ruitur, am mox esse fidem, si operibus fulciatur. Quod ideo verum est: quia quamdiu respicimus quales sumus, necesse est nos coram Deo trepidare: tantum abest, vt certa & inconcussa vitæ æternæ fiducia nobis constet. De regeneratis loquitur. Quantum enim abest à iustitia, quæ in hac vita inchoatur, vitæ nouitas?

Verè ex eo quod iustificatio in sola peccatorum remissione, vel in hac & iustitiæ infusione consistere dicitur, magna ex parte totus casus huius, imò & multorum dogmatum status penderet. Illud enim docentes, neminem agnoscunt gratia Christi reuera iustum esse, & filios Dei docent æquè vt prius iniustos, immundos, & sceleratos, & Deo in se odibiles manere: peccata verò, quibus contaminati manent propter Christum eis non imputari: cui dogmati scripturas atque vniuersos doctores Ecclesiasticos aduersari ostendimus, & hominem verè iustificari in conspectu & iudicio Dei, & per spiritum sanctum inhabitantem iustitia Dei donari, per quam verè in se iustus sit à Christo & spiritu eius, sicut per eius illuminationem verè fidelis est, & sapiens sapientia & fide immanentibus. Legimus, inquit B. August. in Christo iustificari, qui credunt in eum propter occultam communicationem & inspirationem gratiæ spiritualis, sicut Adam occulta tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificauit in se omnes de sua stirpe venientes. Hoc enim docet Apof. Paulus. Hinc etiam pender aliud aduersariorum dogma, quod omnia opera iustorum sunt peccata, eò quod coinquinatis, quorum inquinatæ sunt mens & conscientia, nihil est mundum. Item & aliud, quod omnes iusti æqualiter sunt iusti, quia non diuersa participatione iustitiæ à Christo transfusæ, sunt iusti, sed ab vna & eadem Christi iustitia, qua ipse formaliter est iustus. Hinc Mart. Luth. in ferm. de natiuitate B. Mariæ, hanc tradit blasphemiam, Omnes, inquit, Christiani æquè magni sumus, sicut mater Dei, & æquè sancti sicut ipsa: & tua oratio mihi tam chara, quàm illius, si credis Christum habitare in te æquè sicut in illa, quia per sanguinem Christi pariter mundati omnes sumus à peccatis. Huiusmodi impia dogmata ex hoc pestilenti fonte Lutheri scaterere latè deducit R. Pater Dominicus à Soro. Multarum enim absurditatum hoc dogma de iustificatione imputatiua origo est. Per hanc autem iustitiam per spiritum Christi in cordibus nostris diffusam docemus hominem in obedientiam Dei reformari. Nolite, inquit Apostolus Paulus, conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei, & c. nouitas enim hominis Christiani est iustitia, vt diximus. Et probat, quæ sit voluntas Dei bona, benè placens & perfecta. Omnium enim reatissima ipsa est æstimator: vt de charitate docet B. Aug. quæ est ipsa iustitia, vel ab ea inseparabilis, id quod idem Apof. docet, quando ait, Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris: renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Nec propterea B. Pauli argumentum euertitur, sed stabilitur magis. Nec sequitur ex eo quod hominem iustificari, est ipsum in Dei obedientiam reformari, ex lege aut eius operibus esse iustitiam, imò nullam habet apparentiam illatio quam Calvinus, hic facit, adeo vt dormitasse videatur, quum istud scriberet. Quæ enim est hæc consequentia? Tunc homo iustificatur, cum in obedientiam Dei reformatur, ergo ex lege est iustitia. Nam antecedens quidem apertè docet scriptura,

homi-

hominem in Dei obedientiam reformari, imò & hoc ipsum docet Calvinus: consequens autem scripturis & nostræ fidei principiis omnino est contrarium. Si enim per legem iustitia, ergo gratiæ Christus mortuus est. Nec tamen dicimus hominem iustificari ex obedientia Dei, vel ex eo quod in eam reformatur, quomodo Calvinus intelligere videtur, sed iustificari, & per ipsam iustitiam reformari, vt Deo obediat. Factores enim legis, ait B. Augustinus, iustificabuntur, vt sint & fiant legis factores. Per iustitiam enim vires perditas recuperamus, hoc est, per spiritum charitatis, per quem Deo obedimus. Si quis, ait Saluator, diligit me, mandata mea seruabit. Item charitas patiens est, benigna est, omnia suffert, omnia sustinet, omnia credit. Frequens namque est sermo B. Augustini, Fides impetrat, quod lex imperat. Nec tamen docemus, quod innocentia conditione implicita est salutis promissio. Mundat enim hic perpetuò Christus suam Ecclesiam, & pater agricola palmitem ferentem fructum continuo purgat vt fructus plus adferat: filij quoque quibus facta est hereditatis promissio, quotidie orant, Dimitte nobis debita nostra. Nam in multis offendimus omnes. Nihil tamen coinquinatum intrabit in sanctam ciuitatem Hierusalem, sed pater electos suos prius purgabit, & ipsi per spiritum inhabitantem se emundant & purgant. Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Vbi aduertere conuenit hominem sanctificatum, esse paratum ad omne opus bonum & Dei obedientiam. Implicita tamen esse salutis promissionem conditione non innocentia, sed operum, clarè docet Apof. Paulus, dum ait: Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei: Si autem filij, & heredes, heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & glorificemur. Item alio loco: Tribulationem sustinetis, vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini, si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem hiis qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiscum, & c. Sicut enim comminatio damnationis implicitam habet conditionem, ita & promissio salutis. Nec propterea ruit fides promissionis, si operibus fulciatur, in quibus ex electione Deus eos ambulare facit. Ait enim vnus electorum: Ipsius sumus factura creati in Christo Iesu, in operibus bonis quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Quos enim prædestinauit hos & vocat, iustificat, & conformes facit imaginis filij sui. Sunt enim hæc opera non legis, de quibus loquitur sententia Pauli à Caluino supra citata, sed fidei & gratiæ, quæ vt bonam voluntatem, ita & hæc opera Deus in nobis operatur: & fulciuntur promissiones Dei, & iustitia augetur, atque ad iustitiam huiusmodi operibus præparamur. In hoc, ait beatus Ioannes, perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo. Rursum, Magis fatagite, vt per bona opera certam vocationem vestram faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum. Et quæ in eadem epistola præcedunt. Et nos verè agnoscimus quod necesse est nos coram Deo trepidare, quamdiu respicimus quales sumus ex nobis: docemus tamen certam & inconcussam vitæ æternæ fiduciam nobis constare, si respiciamus quales sumus ex patris gratia & merito Christi, ei videlicet conformes, nature diuinæ consortes, filij & heredes Dei, quales sumus etiam in nobis. Egenus enim factus est propter nos, vt illius inopia nos diuites essemus. Et alio loco, Nunc iustificati in sanguine ipsius, multo magis salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius: non solum autem, sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Porro dici solet, quod bene securus est, qui pignori incumbit. Nos autem signati sumus spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ. Horum igitur consideratione quæ à patre propter Christum accepimus, & spectato thesauro quem habemus in vasis fictilibus in nobis manentem, certa & inconcussa vitæ æternæ fiducia nobis constat, quam etiam à nobis requirit & mandat Deus: quamuis in multis offendamus, attamen non quodlibet peccatum ab hereditate excludit, & misericors Deus ad multos filiorum defectus conuiert, & supplicanti bus veniam indulget. Et sicut vitæ nouitas in hac vita augetur, & progressum habet: Is enim qui intus est homo noster, renouatur de die in diem, ita & iustitia. Nam iustorum semina, quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem. Nec perfecta est in hac vita iustitia, sicut nec etiã vitæ nouitas. Ex parte enim hic cognoscimus, ex parte diligimus, omnia hic ex parte & imperfecta sunt. Nihil igitur abest à iustitia, quæ in hac vita inchoatur, vitæ nouitas, sed eadè est, & quantum crescit,

Rom. 6.

Galat. 2.

Ioan. 16.

De spi. & li. ca. 29. & 30.

Matth. 6. Iacobi 3.

2. Tim. 2.

Rom. 8.

1. Thess. 1.

Ephes. 8.

1. Ioan. 4.

2. Pet. 1.

2. Cor. 8.

Rom. 5.

Eph. 1.

2. Cor. 4.

1. Cor. 13.

vel

vel deficit vna, tantum & altera. Apof. Paulus vult nos renouari de die in diem. Et si in Christo, inquit, noua creatura vetera tranferunt. Ecce noua facie omnia. Item aliis in locis frequenter meminit Apofolus nouae creaturae & noui hominis. Et hortatur Apocalypfis, Qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui sanctus, sanctificetur adhuc. Nihil igitur discriminis est inter huius vitae iustitiam & nouitatem: nam vtraque est hic imperfecta.

Cap. 22.

Calvinus.

Neque tamen interea negandum est, quin perpetuo coniuncta sunt & cohaerent duae istae res, sanctificatio & iustificatio: sed perperam inde inferitur vnam ac eandem esse. Exempli gratia, Solis lumen est nunquam separatur a calore, non tamen calor existimandus est, nemoq; tam vultus inuenitur, qui non vni ab altero distinguat. Fatemur ergo simul atque iustificatur quispiam, necessario in nouationem quoque sequi: Neque verò de eo ambigitur, an sanctificet Christus, nec ne, quoscumque iustificat. Hoc enim est scilicet lacerare Euangelium, adeoq; Christum ipsum discerpere, si quis iustitiam quam fide consequimur, separare velit à penitentia. Sed tota nostra disceptatio est de causa iustificationis. Hanc Tridentini patres duplicem esse fingunt, ac si partim remissione peccatorum, partim spiritali regeneratione iusti essentis: vel, vt aliis verbis exprimam quod sentiunt, ac si partim imputatione, partim qualitate iustitiae nostrae constaret.

Responsio.

Ostendimus etiam ex aduersariorum, Ioannis Caluini scilicet & Henrici Bullingeri confessione, vnicam & eandem rem esse sanctificationem & iustificationem: quamuis rationis sit in ter ea discrimen. Propter quod non est simile quod adducitur de lumine solis, & calore eius. Et si ratio nominis spectetur, iustificatio requirit iustitiam infusioem. Et si sanctificatio impuritatis abolitionem significet, sine ea potest esse iustificatio. Et reuera fuit in Christo Domino, sanctis angelis, & Adam primo parente nostro: quamuis vt destinationem siue consecrationem ad cultum Dei dicit, ab inuicem separari non possunt. Est enim tunc à iustitia inseparabilis sanctificatio nostra, & eductio. Et sicut lumē solis lucidum facit aërem, & illuminat, ac apparere facit omnia quae sunt in aëre (hi enim luminis sunt effectus) ita iustificare & sanctificare effectus sunt iustitiae, atq; ratione magis quam re ipsa differunt. Ex quo patet falsum esse quòd iustitia vitae in nouationem non complectitur, quam intelligit Calvinus nomine Sanctificationis. Sunt enim iustitiae effectus formales, si secundum habitum intelligantur: & si secundum actū iustitia virtute eas complectitur, sicut causa suos effectus. Hoc enim sensu sanctificatio siue in nouatio & iustificatio progressus sunt in operibus iustitiae & sanctitatis. Quomodo scriptura intelligitur quae habet, Qui iustus est, iustificetur adhuc, & qui sanctus est sanctificetur adhuc. Sic intelligit Magist. Sententiarum in cōmentariis epistolae ad Corinth. id quod dicit Apofolus, Sed abluti estis, &c. Abluti, inquit, in baptismo, & ideo turpius est si reditis: & non solum abluti, sed sanctificati estis, id est, confirmati ad bene operandum spiritu sancto dato, & non modo sanctificati, sed & iustificati estis, bene operando: vbi sanctificationem refert ad infirmitatem ad bene operandum, & iustificationem ad iustitiae profectum. Neque solum necessario in nouatio sequitur eum qui iustificatur, sed & necesse est vt ex eadem sequatur iustitia quae est nouitas spiritus, vt diximus, vel eius causa. Misceat autem hic Calvinus penitentiam quasi iustificationem sequatur. Hanc enim insinuat vitae esse in nouationem, cum tamen scriptura vbiq; doceat ex penitentia impium iustificari. Propter quod vt iustificationis, sic & in nouationis penitentia est causa. Propter penitentiam enim Deus peccata dissimulat. Cum autem dicit Calvinus totam suam disceptationem esse de causa iustificationis, oblitus videtur scopi quem in disceptando proposuit. Non enim de causa iustificationis, instituta est haec eius disceptatio, sed de partibus iustificationis, & in quibus iustificatio consistat. Hunc enim scopum suae disputationi praeposuit, id quod ipse quoq; insinuat, dicens patres fingere, ac si partim remissione peccatorum, partim spiritali regeneratione iusti essemus. Nec tamen hoc patres dicunt. Nam iustificatio quae fit in baptismo, est ipsa regeneratio spiritalis, qua ex impio regeneratur pius, & in filium adoptatur. Peccatorum autem remissio quasi natura praecedit, & peccata sunt terminus à quo fit mutatio haec, quae est regeneratio. Nec docent patres partim imputatione, partim qualitate constare nostram iustitiam, sed docent iustificationem mutationem esse, qua ex iniusto fit iustus: & iustitiam ipsam esse qualitatem, qua viuimus in Christo, & diuinæ naturae sumus confortes, Christoq; conformes: sicut docemus eam in Christo esse qualitatem permanentem, qua ipse deiformis est secundum naturam assumptam: Nam super eum requieuit spiritus domini. Et Ioannes vidit columbam manentem super eum. Simili eademq; secundum speciem qualitate nos iusti sumus & deiformes, quam ex plenitudine Christi eiusq; influen-

Apoc. 22.

1. Cor. 6.

Esa. 9.

tia ac-

tia accipimus. Mansionem, inquit Dominus, apud eum faciemus qui me diligit. Et om- 1. Ioan. 3. nis homicida non habet vitam aeternam in se manentem, inquit B. Ioan.

Ego autem vnicam & simplicem esse assero, quae tota continetur gratuita Dei acceptione. Eam praeter Calvinus: zere extra nos constituo, quia in solo Christo iusti sumus. Proferant si quod habent ex scripturae testimonium, vt persuadeant quod docent. Ego cum totam habeam scripturam mihi suffragantem, hac vna ratione nunc contentus ero, quòd cum mentio fit iustitiae operum, eam lex & Euangelium in perfecta legis obedientia constituant: Ea cum nusquam appareat, nihil aliud faciunt reliqui, nisi vt confugiamus ad solum Christum, vt in ipso iusti censeamur, quod in nobis non sumus. An mihi locum vnum proferent, qui inchoatam nouitatem pro iustitia apud Deum probari reseruet, vel in totum, vel ex parte? Quòd si auctoritate destituantur, cur non liceat repudiare quod hic obrudunt figmentum de partiali iustitia.

Responsio.

Afferit Calvinus iustificationem vnicam esse & simplicem, totamque contineri gratuita Dei acceptione, & extra nos esse, eò quòd in solo Christo iusti sumus. Sed & nos eam dicimus vnicam & simplicem esse mutationem ab iniustitia ad iustitiam: sicut aq; frigida calefactio vnica & simplex est mutatio, qua à frigore fit alteratio ad calorem. Haec autem duos complectitur terminos: quamuis apud Philosophos ea de re sit disceptatio, an videlicet corruptio frigoris, videlicet mutatio ab esse frigoris ad non esse, alius sit motus quam introductio caloris quae est à non esse caloris ad calorem, & propterea calefactio frigidi quasi duplex mutatio vtramque complectatur. Similis disputatio fieri posset, imò & iam agitur de iustificatione impij: sed quae sunt extra scopum praesentis negotij, in quo impertinens est, an iustificatio hoc modo vnica sit mutatio, an plures: Misceat hic Calvinus gratuitam Dei acceptioem quasi eandem cum peccatorum remissione, quae tamen ab ea non minus diuersa est quam ipsa iustificatio. Et scopus disputationis qui à Caluino praefigitur in eo versatur: an tota iustificatio consistat in peccatorum remissione. Gratuita enim Dei acceptio, qua Deo accepti sumus & grati, est per iustitiam & charitatem siue gratiam in cordibus nostris diffusam, tanquam causam formalem: sicut per albedinem aliquid est album. Vt quid precor hic homo re apertam tenebris inuoluit & mutat omnia & formam sermonis sui? Nō debet nos mouere quòd iste iustitiam extra nos tantum constituit, quando, vt docuimus, scripturae & vniuersi scriptores catholici concorditer aliud docent. Absurdum est quòd vita ponatur extra viuentem, iustitia autem siue charitas, siue deiformitas vita est iustorum. Et libenter confitemur, quòd in Christo iusti sumus & viuimus, vt vita & iustitiae authore. In ipso enim Deo nimirum viuimus, mouemur & sumus. In nobis tamen vita est, motus, & esse: Similiter & spiritum vitae, iustitiae, & charitatis in nobis habemus, per quem Christus in cordibus nostris habitat, & in eisdem Christo authore vita, iustitia, rectitudo, & diuinæ naturae participatio diffunduntur. Et per has scripturas secundum veterum scriptorum interpretationem, docemus iustos esse & rectos, iustitia & rectitudine nobis inherentes, secundum nomen horum significationem, quibus repugnat denominatio extrinseca. Repugnātia enim est rectum esse, quòd in se rectitudinem non habet. Nihil autem eius erroris suffragari scripturas, adeo vt frustra de scripturarum testimoniis gloriatur, superius ostendimus. Nec causam habet Calvinus nobis insultandi, vt dicat, Proferant si quod habent ex scripturis testimonium. Multa enim huiusmodi scripturarū loca in superioribus protulimus. Sed expendamus rationem qua in conclusione huius disputationis se dicit fore contentum. Cum enim dicit, quòd mentione facta in scripturis iustitiae operum, eam lex & Euangelium in perfecta legis obedientia constituunt, falsum assumit: & impertinēs est scopus huius disputationis, si etiam verum esset. Constituunt enim scripturae iustitiam operum in legis obedientia, non in obedientia perfecta: perfectam autem iustitiam in perfecta legis obedientia. Qui diligit proximum, ait Apofolus, legem impleuit, & quo perfectus diligit, hoc eam perfectus implet: sicuti B. Aug. dicit de iustitia & charitate, quòd inchoata iustitia, inchoata charitas: perfecta iustitia, perfecta charitas. Et transfrens se Calvinus ad iustitiam operum, egreditur totius disputationis institutum, in qua de iustificatione impij agitur, quae non in operum iustitia, sed iustitia fidei consistit, iuxta Apofolom Paulum ad Rom. & Galath. qui ait, Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis: & si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Hanc duplicem iustitiam clarissime distinguit idem Apofolus Paulus ad Rom. 10. cap. Et beatus August. Nostra fides, inquit, hoc est catholica fides, iustos ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit, quia iustus ex fide viuunt. Iustitia itaque operum, nihil pertinet ad disputationem, in qua agitur de impij iustificatione.

Rom. 13.

Rom. 4. Gala. 2.

Lib. 3. contra 2. epist. Pelag. cap. 5.

Nihil d. 2.

Li. 1. retrah. cap. 19. Math. 5.

Nihil etiam momenti habet hæc ratiocinatio Calvinii aduersus iustificationem operum, ad probandum quod ea nusquam appareat, eò quod in nulla sit perfecta legis obedientia. Nam B. August. explicans id quod dixerat libro primo de sermone Domini in monte circa locum, iota vnum, aut, nus apex non tranfiet, &c. Nihil scilicet aliud posse his verbis intelligi, nisi vehementem perfectionis expressionem. Vbi inquit, merito quaeretur. Vtrum ista perfectio sic possit intelligi, vt tamen verum sit, neminem iam vntem voluntatis arbitrio hic viuere sine peccato (pro eodem enim habet sine peccato viuere, & implere omnia mandata) A quo enim vsque ad vnum apicem lex perfici potest, nisi à quo fiunt vniuersa diuina mandata? Sed in iisdem mandatis est etiam quòd iubemur orare, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Omnia ergo mandata facta deputantur, quando quicquid non fit, ignoscitur. Quam sententiam & alius in locis repetit. Et hoc eodem cap. mandata Dei dicit completa esse in Apostolis, ea mensura perfectionis humanæ, quanta in hac vita potest esse perfectio. De perfectione viatoris & peruentoris ad terminum itineris, multa ex Augustino supra diximus. Et eodem loco Apostolus se perfectum dicit, & iterum negat. Erroris autem sui radicem ostendit hic Calvinus, ex qua consequenter iustificationem consistere putat in sola peccatorum remissione, hanc scilicet, quòd nulla est in his qui iusti dicuntur vera iustitia, & hoc propterea, quia in nullo est perfecta legis obedientia. Insinuat enim nec inchoatam quidem hic esse iustitiam, quamuis tamen fateatur inchoatam esse nouitatem.

Lib. 6. contra Dona. ca. 24. Item lib. contra 2. epi. Pel. cap. 7. & li. 2. ca. 7. Rursus serm. 3. super Psal. 118. in ver. Non enim qui operantur, &c.

1. Cor. 6.

Lib. 6. contra Iul. cap. 5.

Li. 3. contra 2. epi. Pel. ca. 3. & 5. & li. 4. cap. 7. & 10.

Epi. 1. 29.

Cap. 2.

2. Pet. 1.

Lib. 3. contra 2. epi. Pel. cap. 3.

1. Ioan. 1.

Math. 23. Heb. 1.

1. epi. 3. cap.

Porro argumentis quibus impugnatur iustitia filiorum Dei, superius respondimus, cum tractaremus de errore Alberti Pighij, quem ex lectione Ioannis Calvinii seductus, incautus imberbat. Et quamuis filios Dei verè in se iustos esse doceamus, non tamen seignius ad solum Christum tanquam ad caput membra confugimus, à quo eiusdem spiritus, eorumdemque donorum, quibus patri ipse placuit, accipimus influxum, & eadem in nobis continuo custodiuntur, à quo etiam proficiuntur, non aliter quam radij lucis à sole. Nec solum iusti censemur, sed reuera iusti sumus coram Deo, vt diximus. Christus enim egenus factus est, vt illius inopia nos diuites & abundantes in omni gratia spirituali essemus. Blasphemia est in Christum, quòd membra atque filij eius societatem habeant, cum Deo & peccatis obnoxii, ambulent in tenebris. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, & quæ societas luci ad tenebras? Hoc enim Iulianus obiecit beato Augustino. Cui responder Augustinus: Vbi me audisti, vbi me legisti dicentem, non innouari hominem per baptismum, sed quasi renouari, non liberari, sed quasi liberari, non saluari, sed quasi saluari. Absit, vt ego dicerem inanem gratiam lauacri illius, in quo renatus sum. Vbi etiam declarat, quomodo gratia hominem perfectè nouum faciat. Et alibi purgat se ab obiectione Pelagianorum, quòd Apostoli & Propheta non dicerent sancti vel iusti, nisi comparatione peiorum. Rursus ad beatum Hieronymum tractans locum Apostoli Iacobi: Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, docet eos Stoicos habere authores, qui dicunt solam perfectam iustitiam mereri nomen iustitiæ, nec iustum esse, qui non est ab omni peccato immunis. Magna est igitur aduersariorum contra Christi gratiam & beneficia ingratitude, qui ne agnoscunt quidem, imò & multum impugnat hanc eximiam ad Deum in Christo gratiam, qua nos verè iustos, rectos corde, verè filios ex Deo nasci facit, non solum secundum adoptionem, hominum more, sed secundum eiusdem naturæ diuinæ consortium, quod ex spiritu nascendo suscipimus. Quamuis enim (vt ait beatus Augustinus) diabolus sit author & princeps omnium peccatorum, non tamen filios diaboli faciunt quæcunque peccata. Peccant enim & filij Dei: quoniam si dixerint se non habere peccatum, seipfos seducunt, & veritas in eis non est: sed peccant ea ratione, qua sunt filij huius seculi: qua verò gratia sunt filij Dei, non vtrique peccant: quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat. Et, Quicquid peccati ex humana infirmitate iusto subreperit, pietate fidei continuo deletur. Nec tamen pudet Ioan. Calvinum gloriari, & nobis insultando dicere. An mihi locum vnum proferent, qui inchoatam nouitatem apud Deum pro iustitia probari testetur, vel in totum, vel ex parte? ne partem quidem, hoc est, ne inchoatam iustitiã, imò nihil iustitiæ in filiis Dei agnoscens. Ostendimus autem superius multis scripturarum testimoniis filios Dei verè iustos esse iustitiæ Christi participatione. Consecutus est enim Abel à Christo testimonium, quòd fuit iustus: A sanguine, inquit, Abel iusti. Et beatus Ioan. Filij nemo vos seducat, Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est, eadem scilicet ratione, & simili denominatione. Item, In hoc perfecta est charitas nobiscum,

vt si-

vt fiduciam habeamus in die iudicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Rursum, Qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui sanctus est, sanctificetur adhuc. De quibus satis prolixè superius egimus, & pudet (quod tamè aduersarij facere cogunt) eadem tamen sæpe repetere.

1. Ioan. 4.

Apoca. 2. 22

Inchoatam autem iustitiam in Concilio Ratiponensi Protestantes palam agnoscut. Nam circa secundum articulum qui est de lib. arb. vbi liber à Domino nostro Imperatore oblatus habet, quòd per gratiam quæ est in Christo Iesu possit quis se nunc continere à peccato, obedire Deo, ac facere eius mandata, maluerunt Protestantes hoc modo dici, possit nunc resistere peccato & prestare inchoatam iustitiam. Et in explicatione capituli de iustificatione hominis, Mart. Bucerus eodem libro palam docet iustitiam inchoatam & inharerem esse veram iustitiam, & ab ea verè iustos denominari: quamuis nolit ea iustitia nobis esse nitendum coram tribunali iusti iudicis, propterea quod non ferat iudicium Dei: ea tamen ratione esse iustitiam, quia per eam iusti sumus, & quæ iusta sunt operamur. At enim hic liber, Et si quis iustificatur, iustitiam accipit, & habet per Christum etiam inharerentem, sicut dicit Apost. Ablati estis, sanctificati estis, iustificati estis: quare sancti patres iustificari etiam pro eo quòd est inharerentem iustitiam accipere vsurparunt, tamen anima fidelis huic non inicitur, sed soli iustitiæ Christi nobis donatæ, sine qua omnino nulla est, nec esse potest iustitia. Et sic fide in Christum iustificamur seu reputamur iusti, id est, accepti per ipsius merita, non propter nostram dignitatem aut opera, & propter inharerentem iustitiam eo iusti dicimur, quia quæ iusta sunt operamur, iuxta illud Ioan. Qui facit iustitiam, iustus est. Quæ explicans Mart. Bucerus in conciliatione articuli iustificationis. De inchoata, inquit, in nobis iustitia maximè cõtrouertitur: An ea dum pollemus vestitiq; sumus iustificatos nos iustosq; esse. idq; coram Deo in iudicio Dei dici conueniat. Cui enim nos secundum verbum Domini docemus homines quantumuis hac cõmunicata & quodammodo propria iustitia in hac quidem vita presentent, tamè eos ista tantum iustitia fretos in iudicio Dei subsistere haberique iustos non posse: quia nimirum in conspectu Dei nemo viuens sua quide virtute iustificabitur. Id per calumniam à multis eò rapitur, quasi doceamus propriam hæc iustitiã, nec esse hominibus necessariam ad salutem, nec etiã haberi eam in iudicio Dei pro iustitia: quod vtrumque cum scriptura pugnat, quæ docet istam inchoatam in nobis iustitiam, & necessariam ad salutem, & à Deo iustitiam censer. Vbi aduertendum est, quòd Calvinii sententiam (quòd videlicet inchoata nouitas apud Deum, ne ex parte quidem pro iustitia habetur, quodq; in filiis Dei nihil sit iustitia) cum scriptura sacra dicit pugnat. Et addit Bucerus: Liber ergo istam cõtrouersiam quantumuis breuiter, certò tamen & secundum scripturas decidit, clarè ac diserte docens primum oportere, & hanc nobis inesse inharerentem iustitiam, cui ait eum qui iustificatur principe scilicet iustificatione, accipere & habere per Christum in se manentem & viuentem vitam Dei & iustitiam inharerentem. Deinde cum subiicit nos iustos dici, & in scripturis cum iusta operamur, adducto ad hoc testimonio Ioannis, docet hanc iustitiã à Deo pro iustitia reputari. At quia hac ipsa iustitia inchoata per se iusti haberi Deo non possumus, propter eius imperfectionem. (Nam legi Dei satisfacere non potest) adiecit illud, necessariò animam fidelem nri non hæc communicata, sed sola Christi iustitia nobis donata, & sine hac nullam omnino esse iustitiam, hoc est hanc ipsam in nobis excitatam iustitiam, quantumuis donum Dei & opus sit spiritus sancti, nobis tamen suo merito pro iustitia in iudicio Dei deputari non posse, propter admixtas nostras sordes, & tam languidè accommodatam motui spiritus sancti nostræ & mentem & voluntatem. Ad hoc autè offendiculum, quòd hac iustitia Dei, merito Christi nobis communicata, in Dei iudicio subsistere & haberi iusti non possumus, & hoc propter eius imperfectionem & admixtas sordes, propter quas legi Dei satisfacere non possit, impegertit & lapsi sunt viri pij & catholici insigniter etiam eruditi, credentes iustitiam nostram non posse ferre iudicium Dei, & ideo nostram iustitiam esse iustitiam Christi nobis applicatam, & in sola remissione aut nõ imputatione peccatorum nostram subsistere iustificationem. In hoc enim lapsum diximus in signè theologu Albertum Pighium, & pium illud & doctum Antididagma venerabilium virorum Ecclesie Colonienfis, qui docent nos à Deo iustificari iustitia duplici, tanquam per causas forales & essentielles, quarum vna & prior, vt scribunt, est consummata Christi iustitia, non quidem quomodo extra nos in ipso est, sed sicut & quando eadem nobis (dum tamen fide apprehenditur) ad iustitiam imputatur: hæc ipsa nobis ita imputata iustitia Christi præcipua est & summa iustificationis nostræ causa, cui principaliter inniti & fidere debeamus. Aliter verò, inquit, iustificamur formaliter per iustitiam inharerentem,

Conciliu Ratiponense.

Folio 178.

In princ. lib.

quæ remissione peccatorum simul cum renouatione spiritus sancti & diffusione charitatis in corda nostra secundum mensuram fidei vniuersiueque nobis donatur, infunditur, & sit propria: atque ita per fructus spiritus exercetur: efficiturque in nobis propria quædam iustitia qua afficiamur: cui tamen inherenti iustitiæ quod sit imperfecta non innititur principaliter, sed ea tanquam interiori quodam experimento certificamur nobis (qui talem renouationem spiritus nostri in nobis sentimus & experimur) remissionem peccatorum factam, atque ita Christum per fidem in nobis habitare. Hactenus illi. Cum autem iustitia hæc inherens siue habitualis siue actualis esse dicatur, & vere sit iusto Dei iudicio, & apud Deum iustitia, & faciat iustos, propria Martini Bucerii confessione, & à Christo nobis comunicetur: Item donum Dei & opus sit spiritus sancti, quod infunditur secundum fidei mensuram, non potest non placere in membris, propter quam in Christo capite nostro patri summè est beneplacitum. Eadem namque in membris, quæ est in capite, sicuti eadem vita & idem vitæ spiritus: secundum quam iustitiam & opera eius, in veritate & æquitate orbè iudicabit iustus iudex, qui reddet vnicuique iuxta opera eius. Necesse est igitur, quod sustinere possit iustum Dei iudicium, iustusque hac iustitia fretos secundum quam Christo conformes sunt, in iudicio Dei posse subsistere & haberi iustos. Et quamuis in conspectu Dei nemo sua virtute iustificetur, vti que tamen virtute & iustitia Dei per Christum comunicata. Nec ob peccatorum venialium sordes quas in eadem anima admixtas habet ab hereditate repelli potest, propterea quod iustitiam non attingant nec inficiant, quum vera & recta maneat in hac conscientia impuritate, sicut in ea manet spiritus promissionis quem habet tanquam pignus hereditatis æternæ. Eadem ratione, nec eius imperfectio impedit, quò minus subsistere possit in iudicio, cū hæc sit ob has sordes duntaxat & malum in carne habitans. De quibus multa diximus in explicatioe articuli. Et Antidagma ob sua uoluentiam aduersariorum à veritate deuiassè, & inconsideratè esse locutum, docet Reuerendus M. N. Dominicus à Soto, li. 3. de natura & gratia.

Bernar. ser. 5 de verbis E-saia.

Ephes. 1.

De fide qua iustificamur.

Rom. 3.

1. Ioan. 2.

1. Tim. 2.

In iustiti. ca.

15. & 9.

In Antidoro

cap. 9.

Cal. in Insti.

cap. 5.

Bucerus in

explic. & Co

cil. controuer

sia de iustifi-

catione.

Quod ad iustificationem necessaria est fides, qua certò credimus Christum Iesum Dei filium nobis & omnibus propitiatorem à patre propositum esse, nobiscum idem sentiant aduersarij. Est enim aperta sententia Apostoli, Nam sicut omnibus propositus est Saluator, redemptor, & mediator, ita & propitiator. Est enim ipse propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Nobis etiam consentiunt, quod iustificatio sine hac fide nullis nostris operibus, nullaq; pœnitentia obrineri potest. Et contra Caluinum etiam consentiunt Marr. Bucerus, & Philip. Melanchthon post Confessionem Augustanam, quod sine præcedenti pœnitentia sola fide non iustificamur, Sed dissentiunt à nobis, eo quod concorditer docent, non solum necessariam esse fidem propitiatoris à patre nobis propositi, sed & eam qua certò quasi ex verbo Dei agnoscimus & credimus Deum esse nobis propitium patre reconciliatione per Christum facta. Verè fidelis, inquit Ioan. Caluinus, non est, nisi qui solida persuasione Deum sibi propitium beneuolumq; patrem esse persuasus, de eius benignitate omnia sibi pollicetur. Vbi docet hac fide nos in possessionem iustitiæ & hereditatis æternæ mitti, eamq; nihil nostrum adferre ad Deum, sed recipere quod ipse vltro nobis offert, & hinc fieri, vt fides quamuis imperfecta, perfectam nihilominus iustitiam possideat, quia non alium quam gratuitè Dei bonitatis respectum habet. Docet præterea per hanc fidem Christum totum, remissionem peccatorum, iustitiam, omnia deniq; beneficia ei collata, nostra fieri, & Deo nos commendare, quasi verè & intrinsecè in nobis essent. De qua fide dicit articulus sequens quod aduersatur scripturis: hi aut ponunt eam primum nostræ religionis principium & fundamentum, sine quo nec grati Deo esse, nec vtiliter orare possumus: at eam solum sufficere docent ad iustificationem. Hanc igitur aduersariorum fidem, in cuius substantia omnes conteniunt, tamen in multis circa eius explicationem variant, diligenter tamen explicare oportet. Multa enim eorum dogmata ab ea tanquam principio proficiuntur & pendunt: & futurum spero, quod hac explicatione clarissimè apparebit, id quod habet articulus sequens, eam esse non solum contra patrum concordè doctrinam, sed & contra scripturam, & noua esse Mart. Lutheri adinventione. Et quia eam exactissimè explicat Ioan. Caluinus, & Mart. Bucerus primò de hac fide iustificare & apprehendente misericordiâ Dei, omniaq; dona quæ per Christum pater largitus est, cõplectemur sententiâ Ioan. Caluini quibusdã propositionibus, vt certius & clarius quid ipse voluerit, constare possit, seruatis tamen quantũ fieri poterit verbis ipsius. Est autem

Est autem prima eius propositio.

Fides qua misericordiam Domini amplectimur cuiusq; beneficio, quicunque sunt in filius Dei cooptati, regni caelestis possessionem adent, non est opinio qualibet nec persuasio. Non enim qualibet huiusmodi persuasio tantè vt faciendè par esse potest. Nec est vulgaris Evangelicæ historiæ assensus, vt multi prant & hallucinantur à scholasticis sobolis seducti

Caluinus 8. iust.

Secunda propositio.

Ad huius fidei cognitionem non conducit distinctio fidei in formatam & informem, quum negatoria sit hæc distinctio, & scripturis aduersetur. Totam enim scripturam reclamationem, quod persuasio timore Dei & pietate vacua, digna habeatur veræ fidei nomine.

Tertia propositio.

Duas esse fidei formas docendi causa concedimus, dum volumus ostendere, qualis sit in impijs Dei notitia, vnicam tamen piorum fidem cum Paulo agnoscimus.

Quarta propositio.

Multi credunt Deum esse evangelicam historiam, & reliquas scripturæ partes veras esse arbitrantur, quales ferè iudicij solet de his, quæ vel olim gesta narrantur, vel ipsi presentes spectantur. Sunt etiam qui vltra procedunt, nam & Dei sermonem pro certissimo habent oraculo, nec eius præcepta prorsus negligunt, & minis ac promissionibus vnicuique commonentur: talibus quidem fidei testimonium tribuitur, sed per abusum, quoniam Dei verbum non impugnant manifesta impietate, nec aspernantur, nec contemnunt, sed quandam obedientiam speciem præ se ferunt. Sed hæc fidei ceterum imbræ, cuius imago, vt nullius est momenti, ita indigna est fidei appellatione, à cuius soliditate quam procul abest.

Quinta propositio.

Credidisse in Actis dicitur Simon Magus, qui tamen suam incredulitatem paulo post prodidit, nec tamen verbis fidem suam simulauit, quam in corde nullam haberet, vt quidam dicunt, quum potius malestate Evangelij victus, qualemcunque fidem ei adhibuit, atque Christum vitæ ac salutis auctorem agnouit, vt liberetur illi nomen daret. Eodem modo ad tempus quidam credere dicuntur, in quibus verbis semen antequam fructificet præfocatur, aut etiam nullis dum actus radicibus mox arefcit ac deprimitur. Tales, inquit, non dubitamus quodam verbi gustu affectos ipsam autè arripere, & diuinam eius virtutem perferentem, vt fallaci fidei simulatione non hominum oculis modo imponant, sed suis ipsorum animis. Ipsissimam enim pietatem esse sibi persuadent illam quam Dei verbo deserunt reuerentiam, quia nullam esse impietatem reputant, nisi manifestam & confessionem eius vel probrum vel contemptum.

Act. 8.

Lucæ 8.

Dictorum tradit rationem ac discrimen solidæ fidei à vana & simulata.

Sexta propositio.

Qualiscunque illa est assensio ad cor ipsum vsque minimè penetrat, vt illic defixa resideat, & quantũ radices egisse inter dum videtur, vitæ tamen illæ non sunt. Toti vanitatis recessus, tot mendacij latebris scæteret humanum, tam fraudulentam hypocrisis obiectum est, vt seipsum saepe fallat. At verò qui talibus fidei simulacris gloriantur, intelligant diaboli nihil se in hac parte præcellere. Priores ceruè illi sunt multò inferiores qui stupidi audiunt & intelligunt, quorum notitia diaboli contremiscunt. Alij in hoc pares sum, quod qualiscunque sensus quo tanguntur, in terrorem tandem exit & conseruationem.

Hactenus ostendit quæ notitia vel assensio non mereatur nomen fidei, quamuis autem has propositiones expendere, & vbi fallæ sint ac deficiant, annotare non oporteat, quoniam eas solò in medium adducamus, vt intelligatur, qualem Caluinus velit esse fidem, cui apprehendenti, iustitia, peccatorum remissio, & vniuersa salus nostra tribuatur, per quam etiam nos docet intrare omnium bonorum possessionem, paucis tamen & obiter eas attingam.

Prima autem propositio falsum supponit, aliquam videlicet esse fidem, cuius beneficio ab æterno electi, iustitiæ & caelestis regni possessionem consequuntur. Confitemur quidem nos fidem, cuius scriptura frequenter meminit, non esse opinionem vel persuasionem tantum probabilem. Docemus enim fidem rectè definiti ab Hugone de sancto Victore, quod sit certitudo animi de rebus absentibus, supra opinionem & infra scientiam constituta. Perfectis namque cognoscunt, qui rem ipsam vt est, in sua præsentia comprehendunt, quales sunt scientes: Et minus est opinari siue aestimare quæ certitudinem non habent quam credere: & minus credere quam scire. Minus, inquit Hugo non quantum ad meritum, sed quantum ad cognitionem. Cui addere audeo, Non quantum ad puram certitudinem minus, sed quantum ad euidenciam. Nihil certius, nihil constanter tenemus, ait Richardus de sancto Victore, quam quod fide apprehendimus. Et tandem, Domine si error est à te sumus decepti. Ait enim Apostolus, Cum accepissetis per fidem scilicet à nobis verbum auditus Dei, illud non vt verbum hominum, sed sicut est

Lib. 1. de sacramēt. part. 10. cap. 1.

Lib. 1. cap. 2. 1. Thes. 2.

verè verbum Dei: Nihil autem certius verbo Dei esse potest. Quare certius est quòd Deo credimus, quàm quod oculis nostris vidimus, perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt. Atq; hac ratione B. Ioannes dicit nos scire quod credimus, de quo B. Tho. in 22. Vulgarem autem Euangelicæ historiæ assensum quali credimus historiis prophænis per orbem vulgatis, vel etiam sacris, vt apud Iosephum, Orosum, & Eusebium scribuntur, nulla habita canonicæ scripturæ consideratione, nemo Scholasticorū dignatus est nomine fidei, qua diuinitus illustrati & moti verbo Dei assentimur. Hic autem assensus, de quo in propositione, non excedit limites opinionis & fidei, quæ nititur hominis veracitate, quum fides vera & catholica sit assensus firmus & certus, qui verbo Dei adhibetur. Sed an peccatum sit, quando his quæ ad fidem pertinent æstimando vel opinando solū assentimur, hic inquiri non oportet. Verisimilius tamen est non esse peccatum, quando auertere non tenemur, quòd de iisdem est verbum Dei. Non enim aliter eis assentiri possumus quàm opinando, si nulla habeatur verbi Dei consideratio. Nam sicut non scimus actu conclusionem, cuius habitualement habemus scientiam, nisi in suis principijs actu vel virtute consideratis, ita nec credimus, nisi in verbo Dei actu vel virtute considerato. Vnde patet, quòd credere articulos fidei, quia homines Christiani passim sic credunt, non est fides Christiani hominis. quum huiusmodi assensus ex modo & modo assentiendi, nec certus est nec infallibilis: quumvis ex pietate vel pertinacia effectus firmitas accesserit, & certitudo ex parte assentientis, quemadmodum dicit Aristoteles, quod quidam firmiter adheret suis opinionibus, q̄ alii propositionibus demonstratis: imò & certius, quū certitudo sit assensus firmus & verus. Et regulariter bene facit, qui bene affectus multitudini fidelium firmiter assentitur iis quæ sunt fidei, persuasum habens, quod falsum esse non possit, quod tanta cōmunitas constanter tradit, & hactenus semper concorditer & tradidit & tenuit. Quòd autem certitudo adhesionis magna ex parte pendeat à libero hominis arbitrio & affectu, docet B. Thomas in Quodlibetis: quamdiu tamen non assentimur quasi verbo Dei, & ex Deo mouente, nō est actus fidei quā cōmendant scripturæ. Exēpli gratia, assentiendo huic scilicet, quòd peccata sunt mihi remissa, fallor ei assentiendo tanquam verbo Dei, quod reuera verbum Dei non est: atque ita hic assensus fidei esse non potest, licet verum sit, quòd mihi sunt remissa. Idem est iudicium de actibus spei & charitatis, qui hominis Christiani propriè non sunt, nec virtutum theologiarum, nisi sub formali obiecto suo exercentur, spes videlicet sub consideratione gratiæ & liberalitatis ac diuini auxilii ad optinendam beatitudinem, vel aliud bonum, & charitatis actus fiat ob summam Dei bonitatem, ad quam tanquam finem omnia sunt referenda. Quapropter ardui & difficiles verbi huiusmodi actus, nec semper cuius Christiano obuii, cum in eorum exercitio supra se eleuare debeat quisque eos exercebit, & quasi quandam vim sibi inferre. Nam sicut de Abraham legitur, quòd contra spem in spem credidit, ita contra spem sperare, & quasi contra naturam credere & intellectum in captiuitatem redigere in obsequium Christi atque inobedientiam fidei oportet, in charitate autem se totum abnegare, & Deo subiicere in omnem eius voluntatem, vt nihil quod suum est querat, sed quæ sunt Iesu Christi duntaxat. Difficillima sunt hæc & vires humanas longè excedunt, nisi iuuentur, vt virtute atque impulsu spiritus Christi supra se leuentur. Attamen huiusmodi actus fidei & spei etiam perfecti possunt esse in homine peccatore, sicut in eo manere possunt fides & spes, sed non actus charitatis perfectus, qui omnia peccata suo ardore statim absumit. Non igitur mirū videri debet, quòd vulgaris assensus quo creditur articulis fidei, non habita verbi Dei consideratione, non sit propriè actus fidei diuinæ, sed opinio tantum & æstimatio humana.

Secunda Propositio prodit magnam Ioannis Caluini arrogantiam, qua aduersus cōcordem veterum sententiam atque scripturarum testimonia, & ea ipsa quæ hic statim ipsemet adducit, mirè extollitur. Adfert enim scripturas, quæ manifestè testantur impios credere, sed interpretatur eas loqui per abusum. Nam credidisse dicitur, inquit, Simō Magus. Tunc Simon, ait Lucas, & ipse credidit. Item Dominus Saluator palam docet quosdam ad tempus credere, quos tamen hic noster Caluinus dicit mansisse impios: de quo loco ipsum statim audiemus. Et b. Ioannes in suo Euangelio, Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisæos nō confitebantur, ne extra Synagoga eicerentur. Dillexerunt enim gloriam hominū magis, quàm gloriā Dei. Sed & hic dicit iste Caluinus, Ioannem impropiè loqui, dum fidem à cōfessione separat, & ita scripturas suæ opinioni aduersantes per abusum & impropiè loqui dicit, quum tamen propriam & veram nominis rationem, quæ propriè intellectum respicit spectent, & quæ

1. Thom. 3.
Quæst. 4. art. 8.

7. Ethicor.

Quodl. 6. ar.
6. quæst. 65.
ar. 4. et 2. q.
4. art. 1.

Rom. 4.

De secunda
propositione.

Actuum 8.

Luce 8.
Cap. 12.

& quæ aliter loquuntur, fidei perfectionem magis quàm nominis propriam rationem considerant, vt frequenter notat B. Augustinus. Et ipse Caluinus hic docet omnem fidem, quæ verbo Dei, tanquam basi sustentatur, sine vera pietate inueniri, excepta sola fide sua specialia, quæ vnicum duntaxat & speciale respicit fidei obiectū. Docet præterea duas fidei formas, vt ostendat qualis sit in impijs Dei notitia. Non igitur ipse docere potest nugatoriam esse distinctionē formatæ & informis fidei. Quæ enim caret charitatis perfectione quam in pijs siue iustis habet, rectius informis dicitur, quasi sine forma & perfectione, quam addit charitas, quàm dicatur aliam habere formam siue perfectionem. Varias namque fidei condiciones magnam scilicet esse fidem, paruum, infirmam, fortem imò & mortuam, & sine vita, quam dicimus informem, passim tradit scriptura. In qua varietate salua manet propria fidei eiusque obiecti ratio. Nam Apostolus Paulus, Si habuero omnem fidem, inquit, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Insinuans fidem separari aliquando à charitate. Er quia fides miraculorū operatrix fide catholica nititur, magis hæc à charitate separari potest quàm illa. Itē epistola ad Galathas commendat fidem quæ per charitatem operatur: ad illius nimirum differentiam, quæ otiosa est & sine affectu, quæ solum per timorem operatur. Quod igitur peritatio quæ pietate (quæ propria charitatis est comes) & quæ timore Dei est vacua, propriè sit fides, licet informis & imperfecta, non solum non reclamant scripturæ, sed aperte superius citatæ id testantur & docent. Nec adeo spectamus formam sermonis huius, fides scilicet informis & formata (quam tamen magister ab Ambrosio desumptam dicit) quàm rei veritatem. Controvertitur enim an fides & eius actus secundum propriam nominis rationem & scripturarum vsus, à charitate separari atq; in impio esse possint. Et id certū esse videtur propterea quòd firmiter, certò & infallibiliter verbo Dei assentiri possit, & pro eo mori etiam homo impius. De quo aperte sunt sententiæ b. Augustini. Ait enim quod ipsam fidem non facit vtilem, nisi charitas. Sine charitate, fides potest quidem esse, sed non prodesse. Propter quòd Apost. Paulus, in Christo, inquit, Iesu, neque circuncisio, neque præputium aliquid valet, sed fides quæ per dilectionem operatur: sic eam discernens ab ea fide qua & demones credunt & contremiscunt. Item tractans sententiam Ioannis, Omnis qui credit quòd Iesus sit Christus ex Deo natus est, & omnis qui diligit qui genuit eum, diligit eū qui genitus est ab ipso. Statim fidei, inquit, coniunxit dilectionem, quia sine dilectione fides inanis est: cum dilectione fides Christiana, sine dilectione fides demonis: Qui autem non credunt peiores sunt quàm demones & tardiores. Nescio quis non vult credere in Christum, adhuc nec demones imitatur. Iam credit in Christo, sed odit Christum. Habet cōfessionem fidei in timore pœnæ, non in amore coronæ. Nam & illi puniri timebunt. Adde huic fidei dilectionem, vt fiat fides qualem dicit Apost. Paulus, fidem quæ per dilectionem operatur. Inuenisti Christianum, inuenisti ciuem Hierusalem. Vbi satis demonstrat eandem esse fidem in homine pio per accessum dilectionis, quæ prius erat cum impietate. Et certè verisimilius est, quòd non tantum sit idem specie, sed & idem numero actus fidei formatæ & informis, quum vtriusque sit idem obiectum, nec ad fidei speciem pertineat, quòd sit vel formata vel informis. Hęc autem distinctio quam sub his nominibus contemnit Caluinus plurimum facit ad cognitionem nature fidei & proprii eius obiecti, & ea plerumque vtriusque beatus Augustinus ad conciliandum sententias B. Pauli & B. Iacobi, quando hic dicit Abraham ex operibus iustificatum & non ex fide tantum, ille verò ex fide & non operibus. Et alibi dicit esse quandam fidem esurientem & sitientem quæ per dilectionem, & aliam quæ per timorem operatur, eandem autem esse fidem, quæ per dilectionem operatur, & quæ per timorem, ex Augustino ostendimus. Et facile conspici potest, si consideremus actus fidei varios & varia eius obiecta, & quomodo se ad opera habeat notitia, siue persuasio intellectus. Quando enim persuasi sumus aliquid esse bonū, inclinamur ad eius amorem: quando autem malum, ad fugam & timorem: necessario quidē in appetitu sensitiuo, & libere in voluntate, vt sequi possimus, & non sequi. Nec efficax est boni notitia, nisi voluntas intellectus persuasionem sequi velit. Fides itaque proponens Deum esse misericordem, omnis bonitatis fontem, & facilem ad condonandum, inclinatur ad eius amorem & fiduciam: proponens autem eum seuerum iudicem, & scelerum vltorem, terrorem incutit & timorem, si tamen hanc inclinationē sequi velit. Ita etiam ait Ioannes Caluinus, vbi solam indignationem & vindictam in verbo Dei conscientia nostra conspici, quomodo non trepidabit & exhorrescet? Si autem benevolentiam seu misericordiam, ad eum quærendum allicimur. Ipse autem qui voluntatis libertatem & con-

1. Cor. 3.

Aug. de spir.
& lit. cap. 32.

Distin. 23.
3. senten.

Libris de tri
nita. cap. 18.
Galat. 5.

Tracta. 10. in
epist. Ioh. 2.

Timot. 2. 2.
quæst. 4. art.

3. et 4. et 5.
6. art. 2.

De fide & ope
cap. 1. 4. et
de spir. et li.
cap. 32.

Iacob. 2.
Rom. 4.

& contingentiam negat. ad huiusmodi conspectum necessarid volutatem quasi mancipium sequi intelligit, siue ad trepidationem ac timorem, siue ad Deum amandum atque quaerendum. Fides igitur dilectione primo operatur, Deum considerans boni & amabile, sed per volutate, cuius actus est dilectio, & per hac hoc modo à consideratione fidei procedente ipsa operatur, adeo vt operationis principiu sit dilectio siue bona voluntas, per fidei consideratione excitata, Dei gratia cooperante. Ab alia autē volutate bona, efficiuntur fides, quā nemo credat nisi volens, vt docet B. August. Diuigit praterea fides in operibus charitatis, sicut prudentia in actibus virtutum moralium, quamuis aliter, vt dicit B. Thom. Est enim dilectio opus fidei, intercedente tamen volutate, quæ per Dei gratiam præuenta, ex fidei consideratione, dilectionem efficit. Nam voluntas est omnium operum pietatis principium, per charitatem in cordibus nostris ex fide per spiritum sanctum diffusam. Charitas enim patiens est, benigna, & omnium bonorum parens & mater. Hic enim est ordo virtutum, quod fides præcedat spem: & spes charitatem, quāuis etiam modo quodam charitas spem præcedat. Nam motus appetitiuus non potest in aliquid sperando vel amando tendere, nisi apprehensum fuerit sensu vel intellectu. Ex fide, inquit B. Ambrosius, charitas: ex charitate, spes: & rursus in se sancto quodam amore reflectuntur. Sicut igitur dilectio est opus fidei, ita alia consideratione est & finis, & perfectio eius: subseruit etiam fides charitatis imperio, sicut omnes reliquæ virtutes ei eiusque fini, ad quem omnium virtutum fines arduantur, militant & ancillantur. Fides igitur dilectionem, & per eam omnia pietatis ac præceptorum Dei exercitia operatur, ad quæ tamen non immediatè concurrat, sed solum mediante dilectione, quæ immediatè est eorum principium: Quemadmodum notitia proponedo obiectum amabile vel odibile, ad amorem vel odium in citat, & per hos effectus causa est persecutionis & fugæ, sicuti apud Aristotelem consiliu est causa consiliati. Hoc modo interpretatur Beatus Augustinus sententiam Domini, Nemo potest ad me venire, nisi pater qui misit me traxerit eum. Trahitur, inquit, animus amore. Ramum viridem ostendit qui, & trahit illam: Noces puero demonstrantur, & trahitur, & quo currit trahitur. Si autem voluntas hanc obiecti amabilis ostensionem, quasi seruum sequeretur mancipium, & proinde magis ageretur quàm ageret, vt docet Ioan. Caluinus, iam fides per dilectionem quasi instrumentum naturale operaretur, & principale operationis principium esset fides, non charitas, & fides esset maior charitate atque perfectior. Nunc autem liberè sequitur ipsa voluntas principale operationum principium, in potestate sua habens post fidei ostensionem agere & non agere: & ideo tota efficacia & virtus operandi est in volutate per charitatem informata: Propterea etiam fides non per se immediatè, sed per effectum, bonam scilicet volutatem operatur. Et quia finis ad quem omne præceptum etiam de credendo refertur, est charitas, ipsa præcipit exercitium fidei, quando hoc gratum est Deo ad eius gloriam & fratrum salutem. Fides igitur per dilectionem operatur, quia eius imperio, virtute, & efficacia fide excitante & dirigente operamur. Atque hac ratione charitas dicitur forma fidei in quantum ipsa ad finem eius, sicut reliquæ omnes virtutes, refertur. A fine autem in moralibus species sumitur, & species à forma. Nam b. Thomas tractans hunc locum Apostoli, Fides quæ per dilectionem operatur, & cetera. Quia veritas, inquit, prima quæ est fidei obiectum & finis omnium desideriorum & actionum nostrarum: vt patet per beatum Augustinum libro 1. de Trinitate. Inde est quod fides per dilectionem, quamuis sit in intellectu speculatio, qui extensione ad opus sit practicus: Item alio loco docens charitatem esse excellentissimam virtutum obicit. Illud per quod aliud operatur, videtur eo esse inferius, sicut minister per quem dominus aliquid agit, est suo domino inferior. Sed fides per charitatem operatur, ergo fides est excellentior charitate. Respondet quod fides non operatur per dilectionem, sicut per instrumentum, vt dominus per seruum, sed sicut per formam propriam, extrinsecam tamen, & quadam ratione intrinsecam, vt docent idem B. Thom. & Cardinalis Caietanus; fidem autem informem non mereri nomen fidei, & scripturas reclamare, non probat in sua institutione Caluinus, sed ibi hoc tantum dicit, quod à solida eius veritate longè abest: sed probat in Anridoto. Ait enim.

De spiritu & litera. cap. 13 & sequent.

1.2. quæst. 66 art. 6. ad 1.

1. Corint. 13.

Lib. 8. super Lucam, ca. 17

2.2. quæst. 13 art. 6. & 5.

2. Physicorū.

Ioan. 6. Tract. 26. in Ioannem.

2.2. quæst. 4. art. 2. & de verit. q. 14. artic. 4.

Quæst. 4. art. 3. sect. 6.

Caluinus. Ephes. 3.

Artium. 15.

Si verum est quod dicit Paulus, Christum habitare in cordibus nostris per fidem, nihilo magis fidem à charitate separabunt, quàm Christum à spiritu sancto: si fide purificantur corda, quemadmodum Petrus affirmat: si quicumque credunt, habent vitam æternam: Si fide obtinetur æternæ vitæ hereditas, longè aliud est fides, quàm mortua nescio quæ persuasio. Vina nos fide Christi membra effici negant, quantò melius Augustinus, qui fidem appellat animæ vitam, sicut anima vita est cor-

est corporis. Quamquam non tam Augustinus hic citandus auctor est, quàm Paulus qui facit se fide Christi viuere. Admirationem fidei naturam à Christo estimandam esse: quia quod nobis offert Deus in Christo, non nisi fide recipimus. Proinde quicquid nobis est Christus, id ad fidem transferunt, quæ nos compotes & Christi, & omnium eius bonorum facit. Neque aliter verum esset illud Ioannis, fidem nostram esse victoriam qua mundus vincetur, nisi nos in Christum inseret qui solus est mundi victor. Ad parum, inquit, stuporem animaduertere operis precium est, quod dum citant illum Pauli locum, Fides quæ per charitatem operatur, non cogitant se hoc quasi gladio ingulari. Nam si fructus est ac effectus fidei charitas, quis non videt informem illam fidem quam fabricarunt, inane esse signum? Erit enim perquam absurdum, si filia matrem interimat.

Scripturis istis & argumentis ex eis deductis à Caluino respondetur per distinctionem fidei in formis & formatæ, hoc est fidei, quæ charitati tanquam suæ vitæ coniuncta est, & quæ ab ea est separata, siue (vt loquitur Caluinus) per distinctionem duplicis formatæ fidei, sicut ipse respondet scripturis, quæ testantur peccatores credere. Nam B. Bernardus tractans locum Apostoli, Christum habitare per fidem in cordibus nostris. Non incogruè, inquit, intelligi potest tam diu Christum in nobis viuere, quàm diu viuunt fides. At quando fides in nobis mortua est, quodammodo Christus mortuus est in nobis: porro fidei vitæ opera attestantur. Et Apostolus Iacobus, fidem sine operibus mortuam esse asserit in sententia. Sicut enim corporis huius vitam ex motu suo dinoscimus, ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis est anima, per quam mouetur & sentit: vita verò fidei charitas est, quia per illam operatur, sicut in Apostolo legis, Fides quæ per dilectionem operatur. Vnde refrigerente charitate, fides moritur, sicut corpus anima recedente. Nam fidei vitam, vt iam diximus, in charitate constituit, qui fidem per dilectionem perhibuit operari. Igitur sine charitate fides manet, sicut corpus anima iam destitutum. Non ergo per quamlibet fidem Christus in cordibus nostris habitat, sed per eam tantum, quæ viua est & charitati coniuncta. Et corda gentium Petrus Apostolus dicit Deum fide purificare, non operibus legis, contra quæ eam distinguit. Infert enim, Qui tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec nos, neque patres nostri portare potuerunt? Dixit autem hæc verba occasione quorundam, qui docebant fratres, quod saluari non possent, nisi secundum morem Moysei circumciderentur: contra quos docet idem Apostolus Petrus, quod sine operibus legis, fide credentium corda purificantur, sed non sterili, verum adducente penitentiam, sine qua à sordibus peccatorum cor non abluatur. Includit enim fides opera, quæ ex ea nascuntur. Nam idem Apost. Petrus compunctos corde & iam credentes hortatur ad penitentiam & baptismum, vt remissionem peccatorum accipiant & donum spiritus sancti, hoc est, à peccatis purificentur. Et Simonem Magum, cui scriptura testimonium perhibet quod credit, adhuc tamen vt penitentiam agat à sua nequitia, & roget Deum, si forte remittatur ei cogitatio cordis sui. Eodem itaque sensu Petrus corda fide purificari dicit, quo Apost. Pau. ex fide nos iustificari, non ex operibus. Sententia autē B. Petri quæ hinc citat Caluinus, multum aduersatur nostris aduersariis, qui docent iustorum corda immunda & peccatis contaminata manere. At Petrus fidei tribuit cordis munditiam & purificationem, non apprehensionem munditiæ alienæ. Nec qualibet fide corda purificari docet beatus Ioannes Euangelista, dicens multos principes in Iesum credidisse, & magis dilexille gloriæ hominum, quàm gloriam Dei. Item Deum dedisse eis potestatem filios Dei fieri, non autem statim iustos ac filios Dei esse, ac mundos à peccatis. Idem tamē Ioannes alio loco scribit, Quicumque credunt in eum, habent vitam æternam, & obtinent vitæ æternæ hereditatem. Sed has scripturas inter se conciliant patres, vt ex beato Bern. audiuius, per distinctionem fidei vitæ ex charitate, & mortuæ: qui etiam docet charitatem esse vitam, quia fides per dilectionem tanquam formam operatur. Est enim idem principium vitæ & operationis, & per eandem formam viuunt, per quam fit operatio. Item B. Bernardus ad Henricum Archiepiscopum Senonensem, trifariam ponit fidei diuisionem, vt dicatur fides mortua, ficta, & probata: Fidem mortuam, inquit, desinit Apostolus Paulus, eam quæ non operatur ex dilectione, quasi non habens animam, videlicet dilectionem ipsam, qua vegetetur & moueatur ad opera. Fictam autem ego arbitror illam fidem, quæ suscepta quidem ex charitate vita moueri inchoat ad bene operandum, sed non perseverans, deficit & moritur tanquam abortiua. Hactenus ille. In hac autem trifaria fide, ratio fidei communis est ei quæ viua est, & ei quæ ficta est, hoc est, non permanens (qualem dicit esse eorum qui ad tempus credunt fide etiam viua, & in tempore tentationis recedunt) & etiam fidei probatæ, sicut eadem est ratio corporis viui,

In ca. Ioan. 11

Galat. 2.

Responsio.

Ser. 2. de re: Iurre. domi. Ephes. 3.

Cap. 2.

Art. 15.

Art. 2.

Artium 8.

Cap. 11.

Ioan. 12.

Cap. 6.

Ephes. 42.

Serm. 49.
De verb. do.

Contra epist.
Petil. de uni-
tat. eccle. cap.
vlt. & li. q.
in Matt. c. 11.
& li. 2. contra
epist. Perme-
ui. ca. 22.

Art. 2.

Serm. 1. in o-
bana pascha
cap. 5.

Galath. 5.

Tract. 86. su-
per Euang.
Ioan.

viui, & postea vita & virtute destituti. Et conformiter scripturis negamus viua Christi membra effici fide mortua. Neque enim quæ mortua est fides, ait beatus Bernardus, vitam dare potest, membra tamen corporis in quibus mortua est fides, manent. Nam palmitem aridum Dominus foras mitti iubet & amputari. Et beatus Augustinus dicens caput Ecclesie esse Christum, & corpus eius Ecclesiam, addit in hoc corpore vnitatem membrorum & compaginem charitatis esse eius sanitatem, & ideo enim qui in charitate frigerit in corpore infirmari: sed potens est, inquit, infirma membra sanare, dum tamen non nimia impietate præcendantur, sed hæreant corpori donec sanentur. Quicquid enim adhuc hæret corpori, non desperatæ sanitatis est: quod autem præcisum fuerit, nec curari, nec sanari potest. Idem plurimis in locis docet malos in quibus mortua est fides, pertinere ad compagem corporis Christi tanquam membra. Constat enim fidem ratione charitatis coniunctam esse animam vitam: & hac fide fatetur se Paulus vivere, quamvis spectando scopum disputationis intendat nos vivere non operibus legis, sed fide esse filios Dei, quæ est vitæ initium, & sine qua nullis operibus in Christo vivere contingit. Quod autem frequenter repetit Calvinus, quod non nisi fide recipimus id quod nobis Deus in Christo offert, & ideo ad fidem transferendum quicquid nobis est Christus, quodque ipsa nos compotes & Christi & omnium eius bonorum faciat, obscurum habet sensum: nec tamen vilo scripturarum testimonio probat, imo scripturis aduersus sensus, quem frequenter in hoc loco explicat, quod videlicet credendo accipimus, quod in Christo nobis offert, hoc est, quod per ipsam fidem apprehendimus donum oblatum. Ostendimus enim scripturarum testimonio multos credere, qui hæc beneficia non consequuntur, sicut testantur etiam propositiones superius ex Caluino desumptæ. Et brachij amoris & desiderij potius amplectimur, quod fide cognoscimus nobis offerri, & credentes suscipimus, modo accedat penitentia. Ait enim beatus Petrus, Penitentiam agite & accipietis donum spiritus sancti. Et certum est, quod donum fidei accipimus, non tamen fide apprehendente: atque in donis quæ accipimus, plerumque solum passivè nobis habemus. Eadem hæc viua fides secundum doctrinam B. Ioannis, vincit mundum. Ait namque Bernardus: Quid ait Ioannes? Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quia Iesus est filius Dei? cum & ipse iam mundus credat. An non ipsi quoque demones & credunt, & contremiscunt? Cui respondet. Porro fides sine operibus mortua est in semetipsa. Nec sane mirum videri potest, si nequaquam vincit, quæ nec vivit quidem. Queris quanam sit vivida & victoriosa fides? Illa sine dubio per quam Christus habitat in cordibus nostris. Christus enim & virtus est & vita nostra. In ipso vincimus & nos. Denique si his tantum data est potestas filios Dei fieri, qui suscipiunt Christum, de his quoque satis intelligendum est quod dicitur, Omnis qui natus est ex deo vincit mundum. Et certè rectè patres citat locum Pauli: Fides quæ per charitatem operatur, pro distincti one fidei. Non enim diceretur fides quæ per charitatem operatur, nisi esset & alia quæ per charitatem non operatur, sed vel otiosa est, vel per timorem operatur, vt docet Beatus Augustinus, & Beatus Bernardus locis supra citatis. Bernardus quidem colligit, quod fides per charitatem vivit, ex eo quod per eam operatur, cum idem sit & vitæ & operationis vitalis principium. Et charitas modo quodam fructus siue effectus fidei est, sicut amor fructus est notitiæ, sed intercedere & principaliter efficiente voluntate, cuius operatio est dilectio, magis efficit notitiæ amore ratione objecti quod proponit, & ita in genere causæ finalis potius quam efficientis: propter quod charitas propriè fructus fidei dici non potest, sed reliquæ virtutes charitatis fructus. Ait enim B. Augustinus, Fructus spiritus, inquit Apostolus, est charitas, ac deinde cætera tanquam ex isto capite exorta & colligata contextuit, quæ sunt gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, spes, mansuetudo. Ea autem ratione qua charitas dicitur fructus fidei, dici posset & penitentia ac odium peccati esse eius fructus, quæ tamen ad Dei gratiã & hominis voluntatem tanquam ad radicem & principium referenda sunt vt fructus: ad fidem autem tanquam initium. Supponit autem hic Calvinus principalem causam charitatis esse fidem, & hanc necessario charitatè sequi, quasi nulla esset in diligendo libertas in hominis voluntate: quod falsum est & erroneum, vnde etiã multa alia pestilentissima dogmata scaturierunt. Et ridiculum est, quod dicitur filiam matrem interimeret, si ponatur fides aliqua informis. Non enim charitas accedens ad fidem (cuius filiam vult Calvinus esse charitatem) & eam perficiens interemit, eo quod manet fides cum charitate sed formata & perfecta. Hic stupiditatem Caluini animaduertere licet, non patrum. Nec hi se gladio iugulant dum citant locum Pauli: fides quæ per dilectionem operatur, tamen fructus & effectus fidei esset

esset charitas. Manifestum est ex dictis quod huic diuisioni fidei informatam & informem non reclamant scripturæ, imò potius eam conuincunt & per eam concordantur, sicut monstrauimus ex Augustino & Bernardo. Nec per sermonis abusum, fidei testimonium eis in scripturis tribuitur, qui sermonem Dei pro certissimo habent oraculo & minus ac promissionibus plurimum commouentur. Tales enim magnificè commendat Apostolus, quum ait Thessalonicensibus, Cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed vt verè est verbum Dei. Nec umbra seu imago fidei est huiusmodi fides, sed res magni momenti. Nam Beatus Hieronymus: Qui peccator est, inquit, & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidem & confringitur, sed non omnino conteritur: Reseruat enim per patientiam vel penitentiam ad salutem. Super quem verò ille ceciderit, hoc est qui Christum penitus negauerit, conteritur eum, vt nec resta quidem remaneat in qua hauriatur aqua pusillum. Nam solidam fidei veritatem habere potest peccator, sed non perfectionem quamdiu deest dilectio. Et exempla scripturarum quæ habet quinta propositio supra posita, docent scripturæ etiam vsu, eos credere, qui Dei timorem & veram pietatem non habent. Et mirum est quod dicit Calvinus in 4. & 6. propositione, falsam esse fidei simulationem in peccatore, cum dicat Simonem non simulasse verbis fidem quam in corde nullam haberet, sed eum Evangelij maiestatem, Christum authorem vitæ & salutis agnouisse, & qualemcunque fidem ei adhibuisse. Manifestum est etiam quod hæc fidei diuisio ad multa conducit, ad concordiam videlicet scripturarum, & veram naturam fidei eiusque obiecti cognitionem.

Est autem considerandum circa propositionem sextam superius positam, quod ob- scura, incerta, & imperceptibili nota discernat fidem solidam (quam solam fidei nomine dignam arbitramur) à fidei umbra, quæ dicit esse in peccatoribus. Illa, inquit, assensio quæ solida fides non est, ad corpus vsque; minimè penetrat, vt illic defixa residet: & quanquã radices egisse interdum videtur, vitæ tamen illæ non sunt. Tot vanitatis recessus habet, tot mendacij latebris scæter cor humanum, tam fraudulenta hypocrisis obiectu est, vt seipsam fallat. Si enim tot vanitatis recessus habeat, & tanta hypocrisis obiectu est cor humanum, quis per hanc fidem vel quamcumque certus esse potest de remissione peccatorum & futura hereditate? & quæ haberi potest certitudo, quando sine hac fide nec peccata remittuntur, nec salus contingit? Item, quæ mens hac cordis hypocrisis infecta certè & infallibiliter se solide credere iudicabit? Nam secundum eundem Caluinum plerumque hæc assensio ad cor venit, gustu suo afficit, & quum cū gaudio & auidè suscipitur, virtus eius sentitur. Qua precor nota igitur intelligatur, quod non sic penetrat assensio, vt illic defixa residet, & an vitæ sint radices quas agit? Solida tamen non est persuasio, nisi habeat omnes has condiciones. Radices enim figit verbum quod postea spinis suffocatur. Quis hominum intelliget an vitæ sint radices? Nullus igitur omnino hominum certè & infallibiliter cognoscere potest hanc fidem se habere, & ita nec certus esse de peccatorum remissione & futura salute. Incertum etiam signum est quod insinuat Calvinus pro huius cognitione, quod scilicet verbum Dei in corde firmas ac viuidas habeat radices, dum ait, Qualiscunque sensus quo tanguntur, qui fidei solum habet simulachrum, in terrorem tandem exit & consternationem: solida autem fidei sensus in fiduciam & consolationem de Dei benignitate. Incertum namque est quis sensus & apud quos tandem & finaliter in fiduciã sit exiturus, & apud quos in consternatione, quum hoc pendear ex gratia Dei custodientis & electis suis perseverantiam largientis: nec esse possit ex natura vel illa conditione fidei. Et quod quidam ad tempus credunt, ad voluntatem ipsorum magis referunt dominus Saluator, quam ad fidei qualitatem. Quod autem in terram bonam, ait, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum adferunt in patientia: Et omnia in futurum nobis seruantur incerta. Strenuè expugnat hæc fidem, hoc ipsum quod omnibus scèctis sit communis. Nam Anabaptistæ, Zuingliani, & Lutherani persuadent sibi omnia peccata esse remissa, vna tamen aliam scèctã damnat, & apud quosdã hanc fidem falsam haberi oportet. Quare rectè distinguitur fides viua ab informi siue mortua, per præsentiam & absentiam charitatis, non per diuersas fidei formas, nec per fixas vitæ radices, aut exitum in timorem aut consolationem: Hæc sunt quæ de fide & credentibus loquentes nostri hæretici, scripturas omnes obscurant & enervant.

Deinde Ioannes Calvinus prosequitur quæ persuasio sit solida, vera, & Christiana fides, & vt cœpimus eius sententiam in propositionibus contrahemus.

Vera & Christiana fides, quæ sola fides haberi meretur, neque simplici contenta est historia Caluini, cognitione.

In comment.
in Matib. ca.
21.

Responsa ad
Caluinum.

Luce 8.

Sapient. 8.

i. propositio

cognitione, & cor hominis absterfo inde fictionis simulationisq; fuco penitus insidet atque occupat, quam ut temere evanescat.

Responsio.

Quæ precor hæc obscura verborum portenta? Quis vnquã cognoscat absterfum esse omnis simulationis facum, & penitus hanc fidem cor hominis insidere atque occupare, quam ut temere evanescat? Pudet cum hic dicere id quod sentit. Sentit fidẽ verã nusquã evanescere, & ex fidei non posse fieri incredulum, nec fidem semel habitam posse amitti, iuxta primam partem propositionis. Diximus & nos superius Christianam fidem non esse contentam simplici cognitione historiarum, sed certam esse & infallibilem quasi ex verbo Dei cognitionem, & omnem huiusmodi cognitionem secundum scripturarũ vsum mereri nomen fidei. Ut autem vis & natura fidei melius elucescat, sequentium admonet lectorem Calvinus.

2. propositio Calvinii.

Obiectum & scopus huius catholice fidei, ad quod correlationem habet, & perpetuò collimare debet, est verbum Dei, quod est & basis qua sulcitur & sustinetur: & corripit, si ab ipso declinat, & incerta sit incedit, & vagus mentis error, si vel minimum se ab eo desectit. Est enim verbum Dei instar speculi, in quo fides intuetur & contemplatur Deum, & omnia que scire nobis expedir, & ideo est verũ præteritarum, futurarum, & omnium que in scripturis traduntur. Omni namque veritati Dei subscribit, quicquid quodcumque modo & quoties loquitur. Et quamvis hominis ministerio plerumque Dei verbum unde fides concipitur seminatur, semper tamen per suum verbum se suamq; voluntatem representat, his, quos vult ad se trahere.

Responsio.

Catholica est tota hæc propositio & vera. Non enim fides nostra est in sublimitate sermonis, aut in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: non in sapientia hominũ, sed in virtute Dei. Sed non oportet hoc Dei verbum cum quo fides correlationem habet, esse scriptum, eò quod plerumq; habeatur ex traditione. Ait enim b. Chrys. circa locũ, Tenete traditiones quas didicistis. Hinc, inquit, patet quod non omnia per epistolam Apostoli tradiderint, sed multa etiam sine literis. Eadem verò fide digna sunt tam illa, quam ista. Itaque traditionem quoque ecclesiæ fide dignam putamus, quã sit verbum Christi per sponfam suam loquentis. Traditio est, ait ipse, nihil quaras amplius.

In comment. 2. epistola ad Theof. cap. 2.

3. prop. Calv.

Fides vera, solida, & Christiana propriè tanquam obiectum & scopum respicit misericordiam, bonam voluntatem, & benevolentiam, quibus erga nos est Deus pater: non autem totum Dei verbum. Nam hæc Dei voces, Morte morieris: & Sanguis fratris tui clamat ad me de terra, per se fidem non nisi quatefacere possunt, tantum abest, ut stabilienda sint idonea. Solum autem verbum benevolentia & amoris Dei erga nos: propriè hanc fidem erigit, & propriè ab ea respicitur, quo etiam nititur & tranquilla recumbit. Hoc autem verbum est, quod clemens est, benignus, propitius, misericors Deus pater, & vnicum est veræ fidei Christianæ obiectum.

4. prop. Calv.

Vbi conscientia nostra in verbo vel voce Dei solam indignationem & vindictam conspicit, quomodo non trepidabit & exhorrescet? Deum autem quem exhorrescit quomodo non resugeret? Solam igitur misericordiam & benevolentiam, quæ nos ad Deum trahunt, fides respicit in verbo Dei, hoc est, quod erga nos sit optima & benevolentissima voluntate, quod & restat omnia nobis in filio promittendo & donando, hoc pacto clarissimè ostendens, quod ei noster status cura sit, & tanquam filios nos amet. Cuius etiã consideratione ad eum allicimur quærendum, cognoscendum, cognoscendum bonum in eo situm esse. In hac gratiæ promissione & bona Dei voluntate reclinat & tranquillum quiescit cor nostrum.

Responsio.

Plurimum hic laborat Ioannes Calvinus, ut speciosam suam fidem, quam ad iustitiam & salutem æternam solam sufficere & requiri docet, commendat & persuadet, & hanc quidem specialem & distinctã à fide catholica & Christiana, quæ correlatiuè dicitur ad verbum Dei, & suscipit quicquid locutus est Deus. Illa verò nullum agnoscit Dei verbũ, nisi quod est de bona & gratuita eius erga nos voluntate, quam in Christo & gratiæ promissione testatus est, ob quam secundum eius doctrinam, omnia de eo nobis polliceri possumus, & certissimè ac infallibiliter expectare, nulla indignitatis nostræ vel operum habita ratione. Quis precor sanctorũ sic contraxit nomẽ fidei generale, ut vnicum duntaxat Dei verbum respiciat? Quis à fide quam Deo debemus, quæ scriptura aliquod Dei verbum exceptit? Quis feret Calvinum dicentem, vox Dei dicentem ad Adam, Morte morieris: & ad Cain, Sanguis fratris tui clamat ad me de terra, nihil per se nisi fidẽ quatefacere valet, tantum abest, ut stabilienda sit idonea? Quis feret historiam Evangelij non pertinere ad fidem? Nemo sola fide nos iustificari & saluari legens, hanc fidem specialem tantũ, ac specialis, imò vnici obiecti intelligit, & tũc solũ si cor ipsum penetrat, & illud defixa refideat, viuas habens radices, & cor ita occupet, ut nõ temere evanescat, & alienũ sit à simulatione & fuco. Quis gloriabitur talẽ se habere fidem & hæc inseparabilẽ

Genes. 2. Genes. 4.

ut amit-

ut amitti non possit, & necessariò comitem habeat charitatem? Hanc tamen solam docet Ioannes Calvinus se intelligere quando scribit sola nos fide iustificari, & apprehendere peccatorum remissionem ac salutem æternam, & sine ea nemini peccata remitti. Certè tota hæc Calvinii de fide tractatio magno artificio & stultiloquentia, composita est ad seducendam simplicem plebeculam. Viros doctos quos in hunc errorem etiam abduci videmus, mirandum est has fraudes atque imposturas non advertere. Non possum mihi persuadere quod Calvinus se hanc fidem intelligere arbitretur, & se ea esse præditum, ut certò & infallibiliter credat sibi remissa esse peccata, cum non sit verisimile, quod arbitretur cor suũ à mendacij latebris & fraudulenta hypocrisis, quibus scateret docet omne cor humanum, esse exemptum, quodque propterea fallaci fidei simulatione animo suo non imponatur: neque eam vllò tempore amittet, quæ tamen amissa charitate non manet. Nos prædicamus & confitemur vnã esse fidem, sicut vnũ baptismum, vnũ mediatorem Dei & hominum, quæ subscribat omni verbo Dei, & scripto, & per manus sine scriptura tradito, qualecunque fuerit siue comminationis, siue promissionis præcepti vel prohibitionis & narrationis historiarum, & secundum variam qualitatẽ verbi varias esse fidei considerationes & diversos sequi affectus, amorem, odium, metum, fiduciam, vel pudorem. Alium enim affectum parere natum est verbũ comminationis irati domini, quàm blandientis, inuitantis, & promittentis. Ad verbũ enim domini in suo Apostolo, Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo recõciliamini Deo, inclinamur ad pœnitentiam. Et ex verbo domini. Non te deseram, neque derelinquam. Item, Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis, ad spem & fiduciam de Deo. Alia verò verba incutiunt terrorem: Iam securis ad radicem arboris posita est: Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et ob actum diuersitatem dicit B. Bernard. tractatus locũ Pal. Dixit insipiens in corde suo, nõ est Deus: Deus licet vnus sit, & vnũ sit, inquit, tamen non sui varietate, sed animi nostri mutatione, gustantibus nobis diuersos videtur habere sapores, Sapit enim timentis iustitiam & potentiam: Sapit amatũ bonitatem & misericordiam. At is penitus insipiens est, cui nec timorem Deus sapit nec amorem. Discat quantum vult, ego sapientem non dixerò, dum nec timebit nec diliget Deum. Sequuntur autem hi affectus in voluntate nõ necessariò, sed liberè & contingenter, quis cõplacencia & disciplina quædã naturaliter ferè sequantur & necessariò, nisi per voluntatis libertatẽ impediuntur. Paululum hic expendamus quæ hoc loco dicit Calvinus de benevolentia & misericordia Dei erga nos: de quibus solis vult esse veram & Christianam fidẽ. Affectus qui hanc fidei considerationẽ sequitur & certa fiducia de Deo, quod propitius erit nobis, & peccata dimittet, ex amore nostri priuato nascitur, quo Deũ propter nostrum commodũ diligimus, non ex diuino amore, quo eum propter se amare debemus, nostrisq; cõmodis renunciare, modò eius fiat voluntas sicut in celo & in terra. Sic autẽ amor & ex ipso nascens fiducia cõmunis est & impijs: & ideo non potest in hac fide & fiducia cor pacatum & tranquillum quiescere. In se enim suoq; commodo extra Deum quiesceret. Quia fecisti nos ad te, ait B. Aug. inquietũ est cor nostrum, donec requiescat in te, nec ex huiusmodi fide nata est sequi dilectio Dei & proximi, mentes renouas, & per spiritum sanctum corda purificans. Hæc enim non quærit quæ sua sunt, sed quæ aliorum. Contingit namq; plerumq; persuasum esse filio, quod pater ei bene velit, & ideo bene ei fidat, sibiq; de eo optima quæq; polliceatur, non tamen patrem diligat, sed eum mori cupiat, ut in eius succedat hæreditatem. Similiter & de Deo huiusmodi cognitio & fiducia sine vera eius charitate esse potest. Imò & in eo qui sibi peccatorum mortalium cõfiscus est, quorum ipsum necdum pœnitet, & peccare contingit huius misericordiæ cõsideratione. Ex simili affectu, sui videlicet amore, proficitur pœnitentia cõfessionis Augustinæ & Apologiæ, eiusq; fides qua se impius post terrores ex consideratione iræ Dei incussos, erigit ad apprehendendam peccatorũ remissionẽ. De hoc duplici genere amatorũ consentientiũ Deum loquitur B. Bernard. tract. de diligendo Deo, & epist. 11. circa vers. Cõfitemini domino quoniam bonus. Confitetur quidam, inquit, domino, quia fortassis bonus est sibi, nõ autẽ quoniam bonus est in se. Quapropter nouerit in se dirigi illud ab eodẽ propheta opprobriũ. Cõfitebitur tibi cum benefeceris ei. Est qui cõfiteretur domino, quoniam potes: & est qui cõfiteretur quoniã sibi bonus: itẽ qui cõfiteretur quoniã simpliciter bonus est. Primus seruus est & timet sibi: Secundus mercenarius, & cupit sibi: Tertius filius, & desert patri. Itaq; & qui timet, & qui cupit, vtriq; pro se agũt. Sola quẽ in filio est charitas, non quærit quæ sua sunt, quam obrẽ puto de illa dictũ, Lex domini immaculata,

2. Cor. 1.

1. Pet. 5.

Serm. 66. in

parvis.

Psal. 13.

1. Lib. consess.

cap. 11.

Psal. 117.

Psal. 49.

Psal. 128.

conuert-

conuertens animas, quod sola sit, quæ ab amore sui & etiam mundi auertere possit animum & in Deum dirigere. Timor enim nec amor priuatus mutant animum. Mutant interdum vultum & actum, affectum nunquam. Non igitur potest ex huiusmodi fide & fiducia priuati amoris mens renouari, vel impius iustificari, nisi ex hac fidei consideratione animus quasi per gradum ascenderit ad contemplationem Dei, quod bonus est in se & omnium perfectionum abyssus, vt sic eum propter se diligamus, & ex vero ac sincero corde ei dicamus, Sanctificetur nomen tuum, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Propter quæ nec ferendum est quod dicit Calvinus, quod nostra non ita referat scire, quod Deus sit, & qualis sit tantum, sed qualis nobis esse velit, cum imprimis Apost. hoc requirat in accedente ad Deum, vt credat Deum esse, & esse remuneratorem inquirētibus eum. Et mirum certe quod non conueniat ad vitam recte instituendam spectare Deum quasi iustum iudicem, qualem cum scriptura frequenter nobis proponit. Si ego, inquit dominus, vbi est timor meus? Et ad Dei timorem & sœuerum iudicium meditandum sæpenter inuitat scriptura, Vt probaret vos & vt terror illius esset in vobis, & non peccatores, ait Moyses populo, Deum eis terribilem apparuisse. Et, Memorare nōtissima tua &

Heb. 11.

Exod. 20.

Eclesiast. 1.

Esai. 24.

Aug. tract. 9

super epi. 102.

De catech. 1.

san. rudibus.

Matt. 13.

in æternum non peccabis. Item, Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Rursus propheta, A timore tuo domine cœcepimus & peperimus spiritum salutis. Et B. Aug. Sicut seta introducit linum, ita timor charitatem. Item, Rarissime, inquit, accidit, imò ferè nunquam, vt quisquam veniat volens fieri Christianus, qui nō sit aliquo Dei timore percussus. Et per malorum timorem ad penitentiam peccatores inuitat B. Ioannes præcurfor domini. Multum igitur refert scire, quod Deus est & qualis est in se, sine qua cognitione nunquam erit dolor de peccatis, propter eius offensam, nunquam amor eius propter seipsum. Sed ait Calvinus, Quando in verbo respicimus solam indignationem, timebimus & exhorrescimus. Hoc & nos confitemur, sed misericordiæ & propitiationis cōsideratione, quod videlicet propitiabilis est super malicia, respirabilis, & certa fiducia veniæ ad iratum & indignantem dominum confugiemus. Ad hoc enim iratum se dominus ostendit, vt ab eius clemētia a malo quod exhorrescimus, liberari petamus. Si occiderit me, inquit Iob, in ipso sperabo. Ex dictis propositionibus Calvinus colligit definitionem fidei, quam etiam prolixè declarat. Ait enim,

Calvinus.

Responsio.

Fides est diuine erga nos beneuolentiæ firma certaque cognitio, quæ gratuita in Christo promissionis veritate fundata per spiritum sanctum, & reuelatur mentibus nostris, & cordibus obsignatur.

Absurdum est quod Calvinus fidem, quæ in genere verbum Dei, vt & ipse dicit, correlatiuè respicit, definiat per solius beneuolentiæ eius cognitionem, non veracitatis, quæ est fidei obiectum formale. Nam & ipse Calvinus dicit, quod fidei fundamentum est, præsumpta de veritate Dei persuasio. Neque tamen, vt ipse addit, sufficit Deum credere veracem, nisi constituas proculdubio quicquid ab ipso prodit, sacrosanctam esse & intiolabilem veritatem. Hac tamen Dei veritate præterita, definit fidem esse beneuolentiæ solius cognitionem, vt sola cognitio eius quod Deus nobis beneuolus est, fides sit Christiana. Quis Christianorum feret quod non est Christiana fides qua credimus Deum patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ, nec ista qua credimus Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum, & hunc cœceptum de spiritu sancto, & natum ex Maria virgine, passum, crucifixum & mortuum resurrexisse. Hæc enim omnia ad historiam solum pertinere dicit (quam tanquam Dei oraculum suscipiunt etiam impii) nō aut ad solidā & Christianā fidem. Nec secundum Calvinū credimus solida fide vnam esse sanctam Ecclesiam catholicam, peccatorum remissionem & vitam æternam: quæ gratuita in Christo promissionis veritate fundata est. Nec hæc sufficit, nisi & cordibus obsignetur. Verbum enim Dei de iustitia & potentia eius, fidem, inquit quatefacit: tantum abest, vt idoneum sit ad eam stabilendam. Ita hæc definitio fidem restringit, vt signum potius & hominis huius imaginatio esse videatur, quam Dei donū ad salutem conducens. Talis fidei nusquam meminit Apost. Paulus, qui impium iustificari dicit credentem in eum qui iustificat impium. Item in eum qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrū a mortuis. Et alio loco, Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit a mortuis, &c. Meminit & fidei propitiationis in sanguine ipsius, quem & articulus dicit requiri ad iustificationem. Fidei verò beneuolentiæ Dei, nusquam meminit. Et si in genere intelligantur beneuolentia & misericordia Dei, conspiciuntur inter alia inuisibilia eius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, sicut sempiterna eius virtus & diuinitas, cuius sunt quasi proprietates: & propterea earū notitia magis est euidens,

Rom. 4.

Rom. 1.

euidens, quàm fides sine cognitio enigmatica. Si autem intelligantur beneuolentiæ hæc & misericordia, sicut intelliguntur à Caluino, erronea est huius beneuolentiæ cognitio & scripturis cōtraria. Nō enim erga oēs homines efficax est & absoluta Dei misericordia & beneuolentia, vt eorum peccatis propitiatur & saluet, quamuis modo & sensu quodam omnes homines velit saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Addit autem prolixam huius definitionis declarationem, quæ si diligenter expendatur, multa apparebunt absurditates scripturis contrariæ. Hanc quoq; eius declarationem in propositionibus complectemur.

Fides est firma certaq; cognitio non comprehensio, nec plena intelligentia eorū quæ creduntur, & plus ipsi persuasionis certitudine intelligit, quàm si humanum aliquid sua capacitate perspicere. Et ob hanc certitudinem fides dicitur comprehendere quæ sit longitudo, profunditas & sublimitas, & cognoscere se per eminentem cognitionem dilectionem Christi. Et apud Ioannem vocatur scientia, quando refertur fideles scire se esse filios Dei. Et certū scium, sed diuine veritatis persuasionem magis confirmati, quàm rationali demonstratione edocti. Vnde statim inquit fidei notitiam certitudine magis quàm apprehensione cōtineri, Et ideo in definitione addimus, Certam & firmam, quod solidior persuasionis constantia exprimitur. Nam vt dubia & versatili opinione non est contenta fides, ita nec obscura perplexaq; conceptione, sed plenam & fixam, qualis de rebus compertis & probatis esse solet, certitudinem requirit, vt nulla sit in intellectu, nec in voluntate formido, sed certa quiescentia, tranquillitas & securitas.

Caluinus.

Ephes. 3.

in ca. Ioan. 11

Galat. 2.

Responsio.

Totam hanc propositionem libenter suscipimus, imò docemus fidei certitudinē sperare scientiam & euidentiā, quam de rebus compertis & probatis habemus. Certius enim cognoscimus quæ fide creduntur, quàm quæ audiimus, oculis nostris vidimus, perspeximus, & manus nostræ cōtrectauerūt. Nihil enim certius esse potest, quàm Dei verbum cui fides innititur. Cœlum, inquit Dominus, & terra transibunt, verba autē mea non transibunt. Contingit enim falli in his quæ oculis nostris videmus, & manus cōtrectant: non autem ferendo verbum Dei, & ideo pro his quæ fidei sunt eorumq; veritate moriendum est nobis, non autem pro veritate eorum, quæ videmus, vel per demonstrationē scimus. Fallitur hic Ioannes Calvinus, quod soli misericordiæ & clementiæ Dei hanc fidei certitudinem, quæ verbo Dei in genere est communis, appropriat.

Sunt permulti qui Dei misericordiam sic concipiunt, vt quàm minimum consolationis inde recipiant. Simul enim misera anxietate confringuntur, dum dubitat an sibi misericors sit futurus, quia illam ipsam de qua persuasissimi sibi videntur clementiam, nimis exiguis finibus terminant. Si quidem ita secum cogitant, & reputant magnam quidem Dei clementiam esse, & copiosam, effusam in multos, obuiam omnibus & paratam, sed incertum esse an ad se quoque perueniat, sit, vel potius an sint ad eam peruenituri. Hæc cogitatio dimidia tantum esse, nec tam securā spiritum tranquillitate confirmat, quàm in quieta hestitatione sollicitat. Longè est alius sensus plerophorior, quæ fidei semper in scripturis tribuitur, nempe, qui Dei bonitatem perspicue nobis proponit extra dubium ponat. Id autem fieri nequit, quia & suauius autem verè sentiamus, & experiamur in nobis ipsis. Quare Apost. ex fide deducit fiduciam, & ex hac audaciam, quum dicit per Christum nos habere audaciam, & aditum in fiducia, quæ est per fidem illius, & ideo nomine fidei pro fiducia sepe videntur scripturæ.

Caluinus.

Responsio.

Fidei officium est, vt diximus, certum facere & sic firmate intellectum, in eo quod locutus est Deus, vt nihil titubet, nihil formidet de eius veritate, sed certius adhæreat, quàm si oculis conspiciat, aut manibus cōtrectet. Non patitur quod mens cogitet, fortè sic est, fortè non sic est. Nam August. lib. 8. de Trinit. Credimus, inquit, dominum Iesum Christum natum de virgine, quæ Maria vocabatur. Vtrum autem illa facies Mariæ fuerit, quæ occurrit animo, cum ista loquimur, aut recordamur, nec nouimus omnino nec credimus. Itaque hic salua fide licet dicere, Fortè talem habebat faciem, fortè non talem: Fortè autem de virgine natus est Christus, nemo salua fide Christiana dixerit. Et Richardus de S. Viçt. ostendit, quod nihil firmius tenetur, quàm quod cōstanti fide apprehenditur, nihil certius, nihil constantius. Vtinam, inquit, attenderent Iudei, vtinam animaduertent Pagani, cum quanta conscientia securitate pro hac parte ad diuinum iudicium poterimus accedere. Nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus? Domine si error est, à te ipso decepti sumus. Nam ista in nobis tantis signis & prodigiis confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt. Certè à summæ sanctitatis viris sunt nobis tradita, & cum summa & authentica attestazione probata, te ipso operante & sermone cōfirmante, sequentibus signis. Hinc est vtiq; quod perfectè fideles paratiores sunt mori pro fide, quàm fide abnegare. De hac autem fidei certitudine diligenter disserit Sanctiss. Adrianus 6. in 2. quæst. quolib. obiciens dictum doctoris subtilis Ioannis Scoti ex dist. 23. 3. sententia, quod fides non excludit omnem dubitationem, sed tantum vincentem,

Cap. 5.

Cap. 8. 1. lib.

& trahentem in oppositum credibilis. Et M. noſter Conradus Koelin quodlib. 7. parag. 30. Fides itaque eſt firmitas intellectus per bonam voluntatem Dei gratia paratam. Nec in minimo ſermonis Dei limites egreditur. Rectè namque dicit Calvinus, quod verbum Dei obiectum & ſcopus eius eſt, in quem perpetuo collimare debet, à quo ſi minimum deſlexit, non iam fides ſed incerta eſt credulitas, & corruit ſi ab eo declinat, quæ ad inuicem dicuntur correlatiuè. Quapropter quando Dei verbum eſt generale in generalitate ſe continet fides, ne verbo Dei aliquid vel addat vel demat. Item quod in genere credentibus vel perſeuerantibus in ſcripturis promittitur, nulli perſonæ in ſpecie tribuit fides, quamdiu non conſtat ipſam eſſe in numero credentium vel perſeuerantium. Et quando hoc certa fide conſtat, tunc primum credit in ea impleri Dei promiſſionem: vt quod iuſtificatus eſt, què certò & inſallibiliter cõſtat ex fide verè pœnitere, & ſaluam fore in vita æterna, quem ſic nouit in ſanctitate perſeueraturū. Cùm itaq; verbū Dei nō habeat quod verè propter Dei offenſam pœniteat me peccatorum, vel quod perſeuerabo vſq; in finem abſque mortali peccato, remerariū eſt credere, quòd remiſſa ſint mihi peccata, vel quòd ſaluabor. Spei autem hoc peculiare eſt, quòd ſibi applicat indiuidualiter, ſiue ſpecificè, quòd generaliter promittitur & proponitur omnibus: & ideo ſe erigit & extendit ad brauium propoſitum, quaſi ſibi ſoli proponeretur. Eſt enim certa expectatio futuræ beatitudinis, ſicut fides certiffima eſt cognitio eorum quæ locutus eſt Deus. An autem hæc certitudo ſpei ſit participatio quædam certitudinis fidei, ſicut dicit B. Thomas, eò quòd certitudo ad cognitionem pertineat, non propriè ad affectionem: Vel an propriam habeat certitudinem conſiſtentem in virili adhæſione (vt dicit beatus Bonauentura poſt Albertum Magnum) non eſt opus hic diſſerere, ſed ſeruadum loco magis oportuno. Hic autem ſatis fuerit quod de alio ſit fidei certitudo, quàm de quo eſt certitudo ſpei. Illa namq; eſt de Dei promiſſione, quòd fidelis eſt Deus, & ſeipſum negare non poteſt, atque ita quòd credentes fide operatoria pœnitentiæ verè iuſtificantur, quodſque ſalui ſient, qui in finem vſque perſeuerant, & quod omnibus obtemperantibus ſibi factus eſt cauſa ſalutis æternæ. Certitudo autem ſpei de eo eſt, quòd quis ex animo ob Dei offenſam de peccatis dolens, peccatorum recipiet remiſſionem, & perſeuerans vitam æternam, ſine vlla affectus vacillatione aut formidine: quanquam concurrere poſſit circa idem obiectū intellectus incertitudo & formido, eò quòd hic ſolum habeant probabilem præſumptionem & opinionem pœnitentiæ, iuſtitia, & ſalutis, & non certam & inſallibilem, quaſi ex verbo Dei cognitionem, quum nullum ſit de eo in ſpeciali Dei verbum. Et in hoc Calvinus errat, nihil diſcernens inter fidei & ſpei certitudinē, & quæ ſpei ſunt tribuit fidei. Nō igitur mirandum ſi permulti miſericordiam Dei certa etiam fide ſic concipiant, vt quàm minimum inde percipiant conſolationis, imò ſimul miſera conſtringantur anxietate, quū fides ſit notitia intellectum quietum & tranquillum reddens, non affectum, niſi fortè circa veritatem eius quod creditur, de cuius tamen aſſeſſione nulla eſt intellectus certitudo, ſicut de ea non eſt verbum Dei, nec fides. Poteſt enim cum vera fide ſalutis & iuſtitia eſſe deſperatio. Quòd ergo hi non recipiāt conſolationem, eſt ex defectu ſpei, & de Deo confidentia, non ex defectu fidei quæ eſt notitia intellectus. Spes enim eſt quæ non confundit, & quæ operatur ne miſera anxietate conſtringamur. Nam anxietas, anguſtia & conſtrictio, cordis ſunt, non intellectus. Nec ex eo naſcitur hæc anxietas, quòd dubitetur, an ſibi miſericors ſit futurus Deus, ſed quia vt ad brauium propoſitum currat, ſe non viriliter extendit. Nam & hic videmus cum gaudio multos currere ad propoſitam coronam, quàm tamen non certò ſciunt ſe aſſequuturos, imò dubitant. & plerumque magis arbitrantur ſe non aſſequuturos. Hoc ipſum videtur poſſe contingere currentibus ad coronam æternam, qui tamen certiffimò credunt Deum miſericordem ſibi futurum peccata remittendo, ſi verè eorum pœniteat, & à ſacerdote abſoluantur, vel baptiſmum ſuſcipiant. Nec in hac cordis anguſtia neceſſarium eſt, quòd Dei clementiam finibus nimis exiguis terminent credendo, ſed ſperando tantum. Et reuera quiſque de ſe rectè cogitat, quòd magna Dei clementia copioſè effuſa eſt in multos, imò in vniuerſos qui ad eum vero corde confugiunt (quod tamen vt faciant ipſa operatur) quæ omnibus parata eſt & obuia, incertum tamen habet, an ad ſe quoque peruertura ſit hæc clementia, vel potius, an ipſe ſit ad eam peruerturus, quia de eo nullam habet Dei promiſſionem, nullum Dei verbum perſonaliter ipſum compellans. Nuſquam enim mei vel tui meminit. Et quiſq; ſuæ infirmitatis & ad peccandum procliuſitatis, atque liberi arbitrij flexibilitatis, ob frequentem lapſum, etiam poſt firmum propoſitum vitandi peccata, ſibi eſt cõſcius, & nouit profundum cordis humani eſſe inſcrutabile, vt nec ipſe quidem ſatis ſe noſcat.

1. 2. q. 20. ar.
1. ad 3. & 1.
2. queſt. 18.
art. 4.

2. Tim. 2.

Thom. 2. 2. q.
20. art. 2. Et
Bonau. diſt.
43. 2. ſenten.
ſicra literam.

noſcat. Nouit etiam ſcriptum eſſe, quod vnusquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Forum autè cogitatio quæ fidei non eſt, ſed noſtræ fragilitatis & experientiæ, non permittit nos eſſe ſine metu, nec habere certitudinē inſallibile iuſtitia præſentis aut futuræ ſalutis. Et ideo B. Gregor. Hom. 38. Euan. explicans verba Saluatoris, Multi ſunt vocati, pauci verò electi: T remèdum eſt valde fratres chariſſimi, inquit, quod audimus. Ecce non omnes iam vocati per fidem ad cœleſtis regis nuptias venimus. Incarnationis eius myſterium & credimus & confitemur. Diuini verbi epulas ſumimus, ſed futuro die iudicij rex intraturus eſt: Quia vocati ſumus, nouimus: ſi ſumus electi, neſcimus. Tãto ergo neceſſe eſt vt vnusquiſque noſtrum in humilitate ſe deprimat, quãto ſi ſit electus, ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli verò in bonis quæ cœperunt, minime perſiſtunt. Altera penè totam vitam ducere in prauitate conſpicitur, ſed iuxta finem vitæ à prauitate ſua per diſtrictæ pœnitentiæ lamenta reuocatur. Alter electam vitam videtur ducere, & tamen hunc contingit ad erroris nequitiam in fine vitæ declinare. Alter bonum benè inchoat, melius conſummat. Tãto ergo ſibi vnusquiſque ſollicitè metuat, quanto ignorat quod reſtat, quia quod ſæpe dicendum, & ſine obliuione retinendum: Multi ſunt vocati pauci vero electi. Nemo ergo ſcit quid de ſe in oculis Dei iudicij agatur. Quia ergo nulli de ſe certum eſt electum ſe eſſe, reſtat vt omnes trepident, omnes de ſua actiõne formident. Omnes in ſola diuina miſericordia gaudeant. Et ideo Apoſtolus, Noli, inquit, altum ſapere, ſed time. Si enim Deus Rom. 1. naturalibus ramis non peperit, ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate (vbi nota quam apponat conditionem) alioqui & tu excideſis. Non enim, vt diximus, mei vel tui meminerunt ſcripturæ, ſed in genere duntaxat credētium, pœnitentiam agentium, & vſque in finem perſeuerantium. In reliquo, inquit Apoſtolus, Tim. 4. reſpoſita eſt mihi corona iuſtitia, quam reddet mihi dominus in illa die: non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. Et alio loco, Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, recipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentiſſe ſe. Neminem hæ ſcripturæ complectuntur, niſi ſubſumptio fiat quòd diligat, credat, aut fidem habeat, quam ſcriptura requirit: qualem autem deſcribit Ioannes Calvinus, eſt impoſſibile habere ſine ſpeciali Dei reuelatione. Nihil igitur mirū eſt quòd hæc cogitatio, quæ ſolum humanæ fragilitatis eſt, non fidei, nec ſpei, tranquillum non faciat conſcientiam, nec ſecura ſpíritu tranquillitate confirmat, ſed irrequieta ſollicitudine adhuc ſollicitat, quum ſpes quæ diſſertat affligit animam, & amore langueat anima ſancta & fidelis, quamdiu dilectum ſuum non complectitur. Ingemiſcimus enim quam diu à Dominò peregrinamur. Quia feciſti nos ad te, ait Beatus Auguſtinus, inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te. A fidei tamè certitudine proficiſcitur certitudo ſpei, quæ conſolatur nos in omni tribulatione, & certos nos facit, quod iuſtitiam & hæreditatem à Deo promiſſam accipiemus, ſi tamen eius teſtamentum, & eo modo quo hæreditum inſtitutum facta eſt, ſeruemus, vt ſeruaturus nos certò ſperamus. Ait enim Apoſtolus: Si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur. Et iuſtitia illius in filios filiorum his qui ſeruant teſtamentum eius, & memores ſunt mandatorum eius ad faciendum ea. Item, Credere oportet, quòd Deus remunerator eſt, ſed inquiringibus ſe. Iudicium autem inſallibile quod eſt regula ſpei (ſecundum B. Thom.) non eſt, quòd ego ſaluabor (quod incertum eſt) ſed quòd ego ſaluari poſſum ex meritis & gratia Dei. Nam ſpei obiectum non eſt bonum arduum poſſidendum, ſed quod poſſideri eſt poſſibile. Hic diſputari poſſet, an ſpei certitudo eſſe poſſit, cū dubitatione aut vacillatione intellectus de beatitudine conſequenda, aut cum aſtimatione, quod quis eam nunquam aſſequetur, modò tamen iudicetur quòd ipſum aſſequi poſſimus: & econtra: an cum certitudine intellectus in credendo conſiſtant timor, ſcrupulus, aut heſitatio voluntatis de veritate eius quod creditur, niſi huius rei diligens diſcuſſio alibi commodius tractanda eſſet. Et quidem fidei certitudo extra dubium nobis ponit Dei bonitatem, & miſericordiam, quia tamen cuius vult miſeretur, & quæ vult indurat. Miſerebor, inquit; Moysi, cui miſertus ſum, & miſericordiam præſtabo, cui miſerebor, per fidem extra dubium non ponitur, quod mei miſerebitur. Et quia fides ſimul proponit quòd inſtus eſt Dominus, de effectu miſericordiæ conſequendo, nulla eſt nobis certitudo. Quare de eo dubium eſſe poteſt, & hæſitatio affectus, & etiã intellectus. Nec verū eſt quod dicit Calvinus, quod propoſita nobis Dei bonitate, per fidē illam ſentiamus, & in nobis experiamur. Nam propter palati cordis noſtri in diſpoſitionem, nihil ſuauiſſis ſentire contingit.

Rom. 1.

Tim. 4.

Iacob. 1.

1. Cor. 5.

Lib. 1. confiſſ.
cap. 1.

A certitudine
fidei, ſpei certitudo proficiſcitur.

Rom. 8.

2. Theſ. 1.

Heb. 11.

2. 2. queſt. 10.
artic. 4.

Id quod ipse fatetur de Simone Mago, & his quos Euangelium dicit ad tempus credere, & in tempore tentationis recedere. Nec fidei notitiam sequitur firmitas & delectatio, nisi libero voluntatis amore consequente. Nam fructus spiritus est charitas, gaudium, & pax, ex charitate profecta. Non enim sapiunt cœlestia, quam diu peccati amarulentia cor ruptus est affectus. Et recte Apostolus, vt ait Caluinus, ex fide deducit fiduciam, ad quam inclinatur mediante libera voluntate: ex fide inquam omnipotentia Dei & misericordia, & ex fiducia audaciam. Agnoscens enim Deum patrem posse nobis benefacere, & velle, sicut pater filijs, audaciam habemus ad eum accedendi, & certam fiduciam obtinendi quod desideramus. De nomine autem Plerophorias quod non semper significat certitudinem fidei, apud Apostolum Paulum in comment. super epist. ad Romanos. declarat nostra scholæ Magister Ioannes Hassellanus. circa locum, Vnusquisque in suo sensu abundat. loco, abundare, Græcè, est inquit, plerophorias, quod tamen frequenter in scripturis ad certitudinem cognitionis pertinet, alias tamen etiã importat cuiusq; rei iuxta suã naturam perfectione, quæ quidem in diuersis diuersa est. Perfectio siquidem fidei est certitudo, spei verò perfectio, est securitas. Sic charitatis est ipsa eius radicatio. Et in officijs charitatis perfectionem dicimus, si cumulate præstentur. Nam ad Romanos 4. iuxta naturam rei cuius fit mentio, nepe fidei, importat certitudinem. Vnde loco eius quod habet noster interpres plenissime sciens, quia quæcumque promissit Deus, potens est & facere, recte vertit Erasmus, Certissimo persuasus, vel certa persuasione concepta, quod is qui promiserat, idem potens esset & præstare. Sic quoq; ad Collossenses 2. cum dicitur, Instructi in omnes diuitias intellectus, quoniam de cognitione sermo est, recte intelligitur certitudo significari, quæ cognitionem perficit. Verum in alijs locis non idem importat: vt cum ait Apostolus: Vt per me prædicatio impleatur, non est sensus, hoc efficiatur vt omnes certissimo videant meam prædicationem veram esse & certam. Et similiter cum ait, Ministerium tuum imple: non significatur, Ita doce, vt omnibus conspicuum sit te vera docere: sed iuxta mentem Pauli, & veterum commentarij significatur perfectio & cõsummatio ipsius prædicationis Euangelicæ: cen ministerij, vt hæc videlicet sint ita omnibus numeris absoluta, vt nihil eis desit. Rursus ad T. essalo. 1. Euangelium fuit ad vos in plenitudine multa, id est, nihil desuit omnium eorum, quæ conspicua sunt in prædicatione aliorum Apostolorum. Sic igitur & hoc loco, cum ait Apostolus, Vnusquisque in suo sensu abundet: non significatur vnumquemque certum esse debere de eo, quod agit, vt vtrum liceat an non. Verum iuxta omnium veterum interpretationem, significatur liberrima copia, & copiosissima libertas in obseruationibus legalibus circa vsum ciborij, dierum solennitates, & alia huiusmodi. Sic interpretatur b. Ambr. Chry. OEcumenius, & Theophyl. qui ait: Quando sermo est de dogmatibus vel doctrina, non oportet nos proprio sensu abundare, sed quod accepimus firmiter tueri, etiam si Angelus de cœlis aliud prædicaret. Hic autem de cibus & ieiunio fiunt verba, & consimilibus. Et quamuis hoc verbij, Plerophorias, semper fidei certitudinem apud Paulum significaret, nihil proposito conduceret, quando non est hic fidei obiectum siue materia, quod ad me pertinent misericordiam promissiones, sed ad piam duntaxat præsumptionem.

Caluini. Hic præcipuus fidei cardo vertitur, ne quas Dominus offeri misericordiam promissiones, extra nos tantum veras esse arbitremur, in nobis minimè, sed potius eas intus complectendo nostras faciamus. Hinc nascitur fiducia illa, quam alibi pacem dicit Apostolus, nisi quis velit dicere, pacem esse huius fiducia effectum.

Responsio. Non solum hic cardo fidei non vertitur, quod promissiones misericordiam fide intus complectendo nostras facimus: quin potius extra fidei rationem est, quod in nobis sunt implenda, cum de eo nullum sit Dei verbum, quod promissiones ear ad me pertinent, nisi subsit modus siue conditio, sub qua fiant. Solis namque ex animo penitentibus promittitur peccatorum remissio, & legitime in finem vsq; certantibus & currentibus, corona vitæ & brauium. Vertitur autem cardo fidei in Dei veritate, & in voce patris: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audire, & suas facit, quasi sibi peculiariter factas absolute, sine modo & cõditione, limites verbi Dei excedit & fallitur. Verè fideles eas complectuntur brachijs spei & fiducia. Hoc enim, vt dixi, spei officium est, quod generales promissiones suas faciat, & prosequatur quasi sibi singulariter factas, hoc autem non est fidei quæ in noticia consistit. Et pax amoris siue charitatis effectus

effectus est potius, quam fiducia. Pax multa, inquit propheta, diligentibus legem tuã. Et in epist. ad Galat. ponitur pax esse fructus spiritus mediante charitate. Et Angeli cantant pacem hominibus bonæ voluntatis. Bona autem voluntas est charitas.

Est autem fides securitas, quæ conscientiam coram Dei iudicio sedat ac serenat, sine qua, tumultuatione & trepidatione vexatur & dilaniatur, nisi forte Dei vel sui oblita ad momentum obdormiscat. Nam memoria diuini iudicij subinde occurrat qua lancinetur: Ideo ad momentum tantum sedatur. Verè fidelis non est, nisi qui solida persuasionem Deum sibi propitium beneuolamq; patrem esse persuasus, de eius benignitate omnia sibi pollicetur. Verè fidelis non est, nisi qui diuina erga se beneuolentia promissionibus fretus, indubitatam salutis expectationem præsumit, vt Apostolus his verbis demonstrat, si fiduciam & gloriationem spci ad finem vsque firmam tenuimus: Sic enim non bene sperare in domino existimatur, nisi qui confidenter se regni cœlestis hæredem gloriatur. Fidelis non est, nisi qui suæ salutis securitati innixus diabolo & morti confidenter insultet cum Paulo, Confusus sum, inquit, quod neq; mors, neq; vita, &c. nos poterunt separare a charitate Dei, qua nos complectitur in Christo Iesu. Nec aliter bene illuminantur oculi mentis nostræ, nisi cernamus, quæ sit spes æternæ hereditatis ad quam vocati sumus. Nec aliter Dei bonitatem comprehendimus, nisi magnæ securitatis fructum inde colligamus.

Hic aperitur huius fidei mysteria, quæ alijs generationibus, nec prophetis quidem, nec Apostolis fuerunt agnita, imo nec Martino Lutero, nec Philippo, reuelata sunt autem Ioanni Caluino & Martino Bucero, quibus solis datum est huius libri signacula aperire. Consistunt autem primum in eo quod verè fidelis non est, sed infidelis et incredulus (cuius pars erit in flagno ardente igne & sulfure, quod est mors secunda), nisi qui solida persuasionem, ac fide infallibili nouit Deum sibi esse propitium, beneuolamque patrem, & eadem fide qua persuasus est futuram esse corporum resurrectionem, vt sicut hic dicere non licet, forsatis corpora nostra non resurgent, ita nec dicere liceat, forsatis nondum propitius est mihi Deus super peccatis meis. Eadem namq; fide Christiana & catholica, ytraque hæc secundum eum creduntur. Eadem que fide credunt se in gloriam & vitam resurrecturos, qua se resurrecturos credunt. Omnia enim ex hac fide sibi futura persuasi ea sibi pollicentur, iustitiam scilicet, perseuerantiam, & vitam æternam. Nam fidelis, inquit Caluinus, non est qui indubitata salutis expectationem certò persuasus, quod eam obtinebit, non præsumit. Imo nec fidelis qui non de sua salute securus & securitate innixus diabolo & morti confidenter cum Paulo insultet: Confusus sum, quia neq; mors, neq; vita, neq; principatus, neq; potestates, neq; presentia, ne que futura, nos poterit a charitate Dei diuellere, qua nos complectitur in Christo Iesu. Et vt paucis hæc mysteria explicentur, qui semel fidem habet, nec eam perdere potest, nec damnari, nec charitatem perdere, sine qua fidem esse nõ cõtingit, qui eam semel accepit. Contra quæ errore scribunt Magister in sentent. & in Decretis Gratiani. Sequitur enim ex eo, quod qui semel est per baptismum in spiritu sancto renatus, propterea non possit spiritum extinguere, mortaliter peccare, ac tandem damnari. Contra quem errore scribit B. Augustinus lib. 2. aduersus Iouinianum. Item quod Dauid non peccauerit damnabiliter, nec charitatem perdidit in adulterio & homicidio vitæ: Nec Petrus iuramento Christum negando: Nec etiam discipuli qui reliquerunt Christum, & abierunt retro. Contra hos errores est aperta sententia Apostoli Pauli: Noli, inquit ille, altum sapere, sed time: Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & feruorem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, feruorem: in te autem bonitatem, si permanseris in veritate, alioquin & tu excideris: sed & illi si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim Deus iterum inferere illos quos testatur ramos esse prius propter incredulitatem fractos & amputatos. Ex qua sententia certissimum est, quod qui fidelis est in incredulitatem recidere possit, & ex hac rursus ad fidem reuertit. Porro huius rei est clarissimum testimonium ex libro Sapientia, Raptus est, ne malitia mutaret intellectum, aut ne fictio deciperet animam illius. Errores istos latissime contuellunt doctores scholastici circa distinct. Magistri supradictam commentantur. Et sanctus Bonauentura. Hæc positio, inquit, quod scilicet charitas amitti non potest, non est opinio, nec rationalis sententia, imo error & insania potius est dicenda, qui a repugnat sacra scripturæ, repugnat experimento nostræ fidei, repugnat nihilominus rationi rectæ. Omnia autem hæc absurda ex eo sequuntur quod Caluinus docet, quod fide vera & Christiana omnes dei promissiones nostras faciamus, quasi peculiariter nobis factæ essent, sicut Christus ad Magdalenam dixit, Remittuntur tibi peccata: Et Paralitico, Confide fili, Remittuntur tibi peccata tua. Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Et Apostolus, Si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio,

*Thom. 2. 2. g.
2. 9. art. 5.
11. q. 70. ar. 3
Cap. 5.
Caluini.*

Rom. 8.

Responsio.

Apostol. 2. 11.

Rom. 8.

*2. sentent. dist.
31. apud Gra
tiam. tota dist.
2. de penitentijs.
Ioan. 6.
Rom. 11.*

Cap. 4.

*Luc. 5.
Matt. 9.
Ioan. 13.
187. 14. et 172*

venio,

venio, & accipiam vos ad me ipsum, ut vbi sum ego & vos sitis. Cum enim fidei falsum subesse non possit, sicut nec verbo Dei, necesse est ita esse & fore, sicut Christiana fide credimus, nempe iustos nos esse, & possessuros vitam aeternam. Nec in hoc falli poterimus si fide Christiana hæc credimus. Testatur autem Apostolus Paulus; quod ab oliua excidi possumus per incredulitatem, & amputati iterum inseri. Et nos posse confidentiam amittere, idem Apostolus aperte docet, Nolite, ait, amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Et post pauca: Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Idem, Recogitate eum qui talenti sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis vestris deficientes. Iterum, Remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret. Et Rursum, Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei, hoc est, destitatur, & quasi lassus deficiat. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exultemur aliquis ex nobis desse. Et Ioannes in Apoc. monet Angelum Philadelphiam, Ecce venio cito, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Vnde colligit B. August. Credendum esse quosdam de filijs perditionis, non accepit dono perseverandi vsque in finem in fide, quæ per dilectionem operatur, incipere vivere, & aliquandiu fideliter ac iuste vivere, & postea cadere, neq; de hac vita, priusquam hoc eis contingat, auferri. Vbi etiam dicit ex iisdem Apocalypsis verbis: Quis ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate viuunt, in numero predestinatorum se esse præsumet? quia id occultari opus est in hoc loco, vbi sic caueda est elatio, ut etiã per Satanæ angelum ne extolleretur tantus collaphizabatur Apostolus. Ex quibus manifestè constat, quod non solum fides non sit securitas salutis, sed nec fiducia, nec spes, quamuis hæc certa sit beatitudinis expectatio. Nihil enim in hac peregrinatione securi aut quietæ facere potest conscientia. Nusquam est, inquit B. Bernardus, securitas, neque in cælo, neque in paradiso, multo minus in mundo. Intelligit autem in cælo non esse securitatem, in angelis antequam confirmarentur. In cælo enim, inquit, cecidit angelus sub præsentia diuinitatis: Adam in paradiso de loco voluptatis: Iudas in mûdo de schola Saluatoris. Est enim securitas iudicium firmum, & certum sine formidine de aliqua veritate. Nam qui firmiter & certò alicui vero assentitur, est securus: quamvis etiam temerè assentiretur. Securitas autem quæ est ex fide & verbo Dei, frustrari non potest, & timorem excludit, qualem docet Calvinus. Scriptura autem docet esse securitatem, quæ sequitur temerarij iudicium. Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Nam sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Videntur popululum securum & quietum, Omnis autem hæc securitas vel temerarium, vel fallibile sequitur iudicium: securitas autem Ioan. Calvinus errorem hæreticum sequitur. Spes vero nostra, ut superius ex Thoma diximus, infallibile sequitur iudicium, quod videlicet saluari possumus, non autem quod saluabimur. Quare spe nostra etiam frustrari possumus. Nec tamè spes tunc confundit, sed nostra segnitias & ignauia. Charitas autem sola (si perfecta est nobiscum) foras mittit timorem, & facit nos fiduciam habere in die iudicij, quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo: timor non est in charitate.

Objicit deinde sibi Calvinus contra hæc fidei securitatem permanentiam & infallibilitatem.

Atqui, inquit, dicit quispiam, longè aliud experimur fideles, qui in recognoscenda erga se Dei gratia non modo inquietudine tentantur, sed grauissimis etiam terroribus interdum quatuntur. Tanta est ad deturbandas eorum mentes tentationum vehementia, quod non satis videtur cum illa fidei certitudine coherere. Proinde nodus hic soluendus est. Nos certè dnm fidem docemus esse debere certam & securam, non certitudinem aliquam imaginamur, quæ nulla tangatur dubitatione, nec securitatem, quæ nulla inquietudine sollicitatur, quin potius dicimus perpetuum esse fidelibus certamen cum sua ipsorum diffidentia. Tantum abest, ut eorum conscientias in placida quiete colloceamus, quæ nullis omnino turbis repellatur. Rursum tamen qualemcumque in modum afflicti desiderare ac discedere negamus a certa illa, quam de misericordia Dei conceperunt, fiducia: id quò intelligatur, necesse est redire ad illam carnis & spiritus diuisionem, cuius alibi meminimus. Sentit ergo hæc in se diuisionem pium peccat, quod partim ob diuinæ bonitatis agnitione suauitate perfunditur: partim ob suæ calamitatis sensum amaritudine angitur, & ob suæ iniquitatis testimonium trepidat & mortem exhorrescit, quæ narratio ex fidei imperfectione contingit. Istius tamen certaminis semper hic finis est, quod fides istas difficultates, quibus ita circumfessa videtur periclitari, tandem elucetatur. Summa hæc sit, vbi primum vel minima fidei gutta mentibus no-

bus nostris insillata est, iam faciem Dei placidam & serenam nobisq; propitiam contemplari incipimus. Vt nec quidem & minus, sed ita certo intuitu, ut sciamus nos minime hallucinari. Et concludendo ait, Ergo quod iam superius dictum est, rursum asserimus, fidei radicem nunquam è pio peccatore auelli, quin ima in parte defixa hæreat, utcumq; concussa hinc aut illuc inclinare videatur, eius lumen nunquam ita extingui ac præfocari, quin saltem velut sub fauilla delitescat.

Hæc citamus, ut clarissimè constet in hoc errore (quem S. Bonauentura insaniam vocat) esse Ioannem Calui, quod fides semel habita amitti non potest, nec item charitas, à qua fides est inseparabilis, secundum eiusdem doctrinam. Interpretatur autem hic quæ superius dixit de securitate & certitudine fidei, tranquillitate & quiete conscientia eam sequentibus, intelligenda esse secundum spiritum, non secundum carnem, quam intelligit esse hominem, ut corpus est per peccatum. Confundit autem fiduciam cum fide & notitia, inter quas & earum certitudinem magnum posuimus discrimen. Quemadmodum enim caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ita Calvinus vult carnem dubitare, diffidere aduersus spiritum, & etiam desperare: spiritum autem credere, fidere, & sperare aduersus carnem. Et vere mirandum est, imò contra omnem experientiam stabilitatis mentis nostræ, quod in hoc certamine carni nunquam cedat spiritus dubitando aut diffidendo de misericordia Dei, & quod nunquam decidamus: aut desiscamus de certa illa, quam de misericordia Dei concepimus fiducia. Decidimus enim plerumque à reliquis virtutibus: nam ex humilibus sunt superbi: ex liberalibus erga pauperes, avari aut prodigi: ex virginibus Deo dicatis, incontinentes. Cum enim luxuriat fuerint cum Christo, inquit Apostolus Paulus, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Et post pauca, Iam enim quædam conuersæ sunt retrò post Satan. Fiant etiam hæretici & apostatæ, qui prius erant fideles, ut Tertullianus, de insignibus etiã magistris, qui lumina Ecclesiæ prius esse videbantur, & tamè quæ si stelle de cælo deciderunt: inter quos fuit & ipse Tertullianus, Arius, Pelagius, & Iulianus. Quod autem ex identibus & sperantibus super misericordia Dei, nunquam fiant desperantes, nec de eo diffidentes, reclamant experientia ob magnam liberi arbitrij mutabilitatem & inconstantiam, reclamant etiam scripturæ superius citatæ. Vnusquisque, inquit Beatus Iacobus, tentatur à concupiscentiâ suâ abstractus & illectus. Incredible igitur est, quod nunquam vincatur à dubitatione & diffidentia abstractus & illectus. Et quod hæc dubitatio & fiducia non possint concipere & parere peccatum, sicut concupiscentia. Sed dicit Calvinus, quod nec hic spiritus fidelis à tentatione seducatur in peccatum, ut protinus à iustitia & virtute diuellatur. Sic enim ait de fide, quod varijs cogitationibus distracti, non protinus à fide diuellimur, quum huius certaminis sit semper hic finis, quod fides eas difficultates & dubitationes tandem semper elucetetur. Nunquam, inquit, sic auellitur è pio peccatore, quin ima in parte radix defixa hæreat, & eius lumen nunquam ita extinguitur, quin saltem veluti sub fauilla delitescat. Sed quæ precor radix, quo lumen fidei aut fiduciæ de misericordia Dei manet in hæretico, apostata, & hominè de misericordia Dei desperante: qui dicit, Maior est iniquitas mea, quam ut veniã merear. Nã Apost. Paulus prolapsos esse docet etiã eos qui nõ solum illuminati fuerunt, sed etiã gustauerunt donum cælestis, & participes facti fuerunt spiritus sancti, & gustauerunt bonum Dei verbum, virtutesq; futuri seculi. Quæ igitur perseverantia, quæ salutis est certitudo & securitas? Idè testatur B. Iob, Ecce qui seruiunt ei nõ sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Quæ ergo securitate, quæ de salute æterna certitudinem nos qui domos luteas habitamus, nobis polliceri poterimus? Quæ obsecro est hæc radix, hoc lumen, sub fauilla delitescens, & quæ fauilla? An habituale est hoc lumen, an actuale? Sermo hic compositus videtur ad solam animarum in errores seductionem. Nam si hæretici, apostatæ, & homines desperantes aliquando resipiscant, & ad beatitudinem perueniant, operatur hoc vocatio & electio Dei fulgentis per illuminationem Euangelij, in mentibus eorum, quæ prius infidelitatis tenebris tenebantur excæcatæ. Eratis enim aliquando tenebræ, ait Apost. nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate. Dicit etiam hic Calvinus, nõquam eos verè Christianos fuisse, nec eam quam ipse describit fidem habuisse illos, qui in apostasiam, infidelitatem, & desperationem labuntur. Credo certè quod nec hæretici quidem hanc fidem vnquam habuerint, nec puto ipsum Calvinum arbitrari se hanc fidem habere, aut si habet amitti non posse. Est enim nostri seculi hæreticorũ adinuentio, imaginatio & figmentum, ut supra ostendimus, quæ in scripturis aut rei veritate nullũ habet fundamentum. Et ideo nec Augustinus, nec aliquis scriptorum Ecclesiasticorũ eam agnouit, ut statim ostendimus, citatis eorum sententijs. Nos quidem ab hac fide, hoc est pestilentissimo errore feruet do-

Roman. 18.

Heb. 10.

Heb. 11.

Heb. 4.

Cap. 3.

De corrup. & grat. cap. 13.

Sermone, de ligno, sano & stipula. Alitaco Card. Camerac. senit. quæst. de prædest.

2. Thess. 5.

Iudic. 28.

Caluinus.

Responsio.

1. Tim. 5.

Iacob. 1.

Cap. 4.

Ephes. 5.

Ecclef. 4.
Hieron. 3.
Hier. 2.
Math. 10.

uet dominus Iesus. Gratiuer hinc etiam fallitur Calvinus, quod à carnis corruptione dicat esse sensum suæ calamitatis, testimoniū suę iniquitatis, ac mortis meditationē, & Dei irati & indignantis considerationem: & hæc fidem quærefacere, non stabilire. Ad hæc enim omnia frequentissimè nos hortatur scriptura. Memorare, inquit, nouissima tua, & in æternum non peccabis. Vide vbi nunc prostrata sis, scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum præuaticaratus es. Vide vias tuas in conualle, & scito quid fecerit. Et nisi incessanter tenueris in timore Dei, cito subuertetur domus tua. Timere eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Horum namque consideratio nõ est tentatio ex carne proficiscens, sed plerumque ex spiritu Dei. Est enim & spiritus seruitutis in timore, sicut est filiorum Dei. Itaque quod conscientia incumbente peccatorum mole oppressa nunc secum querulatur, ac gemit, nunc se arguit, nunc facile fremit, nunc aperte tumultuat, gratiã Dei est aperientis oculos metis, vt videat vbi prostrata sit, quod in Dominum suum est præuaticatus, & quod in magnam Dei iram, & indignationē, & æternæ pœnæ reatum deuenerit. Prodeunt etiam aliquando ex cognitione fidei vel naturali voluntate nostra, vt natura est, nõ ex carnis corruptione, quomodo Christus contristatus est, & mortem horruit. Ex carne autem nascuntur quæ sunt ex subreptione præter rationis deliberationem, sicut inuidia, accidia, & odium fratris, quando rationem præueniunt. Quod autem, vt dicit Calvinus, sciant se minime hallucinari in hoc quod contemplantur placidam Dei faciem, sibi que propitiam, qui vel minimam fidei guttam mentibus habent insillatam, non solum est incredibile (imo aliquoties merum est somnium, in quo etiam iudicamus nos minimè hallucinari circa ea quæ videntur) quando & ipse faretur tam fraudulenta hypocrisis obiectum esse cor humanum, vt seipsum sepæ fallat. Et hæc fidē habēt vel habere se arbitrantur, qui negāt liberū arbitriū, & corpus & sanguinem Christi esse in Eucharistia, è quorum numero est ipse Calvinus. Item qui post votum solenne fidem priorem irritantes manēt in coniugio, Anabaptistæ omnes, omnes denique nostri temporis sectarij, per hæc speciale de peccatorum remissione & Dei misericordia in Christo persuasionē, omnia sibi pollicentur, & certò assequi se credunt, qui tamen cum sint fidei tam contrariæ & inuicem aduersantis, vt se mutui etiam damnent, saluari omnes non possunt per hanc fidē, sed partim eos falli oportet, imò falluntur vniuersi, qui per hanc fidē, quæ temeraria est prescriptio, iustificari, aut se iustitiam apprehendere arbitrantur. Nã & Propheta Michas scribit quod princeps domus Jacob, & iudices qui abominabantur iudiciū, & omnia recta perturbebāt, & Prophetæ, qui in pecunia diuinabant, super dominū tamen requiescebant dicentes, Nunquid non dominus in medio nostrū? Et Ioannes Baptista ad Saduceos & Phariseos ad baptisimū venientes, Ne velitis, inquit, dicere intra vos, Patrē habemus Abrahā. Et Hier. nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templū Domini, Templū Domini, Templū Domini. Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobiscū in loco isto. Ecce vos confiditis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis. Et reuera hic sermo mendacij est, Credite in misericordia & benevolentia Dei. Patris, quam in Christo nobis ostendit, & apprehendetis iustitiā, vitā, & vniuersa dona quæ Christo largitus est pater. Omnis nãque huiusmodi fides & fiducia compatiuntur vitam malam & iniquitatē, quæ pleni erant illi ad quos sermo erat Michæ prophetæ, Hieremiæ, & Ioanni baptistæ. Atqui Calvinus ipse docet hanc fidē inanē esse, nisi charitas diffusa in corda per spiritū sanctū eam comiteretur. Nec patitur natura notitię (quā Calvinus definit esse fidē) vt producat ex se vitę innocentiam, charitatē, cum reliquis virtutibus. Nunquā autem probabit Calvinus fidei certitudinē in fallibilem de remissione peccatorum, aut salute æternæ per sententiā hanc Apostoli Pauli, Confessus sum, quia neque mors, neque vita, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, poterunt nos à charitate diuellere, qua nos complectitur in Christo Iesu. Non enim secundū B. Chryostomi interpretationē hæc sententia intelligitur de omnibus charitatē habentibus. Ait enim, Magna dicit Apostolus, quæ nos non agnoscimus, quando quidem tantā dilectionē non habemus. Item Origen. Habuit, inquit, aliquando ipse Apostolus Paulus metum, & timuit ne forte caderet, & iste qui modo cælestiū virtutū aduersū se, si commoueretur bella, non metuit, carnem suā aliquando metuit, et ex ea cõsurgentes insidias formidauit, quando dicebat: Macero corpus metum & in feruitutem subijcio, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Et ideo præ cæteris omnibus carnis insidiæ formidandæ sunt. Et ille qui de nobis procedit hostis cauendus est, donec in tantum profectum proueniat anima, vt dulcedine charitatis Dei abstracta corporis blandimenta & carnis illecebras abhorrescat, vnus cum Deo spiritus facta.

Cap. 3.

Cap. 7.

Rom. 8.

Eodem modo interpretatur Augus. lib. de gratia et lib. arb. cap. 17.

1. Corinti. 9.

facta. Et si legatur apud Paulum, Confessus sum, sicut legit Calvinus, & B. Hierony. in epist. ad Algalium, & beatus Ambrosius, nihil commune habet cum in fallibili fidei certitudine, quæ alia est (vt diximus) à spe & confidentia: Si autem legatur sicut nostra æditio habet, Certus sum, vel persuasum habeo, vt legit Erasmus; nullam habet hæc sententia difficultatem, si ipse certitudo intelligatur, quæ est certa expectatio remissionis peccatorum per pœnitentiam, & æternæ beatitudinis. Vox quidem græca qua hic vtitur Paulus ad omnem persuasionem pertinet etiam non certam. Ita enim ea vtitur cum ait, Certus sum autem quod & in te habitet fides, scilicet non ficta. Et alio loco, Certus sum autem fratres mei & ego de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione. Nemo enim dicit Paulum fide credidisse Rom. fuisse plenos dilectione, aut Timotheum fuisse verè fidelem. Nam talium rerum non solet esse reuelatio, sed tantum probabilis persuasio. Quare nimis confidenter ex hoc loco pronunciat Ioannes Calvinus, quod fidelis nõ est, nisi qui suæ salutis securitati innixus diabolo & morti confidenter insultet cum Apostolo Paulo, Confessus sum quod neque mors, neque vita, neque quæuis alia poterunt nos à charitate Dei diuellere, intelligendo autem de certitudine probabili, vel de fiducia, omnibus iustis competere potest: quomodo intellexisse videtur Liberius Papa, quando ait, Confidimus autem de vobis fratres charissimi, meliora & viciniore salutis, quia neque mors, neque vita, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quæ in ipso est recta fide. Alii autem scripturis quas hoc quinto capite de fide, & cap. 14. de prædest. citat Calvinus super certitudine & securitate iustitiæ & salutis æternæ; quodque semel in familiam & corpus Christi susceptus, excidere nequeat & damnari, respondemus articulo sequenti, qui dicit, quod hæc fides in scripturis nullum habet testimonium. Habet præterea hic Calvinus multa alia paradoxa. Primum quod promissio salutis non est conditionalis, sed merè gratuita & absoluta, nullo operum respectu habito: quod etiam in Antidoro circa Canonem 20. ex scripturis probare conatur. Secundum, quod Scholasticorum dogma est perniciosum, videlicet nos de gratia Dei erga nos non aliter statuere posse, quàm ex coniectura probabili, prout se vnusquisque non indignum ea reputat. Tertium, quod electi certò sciunt se in gratia perseveraturos. Aiuunt enim, inquit, etiam si secundum præsentem iustitiæ statum de gratia Dei iudicium sumere liceat, manere tamen in suspensio finalis perseverantia notitiam: egregia verò salutis fiducia nobis relinquitur, si ad præsens momentum nos esse in gratia coniectura morali æstimamus, quid in crastinum sit futurum nescimus. Longè aliter Aposto. Certò, inquit, persuasus sum, quod neque Angeli, neque potestates, & car. Quartū quod signum de fide implicata veram fidem non modo sepelit, sed penitus destruit. Quintū, quod perspicuum firmumque testimonium habemus nos in libro vitæ scriptos esse. Sed & de his commodiùs tractabimus articulo sequenti. Imponit insuper Calvinus Scholasticis falsa: primò, quod iudicant paradoxum, quod fides est donum Dei. Secundò, quod fides formatur accedente ad assensum pia affectione. Tertio, quod dicant charitatem fide priorem. Concorditer enim Scholastici omnes contrarium docent, & in primis ex scripturis & Augustino Thomas. Nam fides sine pia affectione, hoc est, bona voluntate credendi, consistere non potest: cum nemo credat nisi volens. Et perfectissimam virtutē esse charitatem, ac fide posteriorem, docet idem Thomas quæst. 23. art. 7.

Quest. 9.

2. Tim. 1.

Rom. 8.

Epist. ad omnes episcopos.

Cap. 2. in scripturis par. 22.

Parag. 8.

Parag. 31.

Rom. 8.

Parag. 3.

Cap. 14. para. 27. & 29. Parag. 32.

2.2. quest. 6. quod donum Dei est. & q. 4. ar. 7. de ordine fidei ad alias virtutes.

Philippus aduersus dogmata Ioannis Caluini.

Melancthon in locis de bonis operibus quæst. 5.

Philippus Melancthon in locis theologis Basilee impressis, An. 1546. intelligens impiam esse & contra scripturas doctrinam hanc Ioannis Caluini de fide, multos eius articulos ex scripturis improbat & conuellit. Et primò quod dicit, fidei radicē nunquam è pio pectore auelli, quin ima in parte defixa hæreat, vt cunq; decussa huc atque illuc declinare videatur, quodq; eius lumen nunquam ita extinguitur ac præfocatur, quin saltem velut sub fauilla delitescat, & tandem emergat & elucetetur. Ait enim Philippus, Dixi que peccata maneant in venatis, scilicet quedam interiora mala quibus ipse repugnat: sed cum peccata contra conscientiam admittuntur, effunditur & perturbatur spiritus sanctus, & amittitur gratia, & excutitur fides, id est, fiducia misericordie. Hoc vult Paulus cum inquit, Si secundum carnem vixeritis, moriemini, id est, si obedieritis vitiosis cupiditatibus, eritis rei iræ Dei & mortis æternæ. Et eodem loco. Qui aguntur spiritu sancto, hi sunt filij Dei, sed reuertes contra conscientiam, effunduntur & turbantur spiritum sanctum. Desinant igitur esse filij Dei, sicut & sententiæ supra citatæ reseruantur. Item 1. Corinti. 6. Ne erretis, quia neq; scortatores, &c. Et Ioannes inquit, Qui peccatum fecit, ex diabolo est, id est, est tam captiuus diaboli, reus iræ Dei & æternæ pœnæ. Hæc tristissima comminationes hortantur nos ad frenandos vitiosos impetus, ne excidamus à donata gratia. Et paulò superius, inter causas



De bonis op. quat. 5. causas ob quas facienda sunt bona opera, ponit necessitatem retinendæ fidei. Quia inquit, Spiritus sanctus expellitur & perturbatur, cum admittuntur peccata contra conscientiam, sicut clare dicitur 1. Ioan. 3. Nemo decipiat vos: Qui facit peccatum, ex diabolo est. Et ad Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Et excusati fidem per mala opera, testatur hoc dicitur Paulus, Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem abegnavit, & est infidelis deterior. Item Fides esse non potest in his, qui indulgent pravis voluptatibus, nec agunt penitentiam, quia scriptum est: Vbi habitabit dominus in Spiritu contrito, & tremente sermones meos. Item cum fides adserat pacem conscientie, non potest simul esse cum proposito retinente delictum, quod condēnat conscientia. Excusati igitur Danid fidem & Spiritum sanctum, cum raperet alterius coniugem.

Secundò contra Caluinum docet, quòd apud B. Paulum cum dicit, fide nos iustificari, intelligatur per fidem, fiducia voluntatis, & non cognitio firma ac certa quasi ex verbo Dei (vt sentit Caluinus) imò dicit potius moriendum esse, q̄ sic Apostolum Paulum in terpretemur. Docens enim cognitionem fidei generalem esse, & fiduciam nobis illam applicare: Sic ait.

Melanchthon q. 1. de bonis operibus. Profectò dolendum est ita depravari doctrinam Prophetarum & Apostolorum: ac potius acerbissimi cruciatu perferendi sunt, quam concedendum in his dicitis (de fide iustificante loquitur) fidem non significare fiduciam misericordie Dei. Credidit Abraham Deo, &c. Item, Iustificati fide pacem habemus, Item, Per Christum habemus accessum fide. Item, Nunc autem vino in fide filij Dei. Non sanamus eludi & depravari hæc dicta, sed certo sciamus ea nobis conscientiam de fiducia misericordie. Et alio loco, cum B. Paulus dicit, Iustificamur fide, vult te inuerti filium Dei sedentem ad dexteram patris mediatorum interpellantem pro nobis. Proponit enim hanc victimam, & docet propter hunc filium Dei dari remissionem & reconciliationem, non propter nostras virtutes. Vt igitur vocabulum Fides, monstret illum mediatorum, & nobis applicet, significat fides non tantum historie notitiam, sed fiduciam misericordie promissæ propter filium Dei. Et paucis interpositis. Si considerent paiores, qui in vera penitentia existunt, scirent mentes perterrefactas querere consolationem extra sese. Et hanc consolationem esse fiduciam, qua voluntas acquiescet misericordie propter mediatorem donatæ. Complectitur autem fiduciam misericordie, & notitiam historie, qua fides intuetur Christum, quem agnosci necessum est esse filium æterni Dei, pro nobis crucifixum, resuscitatum, &c. Estq̄, referenda historia ad promissionem seu effectum, qui in hoc articulo proponitur, Credo remissionem peccatorum. Ac versus articulus monet, vt fides intelligatur fiducia. Nam ille qui non confidit sibi remitti peccatum, hæc verba, Credo remissionem peccatorum, frustra dicuntur. Item si fides non est fiducia intuens Christum, & acquiescens propter Christum, certe nõ applicamus nobis, neque vimur eius beneficio. Necessè est igitur fide intelligi fiduciam applicantem nobis beneficium Christi. Item iustificari fide pacem habemus. At notitia historie non adserit pacem, imò auget paiores & desperationem, sicut in diabolis. Quod enim terribilius est signum iræ Dei, quam placari Deum non alia victima potuisse, nisi filij morte? Huius historie notitia auget paiores, si fides non est fiducia applicans hoc beneficium. Si non est statendum, quòd ideo passus est filius Dei, vt tibi ignoscatur, quandoquidem male merito, &c. Hæc fiducia consolatur mentem perterrefactam, & pacem adserit.

In locis de vocabulo fidei. Multas hic adducit rationes, ob quas nomine fidei intelligere oportet fiduciam. Et ad argumentum quod sibi proponit, impossibile est sola iustitia iustum fieri. fides tantum est notitia, ergo impossibile est sola fide iustum fieri. Respondet ad minorem, quod fides nõ significat tantum notitiam, qualis est in diabolo, de qua dicit Iacobus Apost. Dæmones credunt & contremiscunt: sed significat in intellectu notitiam & assensum promissionum de Christo, ac in voluntate fiduciam, qua voluntas vult & accipit oblatam misericordiam, & in ea quiescit. Et ideo definit fidem, vt sit assentiri vniuerso verbo Dei nobis proposito, & quidem promissioni gratuita reconciliationis donatæ per Christum mediatorem, sitq̄ fiducia misericordie Dei promissæ propter Christum mediatorem. Nam fiducia est motus in voluntate necessarîo respondens assentioni. Et interpretatur sententiam B. Bernardi: necessè est primò omnium credere, quòd remissionem peccatorum habere nõ possis, nisi per indulgentiam Dei: sed adde, vt credas & hoc, quòd per ipsum peccata tibi donantur: quòd per credere intelligit confidere, vt sit sensus: sed adde, vt confidas & hoc quòd peccata tibi per ipsum donantur. Corrigit autem in his locis Philippus, & explicat articulum quartum Confessionis Augustinæ, & ea quæ dixit in eius Apologia, vbi fidem iustificantem refert ad notitiam, magis quam ad fiduciam. Quod tamen nec fiducia hæc iustificare possit, iisdem argumentis conuincitur, quibus supra egimus aduersus Caluinum, de fide quæ est certa & firma notitia. Nam & hæc confidentia habere possunt, qui obnoxii sunt peccato mortali & supplicio pœnæ æternæ: eandē etiam habent hæretici, & anabaptistæ, imò vniuersæ sectæ, quas innumeras, & quidem inter se pugnant, peperit hoc nostrum infelicissimum seculum. Tertio contra Caluini sententiam ostēdit Philippus non

In concione de annuntiatione.

Philippus.

non esse promissionem iustitiæ & salutis, eo sensu gratuitam, vt nullum requirat opus ex parte hominis qui iustificabitur & saluabitur, atque ira nullo modo esse conditionariam, sed docet necessarium esse conditionem poenitentia. Quapropter exponens particulam Gratis sæpe repetitam à Paulo, ait:

Significat hæc exclusiua dari reconciliationem propter filium Dei mediatorem, non propter nostram dignitatem, non propter nostras merita, non propter nostras virtutes aut facta, Nec tamen excludit hæc particula virtutes ipsas, sed conditionem dignitatis seu meriti excludit & transfert causam reconciliationis in filium Dei. In Petri conuersione necesse est existere poenitentiam & fidem, qua statuat sibi ignoscere, & necesse est sequi alias virtutes, & tamē propositio vera est & necessario retinēda, Gratis remitti peccata, quia non propter virtutes Petri, sed propter filium Dei remittitur. Et alio loco. Promissiones aditæ legi, habent conditionem legis, hoc est, exhibentur propter impletionem legis. Promissio autem Evangelij non habet conditionem legis tanquam causam, hoc est, non promittit propter impletam legem, sed gratis propter Christum. Hæc est promissio remissionis peccatorum, reconciliationis seu iustificationis, de qua concionatur præcipue Euangelium. Vt enim hæc beneficia essent certa, non pendunt ex conditione impletæ legis. Et post pauca. Particula gratis non excludit fidem, sed conditionem nostræ dignitatis, & transfert causam beneficij à nobis in Christum, Itaque neque obedientiam nostram excludit, sed tantum causam beneficij à dignitate nostræ obedientia transfert in Christum, vt beneficium sit certum. Nam Deus plicetur se propter Christum remittere peccata, & donat spiritum sanctum, modò vt credamus, hoc est, confidamus hæc nobis propter Christum certò contingere. Et obiciens sibi. Remissio peccatorum pendet ex conditione poenitentia: igitur est conditionalis. Antecedens probatur, quia impossibile est peccatum actuale remitti, nisi accedat mutatio actus. Igitur mutatio actus saltem aliqua partialis causa est iustificationis, & aliqua ex parte meritum. Cui respondet. Neganda est consequentia. Cum enim de conditione loquimur, intelligimus conditionem nostræ dignitatis. Caterum concedimus quòd promissio habeat conditionem nostræ poenitentia, & quòd mutatio actualis peccati sit necessaria, sed tamen detrahimus huic mutationi dignitatem, vt maneat certitudo. Et clare docemus oportere in homine existere non iustitiam articuloꝝ fidei: Item contritionem, bonum propositum, & inchoatam dilectionem. De his dimittat aduersarij, quæ tamē fatentur ipsi in homine oportere existere, sed addimus oportere accedere fidem, id est, fiduciam misericordie, quod propter filium Dei habeamus remissionem peccatorum, nõ propter has nostras virtutes.

Manifestum est ex his superioribus, quòd in præcipuis articulis ex firmis scripturarum testimonijs Philip. Melan. aduersatur Io. Caluini doctrinæ, quæ tamen ipse Caluinus toti orbi tanq̄ euangelicam & diuinam audet proponere. Manifestum quoq̄ est, quòd Philip pus Melan. multum accedat communi doctrinæ sacro sanctæ Ecclesiæ catho. (quam sequuntur doctores scholastici, & definit Conciliū Trident.) nondū tamen pleuē cum ea conuenit, sed manet adhuc in suo fermento, quo corruptus & imbutus iam pridem est de fide speciali, quam nunc noticiā siue assensum facit, nunc fiduciā, frequentius autē vtriq̄; horum docet complecti. Atq̄; hanc fidem, hoc est fiduciam docet apprehendere, quasi oblatam remissionem peccatorum, iustitiā, spiritū sanctum, & per ipsum charitatē, nouitatem vitæ, & inchoatā legis obedientiā, veram pro peccatis poenitentiam, & reliquas virtutes, quæ si fidem non comitantur (secūdum Philippi sententiam) nulla fit peccatorū remissio nec iustificatio. Docent enim etiam alij aduersarij fidem à charitate, poenitentia & obedientia legis inchoata esse inseparabilē. Sed toto errant cælo. Non enim talis est hæc fides, vt verè apprehendat remissionem peccatorum, & iustitiam Christi, ex eo quòd quis credat sibi remitti peccata, Deum sibi propitium esse & placatum, & quidē nudo & solo assensu & fiducia, qua velit, imò quantum in se est, accipiat hæc dona, hoc est, se extendat ad ea apprehendēda. Nam hæc plerunq̄; contingere possunt, sine eo quòd cor accendatur vero Dei amore. Quod si ita est, quantumcunq̄; fides ad se apprehendendum extendat, semper frustrabitur. Diximus autē circa articulum primū, quòd voluntas in iustificatione impij magis passiuè se habeat siue susceptiuè, q̄ apprehensiuè, vel actiuè. Id quod clare patet in iustificatione paruulorum, & in Salomone, quando in fomino accepit à Deo sapientiam, grata tamen est ei qui iustificatur huiusmodi gratiæ & remissionis peccatorū susceptio, voluntate comitante siue sequente, non præcedente. Miscet autē Concil. Trid. de hac fide contra catholicā doctrinā, quæ prætermittimus, eo quòd hæc singula tractare prolixius esset, quā ad hoc tantum eius sententiæ adduxerimus, vt ostēderetur & ipse offendij his dictis Caluini, eaq̄; scripturis sacris cōtraria iudicare. Tradit autē Concil. Trid. de hac fide & fiducia, quā iustificatio impij requirit, verā & catholicā doctrinā, quā ait, Nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans sola fide heredem se esse constitutum, hæreditatēq̄; consecuturū, etiā si Christo nõ cōpatiatur, vt & glorificet. Nā & ipse Christus, vt inquit Apost. Paul. cū esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est obedientiā: & consummatus, factus est om-

Cap. de etiâ;

In dilutione argumentorū in locis, im-

Responsio;

Per sententiā de fide iustificante. Cap. 11. 6. 5. 5.

Heb. 5: est om-

2. Corinib. 9. est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae. Adducit praeterea sententiam Apost. Pauli, Nescitis quod hi qui in stadio currunt, &c. & B. Petri, Sagittae ut per bona opera, &c. Item Cano. 12. Si quis dixerit fidem iustificantem nihil aliud esse quam fiduciam diuinam misericordiae peccata remittentis propter Christum, vel eam solam esse qua iustificamur, Anathema sit.

Quod autem fide & quidem ea sola iustificatur & saluatur impius, probare conatur Calvinus in Antidoto 6. Ielusionis circa cap. 9. Intelligit autem tam ipse quam Philipp. cum reliquis aduersarijs, fide & hac sola impiu iustificari, tanquam instrumento, quo quasi manu spiritus nostri iustitiam Christi apprehendimus, imo & totum Christum nobis a patre oblatum sine vlllo modo vllaye conditione. Et ideo non esse opus, nisi extensione & apprehensione affectus, quasi spiritalis manus oblatum manus apprehedentis, sicuti manu pomum accipimus, vel sicut baptismum, aut certe quemadmodum sacram Eucharistiam sola oris apertione suscipimus, & deinde ipsum claudimus. Atque hanc persuasiuonem quod Christu, & in eo peccatorum remissionem accipiunt cum voluntate (ea tamen quam nouitas vitae sequitur, & charitas diffusa per spiritum sanctu) id ipsum accipiendi, nomine fidei intelligi volunt apud Apost. Paulum: quamuis & ipsi doceant conformiter scripturis, fidem correlatiue dici ad verbu Dei, eiusq; officiu esse veritati Dei subscribere, quoties, quicquid, & quotiq; modo loquitur. Statuunt enim Deu per omnia esse veracem, siue iubeat, siue promittat, siue minetur. Cu aut hac persuasio quasi cerra & infallibilis aduersetur scripturis, sicut habet sequens noster articulus, non potest huiusmodi persuasio intelligi nomine fidei, de qua loquuntur scripturae. Si vero talis oblatio quam ipsi imaginantur, secundum scripturas & Dei promissionem omnibus fieret, siue vlla conditione, aut modo, adhuc improbabilis esset haec Calvinii & aliorum aduersariorum sententia, cum secundum eos fides no apprehendat iustitiam, nisi comitantem habeat charitatem, obedientiam, & reliquas virtutes. Docent autem scripturae Deum patrem offerre, imo & largiri peccatorum remissionem, & spiritum suum, non quidem omnibus, sed poenitentibus, & corde contritis tantum: vt etiam docet Martinus Bucerus de iustificatione circa librum a Caesarea Maiestate oblatum, rei & veritatis euidentia superatus. Et Philippus vbique docet solum post serios terrores ex consideratione irae Dei ob peccata incurse, peccatorem fide respirare, & iustitiam oblatam apprehendere. Hi igitur docent contra Calvinu, fidem & promissiones Dei, quas Euangelium proponit, habere conditionem poenitentiae, & solis poenitentibus offerri: Catholica autem veritas requirit poenitentia fieri ob Dei offensam de admissis peccatis: non autem requirit, vt ait Philip, conditionem dilectionis, quia si inde penderet, nostra fides certa non esset, quia nunquam certi sumus, quod satis diligimus. Sed an certi esse possimus quod crededo satis diligim, qualis dilectio tamen nisi fide adducatur, no accipiunt per fidem peccatoru remissionem. Scripturae igitur quas adducunt pro sua fidei iustificatione, quod sola iustificet, cum de fide catholica loquantur, quae cum verbo Dei conuertitur, imperinentes sunt, nec quicq ad eorum propositu conducere possunt, quum ex ea doceant impiu non posse iustificari. Quomodo autem secundu veritatem catholicam fide & gratis iustificemur, clare explicat ca. 8. sexta sess. Concilij Tridentini, quod sic habet: Cum Apostolus dicit iustificari hominem per fidem & gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiae catholice consensus tenuit & expressit, vt scilicet per fide ideo iustificari dicamur, quia fides est humanae salutis initiu, fundamentu, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. Gratis aut iustificari ideo dicamur, quia nihil eoru quae iustificationem praecedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratia promeretur. Si enim gratia est, iam no ex operibus: alioquin, vt idem Apost. inquit, gratia iam non est gratia. Ex quibus patet nos fide catholica iustificari, tanq dispositione animu praeparante ad poenitentia & iustitia, sine qua nec poenitentia, nec vlla hominis opera Deo sunt grata vt peccata remittant, vel impiu iustificet. Non autem iustificamur fide tanqua instrumento iustitiam apprehedente, etia quando fides viua est, & parit iustitiam ac vitae nouitatem, sine quibus inaniter (vt etiam aduersarij fatetur) & frustra se extendit ad apprehendendam peccatoru remissionem. Viuam autem fidem esse volum, non a charitate quam ex se gignat, sed a vi & efficacia spiritus sancti plane persuadentis spiritui nostro, quod sumus filij & haeredes Dei per Christum, atque huiusmodi fidem non tantum viuam esse, sed & vitam animae. Ait enim Calui.

Calvinus. Longe aliud est fides quam mortua nescio quae persuasio. Vina nos Christi membra fide effici negant: In ca. 12. 107. quanto melius Augustin. qui fidem animae vitam appellat, sicut anima vita est corporis, non tamen esse iustitiam,

To. 2. fol. 40.

Rom. 11.

In ca. 8. sess. 6

Calvinus.

iustitiam, quasi anima prius natura viuere possit, quam spiritum vitae habeat, quem fide apprehendit. Philippus vero docet hanc ipsam fidem esse iustitiam: Fides, inquit, est illa res, qua Deus pronunciat esse iustitiam, & addit gratis impuari. Docet, inquam, hanc viuam fidem esse ipsam iustitiam, & non tantum iustificationis initium seu preparationem, vult tamen nos hac fide apprehensionis prius est quam res apprehensa. Igitur secundum nouos hos doctores, fides parit charitatem & vitam nouitatem ex sua foecunditate, ac veluti parens eas gignit: & ideo quia ipsa per se viua est, reliquae virtutes quasi fructus & proles (secundum aduersarios) ex ea prodeunt, sicut veritas catholica docet charitatem omnium bonoru esse matrem & radicem, Sed quam hanc fallantur aduersarij, ostendimus vbi docuimus, quomodo fides per dilectionem operatur. Quod autem fide iustificamur tanquam instrumento, quo Christum & in eo omnia alia apprehendimus, docet Philippus in locis suis. Non dicimur, inquit, fide iusti, quia tanta sit huius virtutis dignitas, vt mereatur remissionem, sed quia oportet aliquod esse instrumentum, quo apprehendimus mediatorem pro nobis interpellantem, propter quem aeternus pater est propitius.

Cui obici possit: Quare non potius hunc mediatorem apprehendimus, & completimur brachijs amoris, qui indiuiduus fidei est comes? Et Calui.

Neque enim, inquit, quicquam nostram aduersi fides ad Deu, sed quod vltro nobis offert Deus, recipit. Eius sit vt fides, quamuis imperfecta, perfecta nihilominus iustitia possideat, quia non alium, quam gratia Dei bonitatis respectu habet. Atq; ita fides iustificationem praecedit, vt tamen respectu Dei sequatur.

Monstrati certe sunt hi sermones, quod fides apprehendit, vel recipit id, quod offert Deus, quod perfectam possidet iustitiam, & no potius anima, vel spiritus hominis, quem inhabitat spiritus Christi in eo diffundens dona sua & perfectam iustitiam. Sed mirum, quo modo Dei respectu fides iustificationem sequatur, quam tamen sola fide apprehendimus & accipimus, cum Dei respectu sit secundum rei veritatem, Et circa Canonem 11.

Quos in hac questione nominamus solam fidem non mortuam a nobis frangi, & quae per charitatem non operatur, sed ipsam statim viuam iustificationis causam, Ergo sola fides est quae iustificat, fides vero quae iustificat non est sola: quemadmodum solis calor solus est qui terram calefaciat, non tamen idem in sole est solus, quia perpetuo coniunctus cum splendore. Quare totam regenerationis gratiam, non separamus a fide, sed vim ac facultatem iustificandi fidei in solidum, vt necesse est, vindicamus.

Item circa Canonem praecedentem hac ratione iustificationem nostram & iustitiam, docet esse in praedicatione Relationis. Si quis, inquit, formaliter hoc est, non qualitate, sed imputatione iustus esse doceat, vt significet in Praedicatione Relationis esse sitam nostram iustitiam, nihil erit in eo reprehensione dignum.

Ostendimus superius scripturae aduersari hanc doctrinam, quae testatur nos regeneratione accipere naturae diuinae consortium & participatione, & hanc non esse sine qualitatis infusione, nostramque iustitiam eiusdem esse Praedicationi cum iustitia Christi, sicut idem spiritus, eadem vita in capite & in membris. Sed audiamus quibus scripturarum testimonijs cogatur Calui, vt rejiciat doctrinam & interpretationem Concilij de iustificatione fidei. Ait autem.

Quoniam in promptu erat scripturae doctrina eorum placitis repugnans, vt hanc suspensionem auertat, primum quid sit fide iustificari hominem exponunt, nempe quod fides sit salutis initium & fundamentu iustificationis: quasi hac solutione essent expediti, mox ad altera conuolant, Gratis nos iustificari, ideo Apostolum docere, quia quaecumque iustificationem praecedunt, siue fides, siue opera, ipsam non promerentur.

Nullam scripturam aduersari patrum doctrinae superius recitatae, ostendimus in superioribus, & nunc rursum ostendemus respondendo scripturis, quas Ioan. Calvinus hic adfert. Fidem autem iustificare, quia salutis est initiu, non primi docent hi patres, sed ante eos sic interpretati sunt literas sacras b. Aug. & b. Ambr. Augustinus quidem de praedestinatione sanctoru: Ex fide, inquit, ideo Apost. dicit iustificari hominem non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrentur caetera, quae proprie opera nuncupantur, in quibus iuste viuunt. Et statim postea vocat fidem fundamentum totius aedificij spirituales. Idem alio loco, Possunt quidem dicere remissionem peccatorum esse gratiam, quae nullis praecedentibus meritis datur, sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est. Fides hanc impetrat. Neque enim nullum est meritum fidei, quia fide ille dicebat, Deus propitius esto mihi peccatori: & descendit iustificatus, merito fidei humiliatus, quoniam qui se humiliat, exaltabitur. Restat igitur vt ipsam fidem, vnde omnis iustitia sumit initium: de quo in canticis, Venies & pertransies ab initio fidei, nullis tribuamus praecedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quaecumque sunt merita. Nec dicat

Philip. in A. pol. de iust. f. 101.

Philip. ca. de bonis operib.

Calvinus.

Responsio.

Calvinus.

Responsio.

Responsio.

Cap. 7.

Eph. 1. 105. & 100.

Luc. 18.

August. epist. 105. ad Paulu

sibi quisquam: si ex fide, quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius red- ditur quam donatur? Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit, vt mereat iustifi- cationem, habeo fidem. Responderetur ei. Quid enim habes quod non accepistis? Cum ergo fides impetrat iustificationem: sicut vniciq; Deus partitus est etiam ipsius mensuram fi- dei, no gratiam, aliquid meriti precedit humani, sed ipsa gratia augetur, vt aucta mereat- tur perfecti, comitante no ducente, pedissequa non prauia voluntate. Et b. Amb. Principiu, inquit hominis Christiani est fides, & plenitudo, iustitia. Item, Fides est qua dat salu- tem, quam nisi mens tota susceperit voluntate, non modo nihil proderit, sed etiam obe- rit. Fidei enim gratia hanc habet potestatem, vt deuotis sibi diuinam infundat medelam: indeuotis vero conferat morbum, per quem totus homo intereat. Cognitio namq; mor- bi & medicina, salutis est initiu. Nec tamen patres dicunt fidem iustificare, quia initium duntaxat est salutis, sed addunt ipsam esse simul fundamentum & radicem omnis iustifi- cationis, sine qua impossibile est placere Deo. Et ideo non initiu quasi transiens, sed quo- modo fundamentum super quo tota adificij fabrica erigitur: & quemadmodum radix per quam arbor tota succum & viriditatem suam suscipit, dicitur esse initium arboris. Est enim a fide non tantum salutis & iustificationis initium, sed & incrementum & consum- matio. Nec sine ea aut opus, aut operans, Deo placere potest. Nam omnia bona super ea stabiliuntur, & viriditatem & gratiam spiritus accipiunt. Et merito quide fides initiu di- citur, secundu b. Augustinu, quia prima gratia est, qua nobis a Deo cofertur. Quare gratis iustificamur, quia nec fides, nec opera eam promerentur, non quia eam no precedunt fides & poenitentia. Id quod etiam contra Caluinu Philippus Melancthon supra docuit. Non enim peccatorum remissionem & donum spiritus sancti acceperunt, qui Petri pre- dicationem audierant, nisi prius corde compuncti poenitentes & baptizati.

Circa versic. Psal. 208. Principiu ver- boru veritas.

In locis theo- logicis.

Caluinus.

Rom. 1.

Responsio.

1. Corint. 13.

Rom. 7.

Quaerit in re seria versari se putarent, non adeo leuiter quasi ofitantes persequerentur. Omitto quod hominum iudicia nihil veriti sunt, quasi sacrosancto hoc decreto omnium oculos confodissent, Fides iustificat, quoniam inchoat iustitiam. Primo hoc commentum sensus communis reseruit. Quid enim magis peruerse quam totum effectum velle restringere ad solum actum inchoandi? Si inspicimus paulisper, nunquid verba Pauli patiantur se tam facile peruertere. Euangelium, inquit, potentia Dei est in salutem omni credenti, quia in eo reuelatur Dei iustitia ex fide in fidem. Quis non videt principiu & finem pari- ter hic designari? Aliqua dicendum erat, Ex fide in opera, siquidem perseuerent quoad fides inchoat. Eodẽ faciat Habacuc testimonium, Iustus ex fide victurus est: quod improprie dictum esset, nisi fides perse- ueraret vitam.

Patres hic grauitur, nimirum ex perpetuo Ecclesie consensu & scripturis conformi- ter hanc faciunt interpretationem, & Caluinus potius lectoris oculos hoc loco confode- re videtur, vt quasi cecus malitiam eius non aduertat. Nam mera malitia est, quod ex hac patrum explicatione dicat eos totum fidei effectum velle restringere ad solu actum inchoandi, quodque dicant fidem iustificare, quoniam inchoat iustitia. Docet enim co- corditer ad ecclesie catholice doctrinam, ex fide esse initiu salutis, progressum, & totius iustitiae & salutis consummationem. Aiunt enim, per fidem ideo nos iustificari, quia fi- des est humani salutis initium, fundamentu & radix omnis iustificationis. Ex fide itaq; salutis nostrae initium est per poenitentiam, & in ea quasi quodam lumine iusti ambulant & proficiunt in operibus, quam diu caliginoso hoc loco à domino peregrinantur: & per charitatem ipsa fidei Christianae est consummatio. Finis enim praeccepti est charitas ex fide non ficta, & vinculum perfectionis, sine qua inania & inutilia sunt reliqua Dei dona, imò & opera ipsa fidei & pietatis, vt docet Apo. Paulus. Falsum igitur imponit Caluinus pa- tribus, quando dicit patres docere fidem iustificare, quoniam inchoat iustitia. Cum enim dicant fidẽ iustificare no tantu quia initiu est salutis, sed etiam quia fundamentu & radix omnis iustificationis: fidei tribuunt etiam incrementum & consummationem iustitiae. Nam opus pietatis vel Deo placens esse non potest, quod ex fidei cognitione non proficitur. Sicut enim prudentia & lumine naturali dirigimur in operibus vitae ciuilibus & moru, ita per fidẽ & prudentia, qua ei innitur, per spiritum Christi dirigimur in tota vita Chri- stiana. Et libenter agnosimus locu que citat Caluin. ex Apostolo, quod Euangelium po- tentia Dei est in salute omni credenti, & hoc quia in eo reuelatur Dei iustitia ex fide in fi- dem: sed ex eo non sequitur, quod opera poenitentiae ex fide profecta non precedant iustificationem, & quod credentes in nomine eius statim sunt filij Dei, cum dicat Euangeliu, & potestate dedit eis filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Nec etiam inde profi- ciscitur quod augmentum iustitiae non est ex operibus iustorum: sed ab ea est omnino impertinens. Nam Theodoretus, Oecumenius, & alij veteres hunc locum declarantes, Oportet,

Oportet,

Oportet, inquit, credere prophetis, & per illos deduci ad fidem Euangelij. Reuelatur igitur in Euangelio iustitia, qua est ex fide in fidem: ex fide prophetarum, in fidem Euan- gelij: & hoc ordine interpretantur quoque alij eundem locum, quod iustitia qua est ex fide primo iustificat, in fidem alentem exercentemque primam iustitia, imo & per opera perfectentem, in Euangelio reuelatur. Crescite, inquit Apostolus, in omni bono opere fru- ctificantes. Et sic intelligi potest hic locus, Ex fide in opera, quorum ferax est fides per charitatem. Nam per charitate operatur & seipsam perficit, ne perpetuo maneamus, quasi modò geniti infantes. Libenter etiam suscipimus sententia prophete Abacuc, qua citat Apost. Paulus, quod iustus ex fide viuuit. Non enim solu ex fide iustus est, sed postquam factus est iustus, toto suae peregrinationis tempore ex fide victurus est, & in semitis mada- toru Dei progressurus. Itaque fides vita perpetuam reddit, sed per charitatem, per qua & operatur, & vita est anima. Nihil igitur hac probant infirmitu Caluini, quod videlicet so- li fidei est vindicanda vis & facultas iustificandi, non poenitentiae nec sacramentis.

In Abrahæ persona reduci praecipu iustificationis speculum. Audiamus ergo quo tempore fides illi ad iustitiam imputata fuisse praedicatur. Non erat certe nouitius, sed relicta patria iam annos complures dominum secutus fuerat, vt esset non vulgare sanctitatis omniumq; virtutum exemplar. Non ergo aditu illi ad iustitiam patefecit fides, vt aliunde postea iustificatio compleatur. Satis quidem superq; ex his paucis liquere arbitror, non minus iustitia complementum, quam initium fidei tribuendum esse.

Agnosimus Abraham iustu fuisse, quando de eo testata est scriptura, Credidit Abra- ham Deo, & reputatu est ei ad iustitiam, & ideo hanc iustitiam fuisse iustitiae augmentu. Na sicut diximus iustitiae augmentu imo & consummatio ex fide est, & ex fidei operibus: quemadmodu & iniuriam, non ex operibus liberi arbitrij vel legis. Quamuis enim pro- positum Apostoli sit ostendere, ex fide impium iustificari: docet tamen per hanc occasio- nem omnem iustificationem esse ex fide, & nullam ex naturali hominis cognitione. Na initio primi capitis dixit iustu ex fide viuere, hoc est, progredi in obseruatione mada toru Dei, non autem dixit ex fide esse iustum, quod tamen ei erat propositum. Hic assumit A- braha iusto ad iustitiam esse imputatum quod Deo credidit. Et quamuis credendo me- ruerit iustitiae augmentu, hoc tamen ei imputatum dicit, quasi ex gratia propter spiritum fidei & charitatis in corde eius gratiose diffusum ac manente, ex quo fides & opera pro- ficiscbantur. Hac enim ratione secundum beatu Augustinum est imputatio, non meru meritum. Nam oportet cognitionem qua requirit iustitia eiusdem cum ea esse ordinis, vt cognitio sit diuina & supernaturalis: quam sequitur iustitia Dei, hoc est, qua Deus homi- ne imbuit, & qua apud eum valet & gratia habet. Confitemur etiã & nos, quod hic ad- fert Caluinus de Abrahã, quod non erat nouitius, sed iam annos complures relicta patria Dominu secutus fuerat, quando ei fides ad iustitiam imputata fuisse praedicatur, quodq; ei propterea non solu aditu ad iustitia fides patefecit, vt aliunde sine fide iustitia comple- retur: sed fides illi per poenitentiam ad iustitia ingressu patefecit: sicut Publicanus fide ac- cendebat ad templu vt oraret, qui à longe stans nolebat oculos ad caelum leuare, sed per- cutiebat peccus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori, & descendit fide iusti- ficatus in domum suam, sed per poenitentiam spiritus afflictu super peccatis suis: Ita per opera charitatis iustitia completur ex fide. Et, sicut diximus, alia fidei consideratione est opus in iustificatione prima, qua est à peccatis, alia in eius progressu, quando in lege do- mini ambulamus: ibi enim agnosimus Christum propitiatorem, hic vero Deum adiuto- rem, protectorem, remuneratorem qui brauium proposuit, & obseruat eos, qui legitime currunt & certant. Confitemur itaque non minus iustitiae complementum, quam initiu eius fidei esse tribuendum, quum sit radix omnis iustificationis. Nec in hoc dissentimus ab aduersarijs, sed in eo quod soli fidei (poenitentia charitatis reliquarumq; virtutu operibus exclusis) initium, progressum & consummationem, totamq; perfectionem ipsi tri- buunt: ad quod nihil conducunt hac loca Apostoli adducta.

Secundum membrum est, gratitiam ideo iustificationem vocari à Paulo, quia nullum meritum pra- ecedat. Quid ergo cum idem Paulus clamat, excludi omnem carnis gloriationem lege fidei, an ad antea- riae duntaxat merita respicit? ac non potius admonet nihil esse quod gloriatur homines vsq; ad vitam finẽ, qui fide iusti sunt?

Gratuita ideo à Paulo vocatur & verè est impij iustificatio, quia nullo eius merito pro- uocatus Deus ex sola misericordiae suae abundantia iustu facit, remisit eius peccatis: Et ideo merè gratis, si impium spectemus, cuius non nisi mala sunt merita. Est tamen hic meritum vitam filij Dei, qui nos apud patre emit, & redemit precio soluto: Empti estis, inquit Apost. precio magno, & non estis vestri: Et B. Petrus, Non corruptibilibus auro

Coloss. 1.

Cap. 2.

Caluinus.

Responsio.

Rom. 4.

De gratia et lib. arbitrio cap. 8. 9.

Lucæ 12.

Caluinus.

Responsio.

1. Corint. 6.

1. Petri. 1.

vel argento redempti estis, sed præcioso sanguine quasi agni immaculati. Mera tamen gratia patris est, quod ob hanc victimam in cruce oblatâ, nos à peccatis liberat, & in filiis assumit, multis alijs præteritis & neglectis, quibus nihilò sumus meliores. Et quamvis non iustificemur à peccatis nisi pœnitentes, cum proposito vitæ melioris, nulla tamè potest esse peccatori carnis gloriatio, quod sic liberetur & adoptetur, nisi in domino, in quo certè ei magna est causâ gloriandi. Qui gloriatur, inquit Apostolus, in Domino gloriatur.

1. Corint. 1.

Quam sententiam tractans Beatus Bernardus, Non gloriari, inquit, Apostolus verat, imò præcipit potius, docens in quo & quomodo sit gloriandû. Omnia possum (inquit Apostolus, gloriando) in eo qui me confortat. Et gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra.

Philipp. 4.

2. Corint. 1.

Quare falsum est quod dicit Ioannes Calvinus, Apostolum nos admonere, nihil esse quo glorientur homines, vsque ad finem vitæ, qui fide iusti sunt, Respicit autem Apostolus ab antea acta vitæ merita, eaque excludit in iustificatione à peccatis, non opera fidei & pœnitentiæ, sed hæc respicit. Ait enim scriptura, quod Deus propter pœnitentiam dissimulat peccata hominû. Et de Niniuitis loquitur Ionas propheta: Vidit Deus opera eorum, quia cõuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malitia quam locutus fuerat, ut faceret eis & non fecit. Porro quoties apud Ezechielem: Si impius, inquit, egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia præcepta mea, vita viuet & non morietur. Et alio loco: Ad quem, inquit Dominus, respiciam, nisi ad pauperculû & cõtrarium spiritu, & trementem sermones meos. In augmento quoque & perfectione iustitiæ. Deus merita respicit, propter quæ etiam in domino gloriari oportet, quod per nos tantquam organa huiusmodi operari dignetur, & nostro vti ministerio.

Sapient. 11.

Cap. 5.

Cap. 18.

Eccl. 96.

Calvinus.

Act. 15.

Responsio.

Matth. 5.

Psal. 118.

Act. 15.

Act. 8.

Act. 10.

Rom. 9.

Nam cum ex Dauide asserit imputari absque operibus iustitiam, perpetuum fidelium statum declarat. Quemadmodû & David se ac reliquos omnes Dei filios, non in vnu diem, sed tota vita peccatorum remissione beatos esse exclamat. Nec de vnius momenti iustificatione loquitur apud Lucam Petrus, cum dicit, Per gratiam Iesu Christi credimus nos esse saluos, quemadmodû & patres nostri. Ille enim erat questionis status, An exigenda foret à gentibus legis observatio? Id fieri debere negat, quod non alia sit salus in Christiana Ecclesia, quam per Christi gratiam, nec alia unquam fuerit: & merito. Nec enim aliter firma erit promissio, nisi ex Dei gratia pendeat, ac fide nitatur, inquit Paulus, An illic etiam de præcedentibus meritis agi garriunt? Imò selectissimis quibusq; salutis fiduciam posse conseruare negat, nisi recumbat in Christi gratiam: fidem igitur aboleri, qui non retinet hæc vnicam iustitiam vsq; ad mortem.

Propriè agit hoc loco Propheta Dauide beatitudine eius cui peccata remittuntur, nõ de ea quæ est beatitudinis suæ iustitiæ profectus, de qua Saluator: Beati Pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, &c. quæ sequuntur. Et idem David: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Hæc autem non est in peccatorum remissione, sed in perfectione iustitiæ, aut operum pietatis. Non enim indiget iterata remissione, cui semel remissa sunt peccata. Ideo verum non est quod dicit Calvinus, Dauidem se & reliquos Dei filios non in vnum diem, sed tota vita peccatorû remissione beatos esse exclamasse, cum non in ea sola sit beatitudo, sed etiam quando crescimus & fructificamus in omni opere bono. Ideo non perpetuû fidelium statû declarat Paulus, cum ex Dauide asserit imputari absq; operibus iustitiam, sed pœnitentiam tantû, qui ex fide propitiatoris absq; operibus legis & liberi arbitrij iustificatur. Nec excludit opera gratiæ ad iustitiam præparantia. Et peccatorum remissio solum est terminus à quo, iustificationis: iustitia verò terminus ad quem. Quapropter filij Dei non possunt tota vita sola peccatorum remissione esse beati. & Beatus Petrus de iustificatione à peccatis loquitur. Credimus tamen per gratiam Domini nostri Iesu Christi, nos & vniuersos saluari omni salutis & iustitiæ gradu ac progressu, quatenus ex hac gratia est nobis spiritus pœnitentiæ, fidei, & charitatis, omnique virtutis, quas propterea nõ excludit, imò magis tanquam effectus & quasi quosdam fructus secû adfert & largitur. Docemus etiã nos questionis propositæ Apostolis statum fuisse, An exigenda foret à gentibus legis Moisaicæ observatio, cuius solius & circumcissionis meminit principii capitis. Non autem status questionis fuit, an impium ex fide pœnitere debeat suorum peccatorû. Dixerat enim B. Petrus Simoni Mago, Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deû si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Item Paulus testificabatur Iudeis atq; gentilibus in Deum pœnitentiã & fidem in Dominum nostrû Iesum Christû. Ideo autem negat à gentibus exigendam huius legis obseruationem, quod non alia sit salus in Christiana Ecclesia, quam per Christi gratiam. Credebant enim quidam & docebant, quod nisi circumcidamini secundû morem Moyfi non potestis saluari, quasi ex operibus legis sine gratia Christi, salus contingere posset, vel Christi gratia non esset sufficiens: de quibus etiam Aposto. dum ait, Centes quæ non

secta-

sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam: iustitiã autè quæ ex Deo est. Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem non peruenit. Quare? quia nõ ex fide, sed quasi ex operibus, legis scilicet Moisaicæ. Hic enim erat scopus disputationis Apost. cû Iudeis, quod lex Moyfi non esset ad salutem necessaria, sed fides sufficeret, modò non esset sterilis, Cir conciso, ait Apostolus, nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Et alibi: Sed fides quæ per charitatem operatur. Rursus. Neq; circumcisio aliquid valet, neq; præputium, sed noua creatura. Idem intelligens per hæc tria, nouam creaturam, fidem per dilectionem operantem, & mandatorum obseruationem. Nos quoque docemus ex Aposto. Paulo non aliter firmam esse promissionem, quã quia ex gratia Dei pendet & fide nititur. Ex Dei enim gratia voluntas humana cõsequitur insuperabilem fortitudinẽ. Ita enim subuentum, infirmitati voluntatis humanæ, vt diuina gratia indeclinabiliter & inseparabiliter agatur, vt dicit B. Augustinus. Et præcedentia merita hic excludit, nõ opera pœnitentiæ ante peccatorum remissionem. In iustitiæ verò incremento nec merita excludit, quæ ex fidei spiritu & gratia proficiuntur. Quapropter & ipsa sunt dona & gratia Dei. Ipsum enim iustum facturum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulatum. Propter quam præparationem quæ frustrari non potest, certissimè & inseparabiliter in illis sumus ambulaturi. Quocirca firma manebit Dei promissio, quamuis sine his operibus non impleatur. Et sanctissimos recumbere in Christi gratia salutem expectando nos etiam confitemur. Ex Christi enim gratia expectant etiã opera, quæ preparauit eis Deus, vt inde salutem consequantur.

Iustificamur gratis, inquit, quod nulla opera quæ iustificationem præcedant, ipsam promerentur. Atqui dum Paulus Abraham materiam admittit gloriandi, quod fides sit illi imputata ad iustitiam, probationis loco mox subiicit, Vbi sunt opera, illic debitum premium rependi. Fidei autem quod datur, gratiã est. Notemus de sancto Patriarcha verba fieri. Negat Paulus quo tempore mundo renunciauerat, vt se totum Dei obsequio addiceret, vllis operibus fuisse iustum. Nonne ergo ter cæci iudicandi sunt, qui gratiam Dei iustitiam non vident, nisi in ipso vestibulo: regnare autem in ipso ædificio putant operû merita? Hoc quippe modo satisfactum pronuntiant Apostoli sententiã, Si ex gratia, ergo non ex operibus. Atqui Paulus quod saluus fuit reliquit, & ab æterni exitij periculo mirabiliter à Deo conseruatur vsq; in finem, id acceptum referit Dei gratiæ. Nullum igitur abest quin ad tantulam portionem, hoc est ad solum principium restringat.

Re. Et patres aiunt gratis nos iustificari, quod nulla opera ipsam iustificationem promereantur: Nam & Aristoteles ita gratiam & gratis facere describit. Sit, inquit, gratia per quam dicuntur roganti gratis aliquid facere, non pro re aliqua, nec vt sibi quicquam qui faciunt, subueniãt, sed vt cui faciunt. Qui aut sui causâ faciunt, aut quoniã coacti, aut quoniã reddiderunt, nõ dederunt, gratia nõ est. Veròq; enim modo quid pro quo. Nec Aposto. Paulus tollit Abraham gloriandi materiam, si ex operibus iustificatus est, iustitia quam docent in Ethicis Philosophi, nisi apud Deum duntaxat. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam sed non apud Deum. Et vbi opera legis sunt vel liberi arbitrij, ibi debitum premium secundum Apostolum exigere potest. Vbi autem opera sunt fidei & gratiæ (quia hæc dona Dei sunt) gratuitum est quod eis datur, imò & quod redditur, vt docet B. August. Nec Paulus negat sanctum Patriarcham vllis operibus fuisse iustum. Apertè enim docet eum iustum fuisse credendo, & ita operibus fidei. Et clarissimè B. Iac. eum ex operibus esse iustificatum docet: Nam filium suum Isaac super altare fide obtulit. Falsum patribus imponitur, quod gratuitam Dei iustitiam non vident, nisi in ipso vestibulo: regnare autem putent in ipso ædificio operum merita. Nouerunt enim Dei iustitiã, vt initio, ita in progressu & consummatione esse gratuitam, ipsamque cum fide in toto ædificio, cuius fundamentum est fides, regnare. Nec tamen minus regnant operû merita, quæ gratiam, valorem, & dignitatem ex fidei & charitatis spiritu accipiunt. Et plenè satisfactum est per hanc distinctionem operû legis & operû gratiæ, sententiã Pauli Apostoli. Si ex gratia, ergo non ex operibus. Cùm enim opera fidei & iustorû merita, sint dei dona, nõ distinguuntur contra gratiam, sed contra opera legis & liberi arb. tantum. Et B. August. vertit Opera, in merita operum, vt sensus sit, Si ex gratia, nõ ex operum meritis. Et quia loca ex B. Paulo citata agunt de gratia electionis & promissione facta Abraham, quod videlicet in eius semine essent benedicende omnes gentes, nihil faciunt ad fidem speciale, qua quis sibi certò & infallibiliter persuadet sibi remissa peccata, Deumq; propitium: ad quam solam tamen à Caluino torquentur.

Artinus Bucerus in explicatione libri à Mafest. Cæsarea Ratisponæ collocutoribus propositi, circa articulum de iustificatione sententiã libri sequens, propius ad veritatem

1. Corint. 7. Galat. 5.

Aug. de cor. et gratia c. 8. & cap. 13. De corrept. & grat. ca. 12.

Ephes. 2.

Caluini.

Responsio.

2. Reib. c. 7. de grat.

De grat. et li. arbit. cap. 8. De corrept. & grat. ca. 7. & in epist. ad simonem.

De bonis peruen. cap. 18.

ritatem accessit, qui contra Calvinum docet penitentibus dundaxat de peccatis ob Dei offensam, Dei misericordiam & peccatorum remissionem offerri, & ideo eos sola fide eā apprehendere, hoc est, fidem esse proximam dispositionem ad iustificationem, non penitentiam secundum Deum, nec Dei amorem, quamvis sine his, & sine proposito vitam emendandi fides non sufficiat ad iustificandum, ad eam tamen solam, proximā iustificationis causam esse referendam, & ideo non esse relinquendam formulam loquendi, Sola fides iustificat: vel Sola fide iustificamur. Ait enim Bucerus.

Folio. 165. in fine.

Bucerus.

Quis Christus non salvet nec iustificet nisi peccatores, eos tamen solū, siquidē rationis usum habeant, quos suorum peccatorum & impietatis verē peniteat, quos ante peccatorum remissionē, & de benivolentia Dei, certam fiduciam, verā commoneat animos de peccatis penitentia, pungat dolor de offensā Dei, & certa existat peccatorum derelictio, ita ut eorum corda compungebantur, qui audito Petro dicebant Apostolus, Quid faciemus viri fratres? Et audiebant, Peniteat vos, & baptizetur quisq; in nomine Iesu Christi ad remissionē peccatorum, & accipietis. domi spiritus sancti. Vt ergo remissio peccatorum nō nisi à penitentibus percipi potest, & donatio iustificationis ijs modō promissa est, qui sunt corde propter offensū Deum contriti, & Dominus ad eos tantū respicit, qui afflicti sunt & spiritu confertato, pauentēq; ad verba eius. Nam summa evangelicē predicatiois verūq; complectitur, penitentiam per nomen Christi, & remissionem peccatorū. Nec esse potest hæc penitentia, nisi præueniente motu spiritus sancti, quo mens & voluntas moueatur ad derelictionem peccati, Nam omnino vera & salutaris peccatorum penitentia (quam necesse est, si non tempore, natura tamen iustificationi in nobis perfectē, hoc est, remissioni peccatorum preire) excitari in nobis, nisi per spiritum sanctum non potest, qui sua virtute cor nostrum aperiat, ut verbo suo sine illato auribus, sine ad mentem reuocato auscultemus, & fidem accommodemus, omnēq; liberi arbitrij matum perueniat. Oportet enim à spiritu sancto nos præueniente moneri, cum mentem, ut peccata mala & derelictanda esse certō iudicet, tum voluntatem, ut ea plenē oderit & detestetur. Prædicamus igitur in Christo non solum remissionem peccatorum, & in filios Dei adoptionem, sed etiam veram vitamq; penitentiam: nec solum animi de gratia Dei consolationem, & in spem vitæ erectionem, sed etiā cordis propter offensam Dei contritionem & spiritus compunctionem, sed etiam summam omnīs prauis studiū derelictionem, & à iudicio Dei trepidationem, Non conversionem modō ad Deū, & nouæ vitæ meditationem, sed etiam ab omni peccato sollicitam auersionem & peccati in nobis assidua & feruenti mortificationem. Atqui hæc omnia quæ vera ac salutaris penitentia opera sunt, prædicabimus in nomine ac virtute Iesu Christi, non in nomine ac virtute generis humani, iustificantes vnū esse Dominū Iesum, qui hæc omnia in nobis suo efficit spiritu, quo nos vero de admisis peccatis dolore, & certa animi contritione sic afficit, ut æri ac perpetua contritione omnē veterē hominem exuere studeamus. Hæc enim sola est vera & salutaris, ac non penitenda penitentia. Hæc est quam Apost. Paulus cum collegis suis testificatus est Iudeis & grecis penitentiam in Deum.

Art. 2.

Esai. 6. Esai. 60.

Luc. 14.

Responsio.

Bucerus.

Responsio.

Artium 20.

Multū certe promouit Mar. Bucerus ex hoc libro à Cæfare oblato. Nihil enim in hac eius doctrina desiderari potest, sed per omnia consentit cum doctrina Ecclesie catholicæ. Verū hanc postea relinquens atq; ab ea deficiens, errare incipit in persecutione argumenti, tum tandem addit: Cui penitentia fides in dominum Iesū deesse non potest, sicut nec huic illa.

Pro enim Evangelio, & eodem Christi nomine & penitentia in Deum, & remissio peccatorum per Christum annuntiat: Vno opere spiritus cor aperitur electis, ut auscultantes Evangelio, vna eademq; fide agnoscamus nos in Deum, non modō turpiter ingratos, sed etiam contumeliosos in Deum fuisse impios, aternamq; eius iram & abiectiōē meritis esse, & nihilominus in Christo Iesu propitiationem nobis Dei, & remissionem peccatorum, adoptionemq; in filios Dei, & vitam æternam, vtrouca & obuia bonitate, certissimāq; voluntate offerri. Ex qua fide, quia mens videt agnoscitq; suam fatalissimam turpitudinem & horrendam iram Dei, verus de peccatis dolor, certaq; impietatis nostræ detestatio, & solitudo diuini iudicij terror generatur in animis Evangelium auscultantium. Et rursus quia eadem fide animus firmiter credit Evangelio etiam ea parte, qua annuntiat non modō oblata peccatorum omnium veniā & remissionem omnīs & offense, & penæ, verū etiam paternam Dei charitatem, & in vitam beatam adoptionem, nō potest in eodem animo non existere, & fiducia huius misericordie amplissimæq; beneuolentiæ Dei, atq; spes promissæ salutis & hereditatis indubitata, cum qua fide, fiducia, & spe necessaria ardet in eodem animo, vera quoque in Deum charitas, studium flagrans, & veneratio cultusq; solidi pius & fidelis.

Hic fraudulenter agere incipit & errat Bucerus, docens omnium horum necessariam esse connexionem. Nam cum obiecta penitentia, fidei, spei, & charitatis sint diuersa, & virtutes istæ, & earum actus multum ab inuicem distinguuntur (Nam penitentiam in Deum, & fidem in Christum distinguit Aposto. Paulus) non est necessaria omnium horū cōnexio. Et quamuis eadē fide hæc credantur, horrenda videlicet ira Dei, & peccatorum remissio, ac præcipua Dei charitas, diuersæ tamen sunt Evangelij partes, ut ipse Bucerus hic scri-

hic scribit, aliæq; fidei considerationes. Potest enim impietas esse detestatio & consideratio sine assensione oblata veniæ, & diuerso, & contemplari possumus paternā Dei erga nos charitatem, non considerata peccatorum turpitudine, nec oblata venia, nec gratuita peccatorum remissione, & sibi inuicem hæc posse succedere, & ira ab inuicem separari, experientia testatur, & quæ in Bucero sequuntur manifestant. Possunt tamen hæc omnia quæ Bucerus hic ponit concurrere in iustificatione impij, sicuti & nos in ea multa requirimus, & tunc impij iustificatio, non fit per fidem, sed per veram penitentiam ex fide procedentem. Addit enim.

Si ex predicatione Evangelij animus id tantū apprehendat, quā sit scda & iniusta Deo, gheben- nax, obnoxia nostra ante eā vita, & non simul remissionem peccatorum, & gratiam Dei in Christo, nihil profecto ille quā desperare poterit, ut de Cain & Iuda legimus. Proinde si spiritus Domini memem magis desigat in eam partem Evangelij, qua illud degegit vitæ nostræ turpitudinem, & denunciat meritam iram Dei, quā in eam qua offert condonationem peccatorum, eā maior quoque sentitur à iudicio Dei trepidatio. At nisi idem spiritus animum & in hanc alteram Evangelij partem de venia & remissione peccatorum, atque celestis hereditate, vel aliquantulum erigat, nec credere in Christum & Deum poterit, nec veram & emendatricem peccatorum penitentiam concipere. Desperabit potius & disside deū incipiat.

Ex his Buceri dictis clarissimum est quod separari possunt apprehensio fœditatis & ira Dei, & consideratio Evangelij de venia & remissione peccatorum. Alteram enim in desperationem adducere dicitur alteram ad fiduciam misericordie & remissionis peccatorum, sine qua fiducia sine spe veniæ agnoscimus non esse veram & emendatricem peccatorum penitentiam, nec concipi posse. Sed quid hæc commune habent cum fide quam ex libro Cæf. Ma. adducit & probat Bucerus? Non enim ex eis sequitur quod hæc fides penitentia deesse non possit, nec verum est quod non possumus in Christum & Deum credere, nisi spiritus erigat in partem Evangelij de remissione peccatorum. Credūt enim in Christum & Deum, qui oblitri eorum quæ retro sunt, ad ea se extendunt, quæ sunt priora & brauium prosequuntur supernæ vocationis Dei. Et vera penitentia spem veniæ complectitur, & ex fide verbi Dei, quā scilicet placabilis est super malitia, proficiscitur, & ideo sine ea docemus & nos penitentiam non esse emendatricem: Nec cum fiducia & spe in eodem animo esse oportet flagrantem in Deum charitatem. Nunquam igitur veræ penitentia, fiducia veniæ, gratiaque Dei abesse potest, fiducia tamen beneuolentiæ Dei sine penitentia haberi potest: in quo iterum errat Bucerus, dicens hæc fiduciam sine penitentia peccatorum haberi non posse, sicut nec vera penitentia sine fiducia beneuolentiæ. Hæc enim fiducia toti iustorum vitæ qua ad brauiū currunt adest, atq; eā semper comitatur. Intelligēs aut Bucerus hæc ab inuicem posse separari, scilicet veram peccatorum penitentiam & fiduciam beneuolentiæ, callidē addit eas non posse separari, quanquā nunc penitentia, nunc fiducia in animis fidelium vim suā magis explicet, peccatorum & ira Dei cōsideratione. Quamuis igitur secundum Bucerū verē penitentibus solum offeratur in Christo Dei misericordia, docet tamen seruandam esse hanc loquendi formulam, Sola fides iustificat, & sola fide iustificamur. Fidem autem intelligit motum spiritus sancti, quo verē penitentes veteris vitæ eriguntur ad Deum, & verē apprehendūt misericordiā in Christo promissam, ut iam verē sentiant quod remissionem peccatorum & reconciliationem propter meritum Christi, gratuita Dei bonitate acceperunt, & clamant ad Deum, Abba pater, hæc sola docet nos iustificari, non per exclusionem penitentia (hanc enim præcedere docet) nec charitatis, aut studii nouitatis vitæ, quæ fidei inseparabiles comites dicit, nec etiam per exclusionem bonorū operū. Alienus enim est hæresi, quam B. August. improbat, quod sine bonis operibus per solā fidem, quæ est firma & certa assensio verborū Dei (ea enim sola ad hæc vsq; tempora cognita fuit apud hæreticos) peruenire possumus ad æternam vitam. Docet enim hanc fidem, bonorum operū esse feracē, & sine ipsis nō posse subsistere, nec compati peccatum vastans conscientiam, quod nos mortale dicimus. Eadē enim prædicat ipse & nostri aduersarij reliqui de fide, quæ nos de charitate, cui illam dignitate præponunt. Nam sicut Apost. Paulus dicit finē præcepti esse charitatem, & plenitudinē legis esse fidem, eod quod charitatem & legis obseruationem in se cōtineat. Quemadmodū ergo nos rectē dicimus nulla opera verā charitatē habētis esse tam mala, vt eum condemnare possint, ita ipsi docent nulla opera credentis in Christum tam mala esse, vt ipsum condemnare possint. Et rectē dicerent, si esset ea fides quam imaginantur & fingunt. Sola ergo fide nos iustificari asserit Bucerus, propterea quod ad eam solam transferenda sit tanquam ad causam, vis & efficacia iustificandi, & ipsa sola sit dispositio

Bucerus. Folio 186. in Princip.

Responsio.

Lib. 21. de ciuitate Dei, ca. 16. et isto li. de fide & ope.

1. Tim. 1.

imite-

immediata & proxima, per quam iustificamur, & sine qua nemo iustificetur. Excludit itaque particula, Sola, veram pœnitentiam, Dei amorem, item quodlibet aliud hominis opus, ab efficacia, vi, & proxima dispositione ad iustificationem. Agit enim hic Bucerus non de causa iustificationis formali, sed dispositiva tantum. Contra quem errorem superius citauimus Prophetam Dauid, qui Domino ait, Cor contritum & humiliatum Deus non despicies: quodque Deus vidit opera Niniuitarum, quia conuersi sunt & eorum est miseris. Et scripturæ passim tribuunt pœnitentiæ & à peccatis auersioni peccatorum remissionem, non facta mentione fidei, quam tamen supponit præcedere, & pœnitentiam ab ea proficisci, sicut Aposto. Paulus & Euangelia plurima tribuunt fidei, vbi non faciunt mentionem pœnitentiæ vel operum, quæ tamen propterea non excludunt, quum sint fructus fidei, sine quibus viuida esse non possit, non magis quam corpus sine spiritu. Atque hoc modo seipsum declarat Aposto. Paulus dicens, Hoc verbum (de quo Moyses in Deutero.) quod propè est in corde, & in ore, esse verbum fidei quod prædicauit: Verbum autem Deutero. certum est fuisse de reuertendo ad Dominum Deum ex toto corde & tota anima. Et certum est Augustinum peccatorum remissionem ad amorem Dei tanquam causam retulisse, quando scribit in Enchirid. Charitas quam duabus istis, id est, fide & spe maiorè dixit Apostolus, quanto in quocunque maior est, tanto melior est is in quo est. Cum enim quæritur, Vtrum quisquam sit homo bonus, non quæritur quid credat aut speret, sed quid amet. Nam qui rectè amat, proculdubio rectè credit & sperat: Qui verò non amat, inaniter credit, etiam si sine vera quæ credit, inaniter sperat. Idem ostendit fidem non habere vitam, nisi à charitate, nec ex se viuam, nec vita esse potest sine ea: sicuti corpus ex se viuum non est quod vitam amittere potest. Hac autem similitudine vitur B. Iacobus. Ad fidem verò quam fingunt aduersarij, & ad hanc solam iustificationis causam referre, perniciofa nouitas est, & pestilens fons multorum errorum.

Psal. 50. 101. et 3.

Exech. 18.

Deutero. 20.

Cap. 117. 1. Cor. 13.

Bucerus.

Est formula loquendi, Sola fides iustificat. sancti & patres vsq; sicut, Origenes, Hilarius, Ambrosius, Basilus, Augustinus, Chrysostomus, & qua nos significatione, iustificationem scilicet nos nullo merito, sed ex sola Dei gratuita misericordia, fide in Christum percipere, fidemq; solum, vt diuus Chrysostomus scribit, adueniens apprehendere salutem in Christo. Cum itaque, iustificari sola fide, prorsus idem polleat, atque ex fide & non operibus, quod Paulus dixit, nos illa loquendi formula vsq; sumus, nec eam Iohannis concedere potuimus. Etenim ne quis id intelligat de fide, quæ sola, id est sine charitate maneat, ac proinde mortua sit, diligenter studemus monere, nos de fide loqui viuam, quæ charitatem & totam hominis innotationem necessariò coniunctam habet.

Responsio.

Agnosciimus patres vfos esse hac formula sermonis, sed longè alia significatione, quam Bucerus & collegæ eius, quod ipsa non ignorans fallaciter addit, patres non solum vfos esse hoc sermone, sed & qua nos significatione vsi sumus, quam significationem etiam explicat, iustificationem scilicet nullo nostro merito, sed ex sola Dei gratuita misericordia fide in Christum nos percipere. Hanc quidem significationem patres reuera intellexerunt, & nos eandem sequimur, sed quis patrum vquam intellexit fidè immediatè apprehendentem iustitiam, & per se sine charitate viuam, per quam verè sentiamus nos peccatorum remissionem accepisse, sicut ex fide certi sumus futuram esse corporum resurrectionem, Non enim aliam nouerunt fidem, quam quæ tribuitur verbo Dei, quicquid etiam Deus loquatur, siue supplicium comminando, siue salutem promittendo. Nec verum est quod dicit Bucerus, quod ex tota fide iustificari, prorsus idem polleat, atque ex fide & non operibus: quia ipse intelligit, ex sola fide nos iustificari, fidem esse immediatam & efficacem dispositionem ad iustificationem: esse autè potest, imò reuera ita est quod non fides, sed ex fide pœnitentia talis sit dispositio. Præterea sola fides, omnia alia excludit. Fide autem & non ex operibus, opera fidei & gratiæ non excludit, quibus ad iustitiam diuinitus præparamur, & non ex solo fidei motu. Solum autem excluduntur opera legis vel nature apud Aposto. Pauli. Monet Buc. se loqui de fide ex se viuam, non à charitate viuida, quum Apostolus Paulus clarè testetur se nihil esse sine charitate. huic tantum accepti ferens, quod sit aliquid, & quod fides aliaque Dei dona ei profint. Fatemur autè patres quos superius citauit Bucerus, aliquando dicere sola fide impium iustificari, sed sensu longe alio, quam intelligit nofter Bucerus. Nam pro diuersitate argumenti quod tractat, particula, Sola, nunc vnum nunc aliud apud eos excludit: excludit enim aliquando tantum opera sacramentorum externa, quando de necessitatibus articulis ea adhiberi non patitur: quandoq; opera ceremonialia, vel iudicialia veteris legis: nonnunquam opera quæ sunt ante fidem, vel per legem, aut per naturam: aliquando opera quæ sunt merita iustificationis. Et sicut dicit B. Chrysostomus, fides per seipsam plena est operibus, & vbi primum

1. Cor. 13.

August. 4. de baptismo.

Bernard. in epist. ad Hug.

credimus, nisi eam impediamus, opera statim sequuntur. Ideo patres omnia quæ fidè committantur, quæq; iustificationem, necessaria præscribit, nomine fidei comprehendunt, & fide sola nos iustificari dicunt, quia ipsa per se & per alia quæ in nobis efficit & præscribit, iustificat. Horum ponamus exemplum. Origenes in cõment. circa locum Apostoli, arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis, Dicit Apostolus, inquit, sufficere solius fidei iustificationem, ita vt credens quis tantummodò iustificetur, etiam si nihil operis ab eo sit expletum, & sola fide sine operibus dicit latronem iustificatum, & Magdalena ex nullo legis opere, sed ex sola fide dixisse Christum, Remittuntur tibi peccata tua. Et mox subdit, Fides tua te saluum fecit, vade in pace. Hoc sermone vsum legitimus Saluatorem, vt credentis fidem diceremus causam salutis ipsius. Et paucis interpositis sese explicans addit, Igitur vt ad propositum redeamus, iustificatur homo per fidè, cui ad iustificandum nihil conferunt opera legis: vbi verò fides non est quæ credentem iustificet, etiam si opera quæ habet ex lege, tamen quia non sunt adificata super fundamentum fidei, quauis videantur esse bona, operatorè suum iustificare nõ possunt, si eis deest fides quæ est signaculum eorum qui iustificantur à Deo. Vbi aperitissimè explicat fe intelligere sola fide iustificari impiu, quia per fidè & nõ per quæcunq; opera sine fide. B. Amb. Sicut, inquit, sufficit Iudæ ad scelera Christi deseruisse, ita sufficit latroni ad innocentiam, domino credidisse. Et ad Irenæu atq; aliis in locis similia, Vbi, inquit, quis credit, ira Dei discedit, vita autem accedit. Sed explicat in eodem sermone se non exclusisse opera interiora à fide procedentia. quum mirificè commendat deuotionem fidei, spem & deuotionem ipsius, & sua oratione latronè iustificatum apertè dicit. Et in ser. 44. expressè dicit latronem plus amasse Christum, quam Iudas amauerat in cœna, ipsumque desepixisse vitam præsentem, & pro fola futura Christum orasse. Item & grauitè se accusasse, imò & dicit plus amare ipsum Christum cœpisse, ex quo intellexit vulnera illius esse vulnera sua ipsius non Christi. Similem sensum habuisse alios patres, quando sola fide impium dicunt iustificari, constare poterit, si circumstantiæ locorum quæ citantur, diligenter expendantur, prout eruditè & copiosè docet venerabilis pater Andreas à Vega ordinis fratrum Minorum, in expositione Tridentini Decreti de iustificatione.

Quamuis autem, non sola viuam fides, sicut charitas sola ad salutem & iustitiam sufficiat. (Est enim iustitia formalis, & ea manente, sumus filij Dei & hæredes) ipsa tamen fides sola non iustificat impium, nec charitas, sed propriè pœnitentia sola, hoc est Sacramentum baptisimi vel pœnitentiæ. Hęc enim à Christo sunt instituta ad impij iustificationem. Atqui ipse Martinus Lutherus quamuis impius, hanc formam sermonis, Sola fide iustificamur, sapius improbat: quia ex huiusmodi prædicatione dicebat multa schandala nasci, & homines fieri carnaliter securos. Prosequitur autem Martinus Bucerus.

Pigribus aduersus nos pugnat de causa iustificationis receptina, quam charitatem facit, negat esse fidem, etiam si in genere suo perfecta sit: sed dicit amorẽ syncerum dei, habentem amorem filialem sibi coniunctum, esse dispositionem ad iustificationem proximam, efficacem, & inseparabilem ab illa, vt quæ sola nos Deo coniungat, & virtutem Christi moribus eius nos iustificantem & sanctificantem deuocet & illiciat, & misericordiam Dei residere super nos faciat. Ad quam sententiam probandam, hanc adfert Pighius demonstrationem. Dilectione Dei ex timore filiali desinitus, quisque non seruat pactũ Dei, nec est memor preceptorũ eius vt faciat ea, nõ manet in morte, nõ habet Deũ patrem, nõ diligetur à Deo, non est participes testamenti illius: Ergo amor Dei syncerus habens coniunctũ timorẽ Dei filialem, et obseruationẽ mandatorũ eius, est quo iustificationẽ recipimus, nõ fides. Cui demonstrationi respondes Bucerus, dicit huic argumentationi simile. Sine vsu sensuum tibi potiusq; concõsione, digestionẽ, & motu nemo vinit, ergo vis qua per se primo vitam recipimus, est vsus sensuum & motus. Dispositio proxima & efficax ad iustificationem, propriè non est secundũ se amor Dei, sed vera pœnitentia ex Dei amore suscepta, qui in iustificatione perficitur accedente sacramento; & per spiritum sanctum diffunditur ipsa hominis iustitia, qua formaliter inintrinseca denominatione fit iustus. Pergit Bucerus.

Fatemur hominem in morte manere & esse à Deo alienum quã diu est absque dilectione Dei & proximi, absque studio & obseruatione preceptorum Dei, verum amorem vel Dei vel proximi illud esse, quo primum homo coniungitur Deo, vel inseritur Christo, & donatur in diciturq; iustitia Christi, nõ negamus & auctoritate Christi, qui ipse Apostolo suo testatus est. hæc recipi fide, rum idem ratione etiam euidenter demonstratur. Nec enim amare Deum vt Deum quisq; nam potest, nisi agnoscat eum velle. & sibi deum esse, id est seruatore, vt eq; æterna largiorem. Hoc verò opus si dei est, quo creditur. Euangelio, id est certè per suasionis, qua spiritus sanctus persuadet, & nobis Christũ à deo donatũ redẽperẽ, & cũ cõ omnia, Cui persuasione necessario adhaeret quidẽ sed nõ præ syncerum amorẽ Dei, timorẽ filialem, studium Deo

Serm. de fide et lege nau.

Rom. 3.

Luce.

Serm. 45. de sancto latro. Epist. 71. li. 11. de pœnit. c. 10. & 11. & 12. 2. cap. 8.

Lf. 11. ca. 23.

Bekius in apol. aduersus calumnias Buc. fol. 151. Bucerus.

Responsio.

Bucerus.

Responso.

Acto. 20.

Ioan. 14.

Responso. Toelis. 3.

Cap. 49. Cap. 3. 1. Corin. 3.

Rom. 1.

Aff. 14.

1. par. quef. 35. li. i. ca. 11.

Cap. 12. de diuin. nomini.

Li. 1. de fide. cap. 1.

In regu. mo. nacho. cap. 2.

se approbandi per omnia. Qui enim homo persuasus ex Euangelio Christi sibi esse, & adferre semel expectanda omnia, cum non simul atq; in animo eius ista Euangelij persuasio existit, amet Sinceriter, colat, obseruet?

Amorem Dei in penitentia ipsamq; ex amore penitentiam, esse illud quo homo induitur, atq; reuera imbutur iusticia Christi, & fit diuina nature confors, ostendimus ex verbo Saluatoris, de Magdalena, qui causam propriam remissionis peccatoru refert ad dilectione in penitentia, quam eius lachryma testabanrur. Penitentia itaq; ex fide & Dei amore procedens, summa & immediata ac totalis fuit dispositio, per qua est iustificata. Nec ignoramus Christu per suum Apostolu testari, quod fide iustificamur, imo hoc ipsum docemus, sed nulla scriptura habet quod iustificamur sola fide. Nam ipse Apostolus Paul. testatur Iudaeis & Gentibus penitentiam in Deu & fidem in Iesum Christum. Item Christus iussit suos Apostolos predicare in suo nomine penitentia, & remissionem peccatoru. Atq; vt iam aliquoties diximus, ignota fuit Christo & eius Apostolis fides hac qua tame solam predicant, & sic vrgent aduersarij, vt sine ea fide neminem iusticia consequi posse doceat. Tandem Martinus Bucerus diffusi scripturarum autoritatibus, transfert se ad ratiocinatione, per qua euidenter demonstrari iacet, quod sola fide iustificamur, qua si diligentius perpendatur, inuenietur futilis paralogismus, nihil soliditatis habens, cum ex falsis procedat, nec tamen inde sequitur conclusio quam putat. Ait enim, Nec enim amare deum, vt deum quisquam potest, nisi agnoscat eum velle & sibi deum esse, id est, seruatore, vitæ, æternæ largitore.

Quid si amet Deum quamuis non vt Deum, sed vt misericordem, & quomodo eum nobis proponit propheta, Couertimini ad Dominu Deu vestru, quia benignus & misericors est, patiens & multa misericordiae, & prastabilis super malitia: sicut Hier. Esaias, & Paulus. An is amare non poterit, quomodo eum dilexit Magdalena, qua ex hoc amore ad eum accessit, vt acciperet peccatorum remissionem? Et quod proposito adducit hic implicare & specificare cu clarissima rei obfuratione Deu amare vt Deu. Et falsum est, quod nemo Deu vt Deu amat, nisi agnoscat eu velle & sibi Deu esse, hoc est, seruatore, & vitæ æternæ largitor. Nec enim nomen, nec ratio Dei hoc habet, quod fit seruator, vitæq; æternæ largitor, multo minus quod Deus sit mihi seruator, & æternæ vitæ largitor. Ethnici enim & philosophi gentes cognouerunt vnū esse Deu: na quod notum est Dei manifestu est illis. Inuisibilia enim Dei per ea qua facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Nec sine testimonio semetipsum apud eos reliquit. Nam B. Thom. ex autoritate Dionysij & Damasceni, dicit hoc nome Deus esse nome impostum ab operatione vniuersali, scilicet rerum prouidentia, & omnes de Deo loquentes hoc intendunt nominare, quod habet prouidentiam vniuersalem de rebus. Ait enim B. Diony. Id quod Deus est, omnia videt prouidentia & bonitate perfecta. Item B. Amb. Deus & Dominus nome magnificetia, nomen est potestatis, sicut ipse dicit, Dominus mihi nomen est: Dominus ergo & Deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod spectet omnia, & timeatur a cunctis. Igitur Deus secundum propriam rationem includit quod is qui Deus nuncupatur, habeat omnium curam & prouidentiam ex sua bonitate. Hac autē ratione eum amari non posse, nisi simul specificet apprehendatur vt seruator & æternæ vitæ largitor: quis Bucero cōcedat, nisi qui cu infano simul insanire velit? Porro multis aliis rationibus Deu amari posse natura charitatis testatur, qua Deu propter seipsum amamus, vt quia bonus est, & omniu bonoru fons, habes ipsum esse veluti quoddā pelagus substantiæ infinitu. Itē alia multa sunt beneficia, qua ad eius amore inuitat, vt docet b. Basilius. Subsumit autē Bucerus. Hoc opus fidei est, agnoscere videlicet eum velle & sibi Deum esse, id est, seruatore, vitæq; æternæ largitor: et quidē fidei est, qua creditur Euangelio. Quod quæso Euangelium & apud que euangelium inuenias, quod habet deū se velle esse deum credenti, hoc est deū velle, quod sit deus credenti, id est, seruator eius, vitæq; æternæ largitor. Nec hoc persuadet spiritus sanctus, quod vnicuiq; nostrum Christus donatus sit a deo redēptor, & cu eo omnia, secundū intellectū Bucer. Intelligit enim nō solū paratū esse deū ad nos seruandū & largiendū vitā æternā, nosq; redimendū, sed quod omnino hac sola fide in nos transferat. Deinde falsum est, quod huic persuasiōni necessariō adhareat sincerus Dei amor, timor filialis & studiū Deo se per omnia approbādi. Experimento enī nouimus, quod homines ingrati, suos benefactores nō diligūt, nec ingratus filius suū parentē: ita is qui persuasus est Christū a Deo nobis esse donatū redēptorem & cū eo omnia: potest nihilominus terrena & temporalia ei proponere, vt Christū in corde fundamentū nō habeat, potest & animā magis q̄ Christum diligere. Et quia ad hoc probandū scripturis destituitur Bucerus, loco pbationis interrogatiōne subiicit.

Quis

Quis enim homo ex Euangelio persuasus Christum sibi esse & adferre semel expectanda omnia, cum non simul atque in animo eius ista Euangelij persuasio existit, amet Sinceriter, colat, obseruet.

Huic responderi potest, quod is qui diligit mundum, & patrem & matrē magis quā Christum, persuasus esse potest Christum sibi esse omnia, tamen potest Deum nō amare nec Christum eius, sicut filij amant parentem. Præsupponit enim amorem Dei syncerum esse naturale fidei forūm & ipsam necessariō sequi: quod falsum est. Peculiarior enim sunt hæc Dei dona, & Deū amare ex libertate pender arbitrij, cui nulla cognitio necessitate imponere potest. Attamē vt hæc omnia cōcedantur Bucero, nō tamē hinc sequitur, quod sola fide iustificemur. Id quod apertius constabit, si ad formam aliquam hæc eius argumē ratio redigatur, videlicet: Nemo potest Deum vt Deū amare, nisi agnoscat eum velle, & sibi Deum esse, vitæq; æternæ largitor. Hoc verō agnoscere opus fidei est, cui necessariō adhareat, non prait amor Dei: ergo sola fide iustificamur, & amor natura posteriori fidem & iustificationem comitatur. Cuius argumentationis antecedens est falsum; & consequentia non valet: nec valet consequentiæ probatio quam subdit.

Non accipit ille, amor scilicet, hæc bona: verum quia fide accepta sunt, in donantem accenditur, illum suscipit, illum colit. Petit enim hæc probatio principium. Nam ostēdimus quod hæc bona fide accipiuntur, sed per penitentiam, qua ex Dei amore procedit, & scripturæ aduersatur, quod amor hæc bona accipiat. Dicit enim quod Magdalenæ condonata sunt peccata multa, quia dilexit multum. Et quamvis hæc fide suscipiantur, nō continuō sequitur sola fide ea suscipi. Id quod erat probandū. Cū enim nihil assumptum sit in probatione de sola fide, de ea sola etiam concludi non potest. Tame si autem nihil efficacis habeat hæc Buceri argumentatio, quia ex falsis sine legitimo ordine argumentationis ad conclusiōnem infirmam procedit, in ea tamen tanquam efficacissima demonstratione gloriatur, quem etiam non pudet (non dubito quin reluctante conscientia) huic suæ rationi amplius annectere.

Hæc vt scripturis, inquit, ita omni verē credentium sensui & perpetuæ doctrinæ Ecclesiæ, quam sancti patres nobis tradiderunt, consentanea esse nemo dubitauerit, qui ista ex ipsis scripturis, & sanctorum patrum scriptis, & vera in Christum fide, cognoscere voluerit.

Fallaciter hæc dicit de verē credentibus, & de vera patrum doctrina. Nam huius rei quam nobis persuadere conaris, experimentum vel sensum nemo vnquam habuit, nisi prius hæretica illusione fascinatus. Non enim quisquam patrum docuit sola fide apprehendi iusticiam prius natura quam adsit charitas, sicut tecum docet Caluinus, Lutherus, & Philippus. Sed docent patres per veram in Deum penitentiam ex fide in Christū proficiscentem nos iustificari. Eiusdem momenti, hoc est, nullius est quod adferunt & proponunt tanquam euidentem demonstrationem, quod non cōtingat amare Deum prius, quam fide iam facta sit reconciliatio & peccatorum remissio obtentā.

Cum enim lex, inquam, peccatorum nostrorum & diuina offerre conscientia illam nobis veluti iratum & terribilem vindicem & iudicem ingerat, ac nos terrefaciat, non potest in hunc modum perterrefacta conscientia amare Deum ita apprehensum, imō necessariō refugit ab eodem.

Cui respondet Alberthus Pighius, quod cum hac peccatorum & diuinæ offensæ & iræ conscientia considerare possumus infinitam Dei bonitatē, omnibusq; ad se confugiētibus obuiam misericordiam, qua erigit & protocat ad spem ab eo licet offenso impetrandæ veniæ legationem. Si enim conternatis & perterrefactis loquitur Apost. Paulus, Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum qui nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iusticia Dei in ipso. Et Hieremias, Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamē reuertere ad me dicit Dominus. Possimus igitur ante iustificationem Deum amare, & ex hoc amore peccata nostra odisse, sed hic amor perficitur, quando charitas Dei per spiritū sanctum in cordibus nostris diffunditur. Manifestum est itaq; infirmam esse Buceri argumentationem; & nihil habere soliditatis, qua adfert ad probandum sola fide impium iustificari. Nec soluit argumenta Alberthi Pighij, quibus ex sententijs B. Augustini & Greg. ostendit veram de peccatis contritionem ac penitentiam non ex sui, sed ex Dei amore proficisci, ac peccata non per aliam penitentiam remitti, nisi accedete sacramento, ostēdimus circa articulum tertium.

Ioannes Brentius docet nos non esse iustos per has virtutes, fidem, spem, & charitatem, & idololatrias esse qui in his virtutibus dicunt consistere nostram iusticiam. Ait enim in catechismo suo post explicationem symboli.

Docent & somniant monachi & hypocritæ, quod cum homo faciat quod in se est, Deus infundat ei has tres virtutes.

Luca 7.

Bucerus.

Responso.

Bucerus.

Responso.

1. Cor. 5.

Cap. 3.

Conuers. 2.

Brentius.

tres vir-

8 ij

tres virtutes fidem, spem, & charitatem, quas vocant gratiam. Et per fidem non intelligunt propriam fiduciam misericordie Dei in Christo, sed talem notitiam articulo fidei, qualem habent & demones, de quibus B. Iacobus ait. Etiam demones credunt & contremiscunt. Quam igitur homo acceperit has virtutes, dicunt ipsum iustum esse coram Deo, & posse ex ipsis non solum legem Dei servare, sed etiam plus bonorum operum facere, quam divina lege preceptum est, quae vocant opera supererogationis: & tamé sciuntur in se de pené verbis, hominem iustificari per gratiam: non autem intelligunt quod Paulus in disputatione intelligit, videlicet gratitatem Dei favorem, gratitatem Dei clementiam & misericordiam, sed intelligunt nomine gratia, tres illas virtutes, propter quas homines Deo accepti & iusti sunt. Sed haec est mera impostura & impia doctrina.

Responsio.

Per fidem intelligimus id quod omnes veteres ex scripturis intellexerunt, nimirum certam & infallibilem notitiam siue assensum, per quem mens se totam subicit verbo Dei, & eius veracitati. In solum enim verbum Dei tanquam scopum à quo se nulsquam deflectat, fides respicit: si fiducia auté misericordiae ad spem pertinet, non ad fidem. Nec tamé eá fidé intelligimus, quae cõmunis est dæmonibus: haec enim coacta est, non spontanea, ex pio erga verbum Dei affectu profecta. Per has enim virtutes, vires animae intellectualis ordinatae sunt, & vt oportet ad Deum finem suum dispositae: quemadmodum in superioribus docuimus. Et propterea B. Augustus aperte fatetur charitatem esse iustitiam nostram & gratiam euangelicam. Ipsa, inquit, charitas est gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Et nos legem Dei ex his virtutibus servare posse cum gratia Dei, docet Apof. Paulus, dum ait plenitudinem legis esse dilectionem, & eum qui diligit, legem implevisse. Nam

B. Tho. 2. 2. quæst. 5. ar. 2

Lib. de natu. & grat. cap. 76.

Rom. 13. et 8.

De spiritu et li. cap. 30.

Nota que gratia nō dicitur favor Dei, sed anime sanitas que est per virtutes.

1. Corinth. 7.

De spir. et li. cap. 30.

Brentii.

qui diligit me, inquit Saluator, mandata mea servabit. Per fidem enim cognoscimus quā magna nobis promissit, & quā bonus sit Israel Deus iis qui recto sunt corde, & qui propterea in eum sperant, & omnia salutaria ab eo sibi pollicentur obtinenda, quem tanquā patrem filii amant, ardentissimo affectu clamantes in spiritu adoptionis filiorum, Abba, Pater. Cūm igitur plenitudo legis sit dilectio ex charitate & virtutibus reliquis, est impletio legis. Id quod clarissimé docet beatus Aug. Per fidem, inquit, est impetratio gratiae contra peccatum: per gratiam, animae sanatio à vicio peccati: per animae sanitatem, libertas arbitrij: per liberum arbitrium, iustitiae dilectio: per iustitiae dilectionem, legis operatio, ac per hoc sicut lex nō euacuatur, sed statuitur per fidé, quia fides impetrat gratiā qua lex impletur: ita liberū arb. nō euacuatur per gratiam, sed statuitur, quia gratia sanatur voluntate qua iustitia libere diligitur. Et paucis interpositis: Gratia dicit, Ecce sanus factus es: Iā noli peccare, ne quid tibi deterius cõtingat. Sanitas dicit, Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Item capite precedenti, Præceptū, Nō cõcupisces, & cætera mādata Dei sancta & bona vt possit homo facere, Deus operatur in homine per fidé Iesu Christi. Nā charitas patiens est & benigna, non agit perperam, nec malū operatur, imò ne cogitat quidem, nisi vt bene mereatur de omnibus. Ex his igitur virtutibus legē Dei servare possumus, plus etiam bonorum operū facere, quā divina lege præceptū est. Magis enim spectant quid Deo gratū sit & placitū, quidve fratri ad salutē conducatur, q̄ quae præcipiuntur. Quaedā auté esse opera supererogationis quae à Deo cõsultuntur, & nō quasi præcepta exiguntur, claré docet Apof. Paulus, dum de virginitate ait, se præceptum Domini nō habere, sed dare consiliū. Itē, Porro ad utilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed quod facultatē præbeat sine impedimento Dominū obsecrandi. Rursum. Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Et de vidua, Beatior erit si sic permanserit secundū meū consiliū. Docemus auté & nos non solum in idem verbis, sed eodē sensu, quo Paulus hominem iustificari per gratiam & gratiarum Dei favorem. Tres auté illas virtutes intelligimus nō tā in nomine gratiae, q̄ in nomine iustificationis, quod est iustum fieri. Sumus auté his virtutibus vt recté dispositi, ita iusti formalitate, vt sanitate sani, & sapientia sapientes: quemadmodū etiam docet B. Aug. Hic non distinguimus has virtutes à gratia, per quam consortes sumus naturae diuinæ. De facere quod in se est, multa diximus articulo 7. Audiamus argumenta quibus hallucinatus Brentius putavit hanc doctrinam B. Augustini & nostram esse imposturam & impiam. Primum enim ait.

Quantumcumque homo, priusquam regeneratus est fide, faciat quod in se est, opera tamen eius non ita placent Deo, vt propter ipsa sancti ei, & conferat in eum aeterna bona. Quicquid enim, inquit Paulus nō est ex fide, peccatum est. Et pie dicit Augustinus, ea ipsa opera quae dicuntur ante fidem, quantum videantur homini laudabilia, inania sunt. Et iterum, Noli presumere de operibus ante fidem. Noneris quia peccator te invenit fides, & si te dara fides fecit iustum, impium invenit quem faceret iustum. Sed haec sunt certiora, quā quae pluribus confirmari debeant.

Multa

Multa hic falsa assumit Brentius, nec tamen si vera essent, conuellere possent doctrinā superius traditam. Non enim fides, spes, & charitas opera nostra sunt, sed Dei dona, sine nobis à spiritu sancto infusa. Diffusa, est, inquit Apostolus, charitas Dei in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et auctore b. Augustino, virtus est qualitas mentis, quam Deus in nobis sine nobis operatur. Est enim per virtutes in nobis vita manens, nouitas, reſtitutio, munditia mentis, & diuinæ naturae confortiū, nō quae tranſeāt cū operatione, sed quae fixa permanēt nobis etiam dormientibus. Ait enim Dominus Saluator, Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & pater meus diliget eum, & apud eum veniemus, & mansione apud eum faciemus. Trāsfert autem se Brentius à virtutibus, de quibus est disputatio, ad earum operationes, quae nihil ad præsentem controveſiam spectant. Et falsum est, peccatum esse quicquid homo facit, quamdiu non est fide regeneratus. Nam publicanus ad templum ascendens, & à longè stans & dicens: Deus propitijs esto mihi peccatori, nō peccabat, sed iustificatus in domū suā descendit: Quia omnis, inquit Saluator, qui se humiliat, exaltabitur. Item nec filius prodigus in se cõversus, dum dixit, Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam: Pater peccavi in caelum & corā te, & c. Et B. Lucas testatur de Centurione, quod orationes eius & elemosynae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, antequam fide esset regeneratus. Et teste Salvatore, gaudiū est in caelo super vno peccatore poenitentiam agente. Per poenitentiam autem ad regenerationem præparamur. Deo igitur placet hominis impij poenitentia ad reconciliationem, eiq̄, fauet, vt perducatur ad amicitiam, & in filium recipiat: nondum tamen vt ei conferat aeterna bona priusquā in filiū adoptauerit. Et impertinens est sententia Pauli Apof. Quicquid non est ex fide, peccatum est. Nam regenerationem fides præcedit, sine qua non est poenitentia, nec bonus cogitatur de reuertēdo, & Deum offensum placando. Impertinētes etiam sunt auctoritates quas ex August. citat. Ostendimus enim ex varijs scripturarū sententijs, & etiam ex August. quod fides potest manere in peccatore, & quod reconcilia-tionē præcedat. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? ait Apof. Item credebant b. Petri fermonibus, qui corde compuncti dicebant, Quid faciemus vtri fratres, qui nondum erant regenerati. Non minus in intellectu scripturarum nostrum Brentium cõcurre ostendit secunda ratio. Ait enim.

Deinde si homo dicendus est iustus coram Deo propter has virtutes fidem, spem, & charitatem, tunc necessariū fatendum est iustitiam esse ex operibus legis, Lex enim exigit fidem, spem & charitatem, cum dicit, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine tua. Hac enim voce præcipitur nobis vt credamus sine ulla dubitatione promissis Dei, vt speremus certissimè nobis ea euentura quae sibi diuinitus promissa, & vt ea tota mentis dilectione complectamur. Cui legi & illud de proximi dilectione additur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Manifestum igitur est quod haec virtutes sint opera legis, & sine ea suscipiuntur humanis viribus faciendae, aut lege cogente, siue gratia diuini spiritus cor accendente, manent tamen semper legis opera, quippe quod diuina lege præcepta sunt, & nobis faciendae per legem imposta. Nisi enim diuina lege præscriberentur & mandarentur, spiritus sanctus non operaretur ea in cordibus nostris. Vniuersa autem doctrina Pauli eodē tendit, vt doceat hominem non iustificari ex operibus legis. Quare hoc somnium quod homo propter tres illas virtutes sit coram Deo iustus, ex cogitatum est à Sathana, ad euertendam vniuersam Pauli, adeoq̄, veri Apostolici, Euangelij, de vera hominis iustificatione doctrinam.

Iterum de his virtutibus loquitur quasi de operibus. Manifestum, inquit, est, quod haec tres virtutes sint opera legis, quum reuera virtutum harū fructus sint opera. Nam b. August. explicans versiculum, Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniatibus meis. Iustitia, inquit, virtus est animi magni præcipueq̄, laudabilis: Iudicium verò virtutis est operatio. Qui enim habet iustitiam, rectè iudicat. Hoc tamen loco iustitia nomine non ipsa virtus, sed opus eius significatum est. Quis enim facit in homine iustitiam, nisi qui iustificat impium, hoc est, per gratiam suam ex impio facit iustum? Vnde ait Apof. iustificari gratis per gratiam ipsius. Facit ergo iustitiam, id est, opus iustitiae, qui habet in se iustitiam, id est, opus gratiae. Non agitur in hac disputatione ex quibus fiat iustitia, an ex operibus, an ex fide, sed quae sit iustitia qua iusti sumus corā Deo. Impugnatur enim catholica doctrina quae habet, quod corā Deo iusti sumus fide, spe & charitate, vel intrinseca denominatione, quodq̄, in his vel naturae diuinæ confortio ac conformitate Christi (quae ab inuicè separari nequeunt, sicut nec à spiritu inhabitante & viuificante) nostra consistit iustitia. Vt enim diximus superius, inter haec nō distinguimus propter varietatē sententiarū super hac re scholasticorū doctorū. Tota enim haec disputatio in eo versatur, An per aliquid in homine iusto existens & permanēs intrinseca denominatione homo sit iustus.

Responsio.

Rom. 5.

Ioan. 14.

Lucæ 18.

Lucæ 13.

Act. 16.

Lucæ 13.

Rom. 14.

Roman. 10.

Act. 2.

Brentii.

Responsio.

Psal. 118.

Rom. 5.

Non igitur ex harum virtutum operibus iustitia nascitur, sed augetur tantum. Ostendimus enim superius ex fide & poenitentia operibus quasi dispositionibus nasci in nobis iustitiam, non ex operibus legis. Opera autem charitatis non esse legis opera, nisi ut scripta sunt in tabulis lapideis, vel atramento, sed esse opera gratiae, ut scripta sunt in visceribus nostris, docet B. August. Lex Dei, inquit, charitas est, huic prudentia carnis non est subiecta neque enim potest: sed ad hanc prudentiam carnis terendam, cum in tabulis scribuntur opera charitatis, lex est operum, & litera occidens preuaricatorem: cum aut ipsa charitas diffunditur in corde credentium, lex est fidei, & spiritus viuificans dilectorem. Et grauisimus multumque perniciosus est error in scripturarum intelligentia, quem Brentius hic docet, apud B. Paulum opera legis dici quae diuina lege sunt praecipita, & nobis per legem imposita, quando etiam facienda suscipiuntur gratia diuini spiritus cor accendente. Longe aliam esse intelligentiam Pauli, quam plurimis locis explicat B. August. & prolixè contra duas epist. Pelag. tractatus enim ca. 3. ad Philipp. Quomodo quae iura Paulo fuerat, detrimenta esse dixerit, atque ut stercore aestimauerit, tandem ait, Abiicit B. Paulus illa praeiudicia iustitiae suae tanquam detrimenta & stercore, ut Christum lucrifaciat, & inueniatur in illo, non habens suam iustitiam, quae ex lege est, neque enim lex illa Dei non est. Cum ergo lex illa Dei sit, iustitiam suam dicit esse, quae ex lege est, quam iustitiam suam noluit habere, sed proiecit ut stercore. Cur ita nisi quia hoc est, quod etiam superius demonstrauimus, eos esse sub lege, qui ignorantiam Dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Putant enim se arbitrij sui viribus implere legem iuben-tem, & ista implicati superbia ad gratiam non conuertuntur iuuantem. Sic eos litera occidit, aut aperte etiam sibi reos, non faciendo quod praecipit, aut putando se facere quod spiritali, quae ex Deo est, non faciunt charitate: Ita remanent, aut aperte inquit, aut fallaciter iusti, in aperta iniquitate euidenter elisi, in fallaci iustitia insipienter elati: ac per hoc miro quodam modo, sed tamen vero, iustitiam legis non implet iustitia qua in lege est, vel ex lege, sed quae in spiritu gratiae. Iustitia quippe legis impletur in eis, sicut scriptum est, qui non secundum carnem ambulat, sed secundum spiritum. Secundum iustitiam verò quae in lege est, se fuisse sine querela in carne, non in spiritu, dicit Apostolus, & iustitiam quae ex lege est, suam dicit fuisse, non Dei. Intelligendum igitur iustitiam legis non impleri secundum iustitiam quae in lege est, vel ex lege, id est, secundum iustitiam hominis, sed secundum iustitiam quae est in spiritu gratiae. Ergo secundum iustitiam Dei, hoc est quae homini ex Deo est. Quod planius & breuius ita dici potest, iustitiam legis Dei non impleri cum lex iubet, & homo quasi suis viribus facit, sed cum spiritus adiutat, & hominis non libera, sed Dei gratia liberata voluntas facit. Legis itaque iustitia est iubere quod Deo placet, verare quod displicet. In lege autem iustitia est, seruire literae, & extra eam nullum Dei adiutorium ad rectè viuendum requirere. Obserua in hac Augustini doctrina ad has sermonis formulas, iustitiam quae est ex lege, & iustitiam quae est per legem, addi tertiam, iustitiam in lege ex Apostolo dicente, Secundum iustitiam quae in lege conuersatus sine querela, & car. Item ad Galathas. Quod autem in lege nemo iustificatur manifestum est, & car. Quae loquendi forma idè valent quod haec, iustitia quae lege ipsa sit vel praestatur: & iustificari lege, ex lege; vel per legem iustificari, hoc est ex legis, aut per legis opera. Omnibus autè istis loquendi formis non aliud intellexisse Augustinum in Apostoli sententiis, quam iustitiam, quam suis viribus per literam suae doctrinae legis aut operum adiutus facere & praestare conatur homo, est euidentissimum. Obserua etiam secundum in hac Augustini doctrina non eadè esse Apostolo iustitiam legis, & iustitiam in lege, siue ex lege, aut per legem. Iustitia enim legis intelligenda est, ut dicit, iubere quod Deo placet, & verare quod displicet, hoc est iustitia legis est illa rectitudo & iustitia, quam lex praescribit & requirit. Vnde Apod. dicit iustitiam siue iustificationem legis impleri in his qui non secundum carnem ambulant. Item, Si praepitium iustitias legis custodiat, nonne praepitium illius in circumcissione reputabitur? Quam Apostoli sententiam sequutus Augustinus acutè dixit. Miro quodam modo sed tamè vero, iustitia legis non implere iustitia, quae in lege est vel ex lege, sed quae est in spiritu gratiae. Et contra Faustum dicit legis iustitia impleri opere quidè factorum, sed per dilectionem & gratiam. Hoc autè admonemus propterea, quod iustitia legis nonnunquam eam intelligere consueuimus, quae est ex lege vel per legem. Dicitur fortassis, Sicut Apod. aliquando iustitiam legis vocat iustitiam quae ex lege praescribitur, & spiritu gratiae praestita legem verè implet & iustificat, ita opera legis Apostolo esse opera quaecumque; & quomodo-cumque; facta siue spiritu Dei, siue liberi arbitrij viribus & potestate, quae lex praecipit & praescribit, quodque; his omnibus operibus Apostolus detrahit vim & rationem iustificandi.

De spi. et lit. cap. 17.

De spi. et lit. cap. 19. De grat. et li. bevo arb. c. 8. in epist. 100. ad Aethiopic. lib. 3. cap. 7.

Rom. 8.

Philipp. 5. cap. 3.

Rom. 8.

Rom. 2.

Li. 19. ca. 18.

Rom. 10.

Quae

Quae obiectio partim ex eo dissoluitur, quòd iustitia quae est ex legis operibus neget Augustinus esse iustitiam Dei, siue quae ex Deo est. Atqui manifestum est quod iustitia quae est ex operibus per spiritum sanctum & dilectionem factis sit ex Deo iustitia. & Apod. ea inter se opponit. Non ergo per opera legis intelligit opera quae sunt à renatis per gratiam spiritum sanctum. Et statim ostendimus quòd Apod. legem semper opponat fidei & gratiae. Non igitur legis opera eadem esse possunt cum operibus fidei. Eandem hanc doctrinam clarè tradit idem August. de gratia Christi contra Pelagium, ubi dicit. Qui nouit quid fieri debeat & non facit, nõdum à Deo didicit secundum gratiam sed secundum legem, nõ secundum spiritum, sed secundum literam: quamuis multi quod imperat lex facere videntur timore poenae, non amore iustitiae, quae dicit Apostolus iustitiam suam quae ex lege est, tanquam sit imperata, non data. Si autem data est non dicitur iustitia nostra, sed Dei, quia sic fit nostra, ut sit nobis ex Deo. dicit enim, Ut inueniar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege, sed eam quae est ex fide Iesu. Tantum igitur inter legem distat & gratiam, ut cum lex esse non dubitetur ex Deo, iustitia tamen quae ex lege est, non sit ex Deo, sed iustitia quae per gratiam consummatur ex Deo, quia ex lege iustitia dicitur quae fit propter legis mandatum: iustitia ex Deo dicitur, quae datur per gratiae beneficium, ut nõ sit terribile, sed suauis mandatum, sicut oratur in Psal. Suauis es Domine, & tua suauitate doce me iustitiam tuam, id est, ut non formidine poenae feruenter cogar esse sub lege, sed libera charitate delecter esse cum lege. Praeceptum quippe liber facit qui libens facit. Et hoc modo quisquis dicit, agat omnino quicquid agendo didicit. Et alio loco explicans quid sit, Non ex fide, sed ex operibus, ait ad Rom. Apostolus: Israel perseques legem iustitiae in lege iustitia nõ peruenit. Quare? quia non ex fide, sed tanquam ex operibus, id est, tanquam ea per semetipsum operantes, non in se credentes operari Deum: non ex fide, ex Deo eam impetrando. Nam quid dixerit, quia non ex fide, sed tanquam ex operibus, apertissime expostuit dicens, Ignorantes Dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitia Dei nõ sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Et adhuc dubitamus, quae sint opera legis, quibus homo non iustificatur, si ea tanquam sua crediderit sine adiutorio & dono dei quod est ex fide Iesu Christi? Et cum inter opera legis posuerit Apod. Non concupisces: Certum est enim inter opera legis totum decalogum intelligere, & non solum ceremonialia: ut latius declarat ipse Augustinus eodem libro de spiritu & litera. Constantè ergo & perspicue interpretatur Augustinus iustitiam quae ex lege, siue per legem aut in lege est, iustitiam quae praestatur aut praestari videtur humanis viribus legis doctrina adiutis, non autem iustitiam quae spiritu Dei in renatis ac iustificatis, qui non secundum carnem ambulant, verè praestatur ac impletur. Cum ergo sine vlla controuersia eadè sint. Ex iustitia legis iustificari, & ex operibus legis, consequens est opera legis, ex quibus nemo iustificatur, ea esse apud Apostolum Paulum quae sunt per literam & doctrinam legis, humani arbitrij facultate aut praesumptione sine spiritu gratiae aut fidei. Vnde passim pro eodem habet Apod. Paulus, ex lege iustificari, & ex operibus legis iustificari. Et ostendimus ex lege iustificari, non esse aliud, quam virtute & efficacia legis, sicut aperte idem ipse testatur, dum dicit: Si data esset lex quae posset iustificare, verè ex lege esset iustitia. Obserua tertio & hoc, quòd Augustinus interpretatur iustitiam fidei, non quae fide quasi organo oblata apprehenditur, ut docet Brentius, sed quae est ex spiritu diffundente charitate in cordibus nostris. Ex hac enim fidei quasi organi apprehensione, natus est hic peruersus error de operibus legis, propterea quod ea intelligantur quaecumque lege sunt praescripta, siue spiritu fidei & charitatis, siue ex sola legis doctrina praestentur. Summa itaque inscitia est existimare Paulo opera legis dici, quae sunt secundum legis praescriptum, quaecumque; tandè ratione, siue spiritu Dei, siue humanis tantum viribus, per literam legis. Eandè hanc peruerfam intelligentiam dicitur sententiarum Apod. Pauli tradit Ioannes Caluinus in Antidoto, & etiam in Institutione. Ipse autè Paulus clarissime docet, quae vocet opera legis, tum ex sermonis forma qua opera legis designare solet, dum iustitia operum describit esse iustitiam ex lege, siue per legem, tum quod lege, fidei & gratiae operibus semper opponat. Certum est enim quod iustitiam quae ex lege est, siue per legem, eam vocet quae per doctrinam & conuersionem legis viribus & potestate humanae voluntatis praestatur, aut praestari videtur. Vnde eandem vocat propriam iustitiam, videlicet quae ex Deo accepta non sit, sed hominis proprijs viribus praestita: Quae, inquit, mihi fuerunt iura, haec arbitratu propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter examinationem scientiam Iesu Christi, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercore, ut Christum lucrifaciam, & inueniari in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est,

Cap. 13.

De spi. et lit. cap. 19. cap. 9.

Cap. 14.

Galat. 3.

sef. 6. c. 8. de iustificatione

Philipp. 5.

est, sed eam quæ ex fide est Iesu Christi, quæ ex Deo est iustitia in fide. Vides opponi propriam iustitiam iustitiæ quæ ex Deo est: & iustitiam quæ ex lege est iustitiæ quæ ex fide est. Cum igitur iustitia quæ ex Deo est, ea sit quæ à Deo authore est, & ab eo largitore donatur credenti, ex opposito propria iustitia ea est, quæ est ex homine & non est à Deo donata. Similiter cum iustitia quæ ex fide est Christi, ea sit quæ ex fide in Christum obtinetur & imperatur, ex opposito ea est iustitia ex lege, quæ ex legis doctrina præstatur: & eadem est prorsus Apostoli doctrina ad Rom. cap. 10. Testimonium enim perhibeo illis quod emulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei & suam volentes statuerere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Eundem sensum clarissimè indicat altera illa sermonis forma, iustitia quæ est per fidem, & quæ est per legem. Nā ex operibus non iustificatur, inquit, omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati, nō iustificatio. Rursum. Non enim per legem promissio Abrahamæ & semini eius, ut hæres esset mundi. Si enim ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur, intellige rursum, non aut iustitiā. Et clarissimè in epist. ad Galat. Si enim per legem iustitia, ergo gratis mortuus est Christus. Rursum, Si data esset lex quæ posset vivificare, verè ex lege esset iustitia. Quis hic non clarissimè cernit eam Apostolo esse iustificationem per legem, siue ex lege, quæ per legem præstatur, & quæ legis potestate, adiutorio & ministerio ab homine præstatur?

cap. 2.
cap. 3.

Brentius.

Præterea si homo iustus est coram Deo propter has virtutes, debet & his in iudicio Dei considerare, & propter eas mercedem æternæ salutis sperare. Hoc autem est manifestum idololatriam docere, Considerare enim ad æternam salutem, est cultus qui soli vero Domino Deo nostro, & nulli creaturæ debetur. Sic enim considerare, est adorare. & solus Deus est adorandus. Hæ autem virtutes sunt quidem dona Dei, non sunt autem Deus ipse, sed tantum creaturæ Dei. Quare qui sentit se propter ipsas esse iustum, & confidit eis ad consequendam æternam salutem, adorat eas tanquam Deum servatorem suum, & designat in corde suo manifestam coram vero Deo idololatriam.

Responsio.

1. Ioan. 4.

Tertia hæc ratio palam ostendit hominis huius impericiam. Nam quod vir iustus in iudicio confidere possit ob has virtutes, aperta est scriptura: In hoc enim perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciā habeamus in die iudicij, quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo. Nam sicut in Christo propter plenitudinem gratiæ & virtutū, quæ eum inhabitabat, patri est beneplacitum, item in Angelis & primo homine ante peccatū propter has virtutes, ita & in nobis ob eandem virtutum participationem eidem patri cœlesti est beneplacitum, & ut illi, ita & nos in iudicio considerare possumus. Astitit, inquit Propheta, regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate, cuius decorem rex concupiscit, cuiusque speciem & decorem diligit. Merito confidit se bratium regni cœlestis accepturum, qui legitimè nunc currit in stadio. Bonum certamen certavi, inquit Apost. Paulus, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, nō solū autē mihi, sed & his qui diligunt advenitū eius. Certissimè cōsidere possumus, qui in vinea Domini laboravimus, quod denariū de quo cōventū est, recipiemus, quodq; mercedē promissam dabit paterfamilias. Hic quidem insanire videtur Brentius, dum ait manifestam esse idololatriam, propter has virtutes earumque opera mercedem æternæ salutis sperare. Nam & B. Paulum idololatriam facit, qui ait, quod vnicuique Deus reddet secundum opera, his qui secundū patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærunt vitam æternā. Item alibi. Tribulationes sustinetis in exemplū iusti iudicij Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini, si tamen iustus est apud Deū, tribuere tribulationem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem vobiscū. Confidere autē alicui quod ob merita tanquam iustus iudex æternam retribuet vitam, cultus est soli Deo debitus. Confidimus autem operibus tanquam meritis, quibus ex eius promissione & pacto vita reddetur æterna. Hoc autem nō est opera adorare vel creaturam, sed Deum solum, sicut patriæ cultus, est timere eum qui potest & animā perdere in gehennam: sed hic cultus non defertur malis operibus, propter quæ mali in gehennam mittuntur, sed Deo soli. Ratione longè alia in Deo confidimus, & in operibus. Nam sicut agricola expectat speciosum fructum terræ: & qui in benedictionibus seminat, metere sperat etiam in benedictionibus: Ita qui seminat in spiritu, de spiritu metere confidit vitam æternam. Certè imperita & indocta est tota hæc tertia Brentij ratiocinatio, nec vllum bonæ consequentiæ habet colorem.

Rom. 2.

2. Thef. 1.

Thom. 22. q. 17. art. 4.

Iacob. 5.

Brentius.

Ad hæc, universa scriptura tribuit filio Dei Domino nostro Iesu Christo, hunc honorem, quod ipse sit victima pro peccatis nostris, et propitiatio nostra, nec sit aliud nomē in quo oporteat nos salvos fieri. Si erga tres illæ virtutes, de quibus nūc loquimur, tantū reputatur, quod Deus propter eas remittat nobis peccata, & sit

& sit nobis propitius, & conferat in nos æternam salutem, quid aliud agitur, quam quod honor soli Deo debitus auferatur ei, & transferatur in creaturas Dei: quod vi est sacrilegium, ita est et in vniuersum & æternum filium Dei contumeliosum.

Libenter has scripturas suscipimus, quæ soli Christo hunc tributum honorem, quod solus ipse sit victima pro peccatis nostris, nec sit aliud nomen in quo oporteat nos salvos fieri. Nam per hanc ipsam victimam, hanc corporis Iesu oblationem, abluti sumus, sanctificati, & iustificati. Consistit autem hæc nostra sanctificatio & iustificatio in his tribus virtutibus (potissimum autem in charitate) quas de plenitudine Christi tanquam capitis, in nos eius membra defluentes suscipimus, ut supra ex B. August. satis docuimus. Quemadmodum sanctitas & iustitia Christi, & sanctorum angelorū in virtutibus & præcipuè in charitate consistit. Magni igitur eas Deus pater etiam in nobis reputat, quod per has conformes sumus imaginī filij eius, ipsam per eas induti, & diuinæ naturæ facti consortes. Has tanti æstimat, ut propter eas nos filios & hæredes habeat. Quod autem honor soli Deo filio debitus non propterea in creaturam transferatur, iam diximus. Agnoscamus enim solum filium Dei, iudicem venturum viuorum & mortuorum, & redditurum vni cuique secundum sua opera vitam vel mortem: in quo proprius eius cultus consistit, nullus autem cultus propterea tribuitur vel bonis vel malis operibus.

Responsio.

1. Cor. 6.

Brentius.

Solent quidem aduersarij hic respondere, quod sentiant & fateantur solum Christum filium Dei esse victimam pro peccatis, ac impetrasse nobis propitiū Deum. Hoc autem non eo valere, quod Deus reputet nos iustos tantum per fidem, sed quod donet nobis ex gratia & favore has tres virtutes, propter quas sumus iusti. At enim si Christus impetravit tantum, ut Deus donet nobis has tres virtutes, propter quas iustificemur, certè non impetravit nobis perfectam iustitiam, nec absoluit salutem nostram. Hæ enim virtutes etsi donantur nobis à spiritu sancto, tamen nunquam sunt in nobis perfectæ propter carnem nostram. Nunquā enim in hac vita tantum credimus, tantum speramus, tantum diligimus, quantum lex, quæ est diuina voluit, à nobis exigit, & quātū nos debemus. Manifestū autem est, quod Christus impetraverit nobis perfectam iustitiam, & absoluerit veram nostram salutem.

Responsio.

Agnoscat Brentius hic suam insipientiam & veram catholicorum ad suas rationes responsionem, nos scilicet iustos esse per has virtutes. Sed videamus responsionis impugnationem.

Brentius.

Si Christus inquit, impetravit tantum, ut Deus donet nobis has virtutes, propter quas iustificemur, certè non impetravit nobis perfectam iustitiam, nec absoluit salutem nostram. Nusquam enim hæc virtutes in nobis perfectæ sunt propter nostram carnem.

Responsio.

Lib. 2. de pecc. merit. cap. 13.

Tenebras ac fumos offundere conatur lucidæ veritati sua multiplice significatione perfecta iustitia. Nam supra ex August. diximus esse multiplicem iustitiæ perfectionem. Est enim in iustitia perfectum viator, qui nondum est ipsius itineris perfectione peruenitor. Nam hæc est nostra in ipsa peregrinatione iustitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemque iustitiæ, ubi plena & perfecta charitas erit, ipsius cursus nostri rectitudine tendamus. Nostra iustitia hic perfecta, est esturire & scire iustitiam. Perfectam autem iustitiam, imo perfectissimam qua faciemur, Christus nobis impetravit, sed post huius peregrinationis miseriam. Pertinet enim hæc iustitiæ perfectio ad mercedem iustorum quæ hic ab eis non exigetur, secundum frequentes B. Augustini sententias. Hic, inquit, præceptū est, ut non peccemus, ibi premium, non posse peccare: Hic præceptū est, ut desiderijs peccati non obediāmus, ibi premium ut desideria peccati non habeāmus. Et tandem: Quis igitur ita non solum à diuino, sed à sensu quoque abhorret humano, qui dicat in homine tantam esse posse iustitiam cum ab illo esturitur & scitur, quanta erit cum ex illa saturabitur? Et paucis interiectis: Ex quo factum est virtutem quæ nunc est in homine iusto perfectam hæctenus nominari, ut ad eius perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectio nis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio. Tunc enim est secundum hanc infirmitatem pro suo modulo perfecta ista parua iustitia, quando etiam quid sibi desit intelligit: ita quoque Apof. Paulus & imperfectum & perfectum se dicit. Imperfectum scilicet cogitando quantum illi ad iustitiam desit, perfectum autem quod & suam imperfectionem confiteri nō erubescit, & ut perueniat bene procedit: sicut possumus dicere perfectū esse viatorem cuius bene promeretur accessio, quāvis non periciatur intentio, nisi fuerit facta peruentio. Idem circa finem capitis. Iustitia secundum quam iustus ex fide viuūt, quoniam per spiritum gratiæ homini ex Deo est, vera iustitia est, quæ licet non immerito in aliquibus iustis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur, parua tamē est ad illam magnam quam capit equalitas Angelorum. Sed plane minor ista iustitia facit meritum, maior illa sit premium. Vnde qui istam non sequitur, illam non assequitur. Et illa perfecta magni-

De perfecti. iustit. contra Celestium.

Li. 3. contra 2. epist. Pel. c. 7.

Iustitia quæ viuimus, vera iustitia est.

magnitudo iustitiæ ijs qui hic mandata fecerunt premium dabitur, non & ipsa facienda mandabitur. Sed ita dixerim mandata fecerunt, vt ipsa mandata meminerimus pertinere ad orationem, in qua quotidie veraciter dicunt sancti filij promissionis, Fiat voluntas tua, & dimitte nobis debita nostra. Nam si quid etiam in eius præceptis minus seruaturn ignoscit. Impetrauit itaque vobis victima Christi perfectam iustitiam, nostramque absoluit salutem, sed tunc primū euacuabitur quod ex parte est, cum venerit quod perfectū est. Quam diu enim ex parte cognoscimus & videmus per speculū in enigmate, ex parte diligimus & imperfecta est nostra iustitia. Iniquum autem est à paruulo exigere quod est viri perfecti. Et quam precor iustitiam, quam eius perfectionem vos docetis nobis ex victima Christi esse donatam, qui docetis filios Dei amare iniquos, & vt antea in suis mètibz & conscientijs contaminatos, sed ob Christi victimam eis non imputari? Nos autē docemus verè iustos esse, mundos & rectos corde, sicut ob Adē inobediētiā omnes nascimur peccatores. Nec mirandum est quod hæc virtutes, quamdiu per fidē à Domino peccatamur, hoc est, quamdiu paruuli sumus, sint in nobis imperfecta. Iniquum enim est à viatore & puero exigere, quod proprium est peruentori & viro perfectō, & à currente in stadio postulari brauium nondum obtentum. Rerum igitur natura reclamatione, & absurdū esse conuincit quod à nobis hic exigunt Brentius, Caluinus, & reliqui aduersarij. Nec patitur ratio quod sit cognitio perfecta, nec spei, quod sit sine imperfectiōne. Nam quod quis videt, inquit Apostolus, quid sperat? Falsum tamē est quod nūquam in hac vita tantum credimus, tantum speramus, tantum diligimus, quantum lex quæ est diuina voluntas à nobis exigit, & quantum nos debemus. Rationabilis namque est Dei voluntas nõ exigens à paruulis & infantibus quod est viri perfecti, à peregrinantibus, premiū beatorum. Paruulus enim si loquitur, si sapit & cogitat, quemadmodum paruulo pro ætate conuenit, omnia facit vt debet: Et nos si eluriamus iustitiam, eamque pro nostra infirmitate prestemus, si legitime in stadio ad brauium curramus, & aspirando ad patriam progrediamur, credimus, speramus & diligimus quantum lex à nobis requirit. Exigit enim lex Dei, vt verbum eius infallibili & certa fide sine vacillatione suscipiamus, sine examine, quamuis oculis nostris appareret contrarium, captiuantes intellectum nostrū in fidei & Christi obsequium, quasi primæ & infallibilis veritatis, vt certò sine hæsitatiōne expectemus ea quæ promittit tanquam ea in manibus teneremus, quantum est ex parte promissionis eius: sicut de Abraham dicitur quod contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, plenissimè sciens, quia quacunque promissit Deus potens est & facere. Requirit præterea vt Deum diligamus, atque ad eum tanquam scopum vitam nostram dirigamus, quamuis non ex toto corde & tota anima diligatur. Christo enim satis est quod super omnia diligamus ipsum, super patrem, & super animam. Qui enim amat animā, aut patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Et Iacobus beatus prædicat, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromissit Deus diligentibus se. Item Paulus Apost. Redder coronam iustitiæ his qui diligunt aduentum eius, nulla totius cordis aut totius animæ facta mentione. Et ipse Saluator, Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. Rursum, Omnis qui reliquerit domū vel fratres aut sorores, &cet, propter nomē meū centuplū accipiet, & vitā æternam possidebit. Item, Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Secundum has leges Christus est iudicaturus mundū, non secundū somnia & adinventiones Brentij aut Caluini: Hanc rem latissimè prosequitur B. August. de ciuitate Dei: & in epist. ad Hilarium, quæ est. 89. Tantū igitur viri iusti hic credunt, sperant & diligunt, quantum lex diuina requirit. Et verisimile est, quod maior & perfectior fides, spes & charitas fuerit in Apostolo Paulo, quam ante peccatum fuit in Adam. Si igitur Adam tantum credidit, sperauit & dilexit, quantum lex Dei exigebat, non dubium, quin & Paulus, & quamuis ex tota anima dilexerit Adam, & non ita Apost. Paulus. Quamdiu enim est adhuc aliquid carnalis concupiscentiæ, quod continendo frenetur, non omni modo ex tota anima diligitur Deus. Quod ergo dicimur ex toto corde diligere non pertinet ad rationem, substantiam, vel quantitatem dilectionis, sed potius ad potentiam & efficaciam dilectionis, imò verius ad efficiētiā & imperiū. Diligimus enim ex toto corde, tota anima & viribus, imperio, nõ proprio charitatis actu. Et motus concupiscentiæ inordinati sunt cōtra charitatis imperiū, nõ contra ipsam charitatem, sed contra temperantiā tantum. Virtus nāque quæ est respectu finis, imperat vniuersis quæ sunt circa media ad finem. Et quando circa ista peccamus, defectus est in imperio, non in dilectione. Obligat autem hoc præceptū magnum de

Cap. 1.

2. Thimol. 4.

Matth. 19.

Toban. 14.

Lib. 1. ca. 10.
& li. 21. cap. 26.

Augu. de per. fess. in illiis.

num de diligēdo Deo ex toto corde, & tota anima, ad effectum, amorem & desiderium eius, hoc est elurium & sitim iustitiæ, non vt opere hæc præstemus, quemadmodum docet B. Augustinus lib. de perfect. iustitiæ. Præceptum est, inquit, vt sciamus quod currentium sit nobis, quomodo autem hoc sciretur, si nullis præceptis ostenderetur?

Postremò si sentendum est quod propter tres illas virtutes sumus Deo accepti, & coram eo iusti, tunc nunquam possumus coridē & firmiter de fauore Dei erga nos confidere, ac Deum vera & firma fide innocare. Hæc enim virtutes semper sunt in nobis in hac vita imperfectæ, nec unquam satisfaciunt diuinæ legi. Quare si Deus indicaret de nobis secundum has virtutes, semper dubitaremus de fauore eius erga nos, auderemus alacri & certa fiducia eum innocare, quippe quod conscij imperfectiōnis nostræ, fugeremus seueritatem iudicij eius.

Ostendimus nos coram Deo iustos & acceptos esse per istas virtutes, eò quod per eas imaginem filij eius sumus conformes, & diuinæ naturæ confortes, hoc est, quia sumus qualis ipse est. Nec propter harū virtutum imperfectiōne non satisfaciunt ipsæ virtutes legi diuinæ, vt iam statim diximus. Illam enim imperfectiōne requirit ratio status & peregrinationis nostræ in fide à Domino. Non requirit iam à nobis Deus, quæ donaturus est in premiū. Non igitur propter hanc imperfectiōne de fauore eius erga nos, de quo quidem semper certissimè cōfidimus, dubitamus, sed vera & firma fiducia inuocamus. Nec propriè de nobis iudicabit Deus secundum has virtutes, sed secundum earum opera, nisi vbi hæc defunt ob impotētiā, vt in paruulis, quos secundum has virtutes iudicabit dignos regno suo, quia filij sunt & suo corpori tanquam mèbra coniuncti. Mirabor sanè si Brentius dicat eum qui de fide sua, spe & dilectione dubitat, certò confidere posse de Dei erga se fauore. Nec conscij nostræ imperfectiōnis fugimus seueritatem diuini iudicij, scientes quod bonus sit Dominus, qui propitiabitur cunctis qui ex toto corde requirunt eum, & non imputabit, quod minus sanctificati sunt. Addit in fine Brentius.

Observabis quod Paulus per opera legis non intelligat tantum ceremonialia, sed etiam moralia, & quacunque lege diuina mandata sunt. Dicit enim, Lex iam operatur, quod maxime omnium de lege moralis est intelligendum. Quare cum dicit hominem iustificari fide absque operibus legis, excludit à ratione iustificandi, non tantum ceremonialia, sed etiam moralia opera. Quod si libet de hac re etiam sententiam Augustini audire, consulas librum eius de spiritu & litera, & epistolam ducentisimanam.

Hoc ipsum diximus ex Augustino superius, quod per opera legis intelligit etiā totum decalogum, & opera moralia, sed vt ex legis sunt cognitione, viribus arbitrii humani, non autē vt sunt ex spiritu dilectionis, vt in superioribus docuimus ex Augustino de spiritu & litera, Nam Paulus ipse manifestè significat se loqui de ea lege, per quā est agnitio peccati, & quæ irā operatur. Nulla autē legis pars magis in agnitione nos adducit & irā operatur quam moralis: Et omnia nominatim adfert legē, Non concupisces. Deniq; Apostolus quod crebro dicit, Ex operibus legis neminem iustificari, interdum generali sermone dicit, Ex operibus neminem iustificari. Abraham inquit, si ex operibus iustificatus est, habet gloriā, sed non apud Deum, Et rursum: Dauid dicit beatitudinē hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus: Et, Gentes quæ nõ sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiā: Israel autē seruando legē iustitiæ, in legē iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus: clare insinuans se loqui de cuiuslibet legis operibus.

Confirmatur demum hic articulus & tota doctrina superius tradita per definitionem concilij Tridentini. Ait enim inter Canones, Si quis dixerit sola fide hominem iustificari: Ita vt dicat nihil aliud requiri quod ad iustificationē cooperetur, & nulla ex parte necesse esse eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi, anathema sit. Et si quis dixerit homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit iustificari, aut per eā ipsam formaliter iustos esse, anathema sit. Item, si quis dixerit homines iustificari, vel sola impunitate iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus eorū per spiritū sanctum diffunditur, atq; illis inhaeret, aut etiā gratiam qua iustificamur, esse tantū fauorē Dei, anathema sit. Rursum, Si quis dixerit fidem iustificationem nihil aliud esse quam fiduciā diuinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solā esse qua iustificamur, anathema sit. Itē, Si quis dixerit, amissa per peccatū gratia simul & fidem semper amitti, aut fidem quæ remanet non esse veram fidem, licet non sit viua, aut eum qui fidē sine charitate habet, non esse Christianū, anathema sit. Postremò, Si quis dixerit eum qui post baptismū lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiā recuperare, sine sacramentis penitentiae, prout sancta Romana & vniuersalis Ecclesia à Christo Domino & eius Apostolis professæ est, seruauit & docuit, anathema sit.

¶ Finis Articuli octauo.

Articulus Nonus.

Fides qua quis firmiter credit & certò statuit propter Christum sibi remissa esse peccata, seq; possessurum vitam æternam, nullum habet in scripturis testimonium, imò ipsdē aduersatur, etiã si firma & certa spe expectare debemus in hac quidem vita, per sacramentum baptisimi & pœnitentiæ peccatorũ remissionem, in seculo æternũ vitam æternam.



NT E R aduersarios quidam priorem tantũ huius articuli partem docent, scilicet quòd fide certa & firma vnumquemque credere oportet propter Christum esse sibi peccata remissa, maximè quando per sacramentum baptisimi vel pœnitentiæ promissiones generales ei applicantur & annunciantur. Cuius sententiæ est Philippus Melancton, qui improbat sententiã Martini Bucer, & Ioãnis Caluini, in eo quòd docent certo & firmiter statuendum esse, propter Christum nos saluos fore in regno cœlorum, & ab æterno electos & prædestinatos esse, vt diximus articulo præcedenti. Plurimi tamen hæreticorũ docent quòd vnumquẽq; simpliciter credere oportet peccata sibi esse remissa, etiã nullo ad sacramenta respectu habito. Dupliciter autè intelligi potest hæc fides qua firmiter & certò quis quasi ex verbo Deo statuit sibi propter Christum remissa esse peccata, vel fore beati. Primò quòd hoc sic statuat, quia hoc ipsum credit, & sola fide remissionem peccatorũ & vitam æternam, quæ ei à Deo offeruntur sine vllò operum vel conditionũ respectu, apprehendit. Quo sensu loquuntur aduersarij: Secundò intelligi potest, quòd firmiter quis credat sibi remissa esse peccata, quasi ex verbo Dei, nõ quia credit tantum, sed quia suscepit sacramentum baptisimi vel pœnitentiæ, de peccatis ob Dei offensam dolens, nec vllius obicis aut impedimenti sibi conscius, & proponens nõquam amplius peccare. De qua sententiã disputatur à doctoribus catholicis, & huius disputationis paucis quædam postea attingemus, licet articulo præsentis impertinentia. Probatũ verò hæc prima articuli pars, quia fides nostra nititur verbo Dei, quòd eius & obiectum & scopus est, in què perpetuò collimare debet, à quo si minimũ deflectit, non iam fides, sed incerta est credulitas, & vagus mentis error: vt rectè dicit Ioannes Caluinus. Idè verbum basis est qua fulcitur & sustinetur, vnde si declinat corrui. Tolle igitur verbum, & nulla iam restabit fides. Non enim est fides nostra, vt ait Apost. Paulus in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Et Thessalonicenses cõmendat quòd verbũ ab eo acceperunt, nõ sicut verbum hominũ, sed sicut erat verè verbũ Dei. Cũ igitur nullũ sit Dei verbum de eo quòd Ioannes, vel quiuis alius accepit remissionẽ peccatorum, vel quòd saluus erit in vita æterna, aut quòd sit à Deo electus ac prædestinatus. Itè quod Petrus à Deo reiectus perpetuò sit damnandus; non sine magna temeritate & graui verbi Dei iniuria certò & infallibiliter quasi ex verbo Dei quis credere potest se esse iustificatum, aut esse à numero electorũ Dei. Nã generales sunt scripturæ de pœnitentibus, de Deũ diligentiibus & præcepta transgredientibus. Generales etiã sunt promissiones & comminationes Dei. Non enim fit mentio in scripturis Petri vel Pauli aut alicuius particularis personæ. Nõ igitur potest de remissionẽ peccatorũ vel salute æterna alicui in speciali esse certa & infallibilis fides, quæ soli verbo Dei, quòd nec fallit, nec fallere potest, debetur. Alioqui enim addimus verbo Dei si dicamus. Locutus est Dominus, quòd non est locutus, & incurrimus maledictionem, de qua Apocal. vltimo. & Deuterion. 12. Nullum ergo in scripturis testimonium habet hæc fides, Nec satis facit huic rationi responsio Martini Bucer, qui ait:

Bucerns. De iustificat. aduersus Pighiũ fol. 148

Responsio.

Marc. 16. Ser. 1. de ascẽ. domini, et sermo. 1. in cõtra. p. 1.

Quamuis scriptura nec me, nec tui speciatim meminere, Christus tamen insit prædicari Euangelium suũ omni creaturæ, & salutẽ promisit omni credenti, & in suum nomẽ baptizato. Præcepit Apostolus, vt sibi omnes gentes discipulos facerent, & docerent baptizatos quæcumq; ipsis mandasset. Et tamen Pighius, inquit, audet sublanare hanc piã & catholicã doctrinam, qua docemus oportere vniquemq; per suam habere, & sibi peccata propter Christi remissa esse, & vitã æternã donatã. Et quid credet, se obsecro, quisquis vllum Christi sensum habet, si non credet se habere per Christum remissionem peccatorum, gratiam patris, se filium & heredem Dei factum?

Cui responderet, quòd omni quidẽ creaturæ insit Dominus prædicari Euangelium, verũ salutem promisit nõ omni creaturæ, sed credentibus & baptizatis tantũ: Qui verò non crediderit condẽnabitur. Credere autè istud includit pœnitentiã ex Dei amore, per quẽ animus paratus sit omnibus eius mandatis obrepere. Sic enim docent post B. Bernardum, etiã aduersarij, Nemo autẽ certus est infallibiliter, hoc est certa fide, sed experimento

mento duntaxat (quòd fallax est) quòd Deum verè amet, aut verè pœnitẽat. Profundum est enim cor hominis & inscrutabile, tam quæ latentes sunt nostri affectus, vt nos ipsi cor nostrum penetrare non valeamus. Tot enim habet vanitatis recessus, tot mendacii laterbris scætat, tam fraudulenta hypocriti obiectum est, vt seipsum sæpè fallat. Et scripturæ in quibus sunt promissiones in genere certæ sunt & infallibiles. Subsumptio autem, verbi Dei certitudinem habere non potest: Nec credenti vita promittitur æterna nisi in finem persequeretur. Efficaci autem argumento & scripturis destitutus Bucerus ad interrogacionem se conuertit, sicut solent aduersarii quando nihil solidi restat.

Quid igitur inquit, credet, si non credet se per Christum habere remissionem peccatorum?

Cui responderet, quòd credet Dominũ Deum benignum esse, misericordem, patientem, & multæ misericordiæ, & præstabilem ob mortẽ Christi filij sui super malicia. Item sic Deũ dilexisse mundum, vt filium suũ vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in eum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Credet Christum sibi datum propitiorem & medicum animarũ, vt peccatores saluos faciat, nõ tamẽ statim per aduentũ medici, sanata esse vulnera, & pacẽ inibat. Remissa autè esse nobis peccata per Christũ, aut vulnera sanata, nõ dicit scriptura, nisi quæ medicus & propitiator præscripserit præstemus. Nihil igitur efficacit per hanc responsonem tollitur nostræ rationi, quæ etiã confirmatur scripturarum testimonij. Confitetur enim S. Iob, Si simplex fuero, hoc ipsum ignotabi anima mea, si venerit ad me, non videbo illũ, & si abierit non intelligã. Quòd tractans B. Greg. Plerumque, inquit, si scimus bona quæ agimus superbumus, si ignoramus, minime feruamus, nec agimus gratias. Vnde nihil aliud restat, nisi vt sciendo ignoremus, & ignorado sciamus. Item Apost. Paulus, Nihil, inquit mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Vbi dicit B. Greg. Quia, inquit, sæpè ipsa iustitia nostra ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est, & forder in districtione iudicis, quòd in æstimatione fulget operantur. Vnde Paulus cũ diceret, Nihil mihi conscius sum, prorsus adiunxit, sed non in hoc iustificatus sum: & causam mox insinuans ait, Qui autem iudicat me, Dominus est. Idcirco in eo quòd nihil mihi conscius sum, iustificatum me abno, quia ab eo qui me iudicat, examinari me subtilius scio. Aliæ quoq; scripturæ in hæc sententiã citatæ sunt circa articulum præcedentẽ, & idem tradunt concorditer Patres. Nam B. Greg. Petis, inquit, vt tibi scribã, an peccata tua tibi sint remissa? inutilis esset hæc reuelatio, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cũ iam in die vitæ tuæ vltimo plangere eadẽ peccata minime valebis, quæ dies quo vsq; veniat, semper suspecta, semper trepida, culpas metuere debes. Certè Paulus Apost. iam ad tertiuũ cœlum ascēderat, in paradysum quoq; ductus, adhuc tamen trepidus dicebat, Castigo corpus meum, & seruituti subijcio, ne fortè aliis prædicans ipse reprobus efficiar. Adhuc timet qui iam ad cœlum ducitur, & timere non vult qui adhuc in terra conuersatur? Perpende, dulcissima filia, quia mater negligentia solet esse securitas. Habere ergo in hac vita non debes securitatẽ, per quam negligentia daret. Scriptũ est, Beatũ vir qui semper est pauidus. In paucis ergo huius vitæ tempore metem vestra necesse est vt tremor teneat, quatenus per securitatis gaudium sine fine postmodum exulter. Id quòd etiã longè profequitur lib. 20. super Iob. Rursum homil. 38. in euãgelio circa locũ, Multi autè sunt vocati, pauci verò electi. Tremendum est valde, inquit, fratres charissimi, quòd audiimus. Ecce nos oēs iã vocati per fidẽ, ad cœlestis regis nuptias venimus: diuini verbi epulas sumimus, sed futuro die iudicij rex intraturus est, quia vocati sumus nouimus, si sumus electi, nescimus. Tanto ergo necesse est, vt vnusquisque nostrũ in humilitate se deprimat, quãto si sit electus, ignorat: nonnulli enim bona incipiunt: sunt qui in bonis quæ inceperunt, minime persistunt: alter pene totã vitã ducere in prauitate conspicitur, sed iuxta finẽ vitæ, à prauitate sua per distinctã pœnitentiã lamenta reuocatur. Alter electũ videtur vitam ducere, & tamen hunc cõtingit ad erroris nequitia iuxta finẽ vitæ declinare. Alius bonum benè inchoat, melius cõsummat. Tantò ergo sibi vnusquisq; sollicitè metuat, quãto ignorat quòd restat. Et paucis interpositis. Ne quis de propria actione cõfidat, quia & si iam nouit hodie qualis sit, adhuc cras quid futurus sit nescit. Nemo ergo iã de suis operibus securus gaudet, quãdo adhuc in huius vitæ incertitudine quis se finis sequatur ignorat. Quãtis autè verissima sit hæc B. Gregorii sententiã ex scripturis desumpta, & veterũ doctrinã cõformis: nõ tamẽ pudet Ioannem Caluini hominẽ in omnibus arrogantissimũ asserere, perniciosè B. Gregorium docuisse populũ, electionis scilicet nos esse inceros, quũ tamen ante B. Gregorium eandẽ sententiã tradiderit B. Augustinus. Quis, inquit, ex multitudine fidelium, quã diu in hac mortalitate viuunt, in numero prædestinatorum se esse præsumat? quia id occultari opus est in hoc loco,

Bucerns. Responsio. Iob. 2.

Ioan. 3.

Cap. 9.

1. Corint. 4.

2. Corint. 4.

Ad Gregoriũ Augustinũ eubẽ culariam, epi sol. 22. 6. lib.

1. Corint. 9.

Proverb. 28.

Ca. 12. et duobus sequenti. Nulla est certitudo electio nis salutis æternæ.

De corrup. grat. cap. 13.

In insit. cap. 14. parag. 30.

loco, vbi sic cauenda est elatio, vt etiam per angelum Sathanæ, ne extolleretur, tantus eo laphizaretur Apostolus. Hinc Apostolis dicebatur, Si manseritis in me, dicente illo, qui illos vtiq; sciebat esse mansuros. Et per prophetam, Si voveritis & audieritis me, cum sciret ipse in quibus operaretur & velle. Et similia multa sub conditione dicuntur. Nam propter huius vtilitatem secreti ne forte quis extollatur, sed omnes etiã qui bene currunt, timeant, dum occultum est quod perueniant. Propter huius ergo vtilitatem secreti credendū est quoddam de filiis perditionis, nō accepto dono perseuerandi vsq; in finem in fide, quæ per dilectionem operatur, incipere quidē viuere, & aliquamdiu fideliter & iuste viuere, & postea cadere, neque de hac vita priusquam hoc eis contingat, auferri. Quorum si nemini contigisset, tam diu haberent homines istum saluberrimum timorem, quo vitium elationis opprimitur, donec ad Christi gratiã, qua piē viuunt, perueniant, deinceps iam securi nunquam ab illo se esse casuros: quæ præsumptio in isto tentationis loco non expedit, vbi tanta est infirmitas, vt superbiã possit generare securitas. Deniq; etiam hoc erit, sed tunc, quod iam est in Angelis, erit etiã in hominibus, quando superbiã esse non poterit. Idem B. Augustinus alio loco. Iuli licet de suã perseuerantiã præmio certi sunt, de ipsa tamen sua perseuerantiã reperiuntur incerti. Quis enim hominū se in actione perfectūq; iustitiã perseueraturū vsq; in finē sciat? nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latentiq; iudicio non omnes instruit, sed neminē fallit? An non beatū Augustinum contemnet Caluinus, & pessimã perniciosaq; hæc eius doctrinã clamare audebit? Sed contemnat quos velit ab his duabus columnis (Augustinū loquor & Gregorium) ego nunquam auellar. Et apertis enim scripturarum testimoniis quæ citant, suã sententiam confirmant. Nam ait & Ecclesiasticus. De propitiari peccati, vel vt alii, de propitiatione & placatione peccati, noli esse sine metu. Itē Ecclesiast. Sunt iusti & sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo, vtrū amore an odio dignus sit, sed in futurū omnia seruantur incerta. Vbi Hieron. Porro, inquit, hic sensus, etiam in hoc dedi cor meum, & scire volui quos Deus diligeret, quos odisset, & inveni iustorum quidem opera in manu esse, & tamen vtrum amentur à Deo an nō, nunc eos scire nō posse, & ambiguo fluctuare, vtrū ad probationem sustineant quæ sustinent, an ad iudicium. In futuro igitur scient, & in vultu eorum sunt omnia, id est, anteceder eos, cum de vita hac decesserint, notitia illius rei, quia tunc est iudicium, nunc certamen. Et quicumq; aduersa sustinent, vtrū per amorē Dei sustineant vt Iob, an per odiū vt plurimi peccatores, nūc habetur incertū. Et quia Ecclesiastes apertē loquitur de iustis & sapientibus, locum non habet interpretatio Martini Bucerī, quod de odio & amore, secundum præsentem impietatem & iustitiã intelligi potest, eo quod certū est ex fide, quod impij sunt in odio Dei secundum præsentē iniquitatem. Nec verba Ecclesiast. patiuntur se intelligi, neminē ex his quæ extrinsecus apparent, certū posse habere argumentū æternæ suæ charitatis. Absolutē enim pronūciat, Nescit homo vtrū amore an odio dignus sit: & legit B. Hieron. Et quidem charitatē & odium, Dei scilicet non est cognoscens homo, sed omnia in futurū seruantur incerta. Hoc enim est quod Salomonem maximē in admirationē & stuporē aducebat, quod neq; iusti, neq; sapientes, tamen si Deo chari sint, & omnia alia probæ diu dicare nouerint, possint in hac militia de se scire, an sint Deo chari an exossi. Vnde patet quod fide certa & infallibili nemini citra reuelationē constare potest sibi remissa esse peccata, aut se iustum esse & saluandū, cū de hoc nullum sit Dei verbum, tum propter liberū arbitrii instabilitatem & flexibilitatem. Nec hoc probari potest, nisi per subsumptionem propositionis, quæ non est verbū Dei, sed singularis, de qua nō nisi experiētia potest constare. Subsumit autē aduersarij sub generalibus propositionibus, quales sunt. Qui crediderit & Baptizatus fuerit, saluus erit. Qui credit in filiū habet vitã æternam. Vt omnis qui credit in eū, nō pereat, sed habeat vitã æternam: & iustitia Dei per fidē Iesu Christi in oēs & super omnes qui credunt in eū. Subsumunt in quã, Ego in eum credo hac fide quã scriptura requirit, hoc est ea quæ totū me regenerat, & facit me verē Deū amare, eiusq; præceptis obedire, de quo nullū est verbū Dei, nec id certō nouisse possumus propter cordis, vt diximus, profunditatē. Minus certō igitur cognoscere possumus conclusionem, scilicet mihi remissa esse peccata. Quapropter B. Augustinus explicans versiculum: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi: ponit peccatorum remissionem inter ista incerta. Quæ, inquit, occulta, quæ incerta? quia Deus ignoscit, nihil tam occultum, nihil tam incertum. Quis nouit, dicebant Ninuicia, si Deus flectat in melius sententiam suam & misereatur. Incertum erat cum dicitur, Quis nouit: hoc incertum patefecerat Deus seruo suo Dauid, qui cū dixisset, Peccauit: statim audiuit à Propheta, id est, à spiritu Dei

2. Corin. 12. Ioan. 15.

Lib. 11. de Ciuit. Dei, c. 12.

Cap. 5.

Cap. 5.

Ecclesiast. 9.

Mat. 16.

Ioan. 3.

Roman. 3.

August. circa Psal. 50.

Lucæ 3.

2. Reg. 12.

Dei qui erat in propheta, Dimissa sunt tibi peccata tua, Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et B. Chrysol. explicans ternam interrogationem domini factam Petro, Simō Iona amas me? contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me. Propterea, inquit, in persona Petri contristatus sum, ne forte me amare arbitratus non amē, vt antē, cum me fortem & constantem putarem, imbecillis inuentus sum. Plerumq; enim affectibus nostris illudimur. Vnde manifestum est, quod huiusmodi fides scripturæ aduersatur, quodq; temerariē pro verbo Dei amplectitur, quod humanum est figmentum. Nam præsupponit promissiones Dei nobis offerri sine vilo modo & conditione operum fidei. Si scripturæ singulariter dicerent alicui remissa esse peccata, sicut dixit Saluator Paralytico & Magdalena, is cui hoc singulariter diceretur, obligaretur credere sibi peccata esse remissa, & se saluandum. Si cui diceretur, Vado tibi parare locum, & iterum venio & accipiam te ad meipsum, sicut dictum est à Christo Apostolis, huic remissa essent, etiam priusquã hoc crederet. Catholici autem sub generali propositione, quod per sacramentum baptisimi & penitentia remittuntur peccata, quando nullum inuenitur impedimentum, subsumunt nullum in se esse impedimentū, & ideo sibi peccata remitti. Vbi tamen conclusio etiã certa esse nō potest, propter incertitudinē minoris. Ista diligenter explicat B. Thomas 1.2. Absurdior autē est sententiã Martini Bucerī & Ioanis Caluini de certitudine prædestinationis, quã Philippī aut aliorū sequaciū Confessionis Augustinæ, de certitudine solius remissionis peccatorū & præsentis iustitiæ. Sed quia articulo præcedente de his multa diximus: & quia diligentissimē contra certitudinē gratiæ scripserunt venerabilis pater Andreas de Vega, in expositione Decreti De iustificatione in Concil. Tridentino: & reuerendus Magister noster Dominicus à Soto: & M. N. Richardus Smytheus Angelus in sua Diatriba, ca. 19. nos à prolixiore huius rei tractatione super sedebimus, addita tantū definitione Concilii Tridentini, in qua tota doctrina super incertitudine gratiæ cõformiter ad scripturas, & patrū sententiã succinctē traditur. Sic autē habet definitio.

Quamuis necessariū sit credere, neq; remitti, neq; remissa vnquam fuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christū, nemini tamen fiducia & certitudine remissionis peccatorū suorum iactant, & in ea sola quiescenti, peccata remitti, vel remissa esse dicendum est, cū apud hereticos & schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiã catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neq; illud asserendū est, oportere eos qui verē iustificati sunt, absq; vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminemq; à peccatis absolutū ac iustificari, nisi eum qui certō credat se absolutum & iustificatum esse, atque hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, de quæ Christi mortis & resurrectionis efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia & Christi merito, de quæ sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet dum seipsum, suamq; propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare ac timere debet, cum nullus scire valeat certitudine fidei (cui non potest subesse falsum) se gratiam Dei esse consecutum. Rursus idē Concilium, Si quis dixerit fidem iustificantem nihil aliud esse, quã fiduciam diuinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse qua iustificamur, anathema sit. Et si quis dixerit omni homini ad remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse vt credat certō & absq; vlla hæsitacione propriæ infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit. Rursus, si quis dixerit hominem absolutū à peccatis, aut iustificari, ex eo quod se absolutū, aut iustificari certō credit, aut neminē verē esse iustificatum, nisi qui credit se esse iustificatum, & hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, anathema sit. Et iterum: Si quis dixerit hominem renatum & iustificatum teneri ex fide ad credendum, se certō esse ex numero prædestinationum, anathema sit. Postremò, Si quis magnum illud vsq; in finem perseuerantiã donum se certō habiturum absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelacione didicerit, anathema sit. Et in Decretis Concilii Tridentini, Nemo quamdiu in hac mortalitate viuunt, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio vsq; adeo præsumere debet, vt certō statuat se omnino esse in numero prædestinationum, quasi verum esset, quod iustificatus, aut amplius peccare non possit, aut si peccauerit certam sibi respicientiam promittere debeat. Nam nisi ex speciali reuelacione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit. Item cap. sequenti. De perseuerantiã munere nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur, tamen in Dei auxilio firmissimã spem collocare & reponere omnes debeat. Deus enim nisi ipse illius gratiæ defuerit, sicut cœpit opus bonū, ita perficit.

Psalm. 50. Rom. 7. in Ioannem. Ioan. 21.

Lucæ 5. Lucæ 7. Ioan. 14.

Quest. 12. in quæst. de veritate, quæ sit. 10. ar. 10.

Lib. 9. cap. 6. & multis sequentibus, cap. 33. & sequentibus. Lib. 3. de natura & gratia cap. 10. et cap. 11. Cap. 9. sess. 5.

Can. 12.

Can. 13.

Can. 14.

Can. 15.

Can. 16.

Cap. 12.

Cap. 13.

Iacob. 3.

Cap. vii. de purgat. cano.

Cap. 9.

Serm. 2. de O-
la. Pasche.
in Cantu.
ser. 16. & 74
et in epist. 42

1. 2. quæst. 12
Art. 5.

Apocal. 2.

1. Corint. 4.
Psalm. 18.

In opere tri-
partito circa
finem.
his comment.
ad Rom. 8.

Lib. 3.

1. lib. sentent.
distinct. 17.
Quodli. 7. ar-
tic. 4. in argu-
ment.

Veruntamen qui se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore salutem suam operentur, Formidare enim debent (scientes quod in spem gloriae, & nondum in gloria renati sunt) de pugna quae superest cum carne, cum mundo & diabolo. Rursus cap. vii. Quia in multis offendimus omnes: Vnusquisque sicut misericordiam & bonitatem, ita veritatem & iudicium ante oculos habere debet. Neque seipsum aliquis, etiamsi nihil sibi conficius fuerit, iudicare, quia omnis hominis vita, non humano iudicio examinanda, & iudicanda, sed Dei qui illum illuminabit abscondita tenebrarum. Et Innocentius 3. definitur, quod non parua temeritatis esset, quod Archiepiscopus Bisontinus se purgandum, iuraret se immunem fuisse ab illis criminibus de quibus erat infamatus, tanquam dimissis per penitentiam, cum beato Iob dicat, Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Quam purgationis formam improbat ut temerariam. Non igitur tanta certitudo haberi potest de peccatorum remissione, ut iurare liceat ea sibi esse remissa. Attamen quamuis de hac peccatorum remissione, & in bono perseverantia infallibile fidei certitudinem sine speciali Dei reuelatione habere non possumus, ut iam ex Concilio Tridentino offendimus. Probabili tamen notitia ex signis & coniecturis electos suos Deus non destituit, ut sciendo nesciat, & nesciendo sciant. Nam B. Bernardus, de his signis tractans: Est aliud testimonium, inquit, quod datur in terra ad discernendos qui in ea sunt exules, ab indigenis, hoc est, caeli ciues, a ciuibus Babylonis. Quando enim sine testimonio electos suos deserit Deus? aut certe quoniam eis esse poterat consolatio inter spem & metum sollicitudine anxia fluctuantibus, si nullum omnino electionis suae habere testimonium mereretur? Nouit Dominus qui sunt eius, & solus ipse scit quos elegerit a principio. Quis vero scit hominum, si est dignus amore vel odio? Quod si, ut certum est, certitudo nobis omnino negatur, nunquid non tunc delectabiliora erunt, si qua forte electionis huius signa possumus intueri? Quam enim requiem habere potest spiritus noster, dum predestinationis suae nullum adhuc testimonium tenet? Quae prolixè profectur, & tandem concludit, A sanguine, aqua, & spiritu sancto habes testimonium, si contines à peccatis, si dignos agis penitentiae fructus, si facis opera vite: sanè noui superuenisse spiritum, certissimè conuersario noua testatur. Et varia signa diuinæ gratiæ & electionis probabilia docet B. Thomas, videlicet, quod homo percipiat se delectari in Deo, continere ea quae mundi sunt, nec alicuius mortalium peccati sibi esse conscium. Secundum quem modum dicit intelligi id quod habet B. Ioannes, Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. Hic autem nouit per quandam dulcedinis experientiam, quam nec habet, nec experitur, qui gratiam iustificatam nondum accepit, hanc tamen cognitionem imperfectam dicit. Vnde Apostolus. Nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum: quia & propheta, Delicta quae intelligit? Ab occultis meis munda me. Alia autem probabilia signa ponit Cancellarius Parisiensis Ioannes Gerson in tribus veritatibus consistere, quarum in superioribus meminimus. Cardinalis Caietanus duo signa tradit, quorum prius est amor Dei promptus ad obsequendum spiritui sancto, quem hic efficit in his qui spiritu Dei aguntur: Alterum est, experta continuatio diuinæ gratiæ gubernatricis in custodiendo à damnabilibus peccatis, illustrando, inspirando, excitando, monendo, & huiusmodi. Cum enim experimur, inquit, tam promptè nos diligere Deum, & tali tantaque cura à Deo gubernari, testimonium à spiritu sancto & nostra habemus sufficientissimum, ut credamus nos esse filios Dei. Alia signa habet Guilhelmus Altiisiodorensis in quæst. An quis scire possit quod habeat charitatem, vel quod peccata sint ei remissa. Quam quæstionem diligenter etiam disputat S. Bonaventura, & sanctissimus dominus Adrianus sextus. Sed in hoc omnes Scholastici conveniunt, quod omnimoda certitudo gratiæ à nobis haberi non potest, sed probabiliter ea assequi licet per signa, quae hoc sunt certiora quod clariora & manifestiora. Aliquando autem tam aperta sunt, ut nulla formido, nulla vacillatio sit coniuncta huiusmodi cognitioni. Nam firmam & certam huius rei cognitionem ex temeritate quoque concipere possumus, sicut haeretici firmius aliquando suis adhaerent erroribus, vel saltè eadem firmitate, qua nos sententis fidei. Nonnulli enim eorum qui opinantur non ambigunt, sed arbitrantur se exactè scire, nec minus suae opinionioni quam alii scientiæ credunt, ut de Heracleo dicit Aristoteles. Nam firmitas assensus dependet magna ex parte à voluntate vel pia, vel in malo obstinata. Certitudo autem est assensus firmus & verus. Si igitur verè sunt remissa peccata, certitudinem habet, quamuis temerariam, de peccatorum suorum remissione: quia tamen fallibilis est huiusmodi assensus, fidei esse non potest. Nam iisdem argumentis & probabilitatibus assentiendo falli possumus, & casus est quod modò non fallimur. Et credo verissimè esse, quod fides hac temeraria, imò & Lutherana iustificare potest, non per apprehensionem iustitiae, ut ipsi

ipsi docent, sed ratione penitentiae, & amoris Dei, sine quibus docent eam esse non posse. Est enim hæc fides primò de bona voluntate patris erga nos propter filium, in quo dona uit nobis omnia. Si itaque simplex aliquis persuasus credat ex hac Dei voluntate ob Christum sibi esse peccata remissa, & hoc certò, & quasi ex verbo Dei, & ob id cõpungimur vero erga Deum amore, se totum ei subiiciens, qui tanto amore ipsum prauent, vitæ præteritæ penitentiam agens, quia tam magnum amatorem offendit: verissimè est quod huiusmodi ita affectus verè consequatur peccatorum remissionem, & filius Dei efficiatur. Et fortassis si Deo placuisset, poterat hunc modum iustificationis impii instituisse, imò & quod sola imputatione iustitiæ Christi iustificaremur: sed eum modum non patiuntur scripturae. Diximus autem omnimodam præsentiae gratiæ certitudinem, cui falsum subesse non potest, citra reuelationem specialem haberi non posse. Omnibus enim argumentis, signis & experimentis præsentiae gratiæ, non repugnat falsum subesse: nec etiam repugnat his modis certum in suo iudicio falli. Propriū est enim fidei catholicae suae reuelationi diuinæ, quod falli non possit qui ei assentitur. An verò multo tempore in vitæ sanctimonia exercitati, imò & penitentes, sine reuelatione Dei ex signis, scripturarum testimonio, & experimentis visitationum spiritus sancti, certitudinem habere possint sine temeritate, iustaque ratione, non quidem infallibilem, sed quae sit sine metu & formidine, ne fortassis ita non sit sicut arbitrantur, hoc est, gratiam non habeant, inter catholicos cõtrouertitur, & videtur esse quæstio problematica utrinque; probabiliter disputabilis. Nā Concilium Tridentinum solū definiuit, quod nullus scire valet certitudine fidei, se gratiam Dei esse consecutum. Andreas de Vega docet partem affirmatiuam esse veram, quod scilicet multi iusti hæc certitudinem habent, non solū fiduciæ & affectus, sed notitiæ. Fieri enim potest, quod efficacissima habeantur argumenta pro præsentia gratiæ, & nulla occurrat causa verisimilis dubitandi vel formidandi. Illa, inquit, quies & securitas, qua plerique migrat de hac vita, illud ardens desiderium, quo charitas cum perfecta fuerit clamat, Cupio dissolui & esse cum Christo: & lætitia qua exultant, dum intelligentes sibi propinquum esse diem mortis, dicitur cum Dauide. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domū domini ibimus. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Alacritas etiam & admiranda cõstantia martyrum, & despicientia tormentorum, quid aliud sunt, quam testimonia apertissima huiusmodi certitudinis, quæ de sua iustitia & gratia apud Deum habent. Non sic exultarent, adueniente morte, non sic illam desiderarent, non sic lætarentur in tormentis, neque tanta quiete & placiditate animi de hac vita discederent, qui hæsitarent & dubii seu ancipites essent, de suo statu, vel quouis modo formidarent. Vnde & Ambrosius in expositione versiculi, Memor fui iudiciorum tuorum Domine, & consolatus sum. Quis nostrum, inquit, huiusmodi, ut se diuinorum iudiciorum serie cõsoletur, terribilia sunt peccatoribus etiam humana iudicia, quanto magis diuina formidini sunt. Et responderet: Videmus in hoc seculo innocentes lætos ad iudicium festinare, odisse moras, celeritatem affectare iudicii, reos autem refugere & pauere, vitare, mœstificari, cum diem iudicii audierint constitutum, Beatus itaque ille, qui illud caeleste iudicium lætus expectat, Scit enim sibi regnum calorū, angelorum consortium, coronam quoque bonorum repositam esse meritum. Quam sententiam clarissimè etiam docet B. Bernardus ex professo tractans, an sint aliqui viri ita spirituales, qui fiducialiter sibi arrogare possent voces illas ex Canticis & aliis libris sacris, quae certi sumus ecclesiae conuenire, quales profectò sunt istae: Dilectus meus mihi & ego illi. Expectans expectaui Dominum & intendit mihi. Dominus sollicitus est mei: & similes. Et non ausus ingredi scrupulosam istam quam vocat disputationem, nisi prius super verbo abscondito oraculo illo, Aperit & nemo claudit: tandè præmissa vnius diei oratione ita scribit, Si quis alicui licere crediderit eas voces sibi arrogare, ego non abnuo, sed interest tui. Non enim cuiuscunque profusus habet Ecclesia Dei spirituales suos, qui non modò fideliter, sed & fiducialiter agant in eo, cum Deo quasi cum amico loquentes, testimonium illis perhibente conscientia gloriae eius. Quinam illi sunt? Id quidem penes Deum. Tu verò audi, qualem te esse oporteat si vis talis esse: Quod tamen dixerim, non quasi expertus, sed quasi experiri cupiens. Da mihi animam nihil amantem præter Deum, & quod propter Deum amandum est, cui viuere Christus non tantum sit, sed & diu iam fuerit, cui studium sit prouidere Deum in conspectu suo semper, & sollicitè ambulare cum Domino Deo suo. Da, inquam, talem animam, & ego non nego dignam sponsum cura, maiestatis respectu, dominantis fauore, sollicitudine gubernantis: Et si voluerit gloriari non erit inspiens, tantum ut in Domino glorietur. Et alio sermone, Ideo spes non confundit, quia charitas certitudinem infundit. Item de penitente loquens,

Lib. 9. ca. 46
circa Decretū
Concilii Tri-
dentini de in-
iustificatione.

Psalm. 122.
Psalm. 129.

Psalm. 188.

Serm. 68. in
Cantica.

Psalm. 39.

Serm. 69.

Term. 57. in
Cantica.

Ser. 1. in 681a. Psal. 138.

loquens, Spiritum nouum aduenisse certissimè noua conuersatio testatur. Et epist. 107. Si supœna eum miseratio respexerit, immiseritq; spiritum cõpunctionis, vt ingemiscat, respiscat, mutet vitam, domet carnem, amet proximum, clamet ad Deum, proponatq; de cætero viuere Deo: ex hac superni luminis gratuita uisitatione & subita mutatione dextra excelsi, agnoscat se meritò quidem, non iam iræ, sed gratiæ filium, quippe qui paternum erga se diuinæ bonitatis experitur affectum, & cætera quæ sequuntur. Sicut autem hi certi sunt secundũ hanc Bernardi sententiã, sine metu & formidine de gratiæ præsentia, ita certò nouerunt se certos esse, neq; in aliquo falli ita arbitrando. Nec tamen hic vlla contingit temeritas. Verum si iudicarent se falli non posse, nec aliter esse posse quàm credunt, magna esset temeritas, eò quòd arguméta quibus nituntur, certitudinem istam non conuincant. Quæ quidem certitudo quãuis multò sit inferior certitudine fidei, quia tamen à sententiis scripturæ pendet, ideo fides quæ est virtus infusa, mediãtè ad illam inclinat. Et si accedat confidens voluntas, illa magis firmare potest assensum, sed non adeo vt liceret pro eius veritate, quòd scilicet in gratia sit, mortem subire. In quo est differentia ab assensu fidei. Signum reprobationis tradit B. Grego. in cõment. super Iob, & Cellarius Parisiensis, Ioannes Gerson, in tractatu de signis in bonum & malum.

Lib. 21. ca. 16 lib. 26. cap. 33 Et 34. par. 4. alph. 17. ff.

Ioan. 20. Ioan. 3. Marti. 16.

Hiero. in epist. ad Dard. de serua pro-missioni.

Hebr. 6.

Psal. 26.

Addit articulus, Etiam si firma & certa spe expectare debemus in hac quidè vita, per sacramentũ baptismi & pœnitentiæ peccatorum remissionè, in seculo autem futuro vitã aeternam. Quòd hæc certa spe expectare debeamus, demonstrant certissimè promissiones, quas ex verbo Dei habemus. Ait enim Christus. Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis. Et, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei. Item, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Spes enim Dei & omnia eius promissa respicit, quãuis generalia sint, sibi tamen vendicare & potest, & debet, tanquam vnicuiq; & sibi singulariter & peculiariter facta essent. Hoc enim discriminis est inter fidè & spem, quòd fides non transcendat limites verbi Dei. Nam nec plus nec minus credere oportet quàm locutus est Deus, cuius verbo nec iota vnũ addit aut demit fides. Credit igitur Christianus brauiũ cęlestè in vniuersum omnibus sine discrimine propositum, legitimeq; certantes ipsum apprehensuros. Agnoscit propositum esse sub modo & conditione legitimi cursus & certaminis, quare credit quòd multi eo frustrabuntur, qui secundum leges præscriptas vsq; in finem non currunt, & quod ipsemet quoque forsitan fraudabitur, quia est incertum an perseverabit. Non igitur simpliciter ex verbo Dei credit se saluandum, aut peccatorum remissionè consequitur. Spes verò ita certò fertur in ipsum brauium, & ita se ad ipsum erigit, quasi sine vilo dubio sit assecutur. In quibuscunq; enim est Dei promissio vel generaliter, vel etiam sub modo & conditione proposita, spe certa & firma in ipsum tendere & audacter ferri debemus. De hac spei certitudine frequens sit mentio in scriptura sacra. Nam Apost. Paulus: Fortissimũ, inquit, solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositã spem, quam tanquam anchoram habemus animæ tutam & firmã, & incedentem vsque ad interiora velaminis. Et propheta Dauid, Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si confurgant aduersum me, &c. Quisquis igitur secum consideret qua reuerentia, fide, & fiducia debeamus Ecclesiæ sacramenta suscipere, & quanta aeternæ beatitudinis expectatione, qua item fiducia fit homini Christiano moriendum. Quæ quidem fides primo est circa sacramenta, Dei gratiam & beneuolentiam erga nos exercenda, tum etiam circa sacramentorũ promissiones eorumq; effectus. Deinde certò & infallibiliter credere oportet, quòd hos effectus assequimur, si præparati fuerimus, vt nullum sit in nobis gratiæ impedimentũ. Sed quòd iam satis præparati sumus, adeo vt nullum sit in nobis gratiæ impedimentum, de eo nullam habemus ex Dei verbo certitudinem, verũ ex nostræ conscientiæ scrutinio & probatione, nunc maiorè, nunc minorem, nunquam autè infallibilem habere possumus. Nam experientia & conscientiæ examen multos fallunt, quũ idem opus secundũ speciè ex Dei inspiratione esse possit, & ex virtibus nature, & bonũ ac sanctũ opus ex circumstantia aliqua vitari & hoc ipsum latere potest. Imò & peccatũ mortale aliquando hominè latere potest, ob quòd sacramentorũ effectus impediuntur. Quando autè secundum nostram conscientia præparati sacramenta suscipimus, certa & firma spe expectare possumus, imò & debemus, quòd eorum effectus nobis contingeret. Atq; huic expectationi post sacramenta suscepta respondet apprehensio, siue tentio affectiua, certa & firma eius quòd confertur, hoc est, certa illius fiducia, si suscipiens sibi conscius sit legitime præparationis, modò tamen talis affectus siue fiducia respectu præsentis & iam possessi esse possit. Nam vis irascibilis, in qua spes & timor locantur, circa bonum præsens & habitũ, eò quòd

eò quòd ardui deest ratio, non habet operationem, iuxta doctrinam B. Thomæ. Quare alij dicunt hanc tentationem non esse aliquam operationem intellectus vel voluntatis, sed eorum actualem habitudinem ad gratiam præsentem, siue habitã, vel huius firmam credulitatem cum affectu respondente. Nam in intellectu ex cõsideratione promissionis Dei respondet certa & firma credulitas, omne dubium de peccatorum remissione excludens, non tamen infallibilis, quasi de eo haberetur verbum Dei peculiariter ad aliq; factum, sicut ad paralyticum factum est. Nam huiusmodi verbum nullam vacillationem aut fallibilitatem admittit, ne fortè non ita sit quemadmodum creditur. Atque ita sequitur quies, pax, tranquillitas conscientiæ, incomparabiliter maior, quàm si amicus mei amantissimus & fidelissimus mihi aliquid sub iuramento promississet. Hinc tamen non fit, quin cum timore & tremore nostram operemur salutem. Pro cuius rei intellectu considerandum est, quòd obiectum spei est bonum arduum non habitum, possibile tamen. Quandoquocunq; igitur iudicamus esse aliquod bonũ quòd possumus assequi & obtinere, tamen cum difficultate, illud sperare possumus: possumus & desperare, propter assecutionis difficultatem. Non enim certi sunt de brauiò obtinendo, qui in stadio currunt, sed de hoc dubitare possunt, imò & iudicare quòd non assequuntur, sperant tamè, modò iudicent quòd apprehendere possunt, & fortassis apprehendant. Non oportet ergo ob spei certitudinem, remissionem peccatorum vel salutem æternam, certò se apprehensurum iudicare, sed fieri posse vt apprehendat, concurrere tamen oportet certam & infallibilem fidem, vt spei nostræ certitudo consistat. Nam ad certam expectationè beatitudinis requiritur fides omnipotentis, misericordis & largitatis Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, & quòd mihi pro viribus conati diuinum auxilium, non deerit. Et quo ad spem veniã, quòd omnem ad se confugientem, potissimum autem per sacramenta baptismi & pœnitentiæ, ipse in gratiam recipit: sine qua fide etiam si huius opinio habeatur, certitudo spei consistere non potest. Ex parte autem sperantis requiritur, vt se per odium peccatorum & propositum vitæ melioris præparet ad dignam horum sacramentorum susceptionem, & vt remissionis peccatis proponat & conetur in finem vsque vitæ suæ ita perseverare. Atque horum ratione & consideratione quisq; sibi appropriate et accommodare potest & debet generales Dei promissiones. Vbi autem hæc defunt, ibi præsumptio est hæc promissa expectare. Et quia hic falli contingit, & arbitrium nostrũ flexibile est, cras etiam displicere potest id quòd hodie placet, ideo frustrari contingit: & plurimi frustrantur beatitudine, quam aliquando certò expectauerunt ex meritis & dei gratia. Ex alia verò parte qua creduntur quæ fidei sunt, impossibile est nos falli vel frustrari, sicut fidei falsum subesse non potest. Vnde B. Thom. ad argumentum quòd proponit. Multi viatores habentes spem, deficiunt à consequitione beatitudinis, ergo spes eorum non habet certitudinem. Respondet quòd aliqui habentes spem, deficiat à consequitione beatitudinis, contingit ex libertate arbitrii ponētis obstaculum peccati: non autè ex defectu diuinæ potentis vel misericordis, cui spes ininitur. Vnde hoc nõ præiudicat certitudini spei. Et B. Bonaventura ponens hanc certitudinem à fide participatam propriam spei, quam vocat virilis adhesionis affectus ad simile argumentum quò obicitur, quòd nullus est certus de assecutione illius ad quam nunquam perueniet: respondet quòd est certitudo ordinis & euentus, & quòd spes in suo actu certitudinè ordinis habet, quia efficaciter & infallibiliter vera spes ordinat ad salutem, non autem habet certitudinem euentus. Nam certitudo euentus spei solum probabilis est. Et in solutione argumenti sequentis dicit in fallibilitatem spei esse tantum conditionatam hac conditione, si perseverauerit vsque in finem in gratia & bonis meritis, non absolutam: virtutes autem perfectas partem appetitiuam non excludere totaliter falsum, sicut virtutes quæ intellectum perficiunt, donec etiam B. Thom. quãuis propriè, qui spe sua frustratur, non habuit sperando obiectum falsum, cum spes sit circa in complexum, nõ propriè circa enunciationem in qua sola verum & falsum inueniuntur. Spes itaque duo respicit, Deum tanquam regulam & principium siue causam, cuius auxilio annuitur promissa assequi. Respicit etiam bonum desideratum, & secundum priorem respectum nec frustrari, nec confundi potest, secus secundum alterũ, ob defectum liberi arbitrii, cuius cooperationem requirit Dei promissio. Est autem certitudo, determinata siue intellectus, siue voluntas ad aliq; vnum. Quando enim ad vnum determinata sunt & firmata intellectus in vero & in bono affectus, certus est vterque. Quomodo autem certitudo intellectus & affectus excludat formidinem, vacillationem ac timorem, an tantũ secundum considerationem qua credimus & speramus, an simpliciter, magis pertinet

2.2. quest. 13. art. 1.2. 2.

2.2. quest. 8. art. 4.

1.2. quest. art. 3. spes duo respicit.

ad articulum sequentem. Vtraque autem huiusmodi determinatio magna ex parte pendet à voluntate. Nam ad firmiter & sine formidine credendum verbo Dei, necessaria est pia voluntatis affectio, quæ intellectum verbo Dei omnino subiicit, ipsumque in eius & fide obsequium captiuat. Nam miracula & probabiles rationes non sunt efficaces ad certò assentiendum ei quod locutus est dominus. Similiter in sperando voluntas se determinat & firmat ob Dei promissionem in expectando vitam æternam. Nemo enim credit vel sperat nisi volens, & quando credit vel sperat, non credere & non sperare potest. Et sicut determinatio ista pendet à voluntate, ita & maior est & minor, & secundum hoc sequitur in homine maior quies & tranquillitas. Quod firma & certa spe expectare debeamus Dei promissa, quæ animæ nostræ salutem concernunt, per se est manifestum. Frequenter enim multis in locis scripturæ repetitur præceptum de sperando in dominum: sed nõ equè constat quãdo hoc præceptum obliget: sicut nec certum est pro quo tempore obliget præceptum diligendi Deum & credendi. An scilicet sperare debeamus quando iam exercemus actum qui habet Dei promissionem, quod promissum assequemur: An potius quãdo proximè sequuturus est & suscipiendus effectus promissionis, & quãdo confitemur peccata nostra, vel ea sumus confessuri, vel quando suscipimus absolutionem. Oportet enim tunc adesse spem veniæ, saltem virtutalem, tamen dubitari posset, an hæc sufficiat. Itè an toto cursu nostræ peregrinationis oporteat habere spem brauii propositi. Non enim fortiter in stadio curremus, si ipsum ante oculos non habeamus nos ad id extendentes, sicut in Dei gloriam, vitã & opera nostra tanquam in finem non dirigemus, nisi eum tanquam vitæ nostræ scopum constituamus. Sed quia hæc non vsque adeo cõtrouertuntur ab aduersariis, alij loco has difficultates referuabimus. Peccatorum autem remissionem certa spe expectamus ex Christi institutione & pura Dei gratia, sine alicuius meriti nostri concursu per sacramenta baptismi & penitentiae, vitam verò æternã in altero seculo, non ex pura Dei gratia, sed ex operum nostrorum meritis, quæ fieri non posse agnoscimus sine Dei gratia, non solù in hærente & nos viuificante, verù etiam ex gratia, quæ est singulare Dei auxilium, nos dirigendo, mouendo ad salutem, & protegendo. Atq; hæc gratia intelligitur in definitione spei, quam ponit magister sententiarum: Spes est expectatio futura beatitudinis ex gratia Dei & nostris meritis proueniens. Eo nãque modo expectanda est nobis beatitudo, quo Deus eam conferre constituit. Proponit autem eam dare tanquam brauium quod currẽdo apprehendamus, & tanquam coronam, quam legitimè certando, & tanquam mercedem laboris nostri accipiamus. Reddet enim Deus eam quasi mercedem laborum nostrorum, & vnicuique secundum opera sua, his quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quarunt vitam æternam. Et vnusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem. Èt in iudicio assignans causam, propter quã benedicti patris possidebunt regnum paratum à constitutione mundi, ait: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. & quæ sequuntur. Sicut causam ob quam maledicti ibunt in ignem æternum, assignat eorumdem operum omissionem. Quemadmodum igitur damnatio non est timenda nisi ob merita mala: ita ob bona duntaxat merita, speranda est vita æterna, his maximè qui operandi oportunitatem habent. Est ergo beatitudo à Deo suis cultoribus proposita tanquam corona, quæ certando & laborando obtineri possit, quasi palma atq; merces laboris & certaminis, adeoq; ad eam contendendum per iusta opera, & sanctæ vitæ certamina, vt videlicet per ea beatitudinem promereamur, eaq; tanquam nostra mercede digni reddamur. Verum quia hoc arduum & difficile est, & vires humanas excedit, necessarium est auxilium diuini, quo solo legitimè certare, & ad brauium venire contingit. Sicut igitur qui in certamine aliquo publico certat, sperat & contendit sui certaminis labore atq; meritis, propositam palmã assequi: ita hic cõtendere oportet pro brauium cœlesti, quod soli cursui nostro est tribuendum propter labores, bonam vitam & cursum secundum leges à Domino præfixas. Veniã autè peccatorum Deus pollicetur penitentibus in sacramento baptismi & penitentiae, & merè gratis. Sicuti igitur præsumptio & temeritas esset, expectare à deo eorum remissionem sine his sacramentis, quando necessitas ea nõ excludit: ita temeraria est præsumptio ex dei promissione & largitate expectare vitã æternã sine merito operum nostrorum & bonæ vitæ. Quia tam ex sua benignitate & clementia Deus remittit nobis peccata sine his sacramentis, quando necessitas ea excludit. (Tunc enim locum habet, Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meã Domino, & tu remisisti, etc.) hoc ipsum sperare possumus, modò tamè animũ habeamus cõstitẽdi, quãdo erit oportunitas. Ita & vitã æternã ex sola Dei gratia & misericordia peccator

3. Lib. dist. 16.

Definit. spei.

1. Cor. 9.

Rom. 2.

1. Corint. 3.

Psalm. 36.

in extremis iam positus verè dolens super vita sua damnabili, nulla meritorũ (quæ nullã habet) habita ratione, sperare potest, imò & debet, cum proposito tamen operandi & cã merendi, hoc est, in stadio ad brauium currendi, si tempus & oportunitas Dei gratia ei contingat. Definitio autem superius ex Magistro citata, scilicet, Spes est expectatio futura beatitudinis, veniens ex Dei gratia & meritis: solum pertinet ad spem, qualem per nostrã peregrinationis cursum habere oportet, non autem ad spem in genere, ad quam nos frequenter hortantur scripturæ. Solum etiam definitur spes respectu obiecti sui primarij. Non enim de sola beatitudine, cuius solius meminit definitio, est spes Christianorum, verum etiam de omnibus ad eam conducentibus. Ex fide, inquit Apost. Spẽ iustitiæ expectamus. Et alio loco, quamlibet promissionem euangelicam facit Apost. Paulus spei nostræ obiectum. Eratis, inquit, illo in tempore sine Christo, alienati à conuersione Israel, & hospites testamentorum promissionis spem non habentes. Item, Immobiles à spe Euangelij quod audistis. Nec tamen etiam generalis est definitio Magistri, respectu primarij obiecti. Est enim spei ad quam scriptura fideles hortatur, essentiale & de eius ratione, quod nitatur auxilio gratiæ Dei in genere. Quod verò auxilietur Deus in dirigendo per opera bona ad salutem, & hoc toto cursu & certamine nostro, vel aliter largiatur quod promittit, est extra rationem spei, magisque pertinet ad spei perfectionem & imperfectionem. Nam B. Thom. Actus spei, inquit, est expectare futuram beatitudinem à Deo, qui quidem actus perfectus est, si fiat ex meritis quæ quis habet. Si autem sit expectatio ex meritis quæ nondum habet, sed proponit in futurum acquirere, erit actus spei imperfectus, & quidem imperfectissimus, si merendi nulla superest facultas. Vnde patet quod hæc Magistri definitio solum est de spe, vt respicit obiectum primarium, nec tamen vt ipsum vniuersaliter respicit, sed solum secundum actum eius perfectum, qui considerat vitam æternam tanquam gloriosam coronam & exitium brauii fidelibus propositum, non tamen apprehendendum, nisi per certaminis laborem & meritã. Patet præterea quod de ratione spei theologice non est, vt per merita apprehendamus id quod Deus nobis largiri constituit, sed vt in genere apprehendamus per media quæ ordinauit, vel merè liberaliter & gratiosè. Per quæ manifesta fit responsio ad difficultates quæ hic proponi solent: primum de latrone, qui nulla prorsus bona merita habebat, & sperauit futuram beatitudinem ex sola misericordia & gratia Dei. De baptizatis, qui statim à baptismo moriuntur: & his quos in fine vitæ primum penitet scelerum suorum. Secundò de iusto habente merita bonorum operum, qui ad ea non respiciens, expectare potest futuram beatitudinem cultoribus Dei promissam, ex sola gratia & bonitate Dei. Item, eam expectare potest, tanquam filius & hæres Dei patris, quasi ex iure adoptionis.

Galat. 5.

Ephes. 2.

Coloss. 1.

1. 2. q. 65.

Responsio ad difficultates.

Ad primam enim aperta est responsio, quod expectatio futura beatitudinis non est ex meritis, neque pro cursu vitæ præsentis, nisi quando operandi tempus & oportunitas adest, non autem quando deest. Non enim merita requirit vniuersaliter expectatio etiam beatitudinis: sed iustus expectare debet salutem virtualiter, beatitudinem per media quæ constituit dominus, vt ad eam perueniamus. Quare in cursu huius vitæ eam expectare ex sola Dei gratia non licet, nec ex sola filiorum adoptione: propter quod dicit Apost. Si autem filij, & hæredes, &c. si tamen compatimur, vt & glorificemur. Nam filiorum adoptio fit secundum certas leges, modos, & conditiones. Quando autem desunt merita, imò & merèdi facultas, expectatio beatitudinis tum etiã pertinet ad spem, sed quæ est virtus theologica: sicut expectatio veniæ in sacramento penitentiae & baptismi, & aliorum beneficiorum, quæ nobis à Deo gratis conferuntur, expectatio, pertinet ad spem, vt est virtus theologica. Hoc autem fit per extensionem & erectionem animi ad Dei misericordiam & auxilium, non in certando, sed conferendo quod penitentibus gratiosè promissum. Spei enim quæ est virtus theologica, obiectum est Deus, non solum vt principium beatitudinis, sed etiam cuiuscunque alterius beneficij, & secundum magnitudinem omnipotentiae & pietatis eius, quasi obiecti formalis regulariter: obiecto autem formali saluo manente, eadem est virtus, idem & eius actus.

Expectatio certa beatitudinis sine meritis, pertinet ad spem theologicam.

Thom. 2. 2. q. 19. ar. 5. ad 3. argum. 2. 2. quasi, 64. ar. 4.

Obiicietur fortassis, quod nemo tanti debeat estimare opera sua, vt propter ea Deus sit retributus vitam æternam, quodq; ob hoc magis debeat respicere neglectis operibus in misericordiam Dei, quam ad opera sua.

Cui responsum fit quod scribit B. Ioannes, Qualem charitatem dedit nobis Deus pater, vt filij Dei nominemur & simus: in quo magna consistit dignitas quam mundus non nouit, imò nec ipsi nouimus. Nondum enim apparuit quid erimus, imò nec quid simus.

1. 1. ad. 3.

Si igi-

Si igitur opera nostra considerentur vt nostra sunt, non magni sunt aestimanda. Si verò considerentur vt ex spiritu fidei, spei, & charitatis procedunt, atque vt Christi opera sunt, in nobis quasi suis membris per spiritum suum operantis, inestimabilem habent dignitatem & valorē, & iusto Dei iudicio remunerantur vita aeterna. Sunt enim verius Christi opera per nos ea operantis, quam nostra. Sicut igitur in redēptione nostra per Christum facta, non est respiciendum in solam patris clementiam & misericordiam, sed & victimam & sacrificium in cruce oblatum, labores itē atque sudores, quos toto peregrinationis suae tempore Christus sustinuit, vt nobis apud patrem mereret redēptionem, ita in remuneratione vitae aeternae, respicere oportet ad opera quae Christus in nobis operatur. Ipsius enim, patris scilicet, sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis quae prae parauit Deus, vt in illis ambulemus, non ad solam Dei misericordiam & largitatem. Absit vt iusti vitam aeternam expectent, sicut pauper elemosinam. Multo nāq; gloriosius est ipsos quasi victores & triumphatores eam possidere tanquam palmam & coronam suis sudoribus debitam. Atque hoc modo respicit spes Dei iustitiam, secundū quam unicuique retribuit iuxta opera sua. Gratiam autē & liberalitatem atque magnificentiam eius respicit in eo quod brauium proponit praecij inestimabilis, & gratia quae adest currenti & operanti, vt brauium apprehendat. Certē multo alacrius & ardentius viam mandatorū Dei currimus, quando nobis praec oculis constituitur tanti praemii spes pro nostris laboribus, nimirum quod ad rationem nostri laboris, fiet nobis remuneratio.

Cogitamus enim eximium & excellentem oportere esse laborem, & magnum erga Deum affectum, cui tanta merces respondeat. Quare videtur proprie magis sperandum esse in decursu huius vitae tanquam stadij cuiusdam, quo legitime absoluto iam animū extendere oportet ad suscipiendum brauium certantibus propositū, ad quod per mortem vocamur. Suspiciat, inquit Dominus, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Sunt tamē viri etiā sanctissimi, qui peccatorum suorum (sine quibus haec vita non ducitur) & saeueri iudicij conspectu vehementer in mortis articulo terrentur, licet cōsideratione misericordiae Dei, & vitae innocenter per dei gratiam prius actae, in spem tandem se erigant, & gaudeant de suo transitu ad Dominum. Iustus igitur plurimū aestimare debet opera sua vt in deo facta sunt, & agnoscere ea quae sibi à Deo data sunt. Quod autem ex bonis operibus spes aeternae beatitudinis proueniat, copiose & efficaciter probat contra Mart. Lutherum reuerendus pater Alfonso de Castro, ex parabola de operarijs conductis à domino, vt operentur in vinea: ex qua docet vitam aeternā iusto esse debitam, sicut merces mercenario debetur, cum dicat dominus, Nonne ex denario cōuenisti mecum? Tolle quod tuum est & vade. Amice non facio tibi iniuriam: sine dubio iniuriam censens, si iuxta conuentionem denarium non dedisset. Hinc apud Iob dicitur, quod militia est vita hominis super terram, & sicut mercenarij dies eius. Quae verba pertractans beatus Gregorius ita ait, Considerandum est, quod mercenarius in alienis laboribus exudat, sed tamen sibi praemium proprium praeparat, & sollicitē curat inspicere, ne vnquam dies vacuum labatur ab opere, & expectatus finis temporis ne inanis veniat ad remunerationem. In laboris namque studio conspicit quid percipere in tempore remunerationis possit. Nam cum opus crescit, praemij fiducia proficit. Cum verò opus torpnerit, spes à remuneratione labascit. Vnde & electus quisq; vitam suam quasi mercenarij dies pensans, tantō fidētius spe tendit ad praemium, quantō nunc robustius perdurat ad laboris incrementum. Qui sit decursus praesentis temporis pensat: dies cum operibus numerat. Ne à labore vacua transeant vitae momenta formidat. Aduersus gaudet, passione reficitur, merore fouetur, quia subsequens vita praemii tantō se remunerari largius conspicit, quantō pro amore illius quotidianis se mortibus veniūs impendit. Hinc namque est quod ciues superbae patriae conditori eius Psalmista vocibus dicunt, Propter te morificamur tota die. Hinc Paulus ait, Quotidie morior propter vestram gloriam fratres. Hinc iterum dicit, Ob quam causam haec patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meū seruare in illum diem. Sancti igitur viri quot labores nunc veritatis commendantes exhibent, tot iam remunerationis suae pignora intra spei cubiculum clausa tenent. Adducit & alias scripturae auctoritates: item B. Ambrosium, Hieronymū, & Anselmū, quibus probatur spē eterne beatitudinis peruenire ex sanctis operibus. Idem docet & B. Augustinus. Et est aperta sententia Ioannis Apostoli, cum dicit, quod in hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est & nos sumus. Potest etiam ex dictis facile intelligi, qua fiducia opus sit in nostris orationibus. Debemus enim in

fide

fide postulare sapientiam, nihil in ea hesitando. Itē qua fiducia suscipienda est sacra Eucharistia, & reliqua Ecclesiae sacramenta, ea nimirum, quod etiam effectus eorum suscipiemus. An etiam eadem fiducia orandi sint sancti, qua orandus est nobis Deus pater, dicemus circa articulum 27. Quod autem liceat modo quodam sperare & confidere in operibus bonis, sicut mercenarius sperat in suo labore cui merces debetur, & in semine iacto in terram agricola, quod messem ex eo aliquando colliget, passim testantur scripturae sacrae. Nam iuxta sententiam Apostoli Pauli, Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, se spiritu metet vitam aeternam. Et beatus Iacobus, Ecce, inquit, agricola expectat preciosum fructum terrae, patienter ferens, donec accipiat serotinum & temporaneum, Patientes igitur estote & vos: Ecce iudex ante ianuam asistit. Rursum, Ecce venio cito, & merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua. De quo multa diximus in articulo superiore, respondentes catechismo Ioannis Brentij. Prolixē etiam docet quomodo in operibus bonis fidendum est in libro de haereticis Reuerend. Pater Alfonso de Castro: & Venerab. Pater Andreas de Vega in explicatio. Decreti Concilij Tridentini de iustificatione: Et B. Thom. Vnde facile responderi potest ijs quae Martinus Lutherus obijcit cōtra definitionē spei, in eo quod dicitur esse expectatio aeternae beatitudinis ex meritis proueniens. Addā hic sententias B. Chrysof. qui explicans responsum Saluatoris ad filios Zebedaei, Sedere autem à dexteris & à sinistris, non est meum dare vobis, sed quibus parati est à patre meo. Quibus, inquit, parati est? Illis videlicet, qui fulgentissimis operibus euasuri sunt, non est meum id dare, sed quibus labore & sudore praeparatum est. Vndique illos compellebat, in gratia Dei primum, deinde in laboribus proprijs omnem salutem & gloriae spem reponere: ideo dixit, Quibus paratum est. Nam si alijs praestantiores videbantur, si excellentiora quam vos opera facturi sunt, quomodo illis expulsi vos locum illorum occupabitis? Et alibi, Vnusquisque nostrum nulla in re alia spem suam, nisi post dei misericordiam, in morum sanctitate constituat. Item, In nullo alio nisi in solis sui ipsius virtutibus post diuinam gratiam de salute cuiuspiam sperandum est. Et manifesta est sententia Pauli, Patientia probationem, probatio autem spem operatur: & beatus Ioannes, Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus, apud Deum, Et quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus. De hac autem confidentia in operibus, docet & Sapiens, In timore Domini esto, & habebis spem. Et Thobias, Fiducia, inquit, magna erit coram Deo elemosyna omnibus facientibus eam. Hinc memorabilis est sententia sancti Hilariōnis Abbatis, qui moriturus, vt autore Hieronymo, ad animam suam timentem dixit, Egrederē o anima mea quid times? Nonaginta tribus annis Christo seruiisti, & mori times? Item Esaias rex Iuda moriturus, orauit dominum dicens, Obsecro Domine memento, quae, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. Et nouit Cicero Philosophus ille gentilis, quod iucundissima est recordatio, maxime morituro, conscientia bene actae vitae. Sicut autem in operibus confidere licet, eadem ratione & gloriari licet, modō in domino & in operibus tanquam ex Deo factis, gloriemur.

HIC aduertendum non heri aut nudius tertius natum esse, sed iam olim antiquam superesse errorem, quod videlicet non possumus ex nostris operibus vitam aeternam tanquam mercedem à Domino expectare. Quam haeresim per Malachiam prophetam in Iudaeis reprehendit dominus. Dixistis, ait dominus, Quid loquimur contra te? Dixistis, Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentū, quia custodiimus praecpta eius, & quia ambulauimus tristis coram domino exercitū? Conuertimini & videtis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem Deo, & non seruientem ei. Et apud Hiere. dicit Dominus in consolationem Rachel plorantis, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo. Sed alio ex fonte nostri aduersarij errorem hunc pestilentem hauriunt & excusitant. Docent enim opera nostra impura & peccata esse, & ideo apud Deum abominabilia. Ex quo consequens est, quod operibus suis nemo fidere, vt mercedem à Deo pro eis expectare possit. Nam totam salutis spem in sola fide collocant, qua omnia Dei dona apprehendunt. Deumq; omnia conferre putant, nullo operum habito respectu, quum scriptura tota reclamet, quod Deus unicuique iuxta opera sua retribuet. Et Apost. Paulus articulum fidei, sine quo non contingit ad Deum accedere, esse docet, quod inquirentibus se Deus sit remunerator.

Ioannes Caluinus conatur probare ex scripturis primō certitudinem gratiae & remissionis peccatorum, deinde certitudinem futurae salutis, electionis atque praedestinationis

Lucæ 21.
Grego. in cō-
mē. Iob. li.
2.4. cap. 11. et
sequēt. li. 3.
ca. 5.

Matth. 20.

Cap. 7.
Lib. 3. super
Iob.

Psal. 4.

2. Thimo. 1.

Lib. 1. de do-
ctri. Chri. c.
37. & 46. &
in praefat.
Psal. 31.

Ephes. 6.

Cap. 3.

Apo. vii.

Fol. 48.

2. 2. quæst.
17. ar. 4. &
25. ar. 1. ad 3.
In operatione
circa psal. 5.
Rom. 66. in
Mattheum.

Homil. 5. in
Matth.

Hom. 20. in
Ios. & hom.
2. in Matth.
Rom. 5.

Pro. 10. &
13.

Cap. 4.
In vita Hila-
riōnis.
4. Reg. 39.

Cap. 3.

Cap. 13.

In insti. l. i. ca. 5. 29. & 30. Res. 6. Calvinus. Responso. Matth. 9.

nationis nostrae aeternae. Nam in Antidoto contra cap. 10. de iustificatione, ita scribit. Cap. 10. in vanam, ut ipsi patres iactant, hereticorum fiduciam invehuntur, ea autem est secundum eorum definitionem, dum cervo sustinimus nobis remissa esse peccata, in casu, certitudine acquiescimus. Recte patres hoc definiunt, quoniam nullum est Dei verbum, quo vnicuique annunciat, peccata tibi esse remissa. Non enim alicui nostrum dicitur quod paralytico dictum est, Confide filii, remittuntur tibi peccata tua. Acquiescimus tamen & tranquillo, ac pacato sumus animo post susceptum sacramentum poenitentiae, certa fiducia & indubitata persuasione, quae formidinem & metum non excludunt. De propitiatu peccatorum ait scriptura, Noli esse sine metu.

Calvinus.

Verum si hereticum facit talis certitudo, ubi erit felicitas quam David praedicat? Imò ubi erit pax illa, de qua Paulus concionatur, 5. ad Rom. cap. si alibi quam in sola Dei benevolentia acquiescimus? Unde porro Deum habemus propitium, nisi qui non intrat nobiscum in iudicium?

Responso. Rom. 4.

David nullius certitudinis meminit, Beati, inquit, quorum remissa sunt iniquitates. Et, Beatus vir cui non imputavit dominus peccatum. Item capitulo sequenti, Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum: sive ut Graeci codices habent. Pacem habemus. Quam lectionem interpretatur Ambrosius & sequuntur Ioan. Calvinus & Philip. Chryso. aut & Theophylactus legunt, Habeamus. Et sensus secundum aduersarios est, Haecenus ostendi omnes absque fide Christi sub peccato & ira Dei esse, & peccati reatum aboleri, & iram Dei evitari per fidem. Iustificati ergo, id est iustitiam fidei consecuti, pacem habeamus, hoc est animo sumus tranquillo, non timeamus anxij & irrequietis damnationem. Chrysostomus autem & Theophylactus aliter interpretatur, videlicet. Cui iam semel per fidem sumus iustificati, ne amplius peccemus, verum pacem conservemus cum Deo, in iustitia semel accepta persistetes. Iuxta lectionem Ambrosii (quam valde vrgent aduersarij, & pacem interpretantur conscientiam prorsus securam) sensus est, Pacem habemus ad Deum, hoc est, Deum nobis habemus placatum & reconciliatum, qui prius propter peccata nobis erat infensus. Ait enim Ambrosius, Fides nos deo reconciliat sublati peccatis, quae nos Deo fecerant inimicos. Hoc modo intellecta sententia Apostoli, ut pax sit reconciliatio inimicitiae, nihil facit pro aduersariis. Similis locus est apud Ioannem, Haec locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis, Rursum in Actis. Ecclesia per totam Iudaeam & Galileam & Samariam pacem habebat, hoc est tranquillum vinebat. Vbi exhortatur Paulus ad tranquillitatem spei & fiducia. Respondemus igitur Calvino quod pax illa de qua Paulus concionatur, est reconciliatio patris, non certitudo infallibilis de peccatorum remissione. Ex fide enim iustificati Deum habemus placatum, & in sola eius benevolentia acquiescimus, sed non sine formidine, ob cordis nostri profunditatem. Nam sicut ait B. Iob. Si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. Vbi B. Gregorius, Plerumque si scimus bona quae agimus, superbumus: si ignoramus, gratias non agimus. Aliud non restat, nisi ut sciendo ignoremus, & ignorando sciamus. Quod ipsum alio loco etiam dicit de virtutibus. Et ideo Deum habemus propitium, imò & patrem ex eo quod aspiciat in facie Christi sui, qui victimam in cruce se ei obrulit, ut nostris peccatis propitiaretur. Quapropter nec amplius intrat in iudicium cum servis suis. Sed quid haec faciunt ad remissionis peccatorum omnimodam certitudinem? Potest enim Deus nobis esse propitius, & in iudicium nolle nobiscum intrare, ut tamen hoc ipsum nos ignoremus. Nam secundum sententiam B. August. inter occulta & incerta sapientiae Dei, quae sibi reuelata dicit, remissio peccatorum censetur, dum ait Propheta, Incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Cap. 19. Cap. 9.

Circ. Psal. 50

Calvinus.

Faentur nunquam nisi gratis remitti peccata propter Christum, sed hic in suspensio relinquunt, quibus & quando remittantur dum omnes conscientias tranquilla fiducia spoliam. Vbi igitur audacia illa, de qua alibi docet Paulus, & accessus cum fiducia ad patrem per fidem Christi? Non contentus fiducia nomine, audacia nos instruit, quae certe plus quidquam est quam certitudo. Quid etiam quod certitudinis vocem aliquoties usurpat? Neque alibi ea fundat, quam in sola gratia Dei amoris persuasione. Imò omnem veram Dei invocationem isti auertunt, cum priorum animos trepidatione suspendit, quae sola nobis sanam pracludit. Qui haesitat, inquit Iacobus, similis est fluctui maris qui a vento circumfertur. Non ergo existiment tales se quicquam impetraturos a domino. Sed qui vult exorare, nihil haesitet. Notanda est Antihetis inter fidem & haesitationem. Unde colligere promptum est fidem deest simul ac tollitur certitudo.

Responso.

Non in suspensio relinquimus quibus & quando peccata remittantur. Docemus enim omnibus qui de commissis peccatis dolent cum proposito non peccandi in posterum, per sacramentum baptismi & poenitentiae peccata remitti, in hoc conscientia nostrae tranquilla fiducia nos pacante: Et quidem ratione multo iustiore quam vestra fide conscientiae vestrae. Soli enim persuadetis remissa esse peccata ea fide qua non certo nouistis esse fidem.

Pro-

Propter abditissimos enim vanitatis recessus, qui ipsummet hominem latent, ignoratis an fides vestra radices fixerit & has viuas, ut euelli nequeat, qua tamen sola docetis peccatorum remissionem apprehendi. Tot, inquit Calvinus, vanitatis recessus habet, tot dacijs latebris scetet cor humanum, tam fraudulenta hypocrisis obtectum est, ut seipsum saepe fallat, & fide habere credat quam non habet. Et audacia de qua Apostolus atq; accessus cum fiducia ad patrem, & per fidem Christi & promissionem eius, inter quas est, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam: non autem est ex certa & infallibili credulitate & assensu. Vel ut alij interpretantur, Haec fiducia est qua animus nihil malorum sibi conscius & Christo frater, audeat sibi polliceri amicitiam cum Deo. De qua apud Ioan. Si cor nostrum non reprehenderit nos fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus ab eo. Facit autem haec fiducia summa quaeque magno animo sperare, excutit scrupulos omnes & letum subministrat spiritum. Atque intelligunt hunc accessum quasi aditum ad principem, de quo cap. praecedenti. Per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem: ad mores principum alludens, ad quos non nisi per alium patet accessus. Ad hunc modum ad hunc patrem adducimur per filium, duce spiritu, Hinc Oecumenius, Per quem habemus libertatem (ita enim legit) Sumus, inquit, per Christum ad patrem ducti, non tanquam captiui, neque tanquam rei veniam peccatorum accepturi, sed cum libertate, imò cum audacia & confidentia. Nam qui nos proprio sanguine sanctificauit, confidentes adduxit deinceps, ut accederent per fidem ad ipsum. Sed haec nihil faciunt ad infallibilem certitudinem cognitionis de remissione peccatorum, ad cuius tamen probationem haec Calvinus adducit. Certitudinem autem spei & expectationis Articulus ipse docet. Nec negamus certitudinis vocem usurpare scripturam. Ait enim Apost. Paulus, Certus sum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque creatura alia poterit nos separare a charitate quae est in Christo Iesu. Sed nos, inquit Chrysostomus, haec dicere non possumus, qui tantam charitatem non habeamus, intelligens charitatem Dei, non quam gerit erga nos, sed nostrum erga Deum amorem: sicut & August. & B. Ambrosius in comment. huius loci. Dilectionem firmi Christiani, inquit Ambro. nulla vincunt tormeta. Amatis enim magis irritatur charitas, cum amare prohibetur. Item B. Hiero. in quaest. ad Algasiam, similiter intelligit charitatem quam sumus erga Christum. Non igitur Apostolus haec dicens, fundat certitudinem in sola gratuita amoris, quo erga nos est Deus, persuasione, ut hic dicit Ioan. Calvinus, sed in firma nostra erga Deum dilectione. Eandem Apostoli sententiam explicans B. Bernardus. Multa, inquit, ponit hic Apostolus, non tamen adijcit, Neque nosmetipsi: nulla nos creatura atellere potest, soli nos id deserere possumus propria voluntate. Multa praecedenti articulo dicta sunt de hac Apostoli sententia. Nec piorum animos trepidatione suspendit nostra doctrina, imò tradit certam & indubitam habendam esse fiduciam obtinendi quicquid a Deo desideramus. Nec evertit veram Dei invocationem, quemadmodum putat Ioan. Calvinus. Nam verè dominum inuocauit Publicanus Euangelicus, quamuis persuasus esset sibi peccata nondum esse remissa. Et fides quam requirit ratio, non est de remissione peccatorum, neque etiam de impetratione eius quod petimus, sed de promissione & Dei bona erga nos voluntate. Quod significat B. Iacobus quando dicit, Postuler in fide nihil haesitans, ubi intelligit fidem promissionum, misericordiae & potentiae Dei, atque singularis prouidentiae & curae quam habet de vobis, in omnibus quae sunt necessaria, volens nobis providere: In hac fide nihil est haesitandum. De impetratione verò eius quod petimus formidare licet, et quod multis modis impediri potest, tunc propter nostram indispositionem, tunc in petendo defectus, quia videlicet non satis humiliter, confidenter & qua decet reuerentia oramus, atque cum Deo loquimur. Timere enim possumus ne nostra propterea repellatur oratio, nec ad Deum ascendere possit, tum quia non est salutare quod petitur, tum quia in orando non adest perseverantia. Apud B. Iacobum haesitatio magis affectus & eius fiducia respicit quam cognitionem. Certa namque fiducia expectanda sunt, non fidei infallibili cognitione, quae a Deo petimus. Nam Venerabilis Beda hunc eundem locum interpretatur. Postulet autem in fide nihil haesitans, id est, inquit, talem se exhibeat bene viuendo, ut dignus sit exaudiri dum postulat. Qui enim meminit se Domini non obtemperasse praecipitis, merito desperat Dominum suis intendere precibus. Nam B. Ioannes dicit, Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. Qui enim haesitat, hoc est, inquit, qui mordente se conscientia peccati, haesitat de perceptione praemiorum caelestium, similis est fluctui maris & ad flatum ventii per diuersos vitioum raptatur errores. Et sicut notandum dicit Calvinus Antihetis inter fidem

Ioan. 14.

1. Ioan. 3.

Ephes. 3.

Rom. 8.

De gra. & li. arbi. cap. 17.

Quaest. 9.

Ser. de dupli. i. baptismo.

Cap. 10.

1. Ioan. 3.

Ses. 6. cap. 5.

fidem & hæitationem, ita obseruandum alia esse eorum obiecta, vt declarant Patres Concilij in 5. cap. de iustificatione. Sicut nemo pius, inquit, de Dei misericordia & sacramentorum efficacia dubitare debet, sic quilibet dum seipsum suamque propriam indispositionem respicit, de sua gratia formidare ac timere potest.

Caluinus.

Sed quod melius tota eorum Theologia pateat leuoribus, expendam quæ in eodem capite sequuntur verba. Sed neque illud asserendum oportere eos qui verè iustificati sunt, absque dubitatione apud seipso statuere se esse iustificatos. Si ita est, videant quæ ratione conciliari queat Plerophoria, cum dubitatione. Illam enim Paulus fidei perpetuam facit comitem. Taceo quod instat axiomatis hic ponunt, quod Paulus pro ingenti absurdo dicit, Si ex lege est hæreditas, exinanita est fides. Fidei nullam fore certitudinem arguuntur, si operibus nitatur salus hominum. Non dubitat hoc pro absurdissimo in medicum proficere: & merito, cum mox abolitam quoque esse promissionem inde colligat. Videt autem me quasi de re ambigua contendere cum ijs, qui se Christianos appellant.

Responsio. Cap. 9.

Verè aiunt patres illud non esse asserendum. Nam B. Paulus nihil sibi conscius, in hoc tamen dicit se non iustificatum. Et B. Iob, Si venerit, inquit, ad me, non videbo eum, etiam si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. De nomine autem Plerophoria, multa diximus in superioribus. Confitentur quòd certitudo nequeat conciliari cum dubitatione circa idem obiectum, sed dubitatio hic est de peculiari sui iustificatione, de qua non potest esse fides quòd videlicet sum iustificatus, nisi verè penitens susceperim sacramentum penitentia. Sicut autem ostendimus ex Aug. Ioannem Brentium habuisse falsum intellectum Apostoli Pauli agentis de operibus legis: ita hic fallitur Ioan. Caluinus, per opera legis intelligens opera etiã fidei & gratiæ, quæ per spiritum suum Christus in nobis operatur. Si enim ex lege & eius operibus verus hæreditas, nulla esset eius certitudo, sed exinanita fide, nostris operibus quæ ex lege sunt, salus nostra niteretur. Pertinet autem tota hæc Apostoli sententia ad eos, qui carent spiritu gratiæ, quo carnalis peccati libido superatur. Ad eum, inquit OEcumenius, qui legi hæret tanquã saluum facienti, & salutem quæ per fidem est negligit. Nã intellectus verus huius loci est: Non enim per legem promissio Abrahæ aut femini eius, vt hæres esset mudi, sed per iustitiam fidei, hoc est, facta non est hæc promissio quasi præstanda & implenda per legem, non requirit legis obseruationem tanquam conditione & causam per quam impletur, sed ex fide dependet. Atque hoc est quod dicitur, Sed per iustitiam fidei, id est, quæ hoc ipso præstaretur, quòd credentes assequerentur iustitiam per fidem. Si enim qui ex lege, hoc est, qui legis sunt obseruatores, hæredes sunt promissionũ, & ad Abrahæ promissionem pertinent, res sequitur absurda, quòd fides sit res nihili, & quod promissio in totum careat effectũ, quia lex iram operatur. Adeo enim lex eos quibus data est dignos non facit, qui hæreditatē accipiant promissam Abrahæ, vt eos magis obnoxios reddat vindictæ diuinæ, dũ per literã iubendo, & non per spiritũ adiuuado auget peccatũ. Et cum Apost. Paulus in genere loquatur de fide promissionis factæ ad Abraham, ex eo probari nõ potest, quòd quisque credere debeat se esse iustificatum. Optimè hunc locum explicat aduersus Mart. Luth. Richardus, Smithus Anglus, in sua Diatriba de hominis iustificatione.

Caluinus.

Clara est scripturæ doctrina, Scimus, inquit Ioannes, nos esse filios Dei. Et postea vnde hæc sententia nascatur exponit, nempe ex spiritu quem dedit nobis, sicut & Paulus admonet, non mundi spiritum nos accepisse, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Alibi etiam expressius, Non accepimus iterum spiritum seruitutis in timorem, sed adoptionis spiritum in quo clamamus Abba pater. Hinc accessus ille cum fiducia & audacia, cuius paulo ante meminimus.

Rom. 4. Responsio.

Certum est in verbis B. Ioannis, Scire, nõ accipi propriè, sed dicitur notitiam certã quæ nascitur ex bono amoris affectu, quo sumus erga Deum quasi filij erga patrem. Nascitur enim, vt eodẽ loco docet B. Ioannes, ex eo quòd cor nostrum nos non reprehendit, & mandata Dei seruamus. Qui seruat, inquit, madata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis: Atq; ita conditionalis est hæc sententia b. Ioannis. Si seruamus, inquit Beda, charitatem, manet in nobis. Se autè interpretari videtur Ioannes quòd, Scire, intelligat fidem aut fiduciã habere. in hac epistola quando dicit, Hæc scribo vobis, vt sciatis quoniam vitam habetis æternã qui creditis in nomine filij Dei. Stubiunxit. Et hæc est fiducia quam habemus ad Deum, quia quocunq; petierimus secundum voluntatem eius, audit nos, & scimus quia audit nos quicquid petierimus. Scimus quòd habemus petitiones quas postulamus ab eo. Certũ est Scire hic esse fidere vel notitiã habere, quæ certã fiducia quam de Deo tanquã de patre habemus, cõsequitur. Et sicut Chryostomus dicit de sententia Apostoli, Certus sum quia neque mors neque vita, &c. quod magna

1. Ioan. 5.

Rom. 8.

magna hic dicit Apostolus, quodq; nos illa non agnoscimus, quando quidem tantã dilectionem non habemus. Item Theophilactus quod spiritu ceu arreptus, sic fatetur Paulus. Quis nos separabit, &c. Ita hic B. Ioannes fortassis de se & sibi in amore Dei similibus loquitur. Non enim leuis momenti est, vt dicit S. Basilius, quòd aliquis de seipso restitueret, & dicit, spiritus sanctus est in me, & per gratiam illius sapiens factus est reus gloriæ. Nã hæc vox Paulum decet, Videor & ego, inquit, spiritũ Dei habere. Est autem obseruandum circa has sententias B. Ioannis, quòd scientia de qua loquitur, non à sola fide pendet, sed potissimum ab obseruatione mandatorum Dei. In hoc, inquit, scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Et Rufinus, Qui seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus, hoc est, cognoscimus hoc veluti experimẽto, quòd in illius corpore sumus, quòd illius spiritum hausimus. Scientia ergo ista nititur diuini sermonis obseruatione, non fide. Vnde consequitur falsissimum esse axioma illud Caluini quod sæpe repetit, incertam fore iustificationem ac salutem, si penderet ex operibus, ad quæ per totam epistolam suam salutem nostrã refert Ioannes. Nascitur autè hæc scientia, de qua paulò suprà, ex spiritu quem Deus dedit nobis, sed per obseruatione mandatorũ quã spiritus operatur. Ad sententiam autem Apostoli Pauli, Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, respondet B. Thomas quòd Apollolus loquitur de bonis gloriæ quæ sunt nobis data in spe, quæ certissimè cognoscimus in fide, licet non cognoscamus per certitudinem nos habere gratiam, per quam possumus ea promereri. Præcedit enim, Quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendunt, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum. Vel, inquit, loquitur de notitiã priuilegiata quæ est per reuelationem: vnde subdit, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Et B. Augustinus intelligit dona in genere quæ à domino accipimus, sed quasi Dei dona agnoscimus. Multi, inquit, Dei dona habent, sed non colunt eũ à quò habent, nec eorũ agnoscunt largitorẽ. Et OEcumenius, Spiritũ Dei, inquit, accipimus, vt sciamus quæ nobis donata sunt à Deo, hoc est, quæ dispensatiuè facta sunt à Christo. Similiter loquitur Theophilactus, Clamamus quoque in spiritu, Abba pater, sed non ex infallibili fide vel scientia quòd filij Dei sumus, sed ex certa fiducia qua aucter ad ipsum tanquam ad patrem accedimus.

Et sanè totam fidei naturam ignorant, qui eam dubitatione miscent. Si dubitaret Paulus, non audeveret morti & inferis insultare, quemadmodum facit ad Rom. 8. vbi se tam certũ esse iactat de amore Dei, vt nihil eũ ab ista persuasione dimouere queat. Non audeveret, ea 5. gloriari super spe gloriæ Dei, quod ex eius verbis liquidd apparet. Causam enim assignat, quòd charitas Dei in corda nostra diffusa sit per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quo significat conscientiam nostram testimonio spiritus sancti acquiescentem, intrepidã apud Deum de spe æternæ salutis gloriari.

Non miscemus fidem dubitatione, sed discernimus quid fidei, quid spei, & quid sit præsumptionis humana. Nec dubitat B. Paulus, quòd nemo eum auellere potest à charitate Dei, sed de eo certissimè confidit, & hac fiducia, atque parato Dei auxilio, quod sibi nunquam deesse experiebatur, insultare audeat & morri & inferis. Qui etiam se certum dicit, quod nihil ipsum separare poterit à charitate Dei. Sed diximus hoc peculiare fuisse in Paulo, propter ardentem in Christum amorem. Ipse tamen hanc charitatẽ arbitrij sui libertate (vt ait B. Bernardus) deserere potuit, sicut deserunt multi. Expostulatur enim cũ Angelo Ephesus, quòd primam suam charitatem reliquerit. Et verũ non est, quòd huius suæ gloriationis causam assignet, quod charitas Dei in corda nostra sit diffusa. Hanc enim dicit causam, quòd spes non confundat, clarissimè docens spem nostram magna ex parte pendere ab operibus patientiæ. Gloriamur, inquit, in tribulationibus, scimus quòd tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit, &c.

Videntur autem sibi quibuslibet obiectis ingeniose occurrere, cum de Christi gratia generalem persuasionem commendant. Prohibent ne quis dubitet de efficacia mortis Christi, Sed vbi nam locari volunt in aere, vt confusa tantum sit imaginatio. Nemini enim permittunt sibi gratiam firma certitudine fidei applicare, quasi de nihilo desinentur nobis istæ promissiones, Ecce Rex tuus venit. Vos hæredes estis promissionis. Complacuit patri in te. Iustitia Dei in omnes, & super omnes qui credunt.

Diximus fidem respicere in vnicum verbum Dei, & respuere quicquid ei vel additur, vel adimitur. Generales autem sunt scripturarum promissiones, nec singulos respiciunt, nisi in quibus locum habet generalitas. Quare patres concilij rectè non permittunt vt aliquis sibi firma certitudine applicet, quod de eo nõ dicitur nisi in genere.

De spiritu sancto. ca. 26.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 2.

1. 2. quæst. 132. art. 5.

Tract. 83. in Ioannem.

Caluinus.

Responsio.

Apoc. 2.

Rom. 5.

Caluinus.

Mat. 2.

Zach. 9.

Act. 2.

Luc. 12.

Rom. 3.

Et incerta est ac fidei impertinens propositio subsumpta, quod hic verè credit, aut verè pœnitet. Atq; hanc fidem generalè, vt generale est verbum Dei, locamur non in aere, vt ludit Calvinus, sed in mentibus eorum, qui se in obsequiū fidei captiuaunt. Quid precor proposito huic conducit, quod quisq; propterea credere debet se esse in gratia Dei, quia scriptura dicit, Ecce rex tuus venit, &c. cū B. Ioannes testetur, quod in propria venit, & sui eum non receperunt: quotquot autē receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Item in genere dicitur Iudæis, Vos estis hæredes promissionis, vos estis filij prophetarum & testamenti, vobis est re promissio & filii vestris, & omnibus qui longè sunt, Sed additur, Quoscuq; aduocauerit dominus Deus noster. Et complacuit patri in grege pusillo, & Apostolorum suorum & sequacium, hoc est, in Ecclesia ipsa sua. Rursum, Iustitia Dei in omnes, & super omnes qui credunt, fide scilicet vna per spiritum charitatis. Sed quis est obsecro, qui certo nouit se pertinere ad gregem istū electorum, & de verè credentium numero esse?

Caluinus. *Sauè si concedam fide nos percipere, quod Deus offert, non ita mihi & aliis proponitur Christus, vt tantum credamus Abrahæ fuisse redemptorem, sed vt quisq; sibi propriam quæ ab ipso parua est, salutem faciat. Et cuius obsecro improbitatis est id asserere? Nemo scire fidei certitudine potest se gratiam Dei consecutum. Paulus & Ioannes inter Dei filios non agnoscent, nisi qui id sciunt. De qua scientia id interpretabimur, nisi quam spiritus sancti magisterio didicerint? Præclare enim Bernardus, Fide hic nobis subuenire necesse est, hic oportet succurrere veritatem, vt quod de nobis latet in corde patris per spiritum reueletur, & spiritus persuadeat cordibus nostris, quod filij Dei sumus. Persuadeat autem vocando & iustificando gratis per fidem.*

Responsio. Legimus apud Apostolum Paulum, quod Gentes quæ non sectabantur iustitiā, apprehenderunt iustitiā: iustitiam autem quæ ex fide est, Israel verò sectando legem iustitiā in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Legimus etiam quod vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide & preputium per fidem. Fide autem nos percipere iustitiam, & quicquid Deus offert, quasi organo, nusquam legitur in scripturis, sed est forma sermonis à nostrâ tempestatis hæreticis primum introducta. Accipimus enim iustitiam & dona quæ Deus nobis largitur patiendo, vt creator ornet supinum plasma, sicut paries suscipit imagines de manu pictoris quibus ornatur: Et sicut corpus animam suscipit rationalem solum patiendum, non se vel organum aliquod extendendo ad eius susceptionem. Adulti tamen effectiue se disponunt, sicut disponitur ac præparatur corpus ad animæ susceptionem. Ita enim cor mundum creat in nobis Deus, sicut ex limo terræ formauit hominem: Præparatio autem ad iustitiam, hoc est, vitam animæ, fides est ac penitentia, sed hæc propinquior. In paruulis verò nulla est præparatio præter Sacramenti susceptionem, ad quam sicut se habent merè passiuè, ita ad iustitiam & remissionem peccati. Nec aliter Deus sua dona offert, quam quia paratus est dispositis ea largiri, & electos suos ipse præparat ad donorum quibus eorum salutem promouet susceptionem. Et propriè loquendo fide aliquid apprehendere non aliud est quàm apprehendere notitia, sicut cognitum apprehenditur à cognoscente, & ab eo concipitur. Distingunt enim philosophi notitiam apprehensiuam à iudiciaria: sic cognitione apprehendimus auem quam in aere videmus volantem, quam tamen non ita manu tenemus, vt ea vti liceret. Obscuro igitur sermonis figura aduersarij & se & alios simul fallunt, quando suadent nos certò accipere iustitiam & remissionem peccatorum, ob victimam quâ Christus patri obtulit, sicut manu extensa accipimus potum oblatum, si tamen id ipsum firmiter credamus. Verè offert & proponit Deus pater Christum filium suum omnibus tanquam mediatorem & medicum animarum, vt vnusquisque propriam sibi faciat salutē quæ ab ipso parua est, non credendo tantum, sed ex fide huius mediatoris de peccatis pœnitendo & suam operando salutē cum metu, inquit Apóst. Paul. & timore vestrâ salutē operamini. Nusquā scribitur, Fide vestram salutē percipite. Et fidei certitudine nemo scire potest id quod non est loquutus Deus: me autem gratiam Dei assecutum esse nullum habet Dei verbum. De qua autem scientia loquantur, Ioannes & Paulus Dei Apóstoli, ipsi interpretantur. Nam diximus Ioannē apertè testari sententiā de qua loquitur non pendere à fide, sed ab obseruatione mandatorum. In hoc, inquit, scimus quod seruamus mandata eius, quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. Præcedit enim, Qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et ideo ea scientia scimus quod in nobis manet, quā dicimus spiritus sancti magisterio, hoc operū argumēto & signo. Et B. Ambro. interpretatur hoc testimoniū quod reddidit spiritus sanctus nostro spiritui, proficisci & pendere à

Matt. 21. Zach. 9. Cap. 1.

Aho. 2. Cap. 3.

Zuc. 12.

Rom. 3.

Caluinus.

Ser. 5. de de- dicat. ecclē.

Responsio.

Rom. 9.

Rom. 3.

Philip. 1.

1. Thom. 3.

In comment. ad Rom. 8.

morum probitate. Ait enim, Dignam vitam huic voci, Abba pater, exhibeamus: & hoc est testimonium filiorum si in eos per spiritum videatur signum paternum. Et ideo sicut hoc testimonium, ita nec scientia habere potest infallibilem iudicij certitudinem, sed probabilem tantum, est quidem secundum se certum & infallibile sancti spiritus testimonium, sed non nobis, nisi certò cõstitit ab eo nobis proficisci. Nec aliter se interpretatur B. Bernar. in loco quem citat Calvinus, Persuadeat autem spiritus, ait ille, vocando & iustificando gratis per fidem, in quibus nimirum transitus quidam medius est ab æterna prædestinatione ad futurā magnificationē. Loquitur enim Bernar. de salute æterna & illius certitudine, non iustitiæ præsentis. Nam tractans responsum Saluatoris nostri, Quis poterit saluus esse? ad interrogationem discipulorum. Apud homines hoc impossibile est, inquit, apud Deum omnia sunt possibilia. Hæc tota fiducia nostra, hæc tota ratio spei nostræ. Sed de possibili iā certi de voluntate quid agimus, quis scit an amore sit dignus an odio? Hic iam planè fidem nobis subuenire necesse est, prout superius apud Calvinum: Necesse est, inquam, subuenire fidem bonæ voluntatis Dei, qua paratus est omnes saluos facere, & fidem mortis ac oblationis Christi. Clarissimè autē docet Bernar. quod nulla est nobis futura salutis certitudo. Et in fine cuiusdam sermonis, docens quomodo testimonium habemus ab aqua, sanguine & spiritu, eum dicit ab illis habere testimonium quia à peccatis continet, & eorū habet penitentia: & notum superuenisse spiritum conuersatio noua certissimè testatur. A sanguine, inquit, aqua, & spiritu habes testimonium, si contines à peccatis, si facis opera vitæ. Vbi notandum est quod non ad fidem, sed ad opera omnem referat certitudinem B. Bernardus. Ex quibus patet quis sit intellectus verborū quæ citari solent ex sermone i. de Annūciat. Mariæ, Si credis peccata tua non posse deleri, nisi ab eo cui soli peccasti, & in quem peccatum non cadit, bene facis. Sed adde adhuc vt hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium quod perhibet in corde nostro spiritus sanctus, dicens, Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apóstolus gratis iustificari hominem per fidem. Nam in hac B. Bernardi sententia non malè Philippus intelligit, Credere, accipi pro fidere, vt sensus sit: Adde adhuc vt hoc credas, hoc est fidas, quia per ipsum & tibi peccata donantur. Interpretatur etiam sese Bernardus, quod tibi peccata donantur credas, si dignè pœnites, & vitam proponis meliorem. Si misericordia & veritas, inquit, sibi obtinuerunt, si præuenitur misericordia veritas nostræ conuersionis occurrat, vt de cætero misericordiam sectemur & pacē. Vbi enim cõpungimur, quis iam eū misericordia præuenit, sed nequaquā ingreditur, donec veritas confessionis occurrat. Peccavi domino, ait Dauid ad Nathan prophetā, cum de adulterio & homicidio argueretur: T rāstulit Dominus peccatum à te, respondit Propheta. Credere itaque, de quo B. Bernardus, pendet à penitentia & conuersione cordis. Insinuat etiam Beatus Bernardus & hunc sensum, Adde adhuc vt hoc credas, quod per ipsum & tibi peccata donantur, quātum in ipso est, hoc est, quod paratus est & tibi peccata donare. Non enim satis est credere quod peccata tua non possunt nisi ab eo deleri, quia hoc etiam credere potest de venia desperans: & ideo hoc adde, vt sperem veniæ habere, & credas quod & tibi donantur dignè pœnitenti, quod tu exclusus non es à cõpiosa ista misericordia, quod tibi offertur, quod te expeccet Dominus, quod te quoque inuitet, & velit te iustificare & saluare. Et sic Apóstolus arbitratur hominem iustificari per fidem hanc specialem, qua certò credat etiā sibi oblatam, & adhuc quotidie offerri misericordiam Dei, & per Apóstolum dici, Reconciliare Deo. Non igitur docuit B. Bernardus nos esse obligatos ad credendum, quasi ex verbo Dei nobis esse remissa peccata: sicut nec ad credendum nos esse prædestinatos, & beatos fore in cœlis, sed docuit nos obligari ad credendum, Christum ita remissionem & nostram beatitudinem meruisse, vt & nos quoque hæc ipsius merita possimus participare. Nam de vita æterna similiter loquitur, sicut de peccatorum remissione. De vita æterna, inquit, necesse est habeas testimonium spiritus, quod ad eam sis diuino munere peruenturus. Reddit enim dictorum suorum rationem, quia ipse peccata condonat, ipse donat merita, & præmia ipse nihilominus redonat, hoc est, ad hæc omnia ipse paratus est, nihilque in eo desiderari potest. Quid debui facere vineę meę, inquit ipse, & non feci? Testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Nam de remissione peccatorum validissimū teneo argumentum (ait ille) dominicam passionem. T raditus est enim propter peccata nostra, nec dubium quin mors eius potentior sit in bonum, quàm peccata mea in malū. Vbi vides causam dicti sui Bernardum assignare, mortis Christi sufficientiam & efficaciam, quæ tamen causa salutis non est, nisi obtemperantibus, Probat namq; testimonia

Ser. 5. de de- dicat. ecclē. Matt. 19.

Serm. 1. de o- ban. Pasch.

In locis theol. logicis

2. Reg. 12.

Rom. 3.

Esaias.

spiritus in spiritu nostro de remissione peccatorum, de meritis & beatitudine, facta esse credibilia nimis ex passione, resurrectione, & ascensione domini. Ex quibus manifestum est, non posse cocludi de quolibet particulari homine, imò de nullo, quòd iustificatus est, quòd habebit merita & beatitudinē: sed solum concludi potest, quòd quilibet per Christum hæc obtinere potest, & certò confidere debet se obtenturum. Nam neminem esse certum de sua prædestinatione & vita æterna, clarissimè docet idem Bernardus, vt supra diximus. Item alio loco, Quis, inquit, potest dicere, Ego de electis sum, ego de prædestinatis ad vitam, ego de numero filiorum. Quis hæc, inquam, dicere potest, reclamante nimirum scriptura, Nescit homo si sit dignus amore an odio. Certitudinem vtiq̃ue non habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt signa quædam & indicia manifesta salutis, vt quibus certitudinē negat causa sollicitudinis vel fiduciam, præstet gratia consolationis. Nam quales sumus, nosse possumus vel ex parte: quales autem futuri sumus, id nosse penitus non impossibile est. Itaque qui stat videat ne cadat. Et quòd non sit nobis certitudo de remissione peccatorum, docet in sermone de verb. Apost. Qui gloriatur in domino gloriatur. Nunc inquit, prauum est cor & impersecratabile, etiam sibi ipsi, adeo vt præsentia quoque magna ex parte ignoret, futura verò sua omnino nosse nò possit: quia aliquatenus nouit præsentia, si non reprehendat nos conscientia nostra, non quidem gloriam, sed fiduciam habemus ad Deum, sicut beatus Ioannes ait. Aliquateenus tamen in Domino gloriamur, testimonium perhibente spiritui nostro spiritu sancto, quòd filii Dei sumus. Rursus alibi tractans sententiam Apostoli 1. Corinth. 4. Nihil mihi conscius sum. Non ex toto, inquit, credo me vel ipsi conscientia meæ, cū nec ipsa quidem queat me comprehendere totum, nec potest iudicare de toto, qui totum non audit. Et in alio sermone querit, Quomodo quis sciat se habere indulgentiam peccatorum? Et respondet: Sic nimirum, conseruandę humilitatis gratia, diuina solet pietas ordinare, & quantò quis proficit, eò minus se reputet profecisse. Et post pauca, circa verba Saluatoris dicta paralytico, Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua, surge, tolle lectum tuū & ambula. Et tu ergo, inquit, si iā surgis desiderio supernorum, si grabbatum tollis, corpus scilicet à terrenis eleuans voluntatibus, si demum ambulas quæ retrò sunt obliuiscens, & ad ea quæ ante sunt te extendens desiderio & proposito proficiendi, curatum te esse non dubites.

Ser. 2. in octa no Pentec. Ser. 1. septima.

Euseb. 5.

2. Cor. 10.

Epist. 42. que est ad Hieronim. cū Senonensem archiep.

Ser. de 4. modis orandi: et ser. 5. de dedicat. templi.

Marci 9.

Caluini. 2. Cor. 13.

Responso.

2. Cor. 13.

Quòd si Paulus dum Corinthios hortatur, vt semetipsos probent, sint ne in fide, omnes reprobos pronuntiat, qui Christum non cognoscunt in se habitantem: ego cur reuear bis reprobos pronuntiare, qui tale examen à tota Ecclesia procul arcent, ac de gratia Dei nihil certi reliquum faciunt.

Paulum loquentem audiamus. Vosmetipsos, inquit, tentate, si estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est, nisi forte reprobis estis. Quem locum explicat B. Chrysost. & quorsum hæc dicta Apostolus ostendit, videlicet: Vos creditis, inquit, pseudoapostolis, & parui me facitis, sed si vultis de me sincere & verè iudicare, inspicite dona quæ ad meam prædicationem accepistis, intelligentes per fidem eam, quæ miraculorum est operatrix: sicut dum dicit, Si habueritis omnem fidem. Est itaque sensus secundum Chrysost. Videte an adhuc valeatis donis, in fide scilicet, quæ est omnium donorum mater, an loquamini linguis, an succurratis ægrotis, ac cæteris, an nò cognoscitis vosmetipsos apertissimis argumentis & rebus ipsis, docentibus hoc miraculis quæ adhuc patrat, quia Christus Iesus in vobis est: meo ministerio, non pseudoapostolorum: cognoscitis merito, nisi forte reprobis estis, hoc est, nisi merito vestrę vitæ male à vobis recesserit spiritus vna cum donis, vt amplius in vobis nò sit spiritus sanctus. Spero aut quòd cognoscetis, quia nos reprobi nò sumus, hoc est, efficiam, vt rebus ipsis intelligatis tale me vitam prestare, quale prestati cū essem apud vos. Donemus tamē Caluino, quòd Apostolus loquatur de fide viuua per charitatem operante: iā sensus erit, Examine vos ipsos an sitis in fide euangelica, hoc autem dicetis, si probaueris & disculseris totos vos ipsos in fide & moribus: An non cognoscitis vos ipsos tales, quòd Christus in vobis est per fidem & bona opera, & hoc ex mea institutione, & id certò cognoscitis, vel est vtiq̃ue Christus sic in vobis (potest namq; particula, Nisi forte reprobi estis, referri ad eorum cognitionem, vel ad mansionem siue existentiam Christi in eis.) Hoc igitur cognoscitis, item & Christus est in vobis, nisi forte reprobi estis, ab eo quòd prius habuistis, hoc est, nisi recesseritis à mea institutione & vita priore, & per reprobam vitam à gratia excideris. Hoc modo intelligitur sententia illa Apostoli de probatione & experimento, quòd sumitur per bona & honesta opera. Siue igitur intelligamus post B. Chryf. quòd Apostolus hortatur de periculo quòd de se faciat per additionem

mira-

miraculorum, siue experimento per honestam vitam, ex qua cognoscitur viuua adesse fides, non potest ex eius sententia colligi alia certitudo, de eo quòd fidem huiusmodi habemus, quam spei ac coniecturam verisimilium. Et falso colligit Caluinus ex eo quòd cognoscimus Christum Iesum esse in nobis, quòd fidei certitudine hoc cognoscimus. Nam probatio & discussio plerumque terminatur in cognitione tantum probabili.

AD probandam certitudinem notitiæ quasi ex verbo Dei de salute æterna consequenda, adducit Caluinus sententias Domini Saluatoris. Ait enim:

Cum æternæ nostræ adoptionis speculum nobis in Christo proponat cælestis pater, nemo quid nobis per Christum datum sit verè tenet, nisi qui certò secum statuit se illi datum à patre esse ne pereat. Quid enim? An de nibilo hæc dicuntur? Patrem qui nos in filij sui tutelam ac fidem tradidit maiorem esse omnibus, nec passurum esse filium, vt quicquam pereat, imò ideo dicuntur, vt qui sunt filij Dei, tali salutis suæ freti custode, inter media pericula tutos se esse non dubitent, imò periculis infinitis obsessi suam salutem extra periculum esse cogitant, quia in manu Dei sit. Et alibi, At subit futuri status anxietas. Nam vt Paulus vocari docet, qui electi autē fuerint, iā Christus ostendit multos esse vocatos, paucos autem electos: quinetiam ipse quoque Paulus alibi à securitate dehortatur, Qui bene stat, videat ne cadat. Inferus es in populum Dei, noli superbire, sed time. Potest enim Deus te succidere, vt alium inferat. Denique ipsa experientia satis docemur parui esse vocationem ad fidem, nisi accedat perseverantia, quæ non omnibus contingit. Sed enim ista sollicitudine liberant nos Christus. Nam in posterum certe respiciant istæ promissiones: Omne quod dat mihi pater ad me veniet: Et eum qui venerit ad me, non eiecim foras. Item, Hoc est voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedi mihi non perdam ex eo, sed resurget illud in nouissimo die. Item, Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, ego cognosco eas, & cognoscunt me meæ, neque rapiet eas quisquam de manu mea, pater qui dedit mihi maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Quid binc nos discere voluit Christus, nisi vt confidamus nos perpetuò fore saluos, quia illius semel facti sumus.

In Actibus circa cap. 13. 6. seß. Ioan. 6. et 17.

1. Ioan. 4. Ioan. 6. et 10. In institutione ca. 4. para. 7.

Ioan. 6.

Responso.

Homil. 38.

Cap. 16. Cor. cili 6.

2. Timot. 2.

Ioan. 17.

De bono p. p. sene. cap. 8.

Pudet Caluinum hic aperte proponere & explicare suam sententiam, quæ est, quòd certò cognoscimus ex verbo Dei, saluos nos fore in calis. Nam & hic dicit, quòd certò nobiscum statueri debemus quòd à patre dati sumus filio, ne pereamus. Dicit præterea beatus Gregorius, persimè & perniciosè docere, dum vocationis tantum nostræ conficios esse nos tradit, electionis incertus. Et dissimulata hac fidei certitudine, se transfert ad fiduciam. Nam & patres Concilij docent vnicuique confidendum esse fe perpetuò fore saluum, sicut sperare debet beatitudinem. Improbat enim Caluinus definitionem Concilij de prædestinationis temeraria præsumptione cauenda, dum ait. Nemo quoque, quàm diu in hac mortalitate viuut, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio, vsque adeo præsumere debet, vt certò statuat se esse in numero prædestinatorum, quasi verum esset, quòd iustificatus aut amplius peccare non possit: aut si peccauerit, certam sibi respicientiam debeat promittere. Nam nisi ex speciali reuelatione sciri nò potest quos Deus sibi elegerit. Sed scripturas quas pro salutis certitudine adducit expendamus. Beatus August. eas solum intelligit de electis, & ex electione nobis datis à patre. Est enim electionis ac prædestinationis effectus hæc donatio. Sicut ergo Deus solus nouit quos elegit. Ipse enim nouit, inquit Apostolus, qui sunt eius, quiq̃ue eius sunt oues. Solus etiam nouit quos dedit pater filio seruandos ne pereant. Non enim omnes elegit, nec omnes filio dedit. Ait enim quibusdam: Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Ideo nemo secum certò statuere potest, quòd electus est, nec quòd à patre datus est Christo, vel quòd sit Christi ouicula: quamuis quisque hoc confidere debeat, quando se ouem pasto ri suo obedientem exhibere proponit. Non omnes nos datos esse filio à patre clarè restatur ipse filius, quando patri confretur, Dediti filio potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei deis vitam æternam. Manifestauit nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Non pro mundo rogo, sed pro iis quos dedisti, quia tui sunt: Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex eis perit nisi filius perditionis. Electi autem nec rapiuntur de manu filij, nec eam relinquunt, ita fortiter eos tenet Christi manus: Et si forte elabatur, eos recuperat & custodit donec hinc vocentur. Et aliquando ante tempus suum rapiuntur, ne malitia mutet eos. Nemo itaque ex ouibus quas ab æterno nouit Dominus, vnquam perit, sed omnes accipient vitam æternam. Deducit enim eas per semitas mandatorum suorum, vt audiant vocem eius & sequantur, donec ad ouile gloriæ æternæ perduxerit. Si autem ad tempus recesserint, reuertuntur cum filio prodigo culpam suam confitentes. De iisdem prædestinatis interpretatur beatus Augustinus sententiam beati Ioannis, Ex nobis abierunt, sed non erant ex nobis. Nam si

i iiii

fuisse

fuisſent ex nobis (ſecundum electionem ſcilicet æternam) permanſſent utique nobiſcum. Chryſoſtomus verò & poſt eum Theophylaſtus generalius interpretantur, oves à patre datas filio, vniuerſos ſcilicet qui in familiam & ſanctam Chriſti focietatem ſuſcipiuntur, vel ad tempus, vel perpetuò. Nam ſolos electos filio eſſe datos à patre, non patitur exceptio in verbis Domini, Quos dediſti mihi ego cuſtodiu, & nemo ex eis perit, niſi, &c. Quod tractans beatus Chryſoſt. Alibi inquit Saluator, Omne quod dediſti mihi, non perdam ex eo. Atqui non ille tantum perditus eſt, ſed multi poſtmodum. Quomodo ergo, inquit, Non perdam. Cui reſpondet, Quantum in me erit, non perdam. Quod & alibi apertius ſignificauit, Non eijciam eum foras. Nam mea cauſa non expellam eum: quod ſi ſpontè ſua reſiliant, vi eos non traham. Et Theophylaſtus, Quomodo ò Domine nullum perdiſti, cum & Iudas perierit, multiq; alii retroceſſerint? Quantum ad me attinet, inquit, nullum perdiſti: quantum in me fuit, nullum amiſi, ſed ſeruauit eos, hoc eſt, omnibus modis cuſtodiu. Quòd autem à ſeipſis reſilierint, nihil hoc ad me. Rurſum interrogauerit quiſpiam, Quomodo dixit Dominus, Nullus ex manu patris mei rapit eas, quum tamè multos videamus perire? Dicendum quòd Iudas perierit, ſed propter hoc perit, quia ſecurus non eſt, neque otis manſit yſque ad finem. Dominus de his qui ſecuti ſunt eum & oves ſunt, inquit, non pereunt. Quod ſi quis ex ordine ouium exciderit, & non fuerit ſecurus paſtorem, ſtatim perit. Nihil igitur faciunt ſcripturæ iſtæ pro certitudine electionis noſtræ, aut ſalutis æternæ, vel noſtræ in bono perſeuerantiæ, vt ex his Dei verbis, certam de eis quæ Caluinus inculcat, fidem habere debeamus, vel etiam poſſimus.

Hom. 80. ſuper Ioannem.

In comment. Ioan. 17. cap.

In comment. Ioan. 10. cap.

Igitur ex ſupradictis manifeſtum putamus, quòd fides qua quis firmiter credit, propter Chriſtum ſibi remiſſa eſſe peccata, ſequè poſſeſſurum vitam æternam, non ſolum nullum habeat in ſcripturis teſtimonium, verum etiam, iſdem multis nominibus aduerſetur, adeò vt damnata ſit in ſacroſancto Concilio Tridentino cap. 8. 12. 13. Item Canon. 9. & ſequentibus yſque ad 12. Rurſus Canon. 28. & 29. Et præcipuè Canon. 16. Totus itaque articulus nonus eſt firma fide tenendus & credendus.

Finis Articuli Noni.

Articulus Decimus.

Itaque quamdiu inter hoſtes noſtros & aduerſarias poteſtates hinc viuimus, nulla nobis eſt ſecuritas, ſed cum timore & tremore (iuxta ſententiam Apoſtoli) noſtram ſalutem operari debemus. Et ſecundum varias animorum noſtrorum affectiones, nunc magis ſperare, nunc magis timere: ſimpliciter tamen magis & frequentius de miſericordia Domini ſperandum eſt, quàm ſormidandum de ſeueritate.



RTICVLVS hic declarat & explicat præcedentem. Nam ſi certa & infallibili crederemus peccata nobis eſſe remiſſa, & nos poſſeſſuros vitam æternam, non poſſet eſſe dubitatio nec metus de peccatorum propitiatione, ne fortassis remiſſa non ſint, nec de ſalute æterna, ne fortassis damnemur. De iis enim quæ certò & infallibiliter futura credimus, ſecuri ſumus & ſine metu. Nam nemo catholicus metuit ne anima ſua in morte intereat, ne qui occidunt corpus, occidant & animam. Eum, inquit Saluator, timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Ne ad ſiniſtram iudicis lochemur in die iudicij metuiſimus, non autem ne nõ fiat mortuorum reſurrectio. Securi enim ſumus & ſine ſollicitudine qua teneri poſſemus, ne oppoſita eorum eueniant quæ certò ſcimus infallibiliter futura. Nemo, inquit beatus Auguſtinus, ſaluſa fide Chriſtiana dixerit, Fortè de virgine natus eſt Chriſtus. Quamdiu igitur inter hoſtes potentes, qui non aliud quærunt quàm vt nos perdant & noceant, infirmi hic viuimus, nulla debet nec poteſt nobis eſſe ſecuritas, quin cum timore & tremore noſtram perſicere debemus peregrinationem. Nam militiam eſſe vitam hominis ſuper terram perpetuumq; prælium, teſtatur Beatus Iob. Item Apoſtolus, Induite vos armaturam Dei, vt poſitis ſtare contra inſidias diaboli, quoniam nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & sanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectoros, contra ſpiritualia nequitia in caeleſtibus. Rurſum B. Petrus, Sobrii eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuorer. Nulla autem poteſt eſſe de victoria ſecuritas, quando nos debiles & infirmi conſtigimus cum hoſtibus, non vno & altero, ſed cum plurimis, & quidem aſtutiſſimis & potentiffimis. Nam de Behemoth, qui eſt vnus ex eis, dicit B. Iob, Non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullum timeret. Nulla præterea nobis ſecuritas eſt poteſt, quando dubius & admodum incertus eſt belli euentus. Plurimos enim & strenuos Chriſti milites in hoc bello vinci atque perpetuò interire teſtantur ſcripturæ, & etiam frequèſ experientia. Non æque gloriari poteſt accinctus vt diſcinctus. Qui ſtat videat, imò & metuat ne cadat, inquit Apoſtolus, fracti ſunt rami: Noli altum ſapere, ſed time. Nam vt dicit B. Auguſtinus, credendum eſt quosdam de filiis perditionis, non accepto dono perſeuerandi, aliquamdiu fideliter & iuſtè viuere, & poſtea cadere, neq; de hac vita priuſquam hoc eis contingat, auferri. Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis reperit prauitatem, quanto magis hi qui habitant domos luteas conſumentur velut à tineâ. Timeamus ergo, inquit Apoſtolus, ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exiſtetur aliquis ex nobis de eſſe. Participes enim Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantia eius yſque ad finem firmum retineamus. Et Ioannes in Apocalypſi, Ecce venio cito, tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit faciam eum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Et qui vicerit ſic veſtietur veſtibus albis, & non delebo nomen eius de libro vite. Quosdam autem de libro vite deleri, teſtatur Propheræ David. Et ideo B. Bernardus, Nunquã, inquit, eſt ſecuritas, neque in celo, neque in paradyſo, multò minus in mundo. In celo enim cecidit Angelus ſub præſentia diuinitatis: Adam in paradyſo de loco voluptatis: Iudas in mundo de ſchola Saluatoris. Item B. Gregorius, Si quis nouit, inquit, hodie qualis ſit, cras quid futurus ſit neſcit. Nemo ergo de ſuis iam operibus ſecurus gaudeat, quando ad huc in huius vite incertitudine quis ſe ſinis ſequatur, ignorat. Et ad Gregoriam Auguſte cubiculariam. Secura de peccatis tuis fieri non debes: mater negligentia ſoler eſſe ſecuritas. Habere ergo in hac vita non debes ſecuritatem, per quam negligens reddaris. Scriptum eſt, Beatus vir qui ſemper eſt pauidus. Ac B. Hieronymus, Nunquam ſecurus ſis, omni obſeruantia cuſtodias cor tuum, vt conſideres quoniam in medio laqueorum ambulat &

Matth. 10.

Lib. 8. de trinitate, cap. 5.

Cap. 6.

Ephes. 6.

1. Pet. 5.

Cap. 4.

3. Reg. 10.

1. Corint. 10.

De correptione & gratia. ca. 13.

Ioan. 4.

Heb. 3. & 4.

Cap. 3.

Pſalm. 68.

Ser. de liguo, ſeruo, & ſiqua.

Ser. 38. enag.

Epistol. 22. li. 6.

Lib. 2. aduersus Pelag.

*Certa est bo-
mini Christia
no spes de vi-
taria aduer-
sus hostes &
perseuerantia
vsque in fine
Psal. 26.*

Cap. 21.

4. Regum 5.

1. Ioan. 4.

bules, & sub murorum pinnis ingrediatis, vt illud quotidie mediteris, Iuxta sententiam scandalum posuerunt mihi: qui cautus & timidus est potest ad tempus virare peccata: qui securus est de iusticia sua, repugnat Deo, illiusque auxilio destitutus insidiis hostium parer. Nulla igitur securitas hic esse debet, nec de gratia, nec de perseuerantia in gratia, & vita aeterna. Quamuis autem de his securitas, & quasi ex verbo Dei certitudo esse non possit, tamen de his omnibus certa fiducia homini Christiano esse debet, imò & de victoria aduersus hostes, in quorum medio nostra est peregrinatio. Dominus inquit propheta, illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vite meae, a quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo. Ipse enim dixit, Non te deseram neque derelinquam, ita vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Item Esaias, Fiducialiter agam, & non timebo. Et per Christum donatum est nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. Ac iustus confidens, sine timore erit. Quapropter Heliseus propheta recte dixit puero suo videnti exercitum in circuitu ciuitatis, Noli timere, plures enim nobissem sunt quam cum illis. Et maior est, inquit Ioannes Apost. qui in vobis est, quam qui in mundo, & ideo vicissim mundum. Nam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Porro quomodo certa victoria fiducia esse possit sine securitate, partim dictum est articulo precedente, partim iam dicitur. Nam securitas esse non potest, quae plerumque sua expectatione frustratur, & vbi multo plures vincuntur, quam ex certamine gloriam reportant. Excludit enim securitas omnem & intellectus & affectus vacillationem, omnemque metum rei de qua securi sumus. Et ideo in articulo aduersariue tanquam causa additur, nullam esse nobis securitatem, quia cum timore & tremore nostram salutem operari debemus: quae verba apud Oecumenium Photias interpretatur. Timere, inquit, ac tremere oportet, dum quisque propriam operatur salutem, ne quando fraude circumuentus ab hac excidat. Variæ sunt tentationes & afflictiones, multique incidiatores, vbi sanè in quibusdam ipsam quoque exercere virtutem contrarium accepit euentum. Nisi enim Deus videns certamen studiumque coniunctum cum timore adiuuet, nec ipsum velle finem boni sortietur. Et ipse Oecumen. Si considerauerimus, ait, quod vbiq; adest Deus, omniaque audit & intuetur, quodque graues exiguntur rationes ac poenae, non contingit sine reuerentia, timore ac tremore aliquod bonum operari. Et quia Deus sua gratuita bonitate erga vos operatur velle & operari, non vos vestra virtute, ideo timendum est, ne subtrahat hanc suam operationem gratuitam. Quamuis interim intelligi possit articulus non omnem excludere securitatem, sed eam tantum quae metum excludat, in bene velle & operari. An verò omnem excludat securitatem, statim sumus dicturi. Nam vbi quasi ex verbo Dei firma est fides remissionis peccatorum & futurae beatitudinis, nullam licet admittere super iisdem vacillationem, vel intellectus vel affectus, sicut nec metum nec hastitiam licet, an futura sit resurrectio, an Christus pro peccatis nostris sit mortuus. Et ideo securitas huiusmodi fidem sequens, quam docent aduersarii, omnem metum & formidinem excludit. Fieri autem potest quod iustus fidenter & fortiter aduersus hostes se exercens, victoriam & regnum caelorum tanquam certaminis coronam expectans, nihil eorum consideret, quae timorem incutiunt, ac proinde modo quodam securus in medio hostium versetur. Atque Iosaphat rex Iuda, Credite, inquit, in Domino Deo vestro, & securi eritis. Credite Prophetis eius, & cuncta euenient prospera: sed & impii sunt qui ita sunt securi, quasi iustorum facta habeant: sed & hoc vanissimum iudico. Nam secundum varias animorum nostrorum affectiones, & gratiarum diuersitatē, iustus nunc timet, iudiciorum Dei, suaeque infirmitatis consideratione, aliam sperat Deum, considerans protectorem & adiutorem in tribulationibus. Ecce, ait Propheta, non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam. Dominus custodit te ab omni malo: Dominus custodiat introitum & exitum tuum. Et alio loco, Quare tristis es anima mea, quare conturbas me? Speta in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. Moyses quoque ad Israel, Dominus pugnavit pro vobis, & vos tacebitis. Animis namque consertatis considerandus est Deus quasi pius pater, qui erga filios optima est voluntas, magis paratus benefacere, quam ipsi met desideremus, & quam patres carnales filiis suis: neminem vult perire, neminem prior deserit: & similia, quae desolatum & deiectum erigere solent. His vero, qui nimirum fidenti sunt animo, & dicunt in abundantia sua, non mouebor in aeternum, occulta Dei iudicia in memoriam sunt reuocanda, in die enim malorum, oportet esse memorem bonorum,

2. Par. 12. 10.

Eclesiasti. 8.

Psal. 120.

Exod. 14.

norum, & in die bonorum non immemorem malorum, ait Ecclesiasticus. Ita vir iustus (teste Gregorio) aliquando memorat apud Deum opera sua bona, vt Ezechias, quandoque dissimular. Plerumque, inquit, iusti aliquibus necessitatibus afflicti sua opera cogitur confiteri, quod B. Iob fecerat quae post iustitiam flagella deprimebant. Vnde saepe contingit, vt iusti & iniusti habeant verba similia, sed tamen semper cor longe est dissimile, & ex quibus dictis dicitur Dominus ab iniusti offenditur, in iisdem quoque a iustis placatur. Nam Pharisaeus ingressus templum dicebat, Ieiuno bis in Sabbato, decimas de omnium quae possideo: sed iustificatus magis Publicanus, quam ille exiit. Ezechias quoque rex cum molestia corporis afflictus ad extremitatem peruenisset vite, in oratione compunctus dixit, Obsecro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. Nec tamen Dominus hanc confessionem perfectionis eius despexit, quem mox in suis precibus exaudiuit. Ecce Pharisaeus se iustificauit in opere: Ezechias iustum se esse asseruit etiam in cognitione, atque vnde ille offendit, inde iste Dominum placavit.

Impliciter tamen filiorum magis est patrem amare & de eius bonitate & misericordia sperare, quam timere. Nam perfecta charitas, vt ait B. Ioan. foras mittit timorem, & qui timet non est perfectus in charitate. In hoc enim est perfecta charitas, vt fiduciam habeamus in die iudicii, quia sicut ipse est & nos sumus. Et his fieri incipientibus, Leuate, inquit Saluator, capita vestra. Vtrumque tamen amorem videlicet & timorem, a nobis requirit Dominus. Ait enim apud Malachiam, Si pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Item Hierem. Magnus es tu, & magni nomen tuum in fortitudine, quis non timebit te o rex gentium? Et est timor quidam filiorum, qui charitatem sequitur, permanens in seculum seculi. Est enim Deus pater misericordiarum, est & vltionum Dominus, non minus iustus quam misericors, cui misericordia & iudicium decantatur, & qui cui vult miseretur, & quae vult indurat: sed quod miseretur, proprium illi est. Ex se enim sumit materiam, & velut quoddam seminarium miserendi. Quod enim iudicat & condemnat nos, eum quodammodo cogimus, vt longe aliter de corde ipsius miseratio, quam animaduerso procedere videatur. Ipsum audi dicentem, Nunquid voluntatis meae est mors impij, dicit Dominus, & non magis vt conuerratur & viuat? Miserendi causam & originem sumit ex proprio, iudicandi vel vltiscendi magis ex nostro. Imperfectis timere magis conuenit: Caro enim timore configitur: & qui sine timore est non poterit iustificari. Timor Dei expellit peccatum. Rursum, Nisi instanter te tenueris in timore Domini, cito subuertetur domus tua. Sed norturus ad spem se magis erigere debet, quasi statim apprehensurus brauium, ad quod in stadio cucurrit. Singularia tamen sunt Dei dona (sicut saluti electorum dominus expedire nouit) in timendo & sperando, in fugiendo & horrendo mortem in suscipiendo hilariter & cum gaudio. De quo B. Gregorius, Saepe electis etiam nolentibus in cogitatione surripitur, quod in se quidem solerter inspiciunt, & ante Dei oculos quanti sit reatus attendunt. Et cum de his omnibus semper iudicia districta pertimescant, tunc tamen vehementer metuunt, cum ad soluendum debitum humanae conditionis venientes districto iudici appropinquare se cernunt, & fit tanto timor acrior, quanto & retributio aeterna vicinior. Neque enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur, quando post pusillum hoc inuenit, quod in aeternum immutari non possit. Exempla lati & hilaris exitus mortis habemus in B. Martino. Ioannes Caluinus conatur ostendere certitudinem & securitatem de remissione peccatorum, & possidenda vita aeterna, non excludere metum & tremorem, nec etiam omnem dubitationem in iis qui suam salutem operantur. Quod si verum esset, iam falsa esset aduersariua quam habet articulus. Sed quia confuse loquitur hic Cal. atque vt eius error intelligatur, & a nobis contra eum dicenda appareant clariora, praemittere oportet, & quod diximus repetere, quod videlicet nequit esse dubitatio de eodem, de quo est certa fides: nec securitas de his quorum habemus metum & formidinem. Idcirco metum non possumus, ne Deo grati non simus, vel ne ei non placeamus, ne peccata nobis fortassis remissa non sint, sed quod ira Dei adhuc super nos maneat, si firma & certa fide credere ista oporteat. Nec metum possumus, ne salutem operando, & ad brauium currendo ipsum non apprehendamus. Quo sensu articulus sententia Apostoli Pauli post Photiam & Oecumenium intelligit, non esse scilicet securitatem de istis, quam diu cum aduersariis potestatis hic contendimus. Si vero intelligatur Apostolus loqui de metu ac tremore reuerentiae Maiestatem diuinam, in cuius conspectu viuimus, ne forte per infirmitatem eam offendamus, agnoscimus per securitatem & certitudinem super gratia Dei,

Cap. 11.
Lib. 12. c. 46.

Luc. 18.

4. Reg. 10.

1. Ioan. 3.

Luc. 21.

Cap. 1.
Cap. 10.

Bernard. ser. 5
in natale Do-
mini.

Eclesiasti. 11.
Eclesi. 24.

4. lib. Dialo.
cap. 46. et 47
& lib. 2. 4. sic
per Iob, ca. 33
& 34.

pecca-

peccatorum remissione & æterna beatitudine, hunc timorem non excludi, sed securitatem quod Deum non offendemus. Nam Apostoli non minus solliciti erant, ne forte Deum offenderent, ex eo quod d. verbum Christi habebant de æterna salute. Petro enim dictum erat, Sequeris autem postea. Item omnibus Apostolis, Iterum venio & recipio vos ad me ipsum: & Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex eis perit, nisi filius perditionis. Et B. virgo Maria non minus sollicita cum timore & reuerentia suam salutem operata est, imò quotquot vnquam Deo placuerunt, coram eò sollicitè semper ambulauerunt, & prouidebant in conspectu suo semper ne commouerentur. Non igitur securitas salutis æternæ, hanc sollicitudinem & timorem excludit, sed magis inducit.

Ioannis 13. Ioan. 14.

Articulus hic consequenter ponitur ad præcedentem, & illum explicat aduersus Caluini & Bucerii sententias, qui docent non excludi omnem dubitationem & metum de peccatorum remissione & futura salute per securitatem & certitudinem de iisdem. Ait autem Caluinus primum de certitudine.

Caluinus.

Domini fidem docemus esse debere certam ac securam, non certitudinem aliquam imaginamur, que nulli tangatur dubitatione, nec securitatem que nulla sollicitudine imperatur. Quam potius dicimus perpetuam esse fidelibus certam cum sua ipsorum diffidentia, tantum abest, vt eorum conscientias in placida aliqua quiete collocemus, que nullis omnino turbis interpellentur. Resum tamen qualemcumque in modum afflicti erant, deciderit ac desistere negamus à certa illa quam de misericordia Dei conceperunt fiducia.

responsio.

Non hic agimus de motibus infidelitatis & dubitationis, quibus inuiti tangimur eorum in animum subreptione, sed de motibus liberis quos spontanea voluntate assumimus. Nam alioqui aduersus singulos symboli articulos huiusmodi motus nos inuitos tangere possunt. Voluntariam autem dubitationem, & de articulo veritate sollicitudinem ac metum, ne fortassis ita non sit quemadmodum creditur, scripturæ sacræ non permittunt, & ita nec de peccatorum remissione & prædestinatione & nostra salute dubitare, si certa fide ex verbo Dei sint credenda, quemadmodum docent Caluinus & Bucerus. Incertam autem esse peccatorum remissionem & futuram nostram salutem, variis scripturæ & patrum sententiis superius docuimus. Hortantur enim scripturæ vt timeamus ne forte excidamur ab oliua & damnemur, Time, inquit Saluator, eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nec solum præcipiunt, vt ait Caluinus, cum hac diffidentia & metu certare, sed verè metuere docent ne damnemur. Nec disputatur hic de certa illa fiducia, quam de Dei misericordia concipimus (hanc enim & nos certissimam esse docemus & confitemur) sed de certitudine notitiæ, qua ex verbo Dei credamus peccata nobis remissa, & nos ad æternam salutem esse electos. Nam ad hanc dicimus sequi securitatem, quæ excludit dubitationem & metum. Qui enim de re aliqua certus est sine metu, de eadem est securus. Imaginariam igitur esse oportet certitudinem & securitatem quam docet, quando earum rationes non compatiuntur dubitationem.

Caluinus.

Id quod intelligatur, necesse est redire ad illam carnis & spiritus diuisionem, cuius alibi meminimus, que in hac parte lucidissime se profert. Sentit ergo hanc in se diuisionem pium peccator: quod partim ob diuinæ bonitatis agnitionem suauitate perfunditur, partim ob suæ calamitatis sensum amaritudine angitur, partim in Euangelij promissionem recumbit, partim suæ iniquitatis testimonio trepidat, partim vitæ apprehensione exultat, partim mortem exhorrescit. Que variatio ex fidei imperfectione contingit.

responsio.

Hic aduertere licet quod Caluinus dubitationem, vel metum futuræ damnationis iustorum, docet esse motus carnis aduersus spiritum, quibus sicut aliis carnalis voluptatis motibus vel odii aut inuidiæ repugnare ac resistere oporteat, quasi locum hic habeat quod dicit B. Iacobus, Concupiscentia cum conceperit parit peccatum, peccatum verò cum summum fuerit generat mortem: Quod erroneum est, cum ad metum gehennæ & iudiciorum Dei nos, vt diximus, hortetur scriptura, Omnia enim in futurum seruatur incerta. Et B. Bernar. Quamdiu in corpore mortis Domino militamus, nulla requies, tum pro labore certaminis, tum pro periculo exitus adhuc incerti. Nec ex carne est, sed ex spiritu quod nostræ calamitatis sensu amaritudine angimur item, quod trepidamus nostræ iniquitatis testimonio. Nec ex fidei imperfectione hæc contingunt, vt ait Caluinus, sed ex varia consideratione conditionum & perfectionum diuinarum, vbi fides etiam est perfecta. Nam columna cæli contremiscunt, & timor Domini sanctus permanet in æternum. Nullum hic locum habet carnis & spiritus diuisio, sicut in motibus infidelitatis aut dubitationis circa articulos fidei. Deinde de securitate a timore. addit Caluinus.

Caluinus.

Altera, inquit, species est timoris ac trepidationis, ex qua tamen adeo nihil decedit fides securitati, vt solidas

solidius inde stabiliat, nempe dum fides vel exempla diuinæ vltionis aduersus impios edita documentorum vice sibi esse cogitantes, ne ipsam flagitiis iram Dei in se provocare sibi contingat, sollicitè cauent. Vel cum miseriam suam secum recognocentes, à Domino toti pendere discunt, sine quo se quolibet vento fluxos magis ac canidos esse vident.

Mirum quod fidei & securitati per timorem & trepidationem nihil decedat, quando vturumque securitas excludat, & ipsa excludatur & tollatur ab vtroque. Nemo enim à malo iurum periculum securus, ea adhuc timeret, ad ea trepidat. Excitatur autem & solidius stabilitur in Deum fiducia, eius solius auxilio, mala quæ timentur effugimus. Iustus enim de Domino confidit, si attendat pericula vnde se eripere non possit, vt in nobis timoris & in Deo sit causa fiducia, vt inquit B. Bernard. Multum tamen decedit securitati, quæ sollicitudinem euadendi mala quæ timemus non patitur, nec trepidationem. Nec solum documenta sunt exempla diuinæ vltionis, quæ scriptura nobis proponit: sed ad hoc etiam scriptura ea proponit, vt cogitemus quod nobis cras accidere possit, temporeque futuro, id quod alijs legitimus enenisse. Sic ait Apost. Paulus, Tu autem fide stas, noli alium sapere sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & securitatem Dei, in te autem bonitatem si permanferis in bonitate, aliquin & tu excideris. Vbi docet non solum documentum loco habendum esse id quod de Israelitico populo dicit, sed vult nos timere, ne forte relicta pollicitatione, eadem in nos exerceatur seueritas. Et ideo Corinthiis dicit ea scripta esse ad nostram correptionem, & concludit, Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Pergit Caluinus.

responsio.

Serm. 3. de annunciatione Marie.

1. Cor. 10. Rom. 11.

Caluinus.

Nec dum à Indæorum casu argumentum exhortandi sumit, nos vacillare iubet, ac si nostræ stabilitatis parum certi essemus, sed arrogantiam duntaxat et temerariam propriæ virtutis perfidiam admittit, ne depulsis Iudeis, Gentes in eorum locum receptæ, ferocius insulcent.

responsio.

Non solum hac occasione exhortatur Apost. sed & deterret. Noli, inquit, altum sapere, sed time: nec securus est quod non cadet, qui monetur sibi prospicere ne cadat. Et quamuis nos vacillare non iubet, hortatur tamen vt periculum in quo versamur ex aliorum casu agnoscentes, solliciti simus ipsum euadere. Et quæ nostræ stabilitatis certitudo esse potest, qui sumus nostræ infirmitatis, & in malum propensionis multo experimento conscii, & astutus & crudelitatis hostium, cum quibus est nobis conflictus, & qui nescimus quid cras sumus futuri. Quamdiu, inquit, B. August. hic viuimus, de nobis iudicare non possumus. Non dico quid cras erimus, sed quid hodie sumus. Itæ alio loco: Fortè tu non inuenis aliquid in conscientia tua, inuenit ille qui melius videt: videt forte aliquid, potius dic ei, Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Nec arrogantia duntaxat & temeraria propriæ virtutis præsentiam admittit, sed & imbecillitatis & instabilitatis nostræ, & periculi ex perpetuo conflictu cum hoste, nos admonet, vt horum consideratione timeamus, ac etià contra casum muniamur. Nec verò est Apostolum non aliud exigere, quando monet cum timore & tremore nostræ operari salutem, quam vt in Domini virtutem cum nostri deiectione suspicere assuescamus: sed nos terret, ne nostra culpa atque negligentia salutem amittamus, à Domino fortassis deserti. Time, inquit Phocius apud Oecumenium, oportet, ne quado fraude circumuentus ab hac salute excidas. Et quamuis nostri diffidentia & cõcepta ex nostræ calamitatis conscientia anxietas expergefaciatur, & nos cõpellat, vt fiduciam nostram, omnemque curam in Dominum reijciamus, securitati tamen aduersatur, & metum excludunt, ne fortassis proponit um brauium non apprehendamus.

Homil. 25. in serm. de ver. Domini. Ser. 23. de verbis Domini.

Caluinus.

Aliunde, inquit, fidei firmamentum adorantur & diuere tentant, nempe, quod etiam si secundum præsentem iustitiam statum, de gratia Dei iudicium sumere liceat, manere tamen in suspensio finalis personarum notitiam. Egregia verò salutis fiducia nobis relinquatur, si ad præsens momentum nos esse in gratia cõiectura morali æstimamus. Quid in crastinum sit futurum nescimus. Longè aliter Apost. Cor. 10. inquit, per suus sum, quod neque Angeli, neque potestates, neque principatus, neque mors, neque virtus, neque præsentia, neque futura, diriment nos à dilectione, qua nos Dominus in Christo complectitur.

responsio.

Nos, inquit B. Chrysost. hæc verba Pauli dicere non possumus, qui tantam charitatem non habemus. Ex sua igitur & perfectiorum persona hæc verba loquitur Apost. Paulus, de quo supra diximus multa. Conformiter aut scripturis & patribus superius citatis docemus, certum & infallibile iudicium de Dei in nobis gratia & peccatorum remissione nos habere non posse, sed tantum probabile, in quo plurimos fallere contingit post suscepta etiam Ecclesiæ sacramenta. Deus enim emendat sententiam sacerdotis, si nostra simulatione delusus absoluerit, vt dicit B. Cyprianus, vel si tanquam imperitus medicus vtilnera curare velit, non educendo virus intus latens. Multum enim interest inter Dei summi & infallibilis iudicis, Christi que filii eius sententiam, & hominis ac sacerdotis qui fallere

Epistol. 2. lib. 4. de lapsis.

Lib. 11. de Ci-
uit. Dei, ca. 12
& de corrup.
& grat. c. 13.
Cardinal. Ca-
meracenſis in
queſt. de pre-
deſtinat.
1.2. queſt. 45
art. 1. ad. 3.

& falli poteſt. Atque ita poſt eius abſolutionem adhuc eſt ratio metuendi, ne vel indiſpo-
ſiti, aut per ſacerdotem decepti, aut ipſum decipientes, abſolutionem à Deo non accepe-
rimus. In ſuſpenſo autem manere finalis perfeuerantia? notitiam docuimus ſuperius a-
pertiſſimis ſententiis beati Auguſtini. Sine igitur ſecuritas ad intellectum referatur, vt fit
iudicium firmum, & ſine formidine de aliqua veritate, vt plurimi ſcholaeſtici docent, ſiue
ad voluntatem, vt docet B. Thom. nō poteſt eſſe de rebus de quibus incerti ſumus, & ne
non eueniant, metumus. Significat enim ſecuritas ſecundum B. Thomam, timoris ex-
cluſionem, & opponitur timori, ſicut priuatio, non vt contrarium. Eſt enim ſecurus, eius
ſententia, qui non timet, & à cura vacuus eſt. Addit autem, nō quamuis ſecuritatem eſſe
laudabilem, ſed ſolum quando quis deponit curā quando decet, & in quibus timere non
oportet.

Scripturæ autem in quibus iuſti à ſe omnem timorem abijciunt, vt cū dicunt, Domi-
nus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego
deſpiciam inimicos meos. Dominus illuminatio mea, &c. qualia in ſcripturis frequenter
occurrunt, ſpei verba ſunt, & animi de domino ſuo optimè confidentis, non fidei futurū
euentum prænunciantis. Argumētis quæ aduerſarii pro certitudine gratiæ & ſalutis ad-
ferunt, vt cunquæ reſpondimus ſuperius. Ibi igitur ea videre licebit.

Finis Articuli Decimi.

Articulus Vndecimus.

*Opera bona omnibus adultis ſunt ad ſalutem neceſſaria, & cum ex fide & cha-
ritatis ſpiritu proficiſcuntur, ita grata ſunt Deo, vt eis tanquam iuſtam mer-
cedem vitam retribuatur æternam.*



Matth. 3.

Matth. 7.

Matth. 12.

Matth. 12.
Lucæ 6.
Cap. 5.

Ioan. 15.

1. Timot. 4.
2. Corint. 3.
Cap. 2.

Hier. 7. et 26

Multa bene
faciunt homi-
nes.

ON omnia opera hominis mala, ſed quædam eſſe bona clariffimè
paſſim teſtantur ſcripturæ. Ait enim Ioannes Baptiſta, iam enim ſecu-
ris ad radicem arborū poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ non facit fru-
ctum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et Dominus Saluator,
Nunquid colligunt de ſpinis vvas? aut de tribulis ficus? Sic omnis ar-
bor bona, fructus bonos facit: Mala autem arbor malos fructus facit.
Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos
fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mit-
tetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Item, Aut facite arborem bonam & fru-
ctum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malū: Siquidem ex fru-
ctu arbor agnoſcitur. Progenies viperarum quomodo poteſtis bona loqui cū ſitis ma-
li? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui
profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. Et apud Ioannem, Venit
hora in qua omnes qui in monumentis ſunt atudent vocem filii Dei, & procedent qui
bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in reſurrectionem iudicii.
Item. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnē qui fert fru-
ctum purgabit eum, vt fructus plus adferat. Sicut palmes non poteſt ferre fructum, niſi
maſerit in vite: ſic nec vos niſi in me maſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites. Qui ma-
ner in me & ego in eo, hic fert fructum multū. In hoc clarificatus eſt Pater meus, vt fru-
ctum plurimum adferatis. Et Apoſtolus Paulus præcipit bene agere, diuites fieri in bonis
operibus. In altera autem epiſtola vult vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum
inſtructus. Et ad Titum, Qui dedit, inquit, ſemetipſum pro nobis, vt mundaret ſibi po-
pulum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Cui mandat vt admoneat Cretenſes
principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, ad omne opus bonum paratos eſſe. Item de his
volo te confirmare, vt curent bonis operibus præſſe qui credunt Deo. Et frequenter mo-
neret Prophetæ populum Iſrael, Bonas facite vias veſtras. Et, Cuncta quæ ſunt, adducet
Deus in iudicium, ſiue bonum, ſiue malum ſit. Nec tantum bona ſunt plurima hominis
opera ex ſcripturarū teſtimonio, verū etiam multa bene facit homo. Nōne, inquit domi-
nus ad Cain, ſi bene egeris recipies: ſi autem malè, ſtatim in foribus tuis malū tuum aderit.
Voluit

Voluit Dauid pater meus ædificare domū nomini Domini Dei Iſrael, & ait Dominus ad
eum. Quod cogitaſti in corde tuo, ædificare domum nomini meo, bene feciſti hoc ipſum
mente tractans. Item Thobias ad filium, Multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, &
& reſceſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Et Apoſtolus Paulus, Qui matrimo-
nio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Et qui iudicauit in
corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit. Atq; ad Timotheum de diaconibus ſcribit,
quod qui bene miniſtrauerint gradum bonum ſibi acquirent. Obuia ſunt huiusmodi teſ-
timonia vbique in ſcripturis, & per ſe tā manifeſtū eſt, quædā hominū opera bona eſſe &
bene fieri, nō aut omnia mala, nec male fieri, vt ſuperuacaneū videri poſſit hanc rē proba-
tionibus multis cōfirmare. Opera autē quæ ſcripturarū teſtimonio bona ſunt, mala eſſe aut
dici non poſſunt, nec malè fieri ea quæ nos bene facere ſacræ literæ pronunciant. Væ, in-
quit Dominus, qui dicitis, Malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucē,
& lumen tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Et Paulus, Quæ
participatio iuſtitia cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Et efficaciter pro-
bat Gregorius de Arimino, quōd idem actus non poteſt eſſe bonus & malus ſiue culpa-
bilis, producens Auguſtinum dicentem, Nihil abſurdius dici poſſe quàm aliquid men-
dacium eſſe iuſtum, quia non eſt peccatum, niſi vt iuſtitia eſt contrarium. Dicere igitur
quædam eſſe iuſta, quædam iniuſta peccata, quid eſt aliud quàm dicere, quædam eſſe in-
iuſta, quædam iuſta iniquitates? cū dicat Ioannes Apoſtolus, Omnis qui facit pecca-
tum, iniquus eſt. Et, Peccatum eſt iniquitas. Et ſecundum B. Dionyſium: Bonum eſt ex
vna & tota cauſa, malum ex multis particularibus; proficiſcitur de ſectibus. Iuxta Ari-
ſtotelem quoq; peccare multis modis cōringit, rectè agere vnicè. Facile quidem non at-
tingere ſignum, difficile autē illud attingere. Eſt enim bonitas operis, integritas omnium
circumſtantiarum vt fiat quando, vbi, & propter quod oportet. Nam ſi aliqua circumſtan-
tia defuerit, malum eſt quod agitur. De bono enim & malo in actionibus loqui oportet,
ſicut de bono & malo in rebus, eō quōd vnaqueque res actionem producit qualis eſt ipſa:
quemadmodum arbor bona vel mala fructus bonos aut malos, ſecundum ſuam qualita-
tem & conditionem. In rebus autem vnumquodque tantū habet de bono, quantum ha-
bet de eſſe, propterea quod bonum & eſſe conuertuntur, ſolus autem Deus habet pleni-
tudinem ſui eſſe ſecundum aliquid vnum & ſimplex: res verò vnaqueque plenitudinem
eſſendi habet ſibi conuenientem ſecundum diuerſa. Sic igitur dicendum eſt quōd omnis
actio, in quantum habet aliquid de eſſe, in tantum habet de bonitate: in quantum verò
deſicit ei aliquid de plenitudine eſſendi, quæ debetur actioni humanæ, in tantum deſicit
à bonitate: & ſic dicitur mala, puta ſi deſiciat ei vel determinata quantitas ſecundum
rationem, debitus locus, vel aliquid huiusmodi. Ex quibus inferit Beatus Thomas, quōd
in actione humana quadruplex bonitas conſiderari poteſt. Vna ſecundum genus, pro vt
ſcilicet eſt actio, quia quantum habet de actione & entitate, tantum habet de bonitate.
Alia verò ſecundum ſpeciem, quæ accipitur ſecundum obiectum conueniens. Tertia ſe-
cundum circumſtantias, quaſi eius accidentia. Quarta ſecundum finem tanquam habitudi-
nem ad bonitatis cauſam completiuam. Simpliciter autem & abſolutè nullum opus
eſt bonum, niſi quod totam hanc & integram habeat bonitatē, eō quōd ratio boni con-
ſiſtat in modo, ſpecie, & ordine. Oportet enim actionum bonitatem ſecundum aliquam
regulam conſiderari, quæ eſt lex humana, & hac ſuperior lex diuina: atque ad has regu-
las operis conformitas eſt verè eius bonitas, & opus verè bonum eſt, quod rationi & le-
gi diuinæ conforme & reſpondens eſt. Nec ſolum opera hominis verè bona ſunt, ſed &
Deo grata ſunt & placita, ſcripturarum teſtimonio. Ait enim B. Ioannes, Si cor noſtrum
non reprehenderit nos, fiducia habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus
ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo facimus. Et
Colloſenſes hortatur Apoſtolus Paulus, vt dignè Deo ambulent, per omnia placentes,
in omni opere bono fructificantes. Itē alio loco, Habemus gratiam, per quam ſeruiamus,
placentes Deo cum metu & reuerentia. Ezechias quoque, Memento, inquit, Domine,
quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod placitum eſt co-
ram te fecerim. Rurſus Angelus ad Thobiam, Quia acceptus eras corā Deo, neceſſe fuit
vt tentatio probaret te. Ex his ſcripturis manifeſtū eſt, quōd nō ſolū Deo placeant opera
noſtra bona, ſed etiā quōd faciunt nos Deo placere, eiq; gratos & acceptos reddunt. Nā
per hoſpitalitatē B. Paul. teſtatur quōſdā placuiſſe & gratos fuiſſe Deo, Angelis hoſpitio
receptis: adeo quidem, vt per bona noſtra opera, remuneret nos vita & felicitate æterna.
Nā qui bona fecerūt, procedent in reſurrectione vitæ, Et his qui ſecundū patientiā boni
operis,

Tob. 4.
1. Corint. 7.

1. Timot. 3.

Eſa. 5.

2. Corint. 6.

Diſt. 42. 2.
quaſt. 1.

1. Ioan. 3.
Lib. de diu.
nom part 4.

cap. 4.
Lib. 2. Ethic.

cap. 2. art. 2.
Thom. 1.2. q.
18. art. 1.

Art. 4. eius ſe-
queſt.

1. Ioan. 3.

Cap. 2.
Hebr. 12.

4. Reg. 20.
Thob. 14.

Heb. 13.
Ioan. 5.

Roman. 2.
k ij operis,

operis, reddet gloriam & honorem, quarentibus vitam aeternam. Sed hoc modo ad mercedem retribuendam solum sunt Deo accepta nostra bona opera, quando ex spiritu fidei & charitatis proficiuntur, sicut dicitur secunda pars huius Articuli, quae tacite insinuat quaedam opera hominis esse bona, quae tamē ex huiusmodi spiritu non proficiuntur. Id quod multipliciter contingere potest. Primum, si ex spiritu humano & libero arbitrio gratia Dei praevento & preparato proficiantur. Nam antequam homo bonus est, potestatem habet se faciendi arborem bonā. In potestate quippe hominis est, mutare in melius voluntatem, sed ea potestas, inquit beatus Augustinus, nulla est, nisi à Deo derur. De quo dictum est, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Nihil enim tam est in nostra potestate, quam ipsa voluntas, sed prius preparata à Domino. Docet praeterea ibidem Beatus Augustinus, in nostra potestate esse, ut inseramur bonitati Dei. Et bonum opus erat quod Publicanus ascendit in templum ut oraret, & percutiens pectus suam, dixit, Deus propitius esto mihi peccatori, nondum tamē iustificatus. Exaltatus enim & iustificatus est, quia se humiliavit. Er quibus Deus dedit poenitentiam, ut respiciant à laqueis diaboli, bene operantur dum poenitent, & peccata sua consentunt. Contingit secundò, si ex spiritu fidei & spei operantur peccatores, vel ex spiritu humano iusti, sine concursu charitatis. Item si ex solo libero arbitrio eiulq; viribus ab homine Christiano, impio quidem vel Ethnico: vnius tamen Dei habente notitiam, vel in homine idololatra fiant opera consentanea dictamini rectae rationis. De quibus dictum est circa Articulum septimum, qui est de gratia & libero arbitrio. Quamvis enim per peccatum Adā nostra natura sit depravata, ut nulla remanserit affectio recta, & salubris erga Deum verum beatificum bonum nostrum, nec ad veram pietatem, non tamen amisit totum honestatis sensum & affectū, nec perdidit instinctus ad naturalis honestatis officia erga Deum parentes, filios, benefactores, vel amicos: sicut certum est, quod non perdidit vim deliberandi, cogitandi & iudicandi de rebus multis etiam spiritalibus & insensibilibus, ad quarum notitiam pervenire potest ex effectibus sensibilibus ratiocinando, per principia quaedam immutabilia diuinitus impressa, aut nata ex sensibilibus, sicut restantur scripturae. Ex huiusmodi enim principis homines etiam post lapsum idonei sunt ad examinandum, ac declinandū de quolibet sibi proposito, an verum sit an falsum, an liceat, an deceat, an expediat, confereudo tempus praesens ad futurū. Nam in nobis etiam gratia desinitus, voluntas media est inter sensualem appetitū & synderisim, quae non exstinguitur, nec in hominibus quidem Deum ignorantibus, ipsūq; per peccata offendi nescientibus, nec in Chain peccatae fuit extincta. Agnoscent enim culpam dicebat, Maior est iniquitas mea, quam vt videri merear. Et ideo homines sceleratissimi ex instinctu synderisim possunt discernere, & iudicare, parentes esse honorandos, subueniendum indigentibus: & ob sinem aliqūe rationabile officia ista praestare possunt: Finem, inquam, quem ostendit naturale lumen rationis docentis in cordibus nostris scriptum esse, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, Vnde Saluator, Si diligitis, inquit, eos, qui vos diligunt, & si salutaveritis fratres vestros tantū, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? nō prohibens hoc modo diligere & salutare, sed perficit haec officia, ut simus perfecti, sicut pater noster caelestis perfectus est. Quam, inquit mercedē habetis, à Deo scilicet, quē nihil spectatis. Nec prohibet amare patrem aut matrem, filium aut filiam, sed plus quam se amare, prohibet. Qui amat, inquit, patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Mandans etiam vt eos odio habeamus, non naturae opera, nec eius affectiones prohibet, nisi inordinatas tantum. Affectiones enim secundum quas parentibus volumus bene esse, & in vita conseruari, amantes substantiam à Deo conditam, societatem & conuictum, non ad fruendum ipsis, sed vel propter ipsos, vel vt miseriae nostrae solatium, nullum praestant charitati impedimentum, cuius fundamentum est natura. Nam secundum Philosophorum sententiam & patrum etiam Ecclesiasticorum, virtutes nobis insunt à natura, & modo quodā sunt naturales. Omnibus enim singuli mores (ait Aristoteles natura & infirmitatum eius investigator diligentissimus, quamvis causam earum ignorauerit) inesse quodam modo natura videntur. Etenim & iusti natura, fortesq; atque ad temperantiam nati videmur, caeteraq; continuò habemus ab ipso ortu. Et Ioannes Damascenus, Naturales, inquit, sunt virtutes, & naturaliter & aequè omnibus insunt, & si non omnes aequè operemur. Quod interpretatur beatus Thomas secundum quandam inchoationem virtutum esse homini naturalem, etiam post lapsum eius in peccato Adā. De hoc enim hominis statu patres loquuntur. Et à natura inesse secundum hanc inchoationem interpretatur, in quantum in ratione hominis insunt quaedam principia naturaliter cognita, tam scibilibus quam agentium,

Lib. 1. retrac. cap. 22.

Luce 18.

Fol. 193.

Rom. 1. cap. 2. Septem. 3.

Hieronymus Execl. 1. circa vocem effectus ille quasi affectus ari. Magist. is seu sen. dist. 39.

Matth. 5.

Virtutes à natura nobis insunt. Lib. 6. Eth. cap. ultimo.

Li. 3. orihod. fidei, cap. 14. 1. 2. quae. 63. vi. 1. cap. 9. de virtutibus Virtutes à natura nobis insunt secundū

dorum, quae sunt quaedam seminaria intellectualium virtutum & moralium, & in voluntate appetitus quidam boni quod est secundum rationem. Quae virtutum seminaria nobis insunt, in quantum sumus rationales. Furtum certe punit lex tua Domine, ait B. Augustinus, & lex scripta in cordibus hominum, quam ne ipsa quidem delet iniquitas. Quis enim fur aequo animo furem patitur? libero de libero arbitrio. In naturali iudicatorio, inquit, adsunt quaedam regulae & semina virtutum, quam dicimus synderisim. Latē de his virtutum seminibus loquitur Beatus Hieronymus, in commentariis epistolae ad Galathas, Ex quo, inquit, perspicuum sit natura omnibus inesse Dei notitiam, nec quenquam sine Christo nasci, & non habere semina in se sapientiae & iustitiae, reliquarumque virtutum. Vnde multi absque fide & Euangelio Christi, vel sapienter faciunt aliqua, vel sanctē, vt parentibus obsequantur, vt inopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripiant, magisq; iudicio Dei obnoxij fiant, quod habentes in se principia virtutum & Dei semina, non credunt in eo sine quo esse non possunt. Et B. Basilus, Omnium mandatorum quae à Deo accepimus virtutes in nobis ipsis insitas gerimus, quo scilicet nec difficultas nobis sit, tanquam nouum aliquid à nobis & alienum expectetur, neque rursus elationis dari nobis aliqua videatur occasio, si putemus nos plus aliquid offerre Deo, quam ab ipso in natura nostrae creationis accepimus. Quoniam quidem ea quae à Deo nobis insita sunt, si rectē & competenter moueamus in opus, hoc est, secundum virtutē viuere. Si verò naturae beneficia corruptamus, hoc est, in malitiam vertere. Est ergo mali ista definitio, non rectē vt motibus animi à Deo nobis insitis. Et rursus virtutis ista definitio est rectē vt, id est, secundum mandatum Dei, & secundū conscientiam animi motibus à Deo nobis insitis. Cum ergo haec ita se habeant, hoc idem inuenimus de charitate constare. Nam dilectionis virtutem à Deo anima sibi insitam gerit, in quo nec extrinsecis testimoniis indigemus. Vnusquisq; enim in semetipso & ex semetipso horum quae dicimus sumit iudiciū. Omnis homo cupit quod bonū est, & affectu quodam naturali constringimur ad omne quod bonū putamus, sed & erga sanguineos & carnis proximos, nullo docente, amore constringimur, hisq; quorum beneficia accipimus omni affectu & officiis copulamur. Et quid habetur tam bonū quam Deus, imò quid aliud bonum, nisi Deus solus? Quemadmodum igitur peccatum est contra naturam, naturaeq; corruptio, ita secundum naturam & naturalis est virtus. Non enim vsque adeo in anima humana imago Dei terrenorum affectuum labe detrita est, vt nulla in ea veluti lineamenta extrema remanserint: & ideo merito dici potest, Genes impias etiā in impicitate vitae suae aliqua legis facere vel sapere, quae secundum iustitiae regulā non solū vituperare non possumus, verū etiā meritò recteq; laudamus. Et B. Augustinus, Quod dixi Adā imaginem Dei, inquit, secundum quam factus est, perdidisse peccato, non sic accipiendum est, tanquam in eo nulla remanserit, sed quòd tam deformis sit facta, vt reparatione opus haberet. Item alibi. Quamvis homo variè conturbetur, & sequatur passiones suas, & peccator sit, in imagine tamen ambulat, & Dei imago manet. Nam Originis error fuit, quod peccator imaginem Dei non habet, vt dicitur in epistola Epiphani. De quo beatus Thomas in 1. parte quaestione 93. artic. 4. Secundum hanc autem imaginem homo Dei capax est, & ad bonum rationis propensus. Nouit hoc Aristoteles quod ratio rectē & ad optimas res inuitat, & quod in ea sit aliquid diuinum. Vita, inquit, hominis beati, siue iusti, superat hominis naturam. Non enim hoc ipso quo homo est ita viuere, sed quo est in ipso quid diuinum. Quod si mens quid diuinum ad ipsum hominem est, & vita quae ab hac manat diuina est respectu ipsius vitae humanae. Hinc concludit, quòd oportet, quoad fieri potest, immortales nos ipsos facere, cunctaq; efficere, vt ea vita viuamus, quae ab eo manat quod est eorum, quae in nobis insunt praestabilissimū. Et beatus Paulus sententiam Poetae probat, quod ipsius Dei genus sumus, & quod in nobis est diuinum esse, secundum id quod etiam philosophi & Poetae quos citat, cognouerunt. Hinc tradunt perpetuam etiam pugnam in homine rationis contra appetitum sensuum, & e contra: perpetuam etiam in malis poenitentiam, tristitiam, & conscientiae remorsum, secundum synderisim. Non enim solū spiritus sanctus aduersus carnem concupiscit, & ediuerso, verum etiā spiritus humanus, secundum id quod est in eo diuinum. Nam secundum Aristotelem in homine aliud quid praeter rationē inesse videtur, quod quidem repugnat resistitq; rationi. Vt enim dissoluta corporis partes si ad dexteram mouere velis, in sinistra feruntur, sic planè sit & in anima. Ad contraria enim in continentium appetitiones feruntur. Et qui multas res graues atq; nefandas egerunt, vitā ob prauitatem odio habent ac fugiunt, sibiq; mortem consciscunt, & eorum anima semper est in seditione, atq;

inchoationem etiam post lapsum in peccatum.

Li. 2. conf. cap. 4.

Cap. 1. circa locū. Cū autē placuit ei quē misergerant de viro. etc.

Cap. 2. regule suae.

Thom. 1. 2. q. 71. artic. 2.

Aug. 28. ca. de spir. cap. lii.

Lib. 2. retrac. cap. 24.

Li. 4. de Trinitate cap. 4. et 8. et Magist. diff. 3. lib. 1.

Thom. 3. operum Hieron. Cap. vlt. 1.

Ethic. 10. Ethic. ca. 2. tract. 2.

Aff. 19.

Cap. vlt. 1. Ethic.

Lib. 9. Ethic. cap. 4.

interdum ob prauitatem dolet, abstinent à quibusdam, interdum lætatur: & hæc quidem pars huc, illa autem illuc trahit, vt diuellentes. Improbi namque pœnitentia sunt referri. Cor enim impii, ait scriptura, quasi mare feruens. Nascitur autem hoc bellum ex appetitum hominis cõtrarietate, quemadmodum ex contrariis elementis quibus corpus humanum constat, infirmitates & tandem mors consequuntur. Contraria enim in propria tendunt, & ab harmonia ex priuatione iustitiæ originalis, tanquam freni ac gubernaculi cuiusdam, quo in ordine continebantur, exorbitant. Nec tollitur vnus inclinatio per aliam in contrarium, sed duntaxat impeditur: integra enim manet in homine, vt etiam in demonibus, naturæ principia, ex quibus constituitur cum omnibus proprietatibus, quæ eam sequuntur, quales sunt potentia & vires animæ, vt dicit B. Dionysius, imò nec diminiuntur, cum substantia nec magis nec minus suscipiat: sola autem ad bonum virtutis inclinatio per peccatum diminiuitur, & donum originalis iustitiæ totaliter est ablatum. Diminuta est autem ad bonum inclinatio, in quantum per actum peccati ad similes nata est inclinatio. Ex eo enim quod aliquid inclinatur ad vnum contrarium, diminiuitur eius inclinatio ad aliud. Nam homo in puris naturalibus cõsistens cum solis proprietatibus ex natura fluentibus, sine consortio diuinæ naturæ, qualem secundum B. August. Deus creare potest, non aliter differt ab homine ex Adam peccatore nato in peccato originali, nisi sicuti homo vestibus exutus, & à latronibus spoliatus, ab eo qui natus est nudus: & sicut pauper ex parentibus natus, ab eo differt qui diuitiis est spoliatus. Ex absentia autem iustitiæ originalis, quæ plenam faciebat in homine harmoniã, & omnium virium ordinem continebat, secutum est quod singulæ vires animæ in propria cõmoda ferantur, atq; ita perpetuè prælium & ad contraria appetitiones sequuntur. Manifestum igitur est, virtutem moralem nobis à natura inesse secundum seminaria, hoc est, principia quæ nobis cognata sunt, & rationi in sua creatione complantata, in quibus virtutem, vt diximus, ex B. Thoma, fit inchoatio, non solum secundum earum officia, verum etiã circumstantias & fines officiorum. Quod verò demones actum naturæ boni exercere nõ possunt ex naturæ suæ principis, nascitur ex eorum in malo obliuione, vt docet B. Thoma in 1. parte, sicut secundum eum sancti ob confirmationem in bono, peccare non possunt. Et latissimè Ioan. Capreolus, adducens etiã multa ex Gregorio de Arimino, de integritate naturalium in demonibus.

Disputat autem contra hæc virtutum seminaria nobis innata & immanentia B. Prosper, sed eo sensu de feminibus loquitur, quem post Pelagium secutus est Calsianus. Illarum namque virtutum semina Calsianus nobis docuit esse creata, quæ sunt principia operum pietatis, & quæ nostram in Christo salutem promouent, atque ad eam perducunt. Probat enim quod religiosæ cogitationes & sancta consilia, nulla Dei inspiratione concipiuntur, sed quod de naturali possunt prodire sapientia. Tractans enim sermonem Domini ad Dauidem regem, Quod cogitasti in corde tuo edificare domum nomini meo, bene fecisti hoc mente pertractans: veruntamen non tu edificabis domum nomini meo. Hæc, inquit, cogitatio atque tractatus Regis Dauid, vtrum ne bonus an malus, & ab homine fuisse dicendus est? Et cõcludit, Restat ergo vt & bona hæc cogitatio, & ex homine fuisse credatur. In quem modum etiam nostras quotidie cogitationes possumus iudicare. Neque enim soli Dauid bonum ex semetipso cogitare concessum est, & nobis, ne quid boni vnquam sapere aut cogitare possimus, naturaliter denegatur. Dubitari ergo non potest, inesse quidem omni animæ naturaliter virtutum semina, beneficio creatoris inserta, sed nisi opitulatione Dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non poterunt peruenire, quia secundum beatum Apostolum, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Adiacere autem homini in quamlibet partem, arbitrii libertatem, etiam liber ille qui dicitur pastoris, apertissimè docet, in quo duo angeli vnicique nostrum adherere dicuntur, id est, bonus & malus: In hominis verò optione consistere, vt eligat quem sequatur, &c. quæ sequuntur. Certum est autem huiusmodi virtutum semina, imò nec cogitationes quidem, nec affectus ex natura liberi arbitrii nasci aut eius viribus. Gratia enim excitat liberum arbitrium, secundum catholicam doctrinam B. Bernardi, cum ipsa seminat bonum cogitatum. Contra quam doctrinam verè Pelagianam rectè disputat B. Prosper, non autem contra semina virtutum quæ constitunt in naturali agendorum cognitione, & affectus secundum eam desiderio & conformitate. Ait enim B. Prosper contra Calsianum, Si dubitari non potest inesse omni animæ naturaliter virtutum semina beneficio creatoris inserta, solus Adam prauaricatus est, & in peccato eius nemo peccauit? In nullis iniquitatibus concepti sumus, & in nullis

Cap. 4. de diuini nominis.

Tho. 1. 2. q. 85. arti. 1. de malo. quest. 2. arti. 10. et 11. Li. 1. retrahit. cap. 9.

Quest. 64. artic. 2. 2. lib. sentent. dist. 7.

Contra collationem 13. Calsiani.

3. Reg. 6. et 1. Paralip. 28.

Collat. 13. Cap. 12.

1. Corinth. 3.

De grat. et lib. arb.

Eadem collatione.

in nullis nos matres nostræ peperere delictis. Et docet sine fide non esse virtutum semina aut piæ cogitationes. Qui dicit, inquit, sine vilo opere gratiæ naturaliter omni animæ semina inesse virtutum, quid laborat ostendere, nisi de istis feminibus quadam germina præcedente Dei gratiam pullulare meritum? Vbi nihil attingit de naturali cognitione, qua cognoscimus parentes esse honorandos, non esse mœchandum, non esse furandum. Nihil etiam attingit de voluntatis affectibus, qui illius sequuntur naturam: De quibus B. Hierony. in comment. epistolæ ad Galathas: B. Augustinus: Basilius, & philosophi, quorum supra meminimus. Nihil enim habet consequentiæ, quod solus Adam in suo peccato peccauit, si naturalia integra in eo & posteritate manserint. De quibus etiam feminibus multa diximus circa articulum septimum de libero arbitrio. Et sicut diximus de Beato Prospero quod improber sententiam Ioannis Calsiani, non autem beati Hieronymi, patrum ecclesiasticorum, aut philosophorum, ita Beatus Augustinus disputans contra Iulianum Pelagii sectatorem eius, de virtutibus Ethnicorum reprobatur & reicit sententiam, nõ autem eas virtutes quatuor semina naturæ nostræ docet & ipse esse in se. Erat autè Iuliani opinio, vt docet August. quod virtutes quibus rectè viuimus, non sunt Dei dona, nec gratiæ Christi tribuenda, sed naturæ humanæ & eius viribus, & proinde esse apud Ethnicos à Christi fide alienos, & quod propterea homines absq; fide in Christum bene viuere & deo placere possint per legem naturæ, & verè sint iusti & boni absq; dono diuinæ gratiæ ex solis ingenti arbitrij viribus. Dicebat præterea bonam hominis voluntatem præcedentem mereri atq; obtinere gratiam Christi, secundum quam prius steriliter iustus, fiat fructuosè iustus, & dignus qui possideat regnum cœlorum. Bonam enim dicebat esse hominis naturam, quæ generosi cordis stimulis diuinæ gratiæ opitulationem mereri possit, & sine gratia aliquid boni agere & incipere, & in bono cœpto perseverare, atque ex stimulis ac talento virium naturalium laudabilia quædam opera efficere, Deoque placere. Negabat enim cum Pelagio peccatum originale & lapsum naturæ nostræ in Adam: tales autem nos nasci assererat, qualis conditus est primus homo nõoster parens, nec aliquo modo per eius peccatum naturam esse vitiatam: atque ita post philosophos nos verè iustos fieri, fortes, & temperatos, iustè, fortiter, & temperatè agèdo. Sicut ex operibus nostris virtutes nascuntur, ita ex iustis augeri & perfici. Item sine Christi gratia contingere vitam æternam, sed non regnum cœlorum, prout docet B. August. plurimis locis Pelagium hoc doctuisse. Putabat enim homines nõ malos nasci, nec vinculo dånationis obstrictos, & ideo accedente vsu rationis posse facere opera Deo placentia, quibus mereatur diuinæ gratiæ habere adiutoria, & ad solum regnum cœlorum gratiam Christi esse necessariam, non autè ad faciendum hominè boni saltè steriliter. Totam igitur regulam fidei nostræ euertebat, quæ tradit virtutes quibus rectè viuuntur & Deo placeamus, esse Dei dona, neminè posse rectè viuere, nisi ex fide per Iesum Christum: Iustus enim ex fide viuunt. Et hominũ genus introducebat, quod per solam naturam Deo placere possit, contra apertam Apostoli sententiam, Sine fide impossibile est placere Deo. Contra hanc sententiam Iuliani multis argumentis, multisque tum rationibus tum scripturis agit B. Augustinus, quæ validæ & efficaces sunt ad conuellendam Iuliani opinionem de virtutibus Ethnicorum, sed nihil contingunt virtutes de quibus philosophi & patres Ecclesiastici, imò & ipse Augustinus variis in locis, & potissimum cap. 3. libro 4. contra Iulianum se explicat, quod non loquatur de virtutibus philosophorum. Non enim absurdè virtus definita est, inquit, ab eis qui dixerunt: virtus est animi habitus naturæ modo arctate ationi consentaneus: siue vt Cicero habet, in modum naturæ consentaneus. Verum quidem dixerunt. Sed quid sit consentaneum liberanda atque beatificanda diuinæ mortalium (quod certè naturale rationis lumen superat) nesciebant. Neque enim omnes homines naturali instinctu immortales & beati esse vellemus, nisi esse possemus. Sed hoc summum bonum præstari hominibus non potest, nisi per Christum & hunc crucifixum, cuius vulneribus natura nostra sanatur, ideoque iustus ex fide Christi viuunt. Ex hac enim fide prudenter, fortiter, temperanter, & iustè, ac per hoc his omnibus veris virtutibus rectè sapienterque viuunt, quia fideliter viuunt. De his igitur solis virtutibus loquitur. Et clarissimè se explicans quas appellet veras virtutes, concludit: Si ergo ad consequendam veram beatitudinem, quam nobis immortalis fides quæ in Christo est vera, promittit, nihil profunt homini virtutes, nullo modo verè possunt esse virtutes sine fide in Christum. Et in fine eiusdem capituli. Ne recu de verbis certare videar, breuiter accipie. Quoniam saltem concedis opera infidelium quæ tibi videntur bona, non tamen eos ad salutem sempiternam regnumque perducere, scito

Epist. 34. 2. et sequentibus.

Lib. 4. contra Iulian. cap. 3.

Quæ fuerit Iuliani sententia de virtutibus quas docent philo- sophi.

Lib. de peccatorum remissione. cap. 20. li. 1.

Heb. 11.

Epist. 99. ad Enodium. Epist. 5. ad Marcel. Epist. 103. ad Circenses.

Quod opus August. vocet bonum et quom voluit bonum.

nos illud bonum hominum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, per quod solum homo potest ad æternum Dei bonum regnumque perducere. Omnia proinde cetera quæ videntur inter homines habere aliquid laudis, videantur tibi virtutes vere, videantur opera bona, & sine vilo facta peccato: quod ad me attinet hoc scio, quia non ea facit voluntas bona. Voluntas quippe infidelis atque impia, non est bona. Dicantur secundum te huiusmodi voluntates arbores bonæ, sufficit quod apud Deum steriles sunt, ac per hoc non bonæ. Sint inter homines fructuosæ, inter quos sunt & bonæ, te autem, te laudatore, si vis etiam plantatore, dum tamen illud velis nobis obtineam, quod amor mundi, quo quisque amicus est huius mundi, non est à Deo, amorque fruenti quibuscunque creaturis sine amore creatoris, non est à Deo: amor autem Dei quo peruenitur ad Deum, non est nisi à Deo patre per Iesum Christum. Per hunc amorem creatoris bene quisque vritur etiam creaturis: sine hoc amore creatoris nullus quisquam bene vritur creaturis. Vnde concludit: Hoc ergo amore opus est, vt bonum beatificum sit & pudicitia coniugalis, de qua in principio capitis incepta est cum Iuliano disputatio. Damnat igitur & efficaciter improbat Beatus Augustinus hoc quod asserbat Iulianus, per virtutes quas sua industria operando acquirunt Ethnicis, eos fieri vere bonos & iustos, ac Deo placere, & per generosi cordis stimulos excitatos sine gratia Christi, bonum incipere posse, ac gratiæ opitulatione mereri. Non autem improbat quod ex operibus rationi rectæ consentaneis, secundum lumen intellectuale, in quo quid agendum sit cum omnibus circumstantiis iudicat & discernit, nascuntur habitus ad similes operationes inclinantes, quos nomine virtutis philosophi intelligunt. Quomodo ab Aristotele virtus describitur, Habitus electivus in mediocritate consistens ea quæ est ad nos definita ratione, & vt definit ipse prudens. Id quod manifestum fiet si expendamus rationes & scripturas, quibus contra Iulianum agit. Argumentatur enim. Non potest esse vera pudicitia in animo fornicante à Deo: Animus autem infidelium fornicatur, dicente scriptura, Ecce qui longe se faciunt à te, peribunt, perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Vbi palam est Augustinum vocare veram pudicitiam, eam quæ est per fidem viuam, qua animus Deo viuunt castus & pudicus. Potest enim in anima peccatrice esse habitus moderatiuus delectationum circa actus venereos coniugatorum, secundum omnes eorum circumstantias, videlicet vt commisceantur propter bonum proles suo thoro contenti. Item quia hoc honestum est. Nec fornicatio ista cum pudicitia quæ pertinet ad virtutem temperantiæ pugnat. Et solum per tropum appellatur fornicatio. Mens enim à Deo bono suo beatifico & sine vltimo auersa, rectè potest esse disposita & ordinata ad finem proximum sui operis, vt circa delectationes gustus, & tactus, per temperantiæ, ex multa assuetudine & experientia acquisitam. Circa metum & audaciæ periculorum mortis per fortitudinem: & per iustitiam in operibus quæ sunt commutando & distribuendo ex debito ad alterum: per prudentiam in iudicando & præcipiendo circa ea quæ agere oportet: Sicut cum errore circa principium vera cognitio esse potest circa conclusionem, quæuis non perfecta, si in sua principia resolui non possit, quomodo nec perfecta virtus esse potest sine charitate, per quæ est recta metis ad Deum sine vltimo ordinatio. Quod autem huiusmodi virtutes ex operibus in nobis nascantur per experientiam docet Aristoteles 2. Ethicor. & B. Thomas 1. 2. quæst. 63. Quod verò Augustinus dicit non posse nos incipere, nec perficere opus bonum sine gratia Dei, intelligit opus pietatis & salutis, de quo Apost. Paulus, Deus est qui operatur in nobis velle & perficere, quando nostram operamur salutem. Sæpe enim interpretatur locum Apostoli, Non sumus sufficientes aliquid cogitare à nobis quasi ex nobis, esse intelligendum de his quæ pertinent ad pietatem & religionem. Et ideo contra Iulianum efficaciter hoc argumentum, non autem contra habitus virtutum, qui ex operibus generantur. Similiter quod in Augustino sequitur, Nullum esse meritum quo animus ex impio fiat iustus, quia voluntas preparatur à Domino: & ideo studium bonæ voluntatis diuinæ gratiæ opitulatione mereri non posse, Iuliano aduersatur, non virtutibus Ethnicorum. Et quæuis homines alieni à fide ex ingenite libertatis viribus crebro inueniantur modesti, casti, sobrii, tamen quia huiusmodi stimuli Ios generosi cordis impresit naturæ conditor, sub cuius occulto iudicio alij fatui, alij industrii nascuntur, tolerabilius huiusmodi virtutes in impijs, diuinæ potius quam eorum voluntati B. Augustinus tribuendas rectè censet, licet ipsi hoc nesciant. Sed hæc ratio rancrum ostendit quædam Dei dona esse gratuita, naturæ tamen talenta, quamuis non faciant animum esse sine peccato, nec tamen sunt peccata. Quod autem à Iuliano petit B. August. quomodo in illo esset virtus, in quo non est vera humilitas, nec vera sapientia fidei,

Lib. 2. Ethic.

1. argumentum
B. Augustini
contra IulianumArtic. 2.
Responsio ad
vnum argu.
Philippens. 2.

2. Cor. 1.

De predesti.
sancto. ca. 2.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

dei, qua credat se filium mortis, & sola misericordia liberatum, quia iustus ex fide viuunt? Fides autem ex Dei gratia desuper datur. Hic Beatus Augustinus vocat veram virtutem fidem ex spiritus inspiratione viuam, siue charitatem. Et eodem cap. vocat arborem bonam, hominem bonam, hoc est, per charitatem formatam voluntatis, imò solam charitatem quodam loco docet esse virtutem qua rectè viuimus, & perducimur ad regnum Dei. At enim ad Beatum Hieronymum, Vt generaliter breuiterque complectar, quam de virtute habeat notionem, quod ad rectè viuendum attinet, virtus est charitas, qua id quod diligendum est diligitur, quæ in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est. Et de moribus Ecclesiæ, Nihil omnino est virtus, inquit, nisi summus amor Dei. Et quod quadrupartita sit virtus, ex ipsius amoris vario quodam affectu dicitur, vt temperantia sit amor, integrum se prebès ei quod amatur: fortitudo, amor facile tollerans omnia propter Deum qui amatur: iustitia, amor soli amato seruiens, & propterea rectè dominans: & prudentia, amor bene discernens ea quibus adiuuetur in Deum, ab iis quibus impediri potest. Sed declarat se loqui de virtute quæ ad vitam beatam ducit. Nam secundum sublimiorem rationem ac diuinam, virtus hoc sensu dicitur, & secundum legem siue regulam superiorem ad supercelestem finem dirigit, quam certum est non esse in Ethnicis, nec in aliquo impio, aut peccatore etiam fideli. Facit enim operantem, & opus eius simpliciter bonum, & perfectè bonam eius voluntatem, quod proprium est charitati, vt diximus ex epistola B. August. ad Beatum Hieronymum. Quæuis igitur in Ethnicis non sit vera sapientia, qua nos vitam nostram secundum regulas fieri & rationes increatas, quæ ex sacris scripturis nobis innotescunt, instituimus & dirigimus, hoc est, ad bonum beatificum, in lumine tamè intellectus agentis nobis cõcreato, id est, in lege scripta in cordibus hominum, quam ne ipsa quidè delet iniquitas: legimus & videmus non esse surandum, nec mœchandum: & quæcunque volumus vt faciant nobis homines, vt nos faciamus etiã illis, ac generaliter quid nobis agendum sit secundum huius vitæ honestatem, item quo sine quibusq; circumstantiis. Est enim hoc lumen à Deo naturæ conditor, quamuis gradum multo inferiorem, quam est illustratio fidei: de quo Apost. Petrus, Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Et B. Ioannes, Tenebræ transferunt, & verum lumen iam lucet, Hoc lumine naturali scilicet illustrati infideles, facere possunt quædam opera, quæ secundum iustitiæ regulam non solum vituperare non possumus, verum etiam meritò rectèq; laudamus. Non enim sic corrupta est anima, vt diximus, per peccatū, vt in ea non manserit sensus & affectio honestatis. Humilitatè autè quam scripturæ commendat secundum quam ministramus & operamur quasi ex virtute quam largitur Deus, non nouit philosophia, quamuis eam quæ sumitur secundum regulam inferiorem (naturalem scilicet ratione, qua Deus cognoscitur prima causa in qua viuimus, mouemur, & sumus) eam cognoscere & præstare possit, sicut & gratias agere, secundum Apost. Paulum ad Romanos. Et reuera gratis mortuus esset Christus, si ex viribus liberi arbitrij, & hoc lumine concreto esse posset iustitia, qua liberamur à peccatis & reatu damnationis æternæ. Si enim Abraham, inquit, Apostolus Paulus, ex operibus iustificatus est, non apud Deum: non autem si ex operibus rectæ rationi consentaneis iustitia in nobis nascatur, quæ ad iustè agendum sumus propensi, quomodo ex temperato vsu cibi & potus, prout rectæ corporis valetudini conducit, nascitur promptitudo vtendi temperatè corpori necessariis. Hæc enim ad peccatorum remissionem non sufficit, nec valet sine fide ad Christum. Quando autem dicit B. Augustinus veram virtutem esse, qua peruenitur ad verum rationalis animæ beatificum bonum, seipsum declarat, secundum quam rationem de virtute loquatur. Nec improbat philosophorum definitionem, sed interpretatur pro suo instituto, ad sublimiorem, hoc est, diuinum gradum eam atollens. Ostendit enim eam deficere à veræ virtutis ratione, cuius opera grata & accepta sunt Deo ad remunerationem futuri seculi.

Addit deinde B. Augustinus virtutes non officijs tantum, vt docet Iulianus, sed finibus distingui, intendens officiorum, hoc est, operum virtutum finem debere esse Deum. Non enim, inquit, vera est virtus quæ seruit alteri, quam cui dicimus, domine virtutum conuente nos. Et si ad se referuntur, non esse tales virtutes, per quas animus hominis fiat iustus. Certè verissimile non est, quod Iulianus contra omnem philosophiã, & naturalis rationis iudiciũ, omnèque scripturam, nudis officijs virtutem definiat, seclusis circumstantiis, maxime finis, & dixerit veras esse virtutes tolerantia & sapientia auarorum hominum, sed solum hoc dixisse videtur, quod ad finem creatum & temporale referri possint, videlicet ad proximum operis finem, vt ad fratris egentis subuentionem, & releuandum eum à

Epist. 29.

Sola charitas
est virtus
qua rectè viuimus.

Lib. 1. ca. 15.

Alter Aug.
has virtutes
definit li. de
li. 1. ca. 15.

Epist. 29.

1. Pet. 2.

1. Ioan. 2.

Aug. de spir.
li. 1. ca. 17.

Rom. 4.

Lib. 1. dist. 1.
Cap. 5.

Nath. 23.

Psal. 25.

Ca. 20. Ep. 1.
quem. ca. 11.
Fons et rorū
Iuliani et Pe-
lagij.

304. 3.

Arist. 4. Eth.
ca. 2. 3. 11. 11. 11.

eum à miseria, elemosynā largitio. Proprios enim & immediatos fines habent omnium virtutum officia, qui inde referri possint ad finem vltimum. Et quamuis virtutes earūque officia per se sint expectabilia propter suam pulchritudinē & honestatem. Detinent enim sui possessores sincera & sancta dilectione, & in eis pariunt spirituale gaudium, vt dicit Magister, concilians inter se varias & in speciem contrarias sententias Ambrosij & Augustini. Ait enim beatus Ambrosius, quod Apostolus Paulus ad Galathas, Charitatem, patientiam, mansuetudinem, & reliqua quæ nominat, nomine fructuum appellat: quia sicut fructus, per se sunt appetenda, sed tanquam participationes quædam & riuuli defluentes à Domino virtutum, ad quem sunt reducenda & referenda, semper autem referibilia, quamuis hoc nec aduertatur nec consideretur. Et Domino virtutum seruūt hæc virtutes, in quantum sequuntur inclinationem & stimulos à Deo naturæ conditore impressos. Faciunt enim officium ad quod ab eo mouentur. Vt autem ex amore fidei casto Deo seruiantur, naturam eiusque vires superat, nec ab eis hoc requirit Deus. Et sicut Principi seruiunt qui eum non nouerunt, ministris eius subseruientes in opere eis commisso, vt gregarius miles suo Centurioni, cuius vexillum & imperium sequitur, ita fratribus nostris ministrantes Deo seruiamus. Constitutebit enim in iudicio, Quod fecisti vni ex fratribus meis minimis, mihi fecisti. Non enim solum principi seruiunt ij qui eius personæ assunt, sed vniuersi qui in eius aula quocumque funguntur officio. Et quamuis vna virtus ad aliam perfectionem ordinetur, quomodo finis præcepti, & omnium virtutum est charitas, nulla tamen ad se fertur, sed ad propriū hominis bonum, quem in affectibus & operibus magis ac magis perficiunt. Quando igitur dicit Beatus Augustinus quod vera virtus non est quæ seruit alteri, quam cui dicitur, Domine virtutum conuertete nos, loquitur suo more de virtute, videlicet de ea, cuius officia Deo placent, & de seruitute casti amoris, & de spiritu charitatis prodeuntis. Quod verò nulli homines sint sterilitate verè boni, efficaciter ex scripturis probat Augustinus, quia omnis arbor quæ non facit fructū bonū, excidetur, & in ignem mittetur. Cui tamen non repugnat quod quidā boni esse possunt, in ordine ad finem proximū bene dispositi, & non ad Deum finem vltimum. At quia mentem non rectè ad Deum dispositam habent, sed per peccatum originale auersam, nec placent qui iusti sunt ex operibus, secundum philosophorum doctrinam, nec eos Deus amat, imò missurus est eos in ignem æternū, aut in locum aliquem medium, secundum Iulianum & Pelagium. Verè enim impii sunt & Deo abominabiles. Nec sufficit Deo conuersio ad ipsum per amorem naturalem, eod quod perfectiorem ei dedit in primo parente: quem si non dedisset, non posset ei non placere homo secundum hanc iustitiam operum, quæ nascitur ex virtutibus naturæ, nec aliam exigere posset, quam diu eam non daret nec homo acciperet. De quo multa B. Augustinus libro tertio de lib. arbi. & de correptione & grat. Ex huius igitur peccati originalis & relictitudinis, in qua Deus rectum creauit hominem, ignorantia, totus Iuliani & philosophorum error processit, quod scilicet iustos desinierunt, qui secuti rectæ rationis naturalis iudicium, iusti sunt operati, docentes hanc esse perfectam iustitiam, qua iusti reputemur in conspectu Dei, quum reuera à iustitia quam Deus coronat deficiat sicut tenebræ à luce, non autem sicut deficit à bono malum, sed quemadmodum à bono diuino & gratiæ, bonum naturæ, quod à Deo quidem etiam est ex hominis creatione, sed non ex gratia & Christi redemptione, sicut Dei iustitia: Lumen autem naturæ tenebræ sunt, si cõferantur cū luce diuina, qua illustramur per fidem. Et ideo bonæ sunt virtutes morales earumque opera quæ natura parit, per hominis tamen industriam viresque liberi arbitrij, per quas eas contaminari non oportet, sicut nec alia hominis opera, quæ naturalibus viribus efficiuntur: & ideo hæc virtutum opera Deo tanquam sua placent, quemadmodum reliqua opera à natura edita, non autem placent in Christo nec ob Christi gratiam. Quare etiam non faciunt suos auctores Deo amicos, nec ab ira & Dei indignatione eximere possunt. Qui incredulus est filio, ait beatus Ioannes, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Nec semper referre oportet quodlibet nostrum opus ad vltimum finem, quem nobis constitutum. Non enim auarus omnia propter pecuniam expetit, nec ij quorū Deus venter est, necessariò omnia propter voluptatem agunt. Quemlibet enim finem operi nostro præstiturere possumus, modò naturæ limites non excedat, imò & vltimum finem non semper tanquam vltimum amamus. Possumus enim amare aliquid, atque etiam finem vltimum tanquā bonum absolutè, non tanquā optimū, & fingere summū malum tanquā summū. Qualis enim quisque est secundū habitū & naturalem pronitatem, talia tam dicit quam agit, nisi alicuius gratia agat, vt suam cõhibeat inclinationem, ait Aristoteles.

Est &

EST & aliud argumentum Beati Augustini aduersus Iulianum multum apprensus, quod plurimum facere videtur aduersus virtutes etiā Philosophorum. Mēs hominis, inquit, prona est & vehementer inclinata ad se amandum tanquam vltimum finem, ad se fruendum, vt in seipso finaliter delectetur & sibi placeat, sibi que tribuat bonum, quod se facere arbitrat, quamdiu non videt summum illud bonum, suam miseriam & captiuitatem. Omnia ergo sua opera ad se ordinat, & non in domino, sed in semetipso gloriatur. Sed huic responderetur, quod mens hominis prona quidem est & vehementissimè inclinata ad superbiam & sui amorem, non tamen ex hoc sequitur, quod semper ex superbia aut sui amore operetur. Non enim sicut bruta animalia necessariò nostras sequi mur propensiones, sicut nec inueteratas consuetudines, quanuis frequens sit & ferè semper contingat, quod secundū habitus & pronitates operemur. Quapropter dicit Aristoteles magis fortis esse, subitis potius in terroribus interritū esse, quam in præuisis. Est enim ab habitu magis, & minus ab apparatu. Nā antea visa cognitione & ratione quispian eligat, ac ea quæ repente eueniunt, habitu propter quod non semper quodlibet opus ad vltimum finem, vnum quem nobis statuimus, referre oportet, sed aliū quemlibet singularis operibus secundum casus occurrentes constituere possumus, & alium refutare. Quod si necessariò sine cupiditatis vel amoris nostri afficeremur, nec honestū expetere possemus, aut operi nostro prestare, ipsumque sequi peccatum non esset, nec imputabile quod opus nostrum ad malum finem ordinaretur, vel non ad bonum, eod quod non homo hoc faceret aut ordinaret, sed quod in ipso habitat peccatum: malum, inquam, non esset, nisi fortassis culpabilitate & malitia peccati originalis in Ethnico nodum remissi, in baptizato verò nulla esset culpabilitas, sed vitium operis tantum. Non igitur simile est de vitio siue curuitate tibiæ, & hominis corruptione, atque per peccatum relicta curuitate: nec sequitur, fomitis vitium se habet ad liberum arb. secundum Augustinum, sicut curuitas vel clauditas ad tibiæ: sed tibiæ ob clauditatem non potest rectè incedere, nec vitare claudicationem, nisi ablata curuitate, ergo liberum arbitrium, quod secundū indubitam fidem ex peccato primi parentis factum est languidum, claudum & infirmum, non potest quicquam rectè agere, nisi vitio fomitis, quæ est eius curuitas, prorsus sublato. Omnis igitur motus liberi arbitrij in via est curuus, vitiosus & peccatum. Non enim per omnia est simile, quia homo claudus tibiæ vt non potest ambulando, nisi secundum curuitatē qua afficitur, quapropter omnis eius incessus est claudicatio & deformis. Habens autem animū vitiatū malis habitibus & pronitate, animo suo vt potest secundū legem spiritus, & sequi eius instinctus & stimulos atque synderesim, contempta lege carnis & præuæ consuetudinis desiderijs, sicut vno habitu & non altero. Habitibus enim vitium quando volumus. Eodem argumento probaretur, iustorum etiam opera esse peccata, quod scripturis aduerteretur. Sed in hoc est similitudo, quod sicut curuitas inest homini etiam actu non claudicanti, ob quam ambulando claudicationem vitare non potest, etiam si velit: ita & fomitis vitium inest homini etiam iusto & actu non peccanti, propter quod in via Dei ambulando spirituales vitare claudicationem non potest, etiam si velit. Non enim homo iustus in hac vita sine peccato viuere potest, etiam si maximè ad hoc conetur. Quod si hæc curuitas affectus quamlibet actionem nostram afficere intelligatur, vt saltem feruore sit minor, vitium esse potest, non autem culpa, si nulla est liberi arbitrij negligentia. Ex hæc enim fomitis & amoris ad se vehemēti inclinatione & impetu mens retardatur, ne feratur tanto amore in Deum, quanto ferretur si impedita non esset. Habitus namque vitiorum remorantur, & multum impediunt actus virtutū contrarios, quemadmodum affluens male facere, difficulter benè operabitur, dicente Domino per Prophetam: Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Quapropter minor est actus charitatis & reliquarum virtutum, quando in contraria inclinata est mens & propensio. Illud autem quod minus est, ex vitio est, vt diximus, non tamen culpabile, cum peccatum non in habitans illud operetur. Vnde pater quod opus ex naturali pietate factum, vt vestire nudum, & pacere esurientem, secundū se ipsa bona sunt, sed ob magnam naturæ corruptionē, hoc est, sui amorē, operans ea ad se refert, nisi huius sui amoris impetum alicuius causa refrenet, & quasi contra fluij cursum nauiculā trahat, & sub graui iugo & onera incuruatum magno conatu se erigat, donec exercitatione gratiæ, vel operū assuetudine contra sui amorē, ad bene volendum proximo, & gratificandū Deo habitato, repressa fuerit hæc tyrannis & dominiū noxiæ cupiditatis, maximè si accesserit simul mala consuetudo. Ad quod respiciens Beatus Augustinus, quia plerumque & ferè semper contingit,

Lib. 3. Ethic.
ca. 3. 2. 11. 11.

Argumentum
apprensus.

Responsio.

Hierem. 13.

tingit, pronunciat omnem infidelium actionem esse peccatum. Quia infideli, inquit, hoc est, stulta & noxia faciunt voluntate, & quod bonum est, infideliter & male faciunt.

Simili modo & scripturæ quibus beatus Augustinus vtitur in hoc eodem capite, efficaces sunt contra errores Iuliani, nihil autem aduersantur operibus, quæ ex dictamine luminis naturalis nobis concreati faciunt gentes, vel alij qui legem non habent. Prostant enim, quod nemo sine fide & gratia Dei verè iustus aut bonus esse possit, aut facere quod Deo placet. Item, nec à peccato & ira Dei liberari, aut diuinæ gratiæ mereri opitulationem, quæ omnia Iulianus Ethnicorum tribuat operibus. Nam quàm diu homo fidem non habet, execrabilis manet & Deo odibilis. Probat præterea non esse veras virtutes, quæ hominem non faciunt verè bonum, & filium cælestis regni. Item nõ esse homines medios qui iusti sunt, nec supplicio digni, nec etiam regno cælorum. Aduersus hos errores efficaces sunt scripturæ quas Augustinus citat: An verò infidelis facere possit opus quod non sit peccatum, impertinens erat propositio Augustini contra Iulianum disputanti, sicut ipse palam conficitur in fine eiusdem capituli & libri. Prima autoritas qua vtitur, sumitur ex Epistola Beati Pauli ad Romanos 1. ab Hebræos 10. & originaliter ex prophetia Abacuc, Iustus ex fide viuuit, hoc est, qui ex fide Christi iustus est, ille verè viuuit in conspectu Dei, & opera facit verè vitalia & Deo grata ex spiritu Christi ipsum viuificantem. Sed qui fidem non habet, quantumcumque iustus fuerit, & in suis virtutibus viuat, reuera mortuus est, quemadmodum Episcopo cuidam dicitur, Nomè habes quod viuuis, & mortuus es. Quæ scriptura efficaciter probat, quod Ethnici per sua opera nec Deo placeant, nec verè viuunt coram Deo verè iusti in suis virtutibus. Iustus enim est Dominus, & iustitias dilexit, æquitate vidit vultus eius. Absit, ait Beatus Augustinus, vt Deus bonus à quo securis paratur arboribus non facientibus fructu bonum, excidat & in ignem mittat arbores bonas, hoc est, homines iustos. Secunda autoritas qua vtitur est, Sine fide est impossibile placere Deo. Nihil enim Deo placet nisi in fido, propter què solum placent alij. In eo enim est ei beneplacitum, sine quo displicent vniuersi & sunt rei mortis, & æterni supplicij. Sunt tamen opera quædam naturæ, quæ nec placent, vt simpliciter iusta, quæ iustos faciunt, & omnem tollant inimicitiam, nec peccata sunt, vt in eum offendant. Quemadmodum bona est natura, ita & naturæ opera, quæuis per industriam hominis edantur. Non enim oblatu est bonum semen, quod in agro cordis nostri seminavit paterfamilias per zizania, quæ superseminavit homo inimicus, imò nec vitaturus est, sed simul vtrumque excrescit. Docebat autem Iulianus Ethnicorum opera simpliciter iusta est, & suos facere iustos, nec tamen sufficere sine gratia Christi ad regnum cælorum. Contra quem ait Beatus Augustinus, Deus quod absit, erit iniustus, si ad eius regnum verus non admittatur iustus, cum & ipsum regnum eius sit iustitia. Et in fine cap. Iustus ergo Deus & bonus, bonos in mortem missurus æternam? Tamen si igitur nullus sit homo, qui non sit vel bonus vel malus, dignus vita æterna, vel reus supplicij, sunt tamen opera quædam media, quæ nec fructus sunt bonæ arboris nec malæ. De quibus Augustinus loquens de his qui secundum Apostolum naturaliter ea quæ legis sunt faciunt. Quid, inquit, si à Christi gratia sunt alieni, quid eis proderunt excusantes cogitationes in die qua iudicabit Deus occulta hominum, nisi fortè vt mitius puniantur? Sicut enim non impediunt à vita æterna iustum, nisi peccata venialia, sine quibus vita hæc non ducitur, sic ad vitam æternam non profunt impio aliqua bona opera, sine quibus nisi difficillimè vita pessima hominis inuenitur. Item alio loco dicit huiusmodi excusationes defendere vt tolerabilius puniantur. Tertia vtitur aduersus Iulianum scriptura, Omnis arbor bona, fructus bonos facit: Mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in igne mittetur. Est autem arbor bona, homo bonæ voluntatis: & arbor malæ, homo voluntatiæ peruersæ. Bonæ enim arboris radix est charitas, & malæ cupiditas, vt frequenter docet B. Augustinus. Fructus verò boni sunt fructus palmitis manentis in Christo: sunt & opera mandatorum, & fructus iustitiæ, siue spiritus, de quibus Apostolus ad Galathas. Et ideo rectè dicit Beatus Augustinus, quod multi in fructibus quædam deputant, quæ ad vestitum ouium, sub quibus lupi etiam veniunt, siue ad folia & frondes pertinent. Sunt namque hæc opera quæ à malis & Ethnicis sunt non mala nec peccata, sed non pertinent ad fructus arboris bonæ, quæ ex radice arboris bonæ non proficiuntur, sicut & colere agrum, vineas plantare: nec etiã sunt mala, cū non sunt ex cupiditate vel amore sui, sed procedunt ex naturæ inclinatione. Nec igitur fructus sunt boni nec mali. Sunt enim præter

Lib. 4. contra Iulian. cap. 3.

Efficaces sunt scripturæ quibus Augustinus vtitur, sed aduersus Iulianum, non aduersus virtutes Philoſophorum.

Cap. 2.

Apocal. 3.

Li. 4. Contra Iulian. cap. 3.

Iob. 11.

Matth. 25.

Lib. de spiritu. liter. c. 28.

Li. X. de gratia Christi. c. 28. Et de sermone domini in monte. Et de spiritu. liter. cap. 25.

In cœcil. Milenitica. cap. 5.

præter hæc duo principia charitatem & cupiditatem, semina quædam & inclinationes quorundam operum, in quibus nihil communicant priora principia, quamuis ad suum finem ea rapere & imperare possint. Ad varia enim imò & ad contraria propensus, nõ necessariò semper vnam sequitur prouidentiam, sed sequi potest quam elegerit. Quarta scriptura est, Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit, & si simplex fuerit oculus tuus, totum corpus tuum lucidum erit. Sed intelligit ipse Augustinus esse intentionem qua facimus quicquid facimus, quæ si munda fuerit & recta, atq; aspiciens id quod aspiciendum est, omnia opera nostra quæ secundum eam operamur, necesse est bona sint. Et iuxta B. Bernardum, Oculus verè simplex duo habet necessaria, charitatem in intentione, & in electione veritatem. Et oculus nequã vtroque bono vacuus est, tam videlicet veri notitia, quàm beneuolentia. In opere verò quod faciunt Ethnici secundum luminis naturalis directionem, nec veritas deest nec beneuolentia, quauis fidei notitia desit & diuinæ charitatis affectus. Quapropter totum corpus tenebrosum est per absentiam luminis diuini, lucidum tamè ex lumine intellectus agentis nobis con creati: lucidum, inquam, & si non totum corpus operum, multa tamè eius partes, tamen totum corpus sit deo abominabile propter multa peccata moralia, quæ ex hoc naturali lumine vitari nõ possunt, vt docet b. Tho. Potest autè Ethnicus & quiuis impius aspicere tanquam finem, vitæ honestatè, cuius affectus in eo deleri non potest: potest etiam nihil spectare aut se aut suum cõmodum: Insuper iniuriã ac damnũ ferre, vt parentibus subueniat. Salutant enim Ethnici fratres suos, se quoq; diligentes viciniam diligunt, & peccatores peccatoribus fenerantur, nihil spectantes nisi quod honestũ est facere, & turpe negligere. Quod autem dicit b. Augustinus Iuliano, Si gentilis, inquis, nudum operuerit, numquid quia nõ est ex fide peccatum est? Prorsus in quantum non est ex fide peccatum est, nõ quia per se ipsum factum, quod est, nudũ operire, peccatũ est, sed de tali opere non in Domino gloriari, solus impius negat esse peccatum. Augustinus semet interpretatur, quod solũ ideo peccatum esse dicat, propter malum finem qui intenditur, quia scilicet bono malè & infideliter vtitur, & ad finem infidelitatis: Quia, inquit, ea non fideliter sed infideliter, hoc est, stulta & noxia faciunt voluntate, non quidem habituali tantum, sed secundum infidelitatem & noxiã intentionem. Eadem namque voluntate infideli, non vt infidelis est, sed secundum sinderis iudicium, quod honestum est & iustum eligere potest. Ait enim: In quantum non est ex fide, sed ex intentione fidei directioni contraria, peccatum est. Et gloriari de tali opere, separari potest ab opere, nec sequitur ipsum necessariò.

Quintus locus scripturæ, quo frequentissimè vtitur B. Augustinus & sermò contra Iulianum triumphat, est in epistola Pauli ad Romanos, Omne quod non est ex fide peccatũ est. Ad quam scripturam probabiliter responderet Iulianus, Apostolũ de cibis tantũ loqui. Ait enim Beatus Augustinus: Sicut tibi visum est hoc testimonium accepti & exposuisti, non vt sapiat Apostolus, sed vt sapias tu. De cibis enim Apostolus loquebatur, verum cum dixisset, Qui autem discernit si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Hanc peccati speciem de qua agebat, generali voluit probare sententia, in ox inferens. Omne enim quod non est ex fide, peccatũ est. Sed reuera in sua interpretatione loquitur Iulianus beatum Ambrosium, Chrysostomum, & Theophylactum, iisdem penè verbis vtentes quibus Iulianus. Ait enim Beatus Ambrosius circa locum Apostoli, Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat: vnumquemque proprio iudicio censet condemnandum, qui dicit non debere se facere quod facit: Hunc autem beatum, qui non aliud facit, quam sibi vtile probat, Qui autem discernit quid ederet, damnatus est. Verum est, quia qui iudicat non edendum & edit, dñatus est. Ipse enim se damnat, quando id quod sibi innutile asserit, facit, quia non ex fide edit qui edendum negat, & edit: Omne autè quod nõ est ex fide, peccatũ est. Rectè peccatũ appellat, quod aliter sit quam probatum est. Et Theophyl. verbis fere iisdem quibus Chrysost. circa eundè locum. Hęc inquit, de solo cibo proposito argumento intellige. Et explicans sententiam: Omne quod non est ex fide, peccatum est, ait, Cũ non fuerit confisus, neq; crediderit purum esse cibum, sed gustauerit ipsum praua conscientia, omnino peccatum. Quem enim Apostolus hortatur, quod propter fidei suę infirmitatè, quia nondũ credit se mädicare omnia, nihilq; per Christum esse cõmune, is non ex fide olus manducat, sed ex fidei infirmitate & errore, quo credit legis obseruatione esse necessariam: Nec tamen peccet ex errore fidei manducando olus. Nõ igitur omne quod non ex fide agimus, peccatum est: sed quicquid nõ ex fide est, hoc est, nõ ex credulitate quod licitũ sit id agere, quod agit peccatum est illi, damnationi faciens obnoxium; dũ iudicat illicitũ esse quod agit: aut certe peccati

Matth. 5.

Li. 2. de sermone domini in monte.

De precepto & dispensa.

1. 2. q. 109. ar. 3.

Matth. 5. Luc. 6.

Cap. 4.

Lib. 4. cap. eiusdem.

Rom. 14.

peccati periculo se exponit, dum hoc agere audeat de quo dubitat, vel nondum persuasus est, quod licitum sit quod agit. Secundum hanc B. Ambrosij, Chrysof. Theophyl. expositionem, quæ propria huius loci esse videtur, videlicet peccatum esse, quod dubitante, vel reclamante conscientia agimus, patet sententiam hanc Apostoli nihil valere ad disputationem illam, Sine omnis infidelium actio peccatum. Item nihil valere ad eam quæ est de operibus hominum qui sunt extra charitatem: quæ Augustinus videtur sæpe dicere esse peccata, si solus verborum cortex, & nuda sermonis forma spectetur. Potest enim infidelis certam habere notitiam, qua credat non esse illicitum id quod agit. Et iuxta doctrinam B. August. intelligentis de fide catholica intentione nostram dirigente, non crudè intelligitur esse peccatum, quicquid non est ex fide. Addit enim, Omne quod non est ex fide, in quantum non est ex fide, hoc est, omne quod non est ex intentione recta fidei sed contraria, ita vt infideli & noxia fiat voluntate, hoc peccatum est. Atqui ex fide non progredimur ad opus, nisi facta subsumptione eius quod agemus, ex qua nascitur conscientia liciti vel illiciti eius quod agemus: contra quam agere non licet, qualiscunq; fuerit fides siue vera, siue falsa, siue etiam fides defuerit. Et quamuis, vt dicit B. Augustinus, Paulus speciem probet ex genere, & quod de cibis docet, intelligendum velit de quolibet alio quod agimus, non tamen oportet quod syllogismus practicus ex propositione quæ fidei est procedat, & concludat quid sit eligendum, sed satis est, si ex propositione per se nota in lumine naturalis rationis. Sensus igitur Apostoli est, secundum Augustinum, quod peccatum est, quicquid non proficitur ex intentione recta fidei (quam intentionem. Saluator vocat oculum simplicem) sed ei aduersatur, & fit ex intentione fidei contraria, ne cogamur fateri eum peccare, qui ex consilio Apostoli olus manducat. Et quia Apostolus in eodem capite, sæpe nomine fidei vitur pro fide catholica, quæ credenda & operanda complectitur, vt, Infirmum in fide assumite: Tu autem in fide stas, etiam in hac sententia, Omne quod non est ex fide, peccatum est. de eadem intelligi potest secundum subsumptionem, quæ in Syllogismo practico assumitur. Et verus erit hic sensus secundum limitatorem quam ipsemet B. Augustinus explicat. Si autem contendatur Augustinum docere simpliciter peccatum esse, & Deo displicere quod non est ex fide, intelligendum est quod peccatum est & Deo displicet, non tam propter se, quam propter operantem & inimicitiam eius. Et hac de causa promiscuè loquitur de displicentia huiusmodi operum & ipsius operantis. Et nõ habens quod efficaciter obijciat intelligentiæ Iuliani circa locum. Omne quod non est ex fide, peccatum est, transfert se ad aliam scripturam. Vbi, inquit, erit quod scriptum est, Sine fide impossibile est placere Deo, pro eodem habens: nõ placere Deo, & esse peccatum. Et, vt diximus, semper in malis sine refertur actio infidelium, atq; etiam impiorum, nisi singulari ex causa hoc caueatur. Id quod attendens B. Augustinus absolute pronunciat esse peccatum. Eodem sensu B. Prosper contra Collatorem: Manifestissimè patet, inquit, in impiorum animis nullam habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse & polluta, habentia sapientiã nõ spiritalem, sed animalẽ: nõ cœlestem sed terrenã: nõ Christianã, sed diabolicã: non à patre luminum, sed à principe renebrarum, dum per ea ipsa quæ nõ haberent nisi dante Deo, subduntur. Sed hæc omnia nõ tollunt temen quod in corde hominis pater cœlestis seminavit. Et fortassis hæc loca Beati Augustini & Properi de actionibus infidelium & impiorum, sunt illa de quibus Celestinus papa scribit ad Episcopos Gallia, quosdam fuisse conquestos magistros nostros necessarium modum excessisse, qui propterea ea tantummodo sequi & probare profitebantur, quæ sacratissima Beati Apostoli sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium Præsulum suorum sanxit & docuit: propter quos capita fidei nostræ circa materiam gratiæ & liberi arbitrii breuiter recenset, in fine concludens. Profundiores verò difficultioresque partes occurrentium questionum, quas latius pertractarunt qui hæreticis resisterunt, sicut non audeamus contemnere, ita non habemus necesse astruere, quia ad confitendum gratiæ Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quicquid secundum prædictas regulas Apostolicæ sedis scripta nos docuerunt. Inter hos autem Magistros certum est fuisse Beatum Augustinum & Properum, qui fortiter & strenuè contra hæreticos gratiæ Dei inimicos, disputauerunt, & potissimum beatus August. Multa namque occurrunt his qui cū hæreticis disputant, quæ assumuntur veluti ab eis cocelsa: sicut Iulianus, non sinibus, sed nudis officiis virtutes discernedas putabat. Quæ

verò

verò fuerit huius de virtutibus Ethnicorum, eorumq; & etiam impiorum operibus sententia, non satis clarè constat, propter varias eius sententias. Videtur tamen probabilis & dictis eius conformis, quod omnia Ethnicorum opera tanquam peccata damna verit, quibus offenditur Deus, propter circumstantias, maxime finis inicientiur: & virtutes quas Aristoteles & reliqui Philosophi docet, putauerit esse vitia ac principia malarum actionum. Nam lib. I. Retractionum, retractans quod scripserat cõtra Academicos, ita ait: Item dixi. Quid censes aliud esse beatè viuere, nisi secundum id, quod in homine optimum est viuere: & quid dixerim in homine esse optimũ, paulò post explicans. Quis, inquam, dubitauerit nihil esse aliud hominis optimũ, quàm eam partem animi, cui dominantem obtemperare conuenit cetera quæcunq; in homine sunt. Hæc autè mēs aut ratio dici potest. Hoc quidem verum est. Nam quatum attinet ad hominis naturã, nihil est in eo melius quàm mens & ratio, sed non secundũ ipsum debet viuere qui beatè vult viuere, alioqui secundum hominem viuirit, cùm secundum deum viuendum sit, vt possit ad beatitudinem peruenire, propter quam consequendã non seipsa debet esse contenta, sed Deo mens nostra subdèda est. Et libro de ciuitate Dei. Videndum est, inquit, quid sit secundũ carnẽ viuere, quid secundum spiritum viuere. Quisquis enim nõ aduertens quæ admodũ scripturæ sanctæ loquatur, potest putare philosophos quidem Epicureos secundum carnem viuere, quia summum bonum hominis in corporis voluptate posuerunt. Stoicos autem qui summum bonum hominis in animo ponunt, secundum spiritum viuere, quia & hominis animus quid est nisi spiritus? Sed sicut loquitur scriptura, secundum carnem viuere vitrique monstratur. Item, Quia homo ita factus est reatus, vt non secundum seipsum, sed secundum eum à quo factus est viuere, id est illius potius quàm suã facere voluntatẽ. Rursum, Certè vnaquæque, caro scilicet & anima secundum hoc viuat, vnde viuat. Vnde viuat caro? De anima tua. Vnde viuat anima tua? De Deo tuo. Anima sibi non est vita, sed Deus est animæ vita. Ergo quæ secundum Deum debet viuere, si secundum seipsam viuat, deficit: secundum carnem viuat & proficit? Fuerunt philosophi seculi huius, qui putauerunt non esse beatitudinem nisi secundum carnem viuere, & bonum hominis in voluptate corporis posuerunt. Extiterunt autem alij superbi, quasi à carne se remouentes, & totam spem beatitudinis suæ in anima sua constituentes, posuerunt summum bonum in virtute sua. Agnouistis quomodo irrii sunt: in palm. Qui cõsidunt in virtute sua. Tales fuerunt philosophi qui Stoici nũcupati sunt: Illi secundum carnem viuentes, isti secundum animam viuentes: Nec illi, nec isti secundum Deum viuentes. Errat Epicureus. Falsum est enim esse hominem beatũ, cuius est in fructu voluptas carnis eius. Fallitur & Stoicus. Falsum est enim beatum esse hominem, cuius est in fructu virtus animi eius. Contulerunt cū beato Paulo quidam philosophorum secundum carnem viuentes, & Stoicorum cõtulerunt cum illo secundum animam viuentes; contulit cum illis secundum Deum viuens. Dicebat Epicureus, Mihi frui carne bonum est. Dicebat Stoicus: Mihi frui mea mète bonum est. Dicebat Apostolus Paulus, Mihi autè adherere Deo bonũ est. Quod autè hæc fuerit sententia beati Augustini, omne opus propter Deum fieri debere formaliter vel virtualiter, ita vt ex Dei tanquam finis vltimi consideratione proficiatur, latè probat Gregorius Ariminese in primo & secundo Sentent. Item quod omnis dilectio creaturæ omnẽque opus est peccatum, si in Deum non referatur. Et quod omnis infidelium actio est peccatum. Cuius argumentis bene responder Cardinalis Caietanus. Sicut enim cū supremo agente, scãt inferiora agentia, & multa prima agentia in genere hoc vel illo, vt pater in regnis & artibus: ita cū vltimo fine totius vniuersi consistunt multi fines inferiores, vltimi tamè in suo genere, qui ad finem simpliciter vltimũ referuntur. Nã dux exercitus qui totum dirigit & mouet, multos sub se habet duces, singulos singularũ partium totius exercitus. Dicit præterea idè Cardinalis Caietanus considerandũ esse, quod cognoscere Deũ vltimũ finem totius vniuersi, propter se tantũ diligendum, & alia propter ipsum, naturali ratione absq; omni fide manifestũ est: & ex Aristotele habetur. Cùm enim pars naturaliter sit propter totum, & totum propter Deum, vt ibi ostenditur, consequens est quod naturali ordine homo seipsum propter Deum vt vltimum finem amet, ac per hoc reliqua quæ propter seipsum amat. Secundò considerandum dicit, quod dupliciter contingit Deum diligere: explicitè quidem, cum ad eum nostra dirigitur cogitatio & intentio: & implicitè, cum res à Deo creatas secundum quod institutæ sunt, diligimus. Ex eo enim quod res ad deũ mediante vniuerso sunt ordinatæ, affectus noster in eas tendens, vt sunt in gradibus suis constitutæ, tendit in eas implicitè vt sunt propter vniuersum: & vltimatè, propter deũ.

I ij Quicun-

Mat. 6. 20
Lucæ 11.

Cap. I.

Lib. 14. ca. 1.

Cap. 4. eiusdem lib.

De verb. A. 10. serm. 33.

Psal. 4. 8.

Lib. 1. dist. 1. que 1. cõdit. 3. q. 3. art. 1. cõ 2. Secundo lib. dist. 26. cõ 8. 1. 2. q. 109. q. 10. artic. 4.

Li. 10. Meta. physica.

Quicumque igitur vitur aliqua creatura, vel amat obiectū, prout Deus instituit, vt vta-
mur & amemus, hic virtualiter refert actum suum eiusdē obiectum in Deum. Hanc
autem cognitionem Dei tanquam vltimi finis ad quem alia referantur, habuissē Plato-
nicos, docer etiam beatus August. Senferunt, inquit, philosophi, quod rerum creaturam
effector sit deus, & lumen cognoscendarum & bonū agendarum, quod ab illo nobis sit
principium naturæ, & veritas doctrinæ & felicitas vitæ. Docet præterea Platone deter-
minasse finem boni esse, secundum virtutem viuere, & ei soli euenire posse, qui notitiam
Dei habeat, nec esse aliam ob causam beatum. Ex hac doctorum inter se contententium
diuersitate quæ fuerit sententia beati Augustini (Nam & beatus Thomas negat ipsum
sensisse omnē infidelium actionem esse peccatum) manifestum est non esse omnino cer-
tum, quæ fuerit eius in istis quæstionibus cōtrouerfis sententia: quum & ipse Augusti-
nus dicat aliquem esse finem voluntatis & requiem absolutē & simpliciter, & alium nō
omnino, sed quoad vnum aliquid, vt deputetur non tanquam patria ciuis, sed tanquam
refectio vel mansio viatoris. Pro rota hac disputatione illustranda plurimum condu-
cunt quæ scribit B. Thom. circa quæstionem, An quælibet actio infidelis sit peccatum,
Peccatum, inquit, mortale tollit gratiam gratum facientem, non autem totaliter cor-
rumpit bonum naturæ. Vnde cum infidelitas sit peccatum mortale, gratia quidem ca-
rent infideles, remanet tamen in eis aliquid bonum naturæ. Quare manifestū est, quod
infideles non possunt operari bonā opera que sunt ex gratia, scilicet opera meritoria, tam-
en bona opera ad quæ sufficit bonum naturæ (de quibus August. lib. 3. Hypognost.) a-
liqualiter operari possunt. Hinc nō oportet quod in omni opere peccent, sed solū quan-
do ex infidelitate operantur. Sicut enim habens fidem potest aliquid opus committe-
re, quod non referat ad fidei finem, vel venialiter, vel etiam mortaliter peccando: ita eti-
am infidelis potest aliquid bonum actum facere in eo quod non referat ad finem infi-
delitatis. Quod autem dicitur in lib. Sent. Prosperi, quod omnis infidelium vita est pec-
catum, dicit Thomas intelligendum per concomitantiam, cū peccata sine fide non tol-
lantur: & ideo sine peccato eorum vita esse non potest: vel intelligendum putat de eo
quod agūt ex infidelitate. Et ad argumētum propositum, quod fides intentionē dirigit,
respondet, quod respectu finis vltimi supernaturalis fides intentionem dirigit: lumen
autem naturalis rationis sufficit, vt dirigatur intentio respectu finis naturalis. Quod autē
dicit beatus Aug. liberum arbitrium non valere nisi ad peccādum, si lateat veritatis via,
& cum id quod agēdum & quo nitendum est cōperit non latere, nisi etiam deleat &
ametur, non agitur, nō bene viuunt: vt autem diligatur, charitas Dei diffunditur in cor-
dibus nostris, nō per liberum arbitrium quod surgit ex nobis, sed per spiritū sanctū qui
datus est nobis, intelligit non valere ad faciendam iustitiam, que gratiē mereatur impe-
trationem, nec ad bene viuendum, quemadmodū docebat Iulianus & Pelagiani: quo-
modo ipse August. eandem suam sententiam alio loco interpretatur. Dum enim ait libe-
rum arb. captiuatū non nisi ad peccatū valere, statim addit: Ad iustitiam nisi diuinitus li-
beratū adiutumq; non valet. Et reuera ad peccandum valet & potens est secundū vehe-
mentē sui propensionem, secundum quā semper, quemadmodum secundū habitus o-
peratur, nisi alicuius gratiē cohibeatur, vt diximus ex Aristotele. Validius enim impelli-
mur & inclinamur hoc peccati fomite, quā malo habitu multū intēso. Hunc etiam
sensum sui dicti explicat B. August. quando eodem libro loquitur de gentibus quæ legē
non habent. Et quod citatum est supra, quod secundū hominem viuunt, qui viuunt secun-
dū id quod in homine est optimū, hoc est secundū rationem: intelligendū est, si secun-
dū rationē tanquā primariam regulam & legē quis viuat: secus si secundū eā vt derivatio
est, & participatio legis æternæ viuat. Nouerunt autem philosophi cordatiores, creatu-
ras esse participaciones esse diuini: sicuti statim diximus ex B. August. Et qui hoc ignora-
uerunt, nō propterea secundū rationē agendū esse docebant, tanquā regulā primam, sed
talē qualis reuera erat. Sicut miles agit secundū mandatū Centurionis aut Principis ex-
ercitus, quamuis ignoret an suo, an alterius nomine imperet. Et licet Apost. Paulus mo-
neat seruos, vt obediant Dominis suis tanquam Christo Domino: & similiter, vt vxores
sic obediant viris suis, secundū eorū tamen præscripta & leges operātes, & filii secundum
instituta & leges parentū, nulla Christi Domini habita cōsideratione, sed tantū spectan-
tes quod pater, dominus, aut maritus præcipit, nullū admittitur peccatū, quia implicite
obeditur legibus & mandatis Christi Domini, qui madat per eos tanquā ministros suos
id quod obseruari vult. Nā sicut res honestæ sua primæua cōditiōe & natura ad Deū re-
feruntur, quādo quidē ppter seipsum, vt diximus, eas cōdidit, et ideo factū propter honestū
finem

Li. 4. contra Iulian. ca. 3.

Li. 11. de Tri. cap. 5. & 6.

2. 2. quæst. 4. art. 10.

Cap. 10.

Li. de spir. et lit. ca. 3.

Ephes. 6.

finem naturalem, consequenter sit propter Deum: ita cum lumen & directio rationis est
radius lucis diuinæ, Deus est & eius lex æterna, quæ per hoc lumen in agendo dirigit, &
secundum Deum viuunt, qui rationis naturalis sequitur directionem. Et quia B. August.
aliquando dicere videtur, nihil bene, nihil rectē fieri sine charitate, sicuti superius ex li-
bro de spiritu & lit. Itē libro, de lib. arbit. & gratia. Quicquid, inquit, homo putauerit se
facere bene, si fiat sine charitate, nullo modo sit bene. Et alio loco, Omnis præcepti finis
est charitas, id est, ad charitatem refertur omne præceptum. Quod verò ita sit vel timore
pœnæ, vel aliqua intentione carnali, vt non referatur ad illam charitatē, quā diffundit
spiritus sanctus in cordibus nostris, nō sit quemadmodū fieri oportet, quāuis fieri videat-
ur. Idē aliis in locis docet, quod certū est ipsum nō intellexisse, nisi secundum sensum quē
expresit in fine tertij capituli quarti libri contra Iulian. quē sensum superius citauimus.
Citur pro veritatis declaratione inferamus hic eadem de re doctrinam B. Thomæ.
Quærit autem: an sine charitate possit esse vera virtus, vel bonum aliquod opus. Et re-
sponder, quod virtus ordinat hominem ad bonum, & bonum facit. Bonum autem ho-
minis principaliter est eius finis, cum ea quæ sunt ad finem, bona non dicantur, nisi ad
ipsum relata. Sicut ergo duplex est finis hominis, vnus vltimus, & alius proximus: ita
etiā est duplex eius bonū. Vltimū quidē & principale bonū hominis est, Dei fructio, se-
cundū illud Psalmistæ, Mihi adhærere Deo bonū est: ad quod ordinamur per charitatem:
Bonū autē secundariū & quasi particulare hominis potest esse duplex: Vnum quod est
verum eius bonum, vt pote ordinabile, quantum est in se, ad primariū eius bonum Dei
fruitionē: Et aliud est apparens & non verum, quia abducit à bono finali. Virtus itaque
vera simpliciter, est illa quæ ordinat hominem ad principale bonum eius: sicut etiam
Philosophus dicit, quod virtus est dispositio perfecti ad optimū: & sic nulla vera virtus
potest esse sine charitate. Sed si accipiatur virtus prout ordinat ad aliquē finem particu-
larem & particulare bonum, potest esse sine charitate. Et si bonū hoc solum est apparens
& non verum, virtus etiam quæ est in ordine ad hoc bonum, non erit vera virtus, sed
falsa virtutis similitudo. Sicut non est vera virtus, vt dicit B. Augustinus, auarorū prudē-
tia qua excogitat diuersa genera locellorū, & auarorū iustitia, qua grauium damnorum
meru contentūnt aliena: & eorum tēperantia, qua luxuriæ, quæ sumptuosa est, cohibent
appetitum: & fortitudo, qua (vt ait Horatius) per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per
ignes. Si verò illud bonum particulare sit verum bonum, puta conseruatio ciuitatis, vel
aliquid huiusmodi, erit quidē virtus vera, sed imperfecta, nisi referatur ad finale & per-
fectū bonum: Et secundum hoc simpliciter vera virtus sine charitate esse non potest.
Quando autem obiicitur, quod non habentis charitatem bonos actus faciunt, dum nu-
dum vellunt, famelicum pascunt & similia operantur. Ergo sine charitate, sicut bonum
opus, ita vera virtus esse potest. Respondet Thomas post beatū Augustinum, quod actus
alicuius charitate carentis, potest esse duplex: Vnus quidem secundum hoc quod chari-
tate caret, vt cum facit aliquid in ordine ad id per quod caret charitate, & talis actus
semper est malus. Sicut idem Augustinus dicit, quod actus hominis infidelis, in quantū
infidelis est, semper est peccatū: etiam si nudum operiat, vel quicquā aliud huiusmo-
di faciat, ordinans ad finem suæ infidelitatis: Alius esse potest actus charitate caren-
tis, non secundum id quod charitate caret, sed secundum quod habet aliquid aliud do-
num Dei vel fidem, vel spem, vel etiam naturæ bonum, quod non totum per peccatum
tollitur, & secundum hoc sine charitate potest quidem esse aliquis actus bonus, non ta-
men perfectē bonus, quia deest debita ordinatio ad vltimum finem. Secundò obiicitur,
quod in infidelibus potest esse vera castitas, dum cohibent cōcupiscentias: vera pruden-
tia, dum rectē iudicant de agendis. Ergo vera virtus potest esse sine charitate. Respon-
det. Cum finis se habeat in agibilibus, sicut principium in speculabilibus, sicut non po-
test esse simpliciter vera sciētia, si deest recta æstimatio de primo & in demōstrabili prin-
cipio, ita non potest esse simpliciter vera castitas, prudentia aut iustitia, si deest ordina-
tio debita ad finem vltimum quæ est per charitatem, quantumcūque se aliquis rectē ha-
beat circa alia. Item B. Thomas contra virtutes morales, quæ ex assuetudine nascuntur,
sibi obiicit: Peccatū non compatitur secū virtutē, sed homo non potest vitare peccatum
nisi per gratiā Dei, secundū illud Sapient. Didici quod non possum esse aliter continens,
nisi Deus dederit: Ergo nec aliqua virtutes possunt in nobis causari ex assuetudine ope-
rū, sed solo dono Dei. Respondet quod virtus diuinitus infusa, maxime si in sua perfecti-
one cōsideretur, nō cōpatitur secū aliquid peccatū mortale, sed virtus humanitus acqui-
sita cōpatitur actū peccatū etiā mortalis, quia vsus habitus in nobis, est nostræ voluntati
subie-

Cap. 11. superius

Cap. 18. In Enchirid. cap. 121.

2. 2. q. 3. ar. 7. Et 1. 2. q. 65. art. 1. 2. et 4.

Psalm. 72. 6

Lib. 4. contra Iulian. cap. 3.

Solutio Augustini ad obiectiōnem.

1. 2. quæst. 63. art. 2. Cap. 8.

subiectus, non autem per vnum actum peccati corrumpitur habitus virtutis acquisita, eod quod habitui non contrariatur directè actus, sed habitus tantu: & ideo licet sine gratia homo non possit peccatum mortale vitare, ita vt nunquam mortaliter peccet, no tamen impeditur, quin possit habitum virtutis acquirere, per quem à malis operibus abstineat, vt in pluribus, & præcipuè ab his quæ sunt rationi valde contraria. Simpliciter aut vera virtutè nõ esse sine charitate, probat ex Apostolo, Si distribuero in cibos pauperu omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autè non habeam, nihil mihi prodest. Vera autem virtus prodest multum secundum illud Sapient. Sapientia docet sobrietatem & iustitiam, prudentiam & virtutem, quibus in vita nihil est vtilius hominibus. Et quando sibi obicit argumentum ex lib. retract. quod à mortalibus rectè nõ viuunt, nisi prius liberu arbit. à peccati prauitate liberetur, quodq; propterea nemo se potest ad gratiã preparare. Responder quod sine gratia gratum faciente, nemo rectè viuere potest, rectitudine ad finem vltimum pertingente: potest tamen sine ea rectè aliquid agere rectitudine quã habet ex materia, circumstantiis, & sine debito. De operibus autem iustorum, quod non sunt peccata, nec omnia opera eorum, qui sunt extra gratiam, latissimè declarat & probat nostra Scholæ Louaniensis M. N. Jacobus Lacomus, in ratione condemnationis articulorum Martini Lutheri: Et reuerendus ac fortis Christi martyr Ioannes Rossensis, circa articulum 31. & 32. assertionis eiusdem Lutheri, cuius argumentis, scripturis & rationibus clarissimè respondet & satisfaciunt. Ad quos & alios nostri temporis scriptores lectorem remittimus, adicietes ex Concilio Tridentino Canonem septimum: Si quis dixerit opera omnia quæ ante iustificatiõem sunt, quacunque ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium Dei mereri: aut quantò vehementius quis nititur se disponere ad gratiã, tantò eum grauius peccare, Anathema sit: Et Canonem 25. Si quis in quolibet bono opere iustum saltè venialiter peccare dixerit: aut quod intolerabilis est, mortaliter, atque ideo penas aeternas mereri, rãtumq; ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputat ad damnationem, Anathema sit.

Quod opera bona ad salutem sunt necessaria, palam testatur scripturæ superius citatæ. Ad salutem enim necessaria est mandatorum Dei & decalogi obseruatio. Clarissima namque est Christi Saluatoris sententia, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et B. Ioannis: Si dixerimus, inquit, quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Item, Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas nõ est. Et, omnis furor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Nec in isto à nobis dissentiunt aduersarii, quamuis non eodem sensu, sed longè diuerso. Docent enim opera esse necessaria tanquam fructus fidei iustitiam apprehendentis, sine quibus ipsa permanere non potest. Ait enim Ioannes Brentius in suo pestilentii Catechismo.

Facienda sunt bona opera, non vt meritis ipsorum expiemus peccata nostra & consequamur æternam vitam, sed facienda sunt propter alias causas, videlicet, vt bonis operibus restemur fidem nostram, & declarem gratitudinem nostram quam Domino Deo nostro pro beneficiis eius debemus. alij dicunt necessaria, vt Deo omnium bonorum sine quorumlibet operum (vt volum) respectu largitori gratificemur, ac pro virili vices rependamus, obedientiam & reuerentiam.

Responso. Nos autè docemus opera esse necessaria quasi vias medias per quas in stadio currimus ad propositum brauium apprehendendum, imò & ad habendam peccatoru remissionem, & consequendam ac etiam augendam iustitiam, iussit enim Christus Apostolis, vt predicarent in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum. Non sunt igitur aduersarii nostri in eo errore quem improbat Augustinus libro de fide & operibus, quod videlicet fides eos saluare potest qui in peccatis viuunt. De quibus est aperta sententia Apostoli, quod regnum Dei non consequentur qui talia agunt, Marrini tamen Lutheri verba hanc hæresim blasphemam insinuant, imò & manifestè sonant. Ait enim.

Vide quam diues sit homo Christianus sine baptizatus, qui etiam vult non potest perdere salutem suam quamuiscent q; peccatis, nisi nolit credere. Nulla enim peccata enim possunt danare, nisi sola incredulitas, cetera omnia si credat, vel sit fides in promissionem diuinam baptizato factam, in momto absorbentur per eandem fidem.

Bucer tamè conatur eum interpretari quod loquatur de fide tali quæ pugnat cum peccato, vt ea optinente in nobis peccatum facessat, & obinente peccato iceat fides: Peccatum autem dicit quod Beatus Augustinus vocat vastans conscientiã, hoc est, quod Martinus intendat docere tantam esse fidei suæ efficaciam, vt peccatum cum ea coherere non possit, sicut nos dicimus, Deum & proximu diligere, & facere potes quod vis.

Sed

Sed clara sunt Lutheri verba quàm quæ hanc Bucerii patiantur interpretationem. Ait enim nulla esse credentis in Christum tam mala opera quæ eum condemnent, & baptizatum nullis peccatis posse salutem perdere, etiam si velit, nisi credere nolit, nec esse peccatum nisi incredulitatem. Nec tamè vera est hæc Bucerii interpretatio, quod scilicet peccatum per se condemnans, sit sola incredulitas. Nam odium & inuidia fratris & adulterium, peccata sunt per se hominem condemnantia. Atqui efficaciter probat Ioannes Caluinus contra Martinum Lutherum, infidelitatem non esse in quolibet peccato rationem ob quam peccatum est, Ait enim.

Qui respondent ab vna infidelitate proprie prodire hominum damnationem, non à particularibus peccatis, mihi non satisfaciunt. Equidem illis ascensus fontem ac radicem omnium malorum incredulitatem esse. Est enim prima à Deo defectio, quam sequuntur deinde diuinae voluntatis transgressiones. In quo etiam fallitur Caluinus. Sed quod videtur eandem statuere bonorum & malorum operum rationem in asserenda iustitia vel iniustitia, in eo cogor ab ipsis dissentire.

Quod ad multa valeant opera bona etiam extra statum gratiæ facta, ostendit Sæctiss. dominus Adrianus libro quarto sentent. in tractat. de Sacramento poenitentia.

Ex dictis manifestum est quæ sunt proprie opera bona. Nam secundum beatum Augustinum & formam sermonis scripturæ, bona opera dicuntur quæ sunt simpliciter & absolute bona, hoc est, quæ sunt fructus arboris bonæ, & de radice proficiuntur charitatis. Sunt etiam opera bona, sed modo quodam non simpliciter, quæ consentanea sunt legi diuinæ aut rectæ rationi. Et opera simpliciter mala sunt, non solum ea quæ ex radice nascuntur cupiditatis, sed quæcunque deuiant à lege aeterna, vel regula rectæ rationis. Sicut enim ab arbore bona proficiuntur fructus mali, non vt bona est, hoc est ex radice charitatis, sed ex ignorantia vel infirmitate, malo scilicet carne inhabitante: ita ex arbore mala opera quadam nascuntur quæ mala non sunt, sicut nec malum est eoru principium, natura videlicet & eius vires, fructus tamen boni non sunt, vt diximus supra.

Rauiter hic hallucinantur Martinus Bucerius & Philippus Melancthon ab inuicem non minus dissidentes quàm à doctrina catholica in describendis operibus bonis. Nam Bucerius docet non esse opera bona, nisi quibus proximo commodamus, vel rebus spiritualibus vel corporalibus.

Bona, inquit, opera sunt, quæ ex bono corde in rem proximi secundum verbum Domini, studioq; ipsi Bucerius, gratificandi sunt. Nam bona opera in scripturis non vocantur, nisi quibus proximus bene sit, quæq; illis commodam aliquod adferunt. Neque scripturæ creaturam bonam vocant, nisi ex qua ad alios vtilitas aliqua proficiunt. Nec latini bonum dicunt, nisi quod frangi est, & fructus parit. Et Dominus in sermone quem in monte habuit nihil aliud agit, quàm vt nos totos patris confidenter permittentes, nosq; ipsos quasi negligentes & non curantes, totis viribus in hoc incumbamus, vt bene mereamur de quibuslibet, faciat nosq; hominibus quod vellemus nobis fieri ab eis, & id inquit legem esse & prophetas, & qui diligit proximum, legem implet. Et de solo proximo madauit nobis Deus. Deo vel sanctis in celo quid bene facies? Et qui temetipsum abnegasti, ac Deo consecrasti, quid boni facies, vel facere potes, nisi quantum vt visibus proximi seruias, fones ac instruis? In eo quod proximo bene facimus, Deus vult nostram erga se officiositatem experiri, & accipere perinde quicquid proximi bene feceris, ac si ipsi fecisses. De his denique nobis madauit Deus: Et in hoc verbo, Diliges proximum tuum, inquit Apostolus Paulus, totam legem impleri. Si igitur corpus castigas: Si Deum ores aut benedicas, vel quicquid aliud facias, si non id in rem instituat proximi, non est bonum opus. Quicquid igitur sui causa homo facit, hoc est, vt cellu mereatur, & è purgatorio celerem sibi parat exitum, non est opus bonum, Nec aliqua ad alios venit vtilitas: Nec missæ, nec Ecclesiasticorum precule & cantus, murmura ex eadem ratione non sunt opera bona. Nec hic de nomine conuendimus, dum de re conuenit, vocentur, & sint bona opera quæcunque grata & placita Deo, & agimus & facimus animo, ore, manu. Cuiq; ille cuncta iussa sua vno illo verbo comprehendat, Diliges proximum tuum sicut teipsum, ad vtilitatem & salutem referri oportet proximi, quæ Deo grata sunt, ac verè opera nostra vniuersa.

Aburda est hæc descriptio bonorum operum, & responso Martini Bucerii, scripturisq; contraria. Nam Micheas propheta, Quid inquit, digne offeram Domino, curabo genu Deo excelso? Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Et propheta David, Mihi autem adhaerere Deo bonum est: Ponere in Domino Deo spem meam. Et tria prima præcepta decalogi, solum Deum eiusq; cultum respiciunt, non proprie vtilitatem proximi. Similiter credere, sperare, & diligere Deum, in eius gloriam referuntur, qui prima veritas est, omnia sciens, & fallens neminem: Summa liberalitas &

I. iiii omni-

Caluin. in si ne cap. de iustifica. impii.

lib. 4. cõtrè Inianu cap. 3. in sine.

In comment. in ca. 5. enau gel. secundum Matth. & cõtra Pighiu de iustificatiõne

cõtra Pighiu

Responso. Cap. 6.

Psal. 71.

De captiuitate Babylonie. De sacram. Baptismi.

1. Cor. 13.

Cap. 8.

Tho. in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. quæst. 2.

1. Io. 4. & 2.

Matth. 3.

Brentius.

Responso.

Galath. 5.

Amor suiip-
sius est prece-
ptum in eua-
gelis & lege
naturali.
1. Petri 3.

Li. 1. de doct.
Christiana,
cap. 23. & 26.
Lib. 9. tract. 2
cap. 1.

Denier. 4.
Cap. 30.

Math. 6.

Li. 3. de doct.
Christ. ca. 10.
Aug. de quan-
tit. anime, c.
28. lib. 1. &
lib. 1. retr. 1.
cap. 8.
2. 2. quest. 25
art. 1. & 4.
Luc. 18.
Psal. 6.

Ion. 6.

Luc. 10.

Denier. 4.

Luce. 1. Fall.
cap. 28.

De ser. Dom.
in monte.

omnipotentia, quibus seipsum & regnum suum nobis communicat. summa item boni-
tas, à qua omnia profluunt, ad quem etiam omnia redeunt. Hic honor eiusque; recognitio
Deo exhibetur in his virtutibus theologis. Et quando homini mandatur ut proximum
sicut seipsum diligat, permittitur ei, imò & mandatur sui amor in his quæ Dei sunt, &
propriam spectant salutem, Qui vult vitam diligere, ait sanctus Petrus, & dies videre bo-
nos, coerceat linguam suam à malo. Et quis est qui vobis noceat, si boni amulatores fut-
eritis? Et Dominus Saluator, Qui amat animam suam, perdet eam. Absurdissimum
enim est, quòd homo seipsum diligere non debeat in Deo & propter Deum. Quare au-
tem non sit datum speciale præceptum de dilectione nostri & corporis nostri, dicit Bea-
tus Augustinus causam esse, quòd inconcussa natura lege hæc ipsa diligimus. Nã & be-
stia se atque corpora sua diligunt. Restabat igitur ut & de illo quod supra nos est, & de
illo quod iuxta nos est, præcepta fumeremus. Tractat enim Aristoteles in Ethicis qua-
stionem: An vir iustus debeat esse amator sui. Et respondet, quòd præ amorem se diligit,
in his quæ virtutis sunt & honestatis: In diuitiis verò, honoribus, & aliis bonis, quæ ad
virtutem non pertinent, non est sui amator. Huiusmodi enim bona alteri magis quàm
sibi procurat & amat. Et scripturis aduersatur, quòd homo non debeat esse sollicitus ut
sit humilis, patiens, ardens Dei amor, Custodi temetipsum, ait Moyses, & animam tuam
sollicitè. Item Ecclesiasticus. Miserere animæ tuæ placēs Deo. Rursum Apostolus Paulus,
Sollicitè cura, inquit, teipsum probabilem exhibere Deo. Non enim proximo seruimus.
nisi in gratiam Dei & propter Deum, qua videlicet hoc ei placet, & eius est voluntas.
Illam ergo primò spectare oportet. Voluntas autem Dei est nostra sanctificatio. At re-
uerà præposterum esset primum præceptum legis, quod maximum est, referre ad secun-
dum: Deum ad proximum, eiusque dilectionem, ad dilectionem proximi. Et quia dilectio
hominis ad seipsum, in scripturis proponitur, ut exemplar dilectionis quæ habetur ad al-
terum, & potius est exemplar quàm exemplatum, fieri non potest, quòd homo ex cha-
ritate magis proximum diligere debeat, eiusque salutē magis procurare quàm propriam.
Aperta namque est sententia Saluatoris. Quid prodest homini si vniuersum mundum lu-
cretur, animæ verò suæ detrimentū patiat: aut quā dabit homo cōmūtionem pro ani-
ma sua? Ideo August. Charitatem aut voco motū animi ad fruendū Deo, & se & proxi-
mo propter Deum. Et quod ipsa agit quòd sibi proffit, vtilitas est: quòd autē agit ut proffit
proximo, beneficentia nominatur. Et homo post Deū se sibi maximè debet, & se sibi ma-
ximè reddere debet. Omnia hæc latè declarat beatus Thomas, & post Magistrum docto-
res scholastici, distinctione 27. 3. sentent. & sequentibus. Et dubitari non potest, quin ope-
ra penitentia non respiciant proximum, sed operantem tantum: Sicut Publicanus non
ausus oculos ad cælos eleuare, dixit, Deus propitius esto mihi peccatori. David quoque
propheta lectum suum per singulas noctes lachrymis rigabat. Se enim Deo reconciliare
querebant. Nullius sunt momenti, imò magna ex parte falsa sunt quæ assumit Bucerus
in erroris sui probationem. Nam ex dictis manifestum est, non ea tantum opera in scri-
pturis bona vocari, quibus proximo bene fit. Grata enim sunt Deo opera penitentia,
quæ & placent iram eius. Vidit namque Deus opera Niniuitarum, & misertus est super
malitia quam locutus fuerat. Et Publicanus iustificatus in domum suam descendit, Et bo-
na, imò optima sunt opera, quibus implentur præcepta primæ tabulæ, quæ tantū Deum,
non autem proximum respiciunt, Et teste Saluatore, Maria optimam partem elegit. Nec
mirum, quòd creatura quæ in hominū vsum tantū creata est, in scripturis dicatur bona,
quia ex ea ad alios vtilitas proficiscitur. In ministerium enim cunctis gentibus quæ sub
cælo sunt solem & lunam, & omnia cælorū astra Deus creauit: Hominem verò in suum
ministerium, ut Deum cognoscat, diligat, fruatur, & eius faciat voluntatem. Nec verum
est quod Latini bonū non dicunt nisi quod frugi est, Nam docent bonum esse generale
nomen honesta, pariter, & vtilia cōmūctens, quemadmodum bonum animi, bonum
corporis, bonū fortunæ. Et in sermone Domini in monte hoc quidem agitur, ut nos to-
tos patris providentiæ committamus, & de quibuslibet bene mereamur: sed tantū in
sermone parte istud agitur. At in eodem sermone docentur alia multa, sicut de beatitu-
dinibus, & ne iustitiam nostram faciamus coram hominibus, & similia plurima. Diligen-
ter annotat Beatus Augustinus, Saluatorē dicere, Hæc est enim lex & Prophetæ. Et non
addere, quemadmodum alio loco, Vniuersa lex & vniuersa Prophetæ. Quomodo cum
hic non loquatur, seruat locum alteri præcepto, quod ad Dei dilectionem pertinet. Et
qui diligit proximum legem impleuit, quoad præcepta quæ ipsam concernunt, non
autem vniuersa, nisi in quantum dilectio proximi includit Dei dilectionem. Non enim
pro-

proximus ex charitate diligitur, nisi propter Deum dilectum. Et falsum est quod de
solo proximo mandauit nobis Deus. Nam simpliciter loquens Ecclesiasticus: Et man-
dauit illis, ait, vnicuique de proximo suo. Deo quidem & sanctis beneficere non possu-
mus in eorum personam bona conferendo, sicut nec eis in eorum personis nocere possu-
mus. Si peccaueris, inquit Iob, quid ei nocebis? & si multiplicata fuerint iniquitates tue,
quid facies contra eum? Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua acci-
piet? Conqueritur tamen dominus, quòd despiciamus nomen suū, & quòd ipsum affigit-
rimus. Et si affligit me homo, ait Deus, vos me configitis. Et deplorat, quòd nomen suum
in gentibus per nos blasphematur. Et Maria virgo, Magnificat anima mea Dominum.
Item Ecclesiasticus, exaltate Dominum quantum potestis. Superuacile enim adhuc. In
honore igitur & gloria nominis sui laudatur Deus & sancti eius, & ediuerso etiam mag-
nificantur. Si ego sum Dominus, vbi timor meus? & si pater ego, vbi est honor meus?
Filius honorat patrem, & seruus dominum suum. Et B. Augustinus. Quid tibi sum ipse
ut amari te iubeas à me, & nisi faciam irascaris mihi, & miueris ingentes miseria? sicut
autem Deo & sanctis benedicimus, & etiam maledicimus, ita eis quoque bene & male
facimus. Et ex eo quod te Deo consecrasti, eius gloriā in omnibus querere oportet, eius
spectare voluntatē & beneplacitum, non solum in proximo, sed & in nobis, & quidem
cultu quem ipse à nobis requirit, ut sanctificetur etiam in nobis sanctum nomen eius.
Et absurdissimum est quòd dicit Bucerus, quòd homo sibi nihil boni facere potest aut
debet, de quo Saluator testatur, quòd animam suam perdere & lucrari potest. Verè do-
lendū hunc virum doctum pro euangelica doctrina toti mundo proponere huiusmo-
di absurdas opiniones. Nullam enim veritatis apparentiā habet quod dicit, Si igitur cor-
pus castiges, si Deum ores, benedicas, si non id in rem proximi instituat, non est opus
bonum, quum Apost. Paulus testetur se castigare corpus suum, & in seruitutem redigere
ne fortè cum aliis prædicauerit, ipse reprobis efficiatur, qui & cœlibatū dicit assumen-
dum, quia facultatem præber sine impedimento Dominum obsecrandi. Non enim pro-
pter proximum te facit Deus, sed ut ipse seruias, ipsiusque facias voluntatem, non solum in
beneficentia erga proximos, sed in omniū virtutum operibus. Nam de his operibus præ-
cepta continet lex diuina. Ait enim Dominus apud Esaiam, Omnem qui inuocat nomen
meum, in gloriam meam creauit eum. Populum istum formaui mihi, laudem meam nar-
rabit. Et clarissimè conuincunt hanc Bucer sententiam scripturæ superius citatæ. Nam
fructus bonus est quem producit arbor bona, cuius radix est charitas: Quicquid igitur
à charitate procedit, fructus est bonus. Ab ea autem primò proficiscitur amor Dei, & o-
pera in prima decalogi tabula præscripta, quæ Deum immediatè, non proximum respi-
ciunt.

Philippus Melancthon contra docet, ea scilicet tantum opera bona esse, quæ sunt à
Deo præcepta. Bona, inquit, opera debent habere Dei mandata, ut sciamus ea Deo placere, &
fiduciam mandati diuini ea suscipiamus.

Docetque hæc ipsa opera ideo faciendā, quia à Deo præcepta sunt, nō vt illis quicquam
mereamur. Quæ verò ex nostra electione nostroque arbitrio, aut superiorum præcepto
vel consilio assumptimus, apud Deum nullius haberi momenti. Et si ea sunt intentione,
ut Deum nobis placemus, ipsius gratiam promereamur, aut pro peccatis satisfaciamus,
iam non inutilia tantū, sed pernicioosa atque impia esse, ex doctrinis demoniorū profecta:
Quem eius errorem recitat & ex scripturis imbrobat Albertus Pighius in controuer. 12.
quæ est de traditionibus humanis: & 14. de votis monasticis. Scripturis autem manifestè
aduertatur. Non enim præ cæteris hominibus specialia à Deo præcepta acceperant illi,
quorum magnificam & triumphantem fidem effert Apostolus Paulus, qui circueiuit in
melotis, in pelibus caprimis, in solitudinibus errantes, quibus dignus non erat mundus.
Nec speciale aliquod præceptum habebant Rechabita, qui speciale vitæ institutum secta-
bantur seuerius & expeditius, quos magnificè commendat Dominus. Nec Helias, nec
Helisæus, aut propheta discipuli, ut vitam cœlibem, & ieiunius ac vigiliis duram atque
asperam ducerent, huiusmodi speciale præceptum habuerunt. Nec præceptū habebat Io-
annes Baptista de vita quam agebat saueriori. Nec etiam Anna illa Phanuelis filia præce-
pti necessitate, sed proprii arbitrii electione tot annis in ieiuniis & obsecrationibus Do-
mino seruebat. Plus, inquit B. Hieronymus Christus amat virginēs, quia spontè tribuit
quod sibi non fuerat imperatum, maiorisque gratiæ est offerre quod non debeas, quàm red-
dere quod exigaris. Nam Deo gratissima est virginitas: De virginibus tamen ait Paulus
se præceptum Domini non habere, & ideo consulerè tantum. Qui potest capere, inquit

Cap. 17.

Iob 33.

Malac. 2. et 3
Cap. 33.

Malach. 1.

Zib. 1. confes.
cap. 5.

1. Corin. 9.

Cap. 43.

In locis de dē
seruimus præ-
ceptorum &
consiliorum.

Hebr. 11.

Hierem. 2. 5.

Luce 2.

Lib. 1. contra
Iulianum.

Sal-

Saluator, ille capiatur. Et de paupertate Euangelica dicit idem. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus. Non igitur ea sola opera Deo placent, & bona sunt quae Deus praecipit, nec solum ea quae sunt in proximi utilitatem, sed quaecumque conformia sunt secundum omnes circumstantias suae regulae, hoc est, legi diuinae, siue praecipita fuerint siue permilla (Nam qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, ait Apost. Paulus) siue consulta, siue etiam fuerint in fratrum utilitatem, siue nostram salutem promoueant, aut gloriam Dei. Oportet enim bonum hominis secundum aliquam regulam considerari, vt ex August. docet B. Thomas.

Mouent hic Martinus Bucerus in Didagmate, & Philippus Melancthon in Locis quinque quaestiones, quibus etiam respondemus pro pleniori huius articuli intellectu, vt manifestum fiat, in quibus ipsi respondendo deficiant.

Prima quaestio est, Quanam opera facienda sint.
Secunda, Quomodo fieri possint cum tanta sit humanae naturae infirmitas, & tanta sathanæ impedimenta.

Tertia, Quomodo placere Deo possint, cum imperfecta sint, & admodum exigua.

Quarta, Cur facienda bona opera, mala autem fugienda.

Quinta, De discrimine peccatorum.

Ad primam respondemus, omnia opera facienda esse, in quibus Deus nostrum requirit ministerium. Nam Dominus est absolutus, & nos serui eius. Leges ei praefigere non possumus, secundum quas, aut in quibus ministeriis ei seruire velimus. Grata nihilominus sunt ei vniuersa opera nostra, siue praecipita, siue consulta, vel etiam permilla, modo ex ra dice charitatis procedant. Nec ei displicent, si ex viribus quas ipse tanquam magnum ta lentum ad negotiandum concedit, proficiantur, si tamen non corrumpantur peruer sa intentione. Vnde manifestum est, facienda esse non solum opera quibus proximo com modamus, nec sola Decalogi praecipita, & quae in his iuxta Christi & Apostolorum inrer prationem continentur (vt dicit Bucerus) sed vniuersa virtutum opera. Oportet enim hominem Dei ad omne opus bonum esse instructum, & perfectum in omnibus. Et fru ctus lucis est in omni bonitate & iustitia, vt sumus probantes quid sit beneplacitum Deo. Et B. Petrus, Vos autem curam omnem subinferentes ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, & quae sequuntur, Quapropter, inquit, fratres satagite, vt per bona opera certam vocationem vestram faciatis. Porro de omnium virtutum actibus praecipere habet legislator etiam Politicus, cuius intentio est ciues facere bonos. In De calogo verò non praecipitur, nisi actus religionis & iustitiae. Et sicut non ea tantum opera quae praecipita sunt nobis, facienda sunt, verum & consulta & permilla: ita nec praecipita solum facienda sunt, vt sunt praecipita. Nam sola obedientia hanc rationem respicit, non charitas, non humilitas, vel patientia, vel quaeuis alia virtus. Distinguantur enim virtutes propriis rationibus obiectorum. Omnium autem operum bonorum, sicut praceptorum, finis vltimus est charitas, hoc est, vt Deo gratificemur & placeamus. Et quia sublimiori potestati subditum esse oportet, eiusque dicto obedire, etiam facienda sunt quae praescribunt ad fidei & charitatis aedificationem eiusmodi potestates, parètes, & ec clesiarum Praepositi. Certa namque est sententia B. Bernardi, Discretio est in mandatis, consequenter & in culpis, vt maiorum grauior, leuiorq; minorum censeatur transgres sio mandatorum, sed mandantium non ita. Siue enim Deus, siue homo vicarius Dei man datum quodcumque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reuerentia dese rendum, vbi tamen Deo contraria non praecipit homo. Quicquid enim Dei gloriam, & propriam, aut fratris salutem promouet, faciendum est, & verbum Dei habet.

Ad secundam quaestionem respondetur, quod omnia possumus in eo, qui nos confor tat. Et qui ceperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilae, currant & non laborabunt. Ipse lassus dat virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Item Deus est qui in nobis operatur velle & perficere. Infundit enim cordibus piorum spiritum sanctum, qui adiuvat eorum infirmitatem, lucem no uam, & robur addit: & fidelis est, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possimus sustinere. Item armaturam Dei induri, stare possumus aduersus insidias diaboli & resistere, & in omnibus perfecti stare. Atque longe maior est qui in nobis operatur & nobiscum pugnat, quam qui in mundo. Ipse enim Deus est nostra fortitudo, virtus, & patientia: & spes nostra, qui facit nos ipsos in nobis fortes & potentes, patientes: & per charitatem in cordibus nostris diffu sam, omnia nobis dulcia reddit, etiam ignem & aquam: mandata autem omnia leuia,

vt qui-

Math. 9.

1. Corinth. 7.

1. 2. quaest. 68 art. 1. & 63. art. 2.

In cap. de bonis operibus. & Philippus etiam in c. de bonis operib.

2. Timot. 3.

Ephes. 5.

1. Pet. 1.

Arist. 2. & 3. Ethic.

Timum 3.

De praecipiti & dispensat.

Esaie 40.

Philipp. 2. Ephes. 6.

1. Ioan. 4.

Psal. 118.

vt quidam sanctorum dixerit: Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Nihil enim difficile est amanti, & omnia facilia charitati. Et iuxta hoc dictum est, ait B. Augustinus, mandata eius grauiora non sunt. Cui autem grauiora sunt, consideret non potuisse diuinitus dici, quod grauiora non sunt, nisi quia potest esse cordis affectus, cui grauiora non sunt, & perat quo desistitur, vt impleat quod iubetur. Ex nobis infirmi sumus, ex Deo autem potentes per charitatem in cordibus nostris diffusam. Fortis enim vt mors, est dilectio, imò & fortior, atque propterea in nobis fortes sumus, non solum in Deo. Et dicit B. Augustinus, potentiores nobis datam esse gratiam, quam primo parenti. De modo quo faciendi sunt opera, docet scriptura, docent & philosophi, quod ex spontanea boni electione operari oportet. Ex animo, inquit Apostolus, cum bona voluntate seruientes sicut domino & non hominibus. Item alio in loco, Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus. Rursus, Nò solum facere, sed & velle cepistis ab anno priore, vt quoadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi. De modo autem isto quo operari oportet, tractat B. Thomas, & Aristoteles.

Ad tertiam quaestionem respondetur, quod opera nostra Deo placent, in quantum spiritu suo nos viuificante Christus per nos ea operatur. Quamuis autem imperfecta sit nostra iustitia eius comparatione quam in caelis habebimus, quam hic esurimus & fitimus, (Non enim est sine peccatorum admixtione) perfecta tamen est, habito nostra imbecillitatis respectu, vt frequenter dicit B. Augustinus, Opera etiam iustitiae perfecta esse possunt in nobis. Charitas enim perfecta (quam B. Ioannes in nobis esse testatur) opera edit perfecta, cuiusmodi est constantis sanctorum confessio, & tormentorum sustententia. Nam monet Saluator, Estote, inquit perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus est. Et virtus in infirmitate perficitur. Tantum enim accenditur voluntas electorum spiritu sancto, vt ideo possint, quia sic velint: & ideo sic velint, quia Deo operatur vt velint. Subuentum est ergo infirmitati voluntatis humanae, vt diuina gratia indeclinabiliter & inseparabiliter ageretur: Et ideo quamuis infirma, non tamen deficeret, neque aduersitate aliqua vinceretur. Et alio loco, Voluntas humana per gratiam consequitur delectabilem perpetuitatem, & insuperabilem fortitudinem. Quae etiam faciunt ad responsionem datam ad quaestionem praecedentem de naturae humanae infirmitate, & sathanæ impedimentis. Placeat autem opera nostra, placeamus & nos Deo patri, ea ratione qua Christus, eiusque opera placuerunt. Nam ex eodem spiritu viuimus quo Christus, & ex eodem nostra opera proficiuntur & fiunt. Ipse autem per spiritum sanctum se obtulit immaculatam Deo hostiam. & ideo non solum in Christo quasi extrinseca ratione Deo placent, sed & in se considerata non in sua natura, sed secundum qualitates & circumstantias, quibus vestiuntur quasi opera vitalia a spiritu sancto nos viuificante profecta: Sicut sanctorum angelorum, & primi hominis opera, antequam peccaret, ex spiritu sancto placebant, supposito quod ex Christi merito spiritu viuificantem non habebant. Quod autem dicit Martinus Bucerus, quod homo non debeat fluctuare dubitatione, an vita vel opera Deo placeant, sed statueret tò se acceptum esse Deo propter Christum, multum fallitur, vt diximus superius, cum nullo ex Dei verbo nobis reuelatum sit quod Deo placeamus, aut opera nostra. Nec tamen de eo fluctuamus dubitatione, sed certa fiducia confidimus & nos, & nostra opera Deo placere: & vnus altero certius, secundum quod quisque se exercuit in obseruatione mandatorum Dei. Nascitur enim haec certitudo cognitionis & fiducia ex argumentis quae sumuntur ex nostrae vitae statu & conditione, de quo multa sunt dicta articulo nono.

Ad quartam quaestionem respondetur, quod vniuscuiusque virtutis opera proprium finem habent & causas peculiares. Nam finis religionis est cultus & reuerentia Dei: tanquam omnium Creatoris & Saluatoris, a qua bona omnia nobis proueniunt. & charitatis erga proximum finis est subleuatio necessitatis & calamitatis eius. temperantiae autem, bona corporis valetudo, & propitius, ad officia incumbentia: legimus item ordo circa delectabilia gustus & tactus. Omnes autem virtutes & earum opera principaliter Deo seruunt, ad cuius referendum beneplacitum & gloriam. Omnia inquit Apostolus in gloriam Dei facite. Sunt praeterea faciendi opera ad apprehendendum brauium nobis propositum: omnes tamen fines piorum & sanctorum operum ad Deum & charitatem referuntur. Nam finis praecipiti est charitas.

Ad quintam quaestionem respondetur, quod peccati mortalis & venialis discrimen sumere oportet ex repugnanti a cum charitate, quae est animae vita, & ideo opus quod dilectio-

Aug. de nat. & gra. c. 69.

Eph. 6.

2. Corint. 9. 1. 2. quaest. 100. art. 9. & 10. 2. Ethic.

De perfectione iustitiae. De peccatorum remissione. Math. 5.

Aug. de corr. & grat. ca. 12

Einsde li. c. 8

1. Corin. 10.

lectionem Dei vel proximi excludit, vel etiam aduersatur, peccatum est mortale. Hoc autem dupliciter contingit. Primò ex parte obiecti operis in quo videlicet est iniuria vel nocumentum proximi, vel laesio honoris diuini: qualia sunt peccata quæ contra iustitiã admittuntur, hoc est, in quibus læditur proximus, & quæ sunt contra fidem, spem, & charitatem, aut religionem. Hæc enim omnia ex suo genere, atque obiecto peccata sunt mortalia. Secundò contingit, quod charitati aduersetur actio ex parte operantis, vt si creatura qua vti licet, tanquam vltimo fine in quo quiescat, fruatur: quomodo auarus amat pecuniam, & quidam voluptatem, quorum scilicet Deus venter est: de quo genere peccati mortalis scribit beatus Augustinus in libris de ciuitate Dei. Et in epistola ad Hilarium, Et Dominus Saluator, Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. De priore genere peccati mortalis Dominus in Euangelio: De corde, inquit, exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, furta, falsa testimonio, blasphemia. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Item Paulus, Nolite errare, neque fornicari, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, &c. quos enumerat, regnum Dei possidebunt. Similes sententias habet frequentes. Ex quo manifestum sit ex conditione, & qualitate operis siue intentionis, & non ex nudo Dei placito, sumi differentiam inter peccatum mortale & veniale. Deus enim vnum quodque opus iudicat, damnat, aut reprobatur secundum eius dignitatem & indignitatem: Vniuscuiusque opus quale sit, inquit Paulus, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: Ipse autem saluus erit, quasi per ignem. De hoc peccatorum discrimine diligenter disputat B. Thomas in pluribus locis. Nobis satis est ista attigisse, vt præmuniatur lectores à falso discrimine inter peccata, quod passim perperam tradunt nostri aduersarii. Ait enim Martinus Bucerus.

Li. 1. c. 10. h.
21. cap. 26.
Epist. 89.
Math. 10.
1. Corint. 5.

Galat. 5.
Ephes. 5.

1. Corint. 3.

1. 2. quæst. 88
de malo.

Bucerus.

Responsio.

1. Corint. 6.

Sciendum est esse peccatum contra conscientiam, hoc est, quod quis sciens & volens admittit, quod in sanctis locum non habet. Esti tale aliquod desinent. gratiam Dei abiciunt, & spiritum sanctum repellunt, atque desinunt sancti esse. Ad quod genus peccati pertinet etiam affectata ignorantia, qualis erat Ethnicorum & Pharisæorum, qui prædicatum à Christo & ab Apostolis Euangelium reiecerunt & ignorare voluerunt. Reliqua peccata in quibus non agitur contra conscientiam, nec ex affectata ignorantia in sanctis deprehenduntur, nec sanctum spiritum repellunt.

Quæ sententia improbabilis est, imò nullum habet in scripturis fundamentum, sed & scripturis aduersatur. Auari enim, superbi, & quorum Deus venter est. Item qui amant patrem aut matrem magis quam Christum dominum, non agunt contra conscientiam scientes & volentes peccare. Nec Paulus persequens ex ignorantia Dei ecclesiam, contra conscientiam peccauit, vel ex ignorantia affectata. Certissimum tamen est in his operibus esse peccatum mortale. Et Apost. Paulus absolute dicit, quod neque fornicari, neque auari regnum Dei possidebunt: clarissimè ostendens hæc opera ex suo genere excludere à regno Dei, & non solum peccata contra conscientiam perpetrata. Non enim esse contra conscientiam, est ratio peccati mortalis, sed esse contra legem Dei, & contra charitatem Dei & proximi: sicut superius ex Caluino ostendimus, quod incredulitas non est ratio in quolibet opere malo cur sit peccatum. Eodem argumento ostendi potest, quod nec esse contra conscientiam ratio sit, cur opus aliquod sit peccatum mortale. Nec omne peccatum est mortale quod scientes & volentes admittimus, quum verbum orisolum, & mendacium officiosum non sint mortalia, quamuis fiant à volente & sciente. Mirum quod ad hoc genus peccati quod contra conscientiam admittitur, solum ignorantiam affectatam reducat Bucerus, quæ in paucis locum habet. Plerumque enim peccant homines ex ignorantia crassa & supina. Hæc autem Bucero sunt venialia tantum. Satis est hæc indicasse. Nam plena huius rei explicatio prolixioram requirit tractationem quam huic loco conueniat.

IN particula secunda articuli quæ habet opera bona, quando ex fidei & charitatis spiritu proficiuntur, ita grata esse Deo, vt eis tanquam iustam mercedem vitam retribuatur æternam, proponitur id quod ex scripturis apud catholicos certum est, & firma fide tenendum, si intelligatur de spiritu in Christo viuificante, & operibus quæ ex fide & charitate per eundem spiritum in cordibus fidelium diffusis proficiuntur. Ab aduersariis tamen istud impugnatur. Si enim intelligantur opera quæ à spiritu nondum inhabitante proficiuntur, sibi tamen habitationem præparant & quamuis ex fide, ac Dei & proximi dilectione: vel ex iis quæ procedunt à spiritu inhabitante per opinionem, aut etiam his quæ sunt per patientiam, humilitatem, aut quamuis aliam virtutem moralem, sine concursu charitatis, hæc non merentur vitam æternam, saltem apud Scholasticos super hoc conten-

contenditur. Nam B. Thomas docet nullum esse opus medium in homine iusto inter meritum vitæ æternæ, & meritum supplicii in futuro seculo. Opera autem quæ mouent spiritum in Christo viuificante ex fide & charitate Dei & proximi procedunt, ex scripturis certum haberi debet. Deo grata esse, adeo vt eis rependat vitam æternam, non quasi gratiam vel liberalitatem, sed tanquam iustam mercedem, & vt iustus iudex secundum veram iustitiam. Reposita est mihi, ait Apost. Paulus, corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius, & Thessalonicenses scribit persecutiones sustinere in exemplum iusti iudicii Dei, vt digni habeantur in regno Dei, pro quo & patiebantur. Et addit, Si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiscum. In quo discrimine est inter remissionem peccatorum, siue salutem à peccatis (de qua Beatus Marthæus, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum) & vitam æternam. Nam ad salutem à peccatis siue iustitiam, necessaria sunt opera penitentia, & horum perfectioni respondet perfectio iustitiæ, qua à peccatis iustificamur, maior videlicet perfectio penitentia, quæ opera respicit etiam Deus. Disimulat enim peccata hominum propter penitentiam. Et Niniuitarum opera vidit Deus, quia conuersi sunt de via sua mala, & miserus est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Item apud Hieremiam: Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego penitentiam super malo quod cogitavi vt facerem eis. Rursus, conuertimini & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Fit igitur iustificatio impii secundum opera penitentia eius, & ea Deus respicit vt eum iustificet, sed mere gratis & ex gratia, quamuis hunc solū qui per spiritum fidei est preparatus, sicut elemosina gratis & liberaliter pauperi datur, si tamen petat & supplicet. Operibus autem iustorum redditur vita æterna, non vt gratia, sed vt iusta merces, quæ ex iustitia, & secundum vniuscuiusque laborem debetur. Vniuscuiusque, inquit Apost. Propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et ideo B. August. Vita, inquit, æterna merces appellatur plurimis sanctarum scripturarum locis. Nusquam porro dicta est merces iustitia vel fides, quia iustitia vel fidei redditur merces. Item quaerit, Nulla ne sunt merita iustorum? Sunt planè, quia iusti sunt, sed vt iusti fierent, merita non fuerunt: Iustificati, inquit Apostolus gratis per gratiam ipsius. Habet autem hæc opera apud Deum hanc gratiam, eo ipso quod procedant à spiritu. Christi per fidem & charitatem, hoc est, ex cognitione fidei & affectu charitatis. Hæc enim fuit ratio meriti in oblatione Christi quam fecit in cruce: de qua Apostolus, quod per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo. Et ideo emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti. Nam quamuis nunc à Christo quasi capite spiritus sanctus cum suis donis dependeat, & ab eo ad nos tanquam eius membra defluat & descendat, & ex hoc vniuersa merita nostra, quasi Christi sanguine asperguntur, si tamè consideretur spiritus nos inhabitans, & eius per fidem & charitatem efficacia, hac sola consideratione opera nostra Deo sunt grata, vt vitam æternam rependat tanquam iustam mercedem. Sicut sanctorum angelorum & primi parentis nostri Adæ ante lapsum opera digna erant, quibus vita æterna tanquam iusta merces retribuatur: qui tamen creduntur non accepisse spiritum viuificantem & iustitiam ex Christi merito. Habent tamen nostra opera plus gratia apud Deum, quod Christus ea in nobis operari dignatur.

Offert se hic statim difficultas, Quomodo vita æterna iustis tanquam iusta merces reddatur, quum Apostolus Paulus discrimen ponens inter vitam æternam & mortem, dicat, Stipendia peccati, mors, gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Et alibi, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia. Et ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.

Cui difficultati respondet B. Augustinus: Nascitur, inquit, inde non parua quaestio, quæ domino donante soluenda est. Si enim vita æterna bonis operibus reddatur, sicut apertissimè dicit scriptura, quoniam Deus reddet vnicuique secundum opera eius, quomodo gratia est vita æterna? quum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, ipso Apostolo dicente, Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum meritum. Et iterum, Reliquia inquit per electionem gratia salua facta sunt. Et mox addidit, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quomodo est ergo gratia vita æterna, quæ ex operibus sumitur? An fortè vitam æternam non dixit Apostolus gratiam? Imò verò sic dixit, vt negari non possit: nec intellectorem acutum, sed tantummodo desiderat auditorem. Cum enim dixisset, Stipendium peccati mors, continuo subdidit,

1. Timot. 4.

2. Thessal. 1. c. 6.

Cap. 1.

1. Ione 1.

Cap. 18.

Epist. 50. ad Sixtum.

Rom. 6.

Roman. 11.

Rom. 4.

De gra. & lib. arb. ca. 1. et 9.

Rom. 9.

Rom. 6.

Responso B. Augustini. Tom. 15. Ephe. 2.

Gratia autem Dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro. Ista ergo quaestio nullo modo videtur mihi posse dissolui, nisi intelligamus, & ipsa bona opera nostra, quibus aeterna redditur vita, ad Dei gratiam pertinere, propter illud quod ait Dominus Iesus, Sine me nihil potestis facere. Et ipse Apostolus Paulus cum dixisset, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Vidit utriusque putare posse homines, quasi necessaria non sint opera bona credentibus, sed eis fides sola sufficiat: & rursus posse homines de bonis operibus extolli, velut ea facienda sibi sufficiant. Mox itaque addidit, Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae preparavit Deus, ut in illis ambulemus. Quid est hoc, quod cum Dei gratiam commendans, dixisset, Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Cur hoc dixerit rationem reddens, Ipsius enim sumus, inquit, figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Quomodo ergo non ex operibus, ne forte quis extollatur? Sed audi & intellige, Non ex operibus, dictum, tanquam tuis, ex teipso tibi existentibus, sed tanquam his in quibus te finxit, id est, formavit & creavit Deus. Hoc enim ait, Ipsius sumus figmentum in Christo Iesu in operibus bonis, non in illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua Psalmista dicebat, qui utriusque iam homo erat, Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Et de qua dicit Apostolus Paulus, Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova, omnia autem ex Deo: Fingimur ergo, id est, formamur & creamur in operibus bonis, quae non preparavit nos, sed preparavit Deus, ut in illis ambulemus. Itaque charissimi, vita bona nostra nihil aliud est quam Dei gratia: sine dubio & vita aeterna, quae bona vite redditur, Dei gratia est, & ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illa cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia est: haec autem quae illi datur, quoniam praemium eius est, gratia est pro gratia: tanquam merces pro iustitia, ut verum sit, quoniam verum est, quia reddet unicuique Deus secundum opera eius. Et cap. sequenti. Vtrum autem legerimus, inquit, in libris sanctis, Gratiam pro gratia, forsitan quaeritis, Sed habetis Evangelium secundum Ioan. tanta luce clarissimum, ubi Ioannes Baptista de Domino Christo dicit, Nos omnes ex plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia. Ex eius itaque plenitudine accepimus pro modulo nostro, tanquam particulas nostras, ut bene vivamus, sicut Deus partitus est mensuram fidei, quia unusquisque proprium donum habet à Deo, alius sic, alius autem sic, & ipsa est gratia. Et insuper accipiemus, & gratiam pro gratia, quando nobis vita aeterna redditur: de qua dixit Apostolus Paulus, Gratia autem Dei vita aeterna in Christo Iesu Domino nostro, cum prius dixisset, Stipendium peccati mors. Merito enim stipendium, quia militiae diabolicae mors aeterna tanquam debitum redditur. Vbi cum posset dicere, & recte dicere, Stipendium autem iustitiae, vita aeterna: maluit dicere, Gratia autem Dei, vita aeterna, ut hinc intelligeremus, non meritis nostris Deum nos ad aeternam vitam, sed pro sua miseratione perducere: de quo in Psalmo dixit homo animae suae, Qui coronat te in miseratione & misericordia, nunquid non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona opera ille in bonis operatur, de quo dictum est, Deus est enim qui operatur in vobis, & velle, & operari pro bona voluntate: ideo dicit Psal. Coronat te in miseratione & misericordia, quia eius miseratione, bona operantur quibus corona reddetur. Eandem sententiam succincte docet in lib. de correptione & gratia. Quia, inquit, & ipsa vita aeterna, quae certum est bonis operibus debita reddi, à tanto Apostolo gratia Dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, sine vlla dubitatione consistendum est, ideo gratia vitam aeternam vocari, quia his meritis redditur, quae gratia contulit homini.

Psal. 50. 1. Corinth. 3.

Vita aeterna gratia est anteceditur sine in sua causa, quia gratia est vita bona cui redditur, imo ex sua natura gratia est data pro gratia, tanquam praemium pro merito. 1. Cor. 7. Rom. 6. Poterat Apostolus dicere stipendium iustitiae vita aeterna. Psal. 102.

Philip. 2.

Cap. 13.

Epist. ad Sixtum 205.

Stipendium iustitiae vita aeterna.

Recte quippe ipsa intelligitur, quae gratia in Evangelio legitur, Gratia pro gratia, id est, pro his meritis quae contulit gratia. Item vita aeterna, inquit, quae meritis praecedentibus redditur, quia eadem merita quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud, nisi quia gratis: nec ideo, quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur. Et paucis interpositis, cum dixisset, Stipendium peccati mors, quis non congruentissimè & consequenter addere iudicaret, Stipendium autem iustitiae vita aeterna. Et verum est, quia sicut merito peccati tanquam stipendium, redditur mors, ita merito iustitiae tanquam stipendium, vita aeterna. Quod est autem merces operanti, hoc militanti stipendium. Sed B. Apostolus aduersus elationis pestem vigilantissimè militans, stipendium, inquit, peccati mors. Recte stipendium, quia debetur, quia dignè retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iustitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malum non dubitatur esse peccatum, non à contrario reuertit, dicens: Stipendium iusti-

iustitiae vita aeterna, sed gratia, inquit, Dei vita aeterna. Cuius autem debetur vita aeterna, vera iustitia est. Si autem vera iustitia est, ex te non est. Quid enim habes quod non accepisti? Quapropter o homo si accepturus es vitam aeternam, iustitia quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa iustitia. Tibi enim tanquam debita redderetur, si ex te tibi esset iustitia cui debetur. Nunc ergo de plenitudine eius accepimus, non solum gratia qua nunc iuste vsque in finem vivimus, sed etiam gratia pro hac gratia, ut in requie postea sine fine vivamus. Hoc nihil salubrius fides credit, ex quibus manifestum est secundum constantem B. Augustini sententiam, quod vita aeterna vera merces est & verum stipendium, quod secundum iustitiam Deus rependet operibus & militiae iustorum: Attamen gratia est, quia merita quibus redditur ex mera Christi gratia nobis donantur, hoc est, quia velle & perficere, & in stadio strenuè ad finem vsque currere. Deus in nobis operatur per vires liberi arbitrii, pro bona sua erga nos voluntate. Propter quod & gratia est vita aeterna, quam tamen reddet tanquam iustam mercedem pro labore & seruitio, quod per eum adiuti & preparata voluntate à Domino praeventi ei exhibuimus, non ex nobis nostraque; sufficientia: & ideo sunt verum meritum vitae aeternae: Quo sensu vita aeterna est gratia anteceditur, quia merita quae eius causa sunt, gratuita sunt Dei dona. Ex quo tamen consequens est, quod & ipsa vita aeterna secundum suam naturam gratia est, omnem superans creaturam facultatem, & in ordine est non naturarum, sed gratiarum: de cuius tamen ratione propterea non est quod sine meritis detur, vel quod non sit laboris merces, ut hic dicit B. Aug. Nam ita datur pro meritis, quae sunt gratia, sicut denarius diurnus datur laboranti in vinea. Hoc discriminis est, quod hic retribuitur tanquam merces gratia pro gratia. Nam Apostolus Paulus potuit dicere, & verum dixisset secundum B. Augustinum, Stipendium iusti, vita aeterna. sed dicere maluit, Gratia Dei vita aeterna. ne arbitremur nos viribus nostris vitam aeternam obtinere, sicut conquirimus nobis mercedem mortis aeternae. Ad hanc impiam gloriationem amputandam, maluit dicere: Stipendium peccati mors, gratia Dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro, hoc est, per eius virtutem & meritum, cuius membra sunt iusti, & veluti palmites in ipso tanquam vite fructificantes. Quando igitur Apostolus fidei vel gratiae opponit opera, ea intelligit, quae ex solis liberi arbitrii viribus procedunt. Audi, inquit beatus Augustinus, & intellige dictum esse apud Apostolum Paulum, non ex operibus tanquam tuis ex teipso tibi existentibus, hoc est sola liberi arbitrii facultate, sed tanquam his in quibus te finxit Deus. Idem habet de gratia & libero arbitrio. Unde clarè patet quis sit sensus eius quod dicitur ad Romanos quarto, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Intelligendum est enim, Ex operibus suis ex seipso sibi existentibus. Qualitati igitur quae gratia est, quia natura quasi perfectio additur, (Nam à natura distinguitur gratia Christiana) non repugnat esse mercedem & stipendium militiae Christianae. Nec sequitur, ut dicit B. Aug. Gratia est & gratis datur, ergo non pro meritis: Sed intellige gratis dari in sua causa quae gratis datur. Cerrum est enim Christum nobis promeruisse remissionem peccatorum. Empti estis, inquit, Apost. precio magno, non estis vestri, propter quod ipsa remissio quae omnino gratis impenditur impio merces est victima quam Christus in cruce obtulit. Meruit nobis etiam prima gratia, & gratia augmentum nos etiam meremur. Non igitur repugnat naturae gratiae, quod ex iustitia pro alio retribuatur. Non autem vita aeterna gratis quasi liberalitate quadam & per modum gratitudinis nobis à Deo tribuitur, quomodo amicus rependit beneficiu à quo prior accepit. Reddet enim Deus secundum opera tam iustis, quam impiis, tanquam dominus & iustus iudex secundum distributivam iustitiam, sicut scriptura istud aperte testatur, quando dicunt vitam aeternam esse coronam iustitiae, quam iustus iudex reddet, non misericors pater: eandem pronunciant esse denarium diurnum, pro quo contentum est cum laborantibus in vinea, quem unicuique Deus reddet, his qui secundum patientiam boni operis gloria & honore quaerunt, vitam aeternam. Et Theofalonicensis hortatur Apost. Paulus, quod persecutiones sustineant in exemplum iusti iudicii Dei, ut digni habeantur in regno, pro quo eos pati dicit. Et addit: Si tamen iustus est apud Deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini retribuemus nobiscum. Item, Non est iniustus Deus, ut obliuiscatur operis vestri & laboris. Rursum, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonu siue malum. Et quasi fidei & omnis religionis principium docet Apost. quod accedente ad Deum credere oportet quia est, & quod in inquirentibus se, remunerator sit, Deus igitur vel iustus iudex, iusto iudicio iustis reddet vitam aeternam, tanquam iustam mercedem laboris, non quasi gratuitu beneficiu pro exhibito sibi ministerio, ut dicit,

Vita aeterna gratia est, non solum in sua causa, sed in natura, & si mul merces.

Epist. ad Sixtum 105.

1. Corint. 6.

Aug. tra. 8. su per Ioan.

2. Thess. 1.

Ephe. 5.

Heb. 12.

dicit articulus: quem admodum impiis pro malis suis operibus mortem reddit aeternam. Quapropter propheta David sicere audeat, Observabo me ab iniquitate mea, custodiui vias Domini, iustitias eius non repuli a me, & ero immaculatus cum eo, & ideo reddet mihi Dominus secundum iustitiam meam. Atque hac de causa frequentissima fit mentio in scripturis mercedis pro operibus nostris. Referuntur autem ad se iniuicē merces & meritum, vt non possit esse sine merito merces, nec ediuersio. Ecce, inquit Dominus, veniam cito, & merces mea mecum est reddere vnicuique secundum opera sua. Item, Ecce Deus vester, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, ecce merces eius cum eo. Rursum in initio suae praedicationis, dominus obedientibus statim proposuit mercedem: Gaudete, inquit, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Et iterum, Si cuius opus manserit, quod super aedificauit mercedem accipiet. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Frequentissima quoque fit commemoratio retributionis in scripturis. Monet enim Dominus ne inuitemus ad prandium fratres & cognatos, qui postunt retribuere nobis, sed pauperes, inquit, debiles & claudos voca, qui non habent retribuere: Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Et haec hereditatem ipsam quae ex iure adoptionis filiis deberi videtur, dicit Paulus, retribuui operibus bonis. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut domino & non hominibus, scientes quod à domino accipietis retributionem hereditatis, & ideo Christo domino seruire. Item, Nolite amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Laudatur autem in Deo iustitia, vt dicit B. Dionysius, in quantum omnibus secundum dignitatem tribuit. Iustus enim est Dominus, & iustitias diligit, tam bonis quam malis, secundum eorum merita tribuens. Quare cum duae sint iustitiae species commutativa videlicet, & distributiva, in eo locum non habet iustitia commutativa. Quis enim prior dedit illi & retribuetur ei? Sed distributiva iustitia tantum, quae veluti gubernatrix atque dispensatrix vniuersalis vnicuique, secundum dignitatem suam dispensat. Quae late declarat B. Thomas in 1. parte. Meretur enim proprie apud Deum vt dominum & rectorem vniuersalem & iudicem, qui pro meritis rependat iustam mercedem. Requirit autem iustitia distributiva, & constituit aequalitatem non inter dantem & accipientem, sicut commutativa, sed inter accipientes tantum, vt inter eos seruetur aequalitas proportionis, suae dispensatrix illam constituat ex debito vel ex liberalitate aut bona voluntate. Debitum enim vel obligatio dispensatoris impertinenter se habet in hac distributione. Si enim dispensator secundum legem superioris, & bene & male meritis non distribuat, peccat eam transgrediendo: Si autem superiorem non habeat, vel legem ab eo constitutam, non peccat, etiam si aequalitatem in distributione non seruet, sed inique agitur cum bene meritis, non tamen iniquitate committit distributor. Non enim eis dispensatur, quod secundum legem iustam exigere possent. Propter quae iudex inferior peccat non distribuendo praemia & supplicia secundum leges imperatoris, & potissimum si non inferat supplicia atque vindictam sceleratis, sed gratiam donet quibusdam: non autem peccat Imperator, nisi per hoc impediatur bonum Reipublicae, quod semper promouere debet. Certum est igitur, quod non distribuuntur supplicia à Deo vel Imperatore, quasi ex debito vel obligatione, quae tamen iuste rependuntur. Meriti enim supplicium vel praemium est ea operari, per quae quis dignum se reddit cui haec contingant, cuius ratione impertinens est, quod reddere obligetur, qui potest. Haec latius tractat B. Thomas, & B. Bonauentura. Reddet igitur Deus bonis & malis secundum eorum merita, sed sine debito vel obligatione: nisi fortassis ad ordinationem vel legem suae sapientiae (secundum quam omnia administrat) habito respectu. Christus vero à patre constitutus iudex & dispensator, vt reddat operariis mercedem; ex debito & mandato patris sententiam feret, quam etiam exequetur secundum leges à patre constitutas, quae necessario aequales & iustissimae sunt, cum admixta tamen clementia. Nam sicut immanitas iustitiae & clementia in eo concurrunt, ita haec in eius operibus ostendit. Propter quod infra condignum punientur mali in inferno & ultra condignum in caelis glorificabuntur iusti: exaetate tamen & seuerissime secundum paternam illius sapientiae leges, vt nec minus reddatur supplicium malis, nec amplius praemium bonis quam legibus illis ordinatum sit: Absolutè tamen plus supplicii & minorè beatitudine tribuere possent, non tamen pro quolibet peccato aeternam damnationem. Nec peccatum iudicare potest quod modò peccatum non est: quauis multa possent exigere à nobis quae non exigit, aliasque leges imponere. Hic considerari possit an his legibus conueniat, quod pro magnitudine maiestatis & immensa bonitatis excellentia legitime certantibus maius proponatur brauium & praemium. Item, an etiam maius pro ratione iustorum, quam deceret, si non esset tanta istius iudicis bonitas & maiestas, ac iustorum raritas, Et an iusta sit merces quae omnibus his consideratis secundum

Psal. 71.

Apoal. vlt. Esai. 40.

Math. 5. 1. Corin. 3.

Luc. 14.

Colos. 3. Hebr. 10.

Cap. 8. de diuini nomini.

Arist. 5. Eth.

Rom. 11.

Quae. 21. ar. 1.

2. lib. sentent. dist. 27.

secundum diuinam ordinationem tribuitur, vt non solū habeatur respectus Christi & spiritus sancti in iustis operantibus, propter quem affectu filiali, quasi in naturam verso operatur, verum etiam magnitudinis diuinarum praefecti & Reip. in quam iam versantur, & bonorum paucitatis. Certum est enim proprie iustam esse mercedem, quae secundum leges iustas laboribus & operibus est decreta. Ex dictis manifestum est quod Deo seruire licet, euiusque praeccepta seruire, intuitu & spe vitae aeternae tanquam mercedis ac brauii propositi, quod ad hoc nobis proponitur, vt eius expectatione excitemur ad fortiter currendum in stadio. Sic currite, inquit Apostolus, vt comprehendatis. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinere, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Laudat idem Apostolus Thessalonicenses, quod pro regno Dei patiebantur: Moylen quoque, quod aspicebat in remunerationem, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis boni habere iucunditatem. Et clarissime testatur de filiis Dei quod haeredes sunt, si tamen compatiantur vt & glorificentur. Item propheta David, Inclinaui cor meum ad iustificationes tuas propter tribulationem. Idcirco B. August. dicit omnes rectas voluntates referri ad finem illius voluntatis qua volumus beatè viuere, & ad eam vitam peruenire quae non referatur ad aliud, sed amanti per seipsam sufficit. Et B. Ambrosius bonos dicit mercenarios qui pro mercede aeterna Deo seruiunt. Hi enim Deum non ad aliud magis amatum referunt, sed eius amorem atque seruitium ordinant ad finem immediatum & proprium, quem Deus ex eis quaerendum constituit. Mihi, inquit Propheeta, adhaerere Deo bonum est. Filius enim patris praesentiam quaerit, eum videre, ipsiusque frui praesentia. Haec enim gratuitum & filialem sequuntur amorem & affectum. Non est verus amicus qui alterum videre non cupit, nec ei conuiuere. Ait namque B. August. quod cuius rei adipiscendae spem quisque non gerit, aut tepide amat, aut omnino non amat, quamuis quam pulchra sit, videat. Deo sanè gratisimum est quod filii in omnibus suam quaerant salutem, commodum atque utilitatem, quam quaerere non possunt, nisi propter Deum ipsum cui adhaerere quaerunt, & ideo affectus hic & studium seruandi Dei praeccepta propter beatitudinem obtinendam, nascitur non solum ex sui amore procedente ex charitate, sed etiam Dei. De quo latissime agunt scholastici tertio lib. sententiarum, & Alfonso de Castro in cap. de operibus, haeresi 2.

Occurrunt hic difficultates quibus ad huius articuli faciliorem intelligentiam respondere oportet. Prima, Quomodo non deroget gloriae & meritis Christi, quod nos operibus nostris mereri dicamur vitam aeternam, quam ipse nobis sua passione impetrauit & meruit, & nos tanquam haereditatem consequimur iure adoptionis, ex eo quod per eandem ipsius passionem facti sumus filii Dei, eiusque cohaeredes. Cui responderetur quod ex Christi gratia virtute participata & merito, cui nostra opera inmituntur, ipsa sunt vitae aeternae meritoria, propter quod magis eum eiusque merita glorificamus, quando confitemur eum non solum vitam aeternam nobis promeruisse, verum etiam confitemur, quod nos ipsi mereri possumus, atque etiam mereamur vitam aeternam. Hoc enim maius est Christi meritum, quam si Christus dicatur tantum nobis vitam aeternam promeruisse. Nam maius est & maior Christi gloria, quod nos ex eius meritis vitam aeternam tanquam nostram laboribus propriis consequimur: Sicut maior est gloria Christi quod & Apostolis virtutè & potestate miracula faciendi communicauit, quam si ipse solus haec operatus esset. Nos enim honorare voluit in eo quod nos ipsos vincendo & currèdo gloriae & brauii obtinere voluerit. Nam cum merita Christi digna essent, vt pro eis daretur nobis vita aeterna, ex nostris meritis & etiam sine illis, voluit tamè nostris meritis tanquam iustam mercedem rependi, quod eius merita nostramque gloriae plurimum comendat. Multo enim maior est nobis gloria quod brauium nobis propositum & coronam, nostro certamine & cursu apprehendamus, quam si per alterius gratiam duntaxat. Ipse enim sua morte suum spiritum & suam vitam in nos transfudit, vt iustorum opera virtutè & efficacia haberent vitam aeternam merendi, eamque gratiam apud patrem, vt non minor merces eis responderet: imò obtinuit Christus, vt haec virtus fieret nobis quasi naturalis. Nam fecit nos consortes diuinae naturae. Sicut enim ferrum ignitum & candens habet ignem sibi connaturalem, ita & filiis Dei (vt sunt tales & Christi membra) naturalis est gratia per quam in Christo viuunt, sicut Christo capiti ratione vnionis hypostaticae naturalis est gratiarum plenitudo, ab illa tanquam naturalis proprietate à natura fluens. Nec merendi efficacia impedit, quod haeredes sumus vitae aeternae. Nam qui filii sunt adoptione, haereditatem consequuntur secundum leges adoptionis: Deus autem pater ante secula nos in filios adoptauit, vt ad haereditatem perueniremus per nostros labores & certamina. Hanc enim adoptionis legem docet Apost. Paulus quum dicit, Si filii & haeres

Deo seruire licet pro mercede aeterna.

1. Cor. 9.

Rom. 8. Psalm. 18.

Lib. de ciuit. Dei, cap. 6.

In comment. super Lucam

Psalm 71.

Lib. 10. de ciuitat. cap. 1.

Thom. distin. 29. q. 1. ar. 4. Bonauent. di. dist. 17.

Responsio ad obiectionem.

Maior gloria Christi est ex eo quod et nos per eum mereamur vitam aeternam.

Gratia est nobis quasi naturalis facta.

Romma. 8.

Aluum 14.

des, si tamē compatimur, vt & glorificemur. Nam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Adoptans enim filium modos ac leges placentes, secundum quas hereditatem adeat, constituere potest.

Alf. 5. et 11

Secunda difficultas est, Quum à spiritu sancto procedant opera pœnitentiæ (Gentibus enim dedit Deus pœnitentiã ad vitam) quæ causã est quod impij pœnitentiã hanc gratiam non habeat, vt ei tanquam merces respondeat, si non vita æterna, saltem iustitia & remissio peccatorum? Huic respondetur secundum B. Augustinum, quod alter operatur & adiuuat spiritus nondum inhabitans, alter autem inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuuat vt sint fideles, inhabitans autem adiuuat iam fideles. Quando enim inhabitat, iam nos est factus, & ideo nostrum est quicquid operatur. Est enim nobis donatus, & diffusidit in mente nostra virtutes nos informantes, per quas opera nostra eadem apud Deum gratiam habent, ac si spiritus sanctus esset forma per quam anima nostra operaretur. Et ideo sicut Christi opera infinitum habuerunt valorem propter vnionem personalem cum verbo Dei, & spiritu quem sine mensura acceperat, ita & opera iustorum, quia Christo tanquam mēbra in eodem corpore & spiritu vniti sunt, per quem spiritum omnia in eis ipse veritus quàm ipsimet operatur: Ideo hæc opera tantam habere gratiam scripturæ testantur, vt eis tanquam iusta merces vita æterna respondeat. Nam Christo tribuenda sunt ea quæ per iustos operatur, sicut quæ per naturalis corporis sui membra peragit. Magis enim procedet fructus vitis à radice, quàm à palmitē. Quapropter sicuti Christi opera inestimabilem habuerunt gratiam & valorem apud patrem propter vnionem hypostaticã (ratione cuius & verbi erant opera quod illa faciebat) & spiritum sanctum corporaliter inhabitantem, ita & iustorum opera quæ membra sunt Christi in eodem corpore & spiritu ei coniuncta, maximam apud Deum habere merendi gratiam, apertè docent scripturarum testimonia. Operibus autem quæ idem spiritus in pœnitentibus operatur, vt principiū adhuc externum, respondet peccatorum remissio, sed tantum per modum gratiæ & liberalitatis Dei. Vita enim æterna merces appellatur in scripturis. Nusquã porro dicta est merces iustitiæ vel fides, vt inquit B. Aug. qui & querit, Nullane sunt merita iustorum? Sūt planè, quia iusti sunt: sed vt iusti fieret merita nō fuerit. Item immortalitas æternæ vitæ poscitur vt debitū, iustificatio ex gratia. Ei, inquit Apostol. qui operatur merces imputatur secundū debitū, sicut illa immortalitas post bona opera. Huiusmodi tamē pœnitentiæ opera necessariò sequitur remissio peccatorum, prout procedūt ex spiritus sancti motione, & ad iustitiã ordinatione, quã infallibiliter & necessariò subsequitur. Nō enim sua intētionē frustrari potest spiritus cor hominis ad iustificationem præparans & mouens: vt docet B. Thomas. Atque hac ratione videtur B. Aug. dicere, quod fides meretur peccatorum remissionem & iustitiã. Aut enim in eadem ad Sixtum epistola. Possunt quidam Pelagiani dicere remissionem peccatorum esse gratiã, quæ nullis præcedentibus meritis datur: sed nec ipsa, inquit Beatus Augustinus, remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Neq; enim nullum est meritum fidei qua ille dicebat, Deus propitijs esto mihi peccatori, & descendit iustificatus merito fidei. Et in sequenti epistola, Si quis dixerit quod gratiã benè operandi fides mereatur, negare non possumus, imò verò gratissimè confitemur. Hanc enim fidem volumus habeant qua impetrent charitatem quæ sola verè benè operatur. Et paucis interiectis, Nec dicat, Si ex fide, quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur nō potius red datur quàm donatur? Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit, Vt merear iustificationem habeo fidem, respondetur ei, Quid habes quod non accepisti? Docens hoc meritum fidei esse ex gratia qua facti sumus fideles. Item cum eadem epistola ad Sixtū dicat non legi in scripturis quod iustitia dicatur merces, & per consequens aliquod esse eius meritum, oportet has eius sententias inter se conciliare, per distinctionem duplicis meriti, congrui & condigni. Nam & ipse dicit fidem impetrãdo iustitiã mereri, opera verò iustorum vitam merentur æternam, tanquam stipendium quod ex iustitia iustus iudex retribuit. Et certum est plurimum referre quomodo, quove affectu Deo seruamus, hilariter ac promptè, an negligenter. Maledictus, inquit Propheta, qui facit opus Domini etiam optimum negligenter, Vnusquisque prout destinavit in corde suo non ex tristitia aut necessitate: Hilarē enim datorem diligit Deus, & tepidum discipulum non suscipit, qui magis modum operis, quàm substantiam spectat: vt docet B. Thomas, & Aristoteles in actu virtutis requirit, vt per ipsum firmiter ac immobiliter operemur. Spectat præterea Dominus an ex spiritu instinctu & afflatu, an affectu quasi filiali, non ad tempus tantum, sed ex habitu quasi in naturam verso, an denique ex motione Christi quasi

Epist. ad Six. vi supra. Lib. 1. ad sim pli. quæst. 2. Rom. 4.

1.2. quæst. 13

Tracl. 1. in Io anem.

Luce 18.

1. Cor. 9. Hierem. 18.

2. Cor. 9.

quasi instrumenta agamus. Nam sine habitu charitatis & gratia informantē quasi per quandam violentiam & contra naturam impellimur, ac supra nos vi erigimur: per habitum verò suauiter, & quasi naturaliter ducimur ad opera Deo placita: Deinde aliã gratiam habent obsequia filiorum & amicorum, quàm hostium aut inimicorum.

Tertia est difficultas, Quum iustum sit æquale secundum Aristotelem, quomodo vitæ æternæ opera nostra sunt meritoria, quæ hæc sunt secundum valorem multò inferiora, cum non sint condignæ possessiones huius temporis ad futuram gloriam. Cui respondetur. Quod iustum est, æquale est: sed æquale docet Aristoteles esse duplex: Vnum secundum quantitatem, & alterum secundum proportionem. Iustitia autem distributiua, quæ sola in Deo propriè locum habet, vt dicit Beatus Dionysius, constituit æqualitatem secundum proportionem inter accipientes quibus fit distributio. Dispensat enim vnicuique secundum merita. Omnis misericordia, inquit Sapiens, faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Iustitia autem commutatiua æqualitatem constituit inter dentem & accipientem, & in mutua datione & acceptione consistit, vt tantum quisque accipiat, quantum dedit secundum valorem: quæ propterea non est in Deo. Quis enim prior dedit ei & retribuatur illi? Inuenitur tamen modus quidam iustitiæ commutatiuæ inter Deum & hominem, sicut inter patrem & filium, filius autem retribuit patri secundum facultatem & modum suum, quemadmodum ei pater dedit secundum qualitatem suam. Nam loco æqualis quantitatis sumitur equalitas proportionis: cum non possit filius recompenfare aliquid æquiualens beneficijs à patre acceptis. Ad hunc modum potest esse æqualitas inter Deum & creaturam, vt Deus se habeat ad id quod superabundanter facit: sicut creatura ad id quod facere potest, in quo tamen multum deficit à donis acceptis, Iustitia tamen propriè in Deo laudatur, in quantum omnibus secundum dignitatem distribuit. Iustum namque est, vt secundum suas & reipub. quam administrat diuitias, cuius bene meritis per eum fiat distributio, & secundum eorum dignitatem qui operantur, quorum magna est hic nobilitas, cuius hic respectus haberi debet. Hæc clarissimè docet B. Thomas. Quomodo autem in hac retributione considerari possit Deus quasi priuatus & ratione sui, vt de cuius persona homines benè vel malè mereantur, aut vt publicus vniuersalis mundi gubernator, idem Thomas docet 1.2. quæst. 21.

Quod autem dicit Apostolus Paulus, quod non sunt condignæ passionēs huius temporis, &c. nihil passionum vel operū merita respicit, sed labores & afflictiones quas annexas habent passionēs huius temporis, confert cum gloria futura. Nihil enim conferri possunt momentaneæ huius temporis afflictiones cum æterna gloria ad quam perdurunt: & ideo hilariter sunt perferendæ, imò & libenter acceptandæ, quando ad tantã gloriam perducant, quæ incōparabiliter excedit in bonitate malitiã & penalitatem afflictionum. Eadem namque est sententia cum ea, quam explicat Apost. ad Corinth. Quod in præsentī est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt. Hoc sensu dicimus amaritudinem medicinæ non esse condignam ad sanitatem quam adducit. Sed nec delitiæ huius sæculi, quia temporales sunt, ad supplicium æternum sunt condignæ, quod tamen merentur. In eadem sententiã interpretatur Apostolus Paulū beatus Ambro. Exhortatio hæc, inquit, ad superiora pertinet, per quam ostendit parua esse quæ hic possunt à perfidijs irrogari, ad comparationem decreti muneris in futuro seculo, & propterea ad omnia exitia paratos esse debere, quia magna pro his repromissa sunt præmia, vt in tribulatione cōsoletur se animus, & spes crescat. Nā & quosdã, imò & multos scimus pro presentibus lucris ad modicū vtiq; profuturis, quã asperos & duros subite labores, & ad quæ aliquando (quia ipsa vita fragilis est & incerta) peruenire non possunt. Nantæ pro quibus commodis tantis se procellis & tempestatibus credunt, quum sciant in his magis mortem ante oculos esse quàm vitam.

Vltima difficultas est quod propheta dicit: Qui coronat te in miseratione & misericordia. Et beatus Iacobus Apost. Iudicium sine misericordia illi, qui nō fecit misericordiam: Vbi ostendit etiam in illo iudicio in quo iusti coronantur, iniustique damnantur: alios cum misericordia, alios sine misericordia iudicandos. Et mater Machabæorum filio suo dicit: Vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Propter quæ dicit B. August. quod electis Saluatoris sui misericordia adheret, siue cum conuertuntur, siue cum præliantur, siue cum coronantur. Sed responderet, hanc misericordiam in qua coronamur

1.2. quæ. 100. art. 8. et 10.

Rom. 3. 5. Eubico.

De diuin. nominibus c. 8.

Ecclesi. 16.

Rom. 11.

4. lib. sentent. dist. 46. qd. 1. art. 1.

Rom. 8.

1. Cor. 4.

In epist. ad Roman. 8.

Psal. 102. Cap. 2.

2. Machab. 7.

De corrept. et gra. cap. 13.

namur & miserationes esse ex meritis. Tunc, inquit, pro bonorum operum meritis iusto iudicio etiam ipsa misericordia tribuetur. Cum enim dicitur, Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam, manifestatur in his, in quibus inveniuntur bona opera misericordiae, iudicium cum misericordia fieri, ac per hoc etiam ipsam misericordiam meritis bonorum operum reddi: non sic est nunc, quando non solum nullis bonis, sed etiam multis malis operibus precedentibus misericordia eius preuenit hominem, vt liberetur à malis, & quae fecit, & quae facturus fuerat nisi dei gratia seruaretur. Quod igitur Deus absterget omnem lacrymam ab oculis sanctorum, omnemque miseriam, quod mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor: faciet ob merita vite praesentis, & misericordia ista atque miseratio tanquam es vitam aeternam, iustitiam quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa iustitia: statim interpretatur quod dixit. Tibi enim tanquam debita redderetur, si ex te tibi esset iustitia cui debetur. Item quod dicit beatus Bernardus, Necessè est credere, quod aeternam vitam nullus potest operibus promereri, nisi gratis detur & illa: quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis: Nec si omnes vnus sustineat. Neque enim talia sunt hominum merita, vt propterea vita aeterna debeatur ex iure, aut Deus iniuriam aliquam faceret, nisi eam donaret. Nam vt taceam quod merita omnia dona Dei sunt, & ita homo magis propter ipsa deo debitor est, quàm Deo homini: quid sunt merita omnia ad tantam gloriam? Denique quis melior propheta, de quo Dominus testatur, quod inuenerit virum secundum cor suum: verum tamen ipse habet dicere, Non intres in iudicium cum seruo tuo. Nemo itaque se ducat, quia si bene cogitare voluerit, inueniet proculdubio, quod nec cum decem millibus poterit occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se. Et concludit, Ita de meritis si credis non posse haberi nisi per ipsum, non sufficit, donec perhibeat tibi testimonium spiritus veritatis, quia ea per illum habes. Loquitur enim beatus Bernardus de operibus vt nostra sunt, & laborem adferunt ac molestias, quae non possunt cum vita aeterna comparari, vt statim diximus circa sententiam Apostoli quam hic citat, & gratiam Dei secludit, eamque ponit ex parte Dei, non hominis operantis. Atque hoc modo, hoc est, sua naturae dignitate, opera nostra non merentur vitam aeternam, sed ex dignitate spiritus mouentis per fidem & dilectionem. Nec si vnus omnes sustineat, habita hac collatione acerbiter ad glorie suauitate, hanc gratiam & valorem habet. Nec vt hominis tantum opera sunt, ex iure vita aeterna eis debetur, nec iniuriam ei faceret Deus, si eam non donaret. Nulli enim debitor esse potest, qui vnicuique quod ipsi est debitum, hoc est, quod secundum suam naturam & conditionem, aut dignitatis rationem ipsum requirit, dispensat: quomodo debitorum est homini, quod manus habeat & pedes, & ei seruiant cetera animalia, quodque in tempore retributionis bene sit iusto, impio aut male, secundum eorum merita. Quicquid autem debetur creaturae, hoc ab eo pedit, quod deo debitum est, hoc est, quod impleatur in rebus creatis, id quod Dei sapientia decreuit, eiusque manifestat bonitatem. Quibus modis dum vnicuique debitum reddit, iustus est Deus, & iustitiam facit, vt docet B. Thomas. Cum igitur Deus memini sit debitor, nulli iniuriam facere potest. Quomodo autem ex sua promissione se debitor fecerit, ex variis Augustini sententiis docet Magister noster Natalis Beda, circa propositionem. 21. Jacobi Fabri. Et reuera dona Dei sunt nostra merita, vt dicit B. Bernardus & dona sua in nobis Deus remunerat: & ideo magis deo obligamur, quod dignatur sua gratia per filium & spiritu ea opera in nobis nostrorumque ministerio facere (quae ex eius solum operatione & gratia nobis sunt merita) quam ipse nobis obligatur. Quia tamen nostra sunt opera, quae per spiritum nobis datum, eo cooperante operamur, cum habet valorem, eam apud deum gratiam, quia in deo facta, vt secundum scripturas digna sint vitae aeternae remuneratione. Hinc enim quod huiusmodi dei dona, nobis vitae aeternae sunt merita. Nam & passio & mors Christi ex gratia vnionis hypostaticae, & aliis charismatibus, quibus tanquam vnigenitus à patre plenus erat, nobis merebatur liberationem à morte aeterna & beatitudinem, secundum Apostolum Paulum, Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius: & sua dona pater remuneravit in filio, qui etiam magis secundum naturam assumptam patri obligabatur ob huiusmodi munera & gratias acceptas, quam educto pater filio. Et sicut de nostris passionibus diximus, quod non sunt condigne ad futuram gloriam quae reuelatur in nobis: ita nec Christi domini passio quae pertulit in cruce moriendo, condigna erat ad futuram gloriam, quae in nobis omnibus reuelabitur, ratione acerbiteris & af-

Apo. 21.

Epist. ad Simon.

Ser. 1. de annunciatio. b. Mariae.

Psalm. 142.

Explicat. sentent. B. Bern.

1. Part. 9. 21. art. 1.

In epist. Paul.

Rom. 9.

& afflictionis tametsi gratissime, sed solum quia patientissime & amatissimo affectu ipse Dei filius per spiritum sanctum eam sustinuit. Non igitur iustorum opera & etiam eorum afflictiones propterea merita non sunt, quia Dei sunt dona, imò potius merita esse non possent, nisi in Deo fierent, per eius spiritum nobis cooperantibus & patientibus. Itè ex eo quod quilibet iustus dicere habet, Non intres in iudicium cum seruo tuo, non aliud sequitur, quàm nos non posse vitam aeternam mereri, nisi ipsa gratis detur, vt dicit B. Bernardus in principio sententiae iam statim citatae. Vnde, & ex conclusione eiusdem sententiae clare ostendit B. Bernardus nos mereri vitam aeternam, sed per gratiam Dei, non nostris operibus quasi ex nobis, quemadmodum superius interpretatus est B. August. Maluit, inquit, Apostolus dicere, Gratia autem Dei vita aeterna: vt hic intelligeremus non nos ad aeternam vitam, sed pro sua miseratione perducere. De quo in Psalmis dicit homo animae suae, Qui coronat te in miseratione & misericordia. Nihilquid non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona opera ille in bonis operatur, de quo dictum est, Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. ideo dixit psalmus, Coronat te in miseratione & misericordia: quia eius miseratione bona operamur quibus corona reddetur. Atque hoc ipsum solum probat sententia ex psalm. citata, Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quoniam non iustitiam habuit in conspectu tuo omnis viuens. Non enim hoc dicit propheta quando ad tribunal Christi iudicandus assistit, sed quando à domino peregrinatur in medio periculorum & aduersariorum, quibus resistere, euadere, & in finem vsque perseverare non potest sine gratia & misericordia Dei, de qua dicit, Audiam fac mihi mane misericordiam tuam. Nec iustificabitur omnis viuens, si solo iudicio sine misericordia & gratia cui eo, quam diu peregrinatur, agere velit Deus. Nec enim peccata admissa remittentur, nec futura vitabit, nisi perpetuo subsequatur atque etiam praeventiat eum misericordia domini, sed in re et cum eo in iudicium. Quando vero manifestabimur ante tribunal Christi, inuentis erit iustum iudicem, vt referat vnicuique pro parte corporis prout gessit sine bonum sine malum. Venurus est enim Dominus vt iustus iudex, non tunc vt misericors pater. Saueverum autem tunc faciet iudicium cum servis suis, & in lucernis scrutabitur Hierusalem. Iudicaturus est enim vitios & mortuos, hoc est retribuaturus singulis secundum eorum merita. In omnibus sequitur Bernardus vestigia B. August. eiusque sententiam, qui eodem sensu & ad idem propositum citat hanc eandem sententiam prophetae. Nihil igitur merito hominis iusti respectu vitae aeternae aduersatur sententia beati Bernardi, qui plurimis locis docet in iustus esse vitam aeternam meritum. Ait enim, Si quid de proprio in est, in quantum est gratiam cedere illi necessè est. Deest gratia quicquid meritis deputas, nolo meritum quod gratiam excludat. Horreo quidquid de meo est, vt sim meus, nisi quod illud magis forsitan meum est, quod me meum facit. Gratia reddit me mihi iustificatum gratis, & sic liberatum à seruitute peccati, clarissime docet ex Dei gratia sibi esse merita, non ex sua sufficientia. Item, Sufficit ad meritum scire quod non sufficiant merita; sed vt ad meritum satis est de meritis non praesumere, sic carere meritis satis ad iudicium est. Porro infantium reuocatum neminem carere meritis, sed Christi habere merita, quibus se tamen indignos reddunt, si sua iungere neglexerint. Quod quidem periculum iam adultae aetatis est, Merita igitur habere cures, habita data noueris, frustra speraueris Dei misericordiam, & omne periculum euasisti paupertatis, ingratiudinis, praesumptionis. Pernitiosa paupertas penuria meritum: Felix ecclesia cui nec merita sine praesumptione, nec praesumptio absque meritis deest, habet merita, sed ad promerendum, non ad praesumendum. Et idem docet in plurimis locis B. Bernardus. Hanc sententiam de merito vitae aeternae definiuit Concilium Tridentinum capite vlti. sess. 5. & contrarium docentes anathematizat canone 32. qui habet, Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritum, cuius vitam membrum est, sunt, non mereri augmentum gratiae, vitam aeternam, & ipsius vitae aeternae, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque gloriam etiam augmentum, anathema sit. Et capite vlt. de fructu iustificationis, hoc est de merito bonorum operum, de quibus ipsius meriti ratione ex scripturis docet. Haec, inquit, ratione iustis caris hominibus proponenda sunt Apostoli verba, Abundate in omni opere bono; scientes, quod labor vester non est inanis in Domino. Non enim iniustus est Deus vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius: & nolite amittere confidentiam vestram quae magnam habet remunerationem. Atque ideo

De gratia & lib. arb. ca. 9

Psalm. 102.

Philipp. 2.

Psalm. 42.

Psalm. 42.

Popul. 1. De corrup. gratia. cap. 6.

Serm. 67. 68. super Cantica, & in fine li. de gratia. lib. 15.

Defin. Concl. Trident. 1. Cor. 15.

benè

2. Tim. 4.

Ioan. 14.

Matt. 10. 2. Cor. 4.

Psal. 118. Heb. 11. Canon. 31.

Galat. 3.

Cap. 7.

Hebr. 11.

Rom. 3.

Cap. de iustificatione in p. 20.

benè operantibus vsque in finem & in Deo sperantibus proponenda est vita eterna, & tanquam gratia filii Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa corona iustitiæ, quam post suum certamē & cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus, à iusto iudice sibi reddendam, non solum a se, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites in ipsos iustificatos iugiter virtutem infuset, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, comitatur & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria esse possent, nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quo minus plenè illis quidem operibus quæ in Deo sunt facta, diuinæ legi pro huius vitæ statu satis fecisse, & vitam æternam suo etiam tempore (si tamen in gratia decesserint) consequendam verè promeruisse censeantur, quum Christus Seruator noster dicat, Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aque salientis in vitam æternam. Itaque neque propria nostra iustitia tanquam ex nobis propria statuitur, neque ignoratur aut repudiatur iustitia Dei: quæ enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis in hærentem iustificamur, illa eadem dei est, quia à deo nobis infunditur per Christi meritum. Neque verò illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacris literis vsque adeo multum tribuatur, vt etiam qui vini ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus eum non esse sua mercede cariturum. Et Apostolus testatur, id quod in præsentia est, est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operari in nobis: ab ista tamē vt Christianus homo in seipso confidat vel gloriatur, & non in domino, cuius tanta est erga omnes homines bonitas, vt eorum velit esse merita quæ sunt ipsius dona. Rursum in fine capitis vndecimi, dicit eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si suam ipsorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam, quum scriptum sit, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem: Item de Moysè dicit Apostolus Paulus, quod respiciebat in remunerationem. Postremò Anathema dicit in eum qui dixerit iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur.

Quæpes Caluinus contra articulum & Concilij Tridentini definitionem ostendere nititur, quòd non solum omnia hominum opera ante regenerationem, hoc est, antequam habeant spiritum iustificantem, sunt peccata, verum etiam omnia iustorum opera, ac propterea præcepta Dei esse impossibilia, quibus ne iusti quidem satisfacere possint. Item nullum esse iustorum meritum, nullam pro operibus bonis expectandam mercedem, nullam retributionem aut remunerationem vitæ æternæ in seculo futuro. Rursum quòd Deus nullum exercebit in seculi consummatione iudicium, sed vitam æternam misericorditer non pro meritis, verum tanquam meram gratiam iustis largietur, quam à constitutione mundi eis præparauit, contra symboli Apostolici articulum, qui proponit nobis Christum venturum ad iudicandum viuos & mortuos. Et Ioannes Brentius docet quòd futurum iudicium, sed non secundum præcepta Decalogi, hoc est, de eorum præceptorum obseruatione & transgressione; sed secundum fidè tantum, hoc est, accipiendâ ibi fore cognitione, an in Christu crediderimus, an ei increduli fuerimus, atque secundum fidem hanc ferendam sententiam. Huiusmodi est euangelium quod nobis adferunt nouelli isti magistri, qui nostræ, imò articulorum fidei doctrinæ manibus pedibusque aduersantur: Sed eis Apostolus Paulus anathema dicit. Licet nos, inquit, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam euangelizauimus, Anathema sit. Sicut prædixi, & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, Anathema sit. Et Germaniæ dicere nos possemus, quod Apost. Paulus Galatis, Miror quòd sic tã cito transsemini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi quòd sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere. Euangelium Christi. Nam primam mentis Christianæ conceptionem & elementum Apostolus docet esse, quòd Deus est remunerator inquirentibus se. Credere, inquit, oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Et tanquam absurdissimum alio loco infert, Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mūdum? Sequitur autem impium atque absurdum hoc dogma ex alio, quod pertinacissimè contra scripturas tenent, de fide apprehendente omnia Dei beneficia, & hæc ipsa offerri nullo ad opera habito respectu; Item ex eo, quòd doceant omnia iustorum opera esse peccata: sed videamus quid

quid eos cogat ad hæc & absurda dogmata. Habet autem Concilium Tridentinū: Nemo, inquit, sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola hæredem se esse constitutum, hæreditatemque consequitur, etiam si Christo non cõpatiatur, vt & cõglorificetur, & cætera quæ superius ex eodem Concilio sunt citata. Contra quam definitionem ait Caluinus.

At magnum quiddam videntur tibi effecisse, dum colligunt frustra gloriari cælesti hæreditate, qui passionum Christi confortes esse nolunt. At nos id ipsum quanto melius, iudicent lectoris. Vñ tamen intereft, quòd nos dum communicandum esse docemus passionibus Christi, vt ad societatem perueniamus beatæ resurrectionis, non separamus Christu à seipso. Isti quòd nullo modo sequitur, perperam inferunt, nos patiendõ mereri vitam æternam, & in eo sitam esse iustitiæ nostræ partem, ne sola Dei gratia nitatur.

Promissionem hæreditatis æternæ conditionalem esse, clarissimè docent hæc verba Apostoli, quæ patres citat, Si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, coheredes autè Christi, si tamen compatimur, vt & glorificemur. Ex quibus consequens est nos patiendõ vitam æternam mereri. Id quod expressius aliis in locis scripture testatur. Ait enim Ecclesiasticus. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. Et frequenter docet scriptura, vitam æternam esse mercedem laborum & afflictionum nostrarum. Nec propterea à seipso Christum diuidimus, imò nec à nobis nostrisq; operibus & meritis. Docemus namque quòd omne opus quo vitam æternam meremur, principalius quam nos ipsi in nobis ipse Christus operatur: atq; tantum hac ratione, non ob suæ substantiæ qualitatem dignum esse vita æterna.

Verum imprudens etiamnum ludunt in sua consequentia. Nam inde colligunt, inimicos esse religionis Christianæ, qui iustos trahunt in omni bono opere, saltem venialiter peccare. Scire velim ex qua Diabólica tales consequentias didicerint. Sic currite vt præmium apprehendatis: Ergo in bonis sanctorum operibus nihil est reprehensione dignum.

Rectissimè colligunt patres non solum ex verbis Apostoli Pauli, Sic currite vt comprehendatis (quanquam & cursus debeat esse secundum leges præscriptas, & sine reprehensione, qui brauium apprehendere mereatur). Sed magis ex sententia B. Petri quæ citant, Magis satagite fratres, vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Opera enim quæ bona sunt, mala esse nõ possunt, aut reprehensione digna. Nam quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Et peccatum omne, omnemque operis reprehensionem beatus Petrus excludit, dum addit, Et hæc facientes non peccabitis aliquando. Nihil igitur in his sanctorum operibus meretur reprehensionem, quam sine dubio omne meretur peccatum.

Verum hac quoque insulate præteritatem ipsam videamus. Concedant necesse est, opera ex interiore potius animi affectu vnde manant, & ex fine quò spectant, æstimanda esse, quam ex lura externa quæ hominibus apparet. Cor enim intuetur Deus, vt Samueli dictum est, & oculi eius veritatem respiciunt, vt monet Hieremias. Numquam autem perfectos nos Dei amore ferri agiq; ad obsequendum eius iustitiæ, plus satis constat.

Insuper hic sint patres, an Caluinus verius insulsius, lectoris relinquo iudicio. Sed rem ipsam (sicut hortatur) videamus & examinemus. Libenter concedimus, atque adeo hoc ipsum docemus, opera ex interiori potius animi affectu vnde manant, & ex fine quo spectant, esse æstimanda, quam ex his quæ hominibus foris apparent. Nunquam autem perfecto dei amore, & in veritate nos ferri in Deum, sine scripturis asseritur, sed ipsdem omnino aduersatur. Nam de Ezechia Rege referunt, quòd conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum dicens, Obscuro domine memeto quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. Item de Iosia Rege Iuda, quòd similis ei non fuerit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moyfi. Similes sunt sententiæ multis in locis scripture. Et B. Ioannes docet in nobis perfectam esse charitatem perfectumq; amorem. Qui seruat, inquit, verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. Itè, In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij. Rursum, Hi soli veri sunt adoratores, qui adorant patrem in spiritu & veritate, quales querit ipse & facit multos. Tamen si igitur Deus cor, & oculi eius veritatem respiciant, non tamen ex veritatis vel alicuius alterius defectu, quem oculi domini contemplantur, mala sunt, aut macula vlla resperfa, aut reprehensione digna iustorum opera. Freques est quòd Ioannes Caluinus rem per se claram, obscuram reddat nomine perfectionis, quam sacræ scripture tribuunt nostro amor, ipse verò perpe-

In Anti dote circa ca. 1. de iustificatione.

Caluinus.

Responsio.

Cap. 16.

Sapient. 10.

Caluinus.

Fol. 204.

Responsio.

1. Corin. 9.

2. Petr. 1.

2. Cor. 6.

Caluinus.

Cap. 5.

Responsio.

4. Reg. 10.

4. Reg. 23.

1. Ioan. 2.

perpetuo detrahit & derogat. Sed quid precor obtinebit si non perfecto Dei amore feramur ad obsequendum eius iustitiae, sincero tamen affectu Deum amemus, & fratri subueniamus indigenti, atque ex animo remittamus quicquid in nos peccauerit, nihil commodi aut gloriae nostrae spectantes. An in hoc opere macula erit vel venialis? Domino satis est quod eum diligamus. Qui diligit me, inquit, diligitur a patre meo, & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum, nullam hic perfectionis faciens mentionem. Et beatos pronunciat qui esturunt & sicut iustitiam; iustitia autem quae non potest simpliciter esse perfecta, quam diu non est eius facietas, modo tamen quodam perfectam hic dici & esse iustitiam, & proinde amorem quoque Dei & proximi (quamuis reuera imperfecta sit) plerisque locis docet B. Augustinus. Iustitia, inquit, secundum quam iustus ex fide vivit, quoniam per spiritum gratiae homini ex Deo est, vera iustitia est: Quae licet non immerito in aliquibus iustis pro huius vitae capacitate perfecta dicitur, parva tamen est ad illam magnam quam capit aequalitas angelorum, quam qui nondum habebat, & propter illam quam iam inerat, perfectum, & propter istam quae adhuc deerat, imperfectum fuisse dicebat. Sed plane minor ista iustitia facit meritum, maior illa fit praemium. Unde qui illam non sequitur, istam non assequitur. Quocirca post resurrectionem hominis futuram negare iustitiae plenitudinem, & putare tantam futuram esse iustitiam in corpore vite illius, quantum esse potest in corpore mortis huius, dementiae singularis est. Idem pluribus in locis supra citatis tradit beatus Augustinus. Et Beatus Thomas clare docet, quomodo possimus hic habere charitatem suae speciei perfectionem, & quomodo haec perfectio sit nobis praecipua.

Varijs enim cupiditatibus retrahimur a cursu, ut vix ambulemus, cum summa contentione festinare Deum praecipiat, vixq; reporem adferamus pro summo ardore.

Scripturis satis est, quod in via Domini ambulemus. Ait enim propheta: Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Et Apost. Pau. Spiritu ambulare, & desideria carnis non perficietis. Item: Ambuletis dignè vocatione vestra, dignè ambuletis Deo. Et si in luce ambulamus, sicut ipse in luce est, societatem habemus ad intuem, & sanguis Iesu filii eius emundat nos ab omni peccato. Cucurrisse tamen imò & volasse quosdam testatur sacrae scripturae. Ait enim sanctus propheta David, Via mandatorum tuorum cucurri, quia dilatasti cor meum. Item Paulus, Sic currite ut comprehendatis: qui & hortatur, ut per patientiam curramus ad propositum nobis certamè, aspicientes in autore fidei & consummatorem Iesum. Et ut festinemus ingredi in illam requiem. Rursum, Qui sunt isti qui ut nubes volant, & quasi columbae ad fenestras suas. Vbi, precor praecipit Deum summa contentione summoque ardore, ut ait Calvinus, festinare? Qui diligit me, inquit Saluator, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Et alibi, Contendite intrare per angustam portam. Nusquam summam requirit contentionem, nec amorem summum: Nec aliud in scripturis intelligitur per, Currare, Festinare, & Volare, quam sollicitum esse & studiosum, ut in obseruatione mandatorum Dei, requiem nobis paratam ingrediamur, brauiumque apprehedamus. Et secundum interpretationem b. Augustini, qui iustitiae & Dei amore, non formidine poene, Dei praecipua implet, verè currit per viam mandatorum Dei. Amor enim dilatat, & metus angustat. Currit igitur is, in cuius corde diffusa est charitas dei per spiritum sanctum, sed vnius altero velocius festinat, currit, & volat. Non igitur oportet adesse summum amorem, summum conatum, aut contentionem summam. Viam certè quae ad vitam adducit per se angustam, angustior facit Calvinus, imò eam claudit his qui eam perambulare student, cum eam transitu facit impossibilem. Et cupiditates, hoc est noxiae pronitates, non semper noxios excitant affectus: sicut nec prauis habitus, nec inde excitati prauis motus, contra hominis voluntatem, peccata sunt. Ex corde enim, ait Saluator, exeunt quae hominem inquinare possunt. Et quantum remoretur nos in cursu nostro habitualis cupiditas, non tamen impedit quin curramus, festinemus, itaque etiam volumus ad caelestem Hierusalem.

Quod si defectum hunc praehypocrisis non sentimus, Deus tamen cernit & indicat, in cuius conspectu ne stelle quidem liquidae sunt, nec sol lucidus. Denique septimum caput ad Romanos controversiam istam dirimit: ubi in sua piorumq; omnium persona fatetur Paulus se a perfectione distare, etiam cum optima est voluntas. Quare blandiatur sibi homo ut libet, si tamen in iudicium Dei vel praestantissimum opus quod unquam fuerit, vocetur, nemo aliquo reperietur deformatum.

Defectum hunc sentimus. Quis enim non experitur carnem concupiscere aduersus spiritum, & spiritum aduersus carnem, & haec sibi inuicem aduersari, ut non quaecumque volu-

Ioan. 14.
Math. 5.

Citra 2. epi.
Pelag. lib. 3.
cap. 7.

Minor iustitia sicut meritorium et maior sit praemium.

Math. 2. de charitate ar. 26. et 11. et 1. 2. qu. 44. Calvinus.

Responsio. Psal. 98. Galat. 6. Ephes. 4. 1. Thef. 2. 1. Ioan. 1. Psalm. 98. Heb. 12.

Hebr. 4. et Esai. 60.

Ioan. 14. Luca 13.

Math. 15.

Calvinus.

Responsio.

volumus ea faciamus? Sed credimus Apostolo dicenti, Tam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Et carne seruimus legi peccati, sed ego ipse, inquit, mere seruo legi Dei. Ex mente autem & corde proficiuntur quae animam coinquinant, non ex ore vel carne. Et quantum Dei comparatione nec stella sunt liquidae, nec sol lucidus, nihil tamen in se habent tenebrarum, nihil sancti Angeli habent reprehensione dignum. Quomodo igitur ex hac scriptura colligi posset in iustorum operibus inuenire quod reprehendatur? Fatetur Apostolus, quod velle sibi adiacet, nec se inuenire quod perficiat: Sed interpretante B. Augustino, hoc perficere est, carnem non concupiscere, nullum habere aduersarium: Quod pro praemio in caelis expectamus, adeo ut singularis demerita esse dicat Augustinus. putare quod hoc requiratur in hac peregrinatione. Ait enim, Facere iustitiam, est in vero Dei cultu cum interno concupiscentiae malo interna conflictatione pugnare: perficere autem, omnino aduersarium non habere. Nam qui pugnat, & adhuc periclitatur, & aliquando percutitur, etiam si non sternitur. Qui autem non habet aduersarium, plena pace latatur. Quod autem hic colligit Calvinus sine scripturis, imò & contra scripturas, quod praestantissimum opus quod unquam hic fuit, nauo aliquo reperietur deformatum, si in iudicium Dei vocetur, haereticum dogma est, & quidem blasphemiam in opera sancti spiritus & iustorum omnium, quae Saluator testatur in Deo esse facta, & fructus esse vitae quae est Christus: Et eorum opera qui superedificant aurum, argentum, & lapides preciosos, docet Apostolus Paulus illesa manere in igne districti ac seueri examinis iudicii Dei, atque a Deo iusto iudice, qui nihil iniquitatis inultum abire patietur, mercedem accipere, qui de verbo etiam otioso est rationem exacturus. Cuncta enim quae fiunt, adducit Deus in iudicium pro omni errore, siue bonum sit siue malum, ut dicit Ecclesiastes: de quo multa diximus Articulo Octauo. Non igitur in iustorum operibus, quae ab eis per spiritum inhabitantem in Deo fiunt, magis nauus aliquis deformans reperitur, quam in operibus sanctorum Angelorum ante confirmationem, vel etiam iam beatorum. Nulla enim in eis desideratur debita circumstantia, sed opera sua omnia in gloriam Dei faciunt: nec omnino adest aliquid deformans. Nec etiam maior amoris feruor exigitur: cum tepidi, nec etiam frigidi sint in Dei seruitio, sed calidi & ardentes. Et est sententia Saluatoris, si corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Lucidum autem erit corpus totum, si oculus tuus fuerit simplex. Porro diximus fieri non posse, quod opus idem malum sit & bonum, dicente propheta. Vae qui dicitis bonum malum, & malum bonum.

Atqui Deo probantur, Quis negat? Tantum contendimus fieri non posse, ut absque venia placeant. Quid autem est quod Deus ignoscit, nisi peccatum? Inde simul conficitur non esse tantopere exagitandos, qui dixerunt quamlibet bona opera si exacto rigore censentur, aeterna potius damnatione, quam vite praemio digna esse. Vbi enim peccatum quamlibet nobis exiguum videatur, illic nemo sanus mortis esse materiam negabit.

Quod Deo iustorum opera probantur & placent, clarissima sunt scripturarum testimonia, & gaudemus Calvinus hoc non negare. Sed quae precor, scripturae testantur, quod solum Deo ignoscente, ei placent iustorum opera, quum dicant simpliciter, iustos & eorum opera iusta, Deoq; probari ac grata esse? Ait enim B. Ioan. Quicquid perierimus accipiemus, quonia mandata eius custodimus, & ea quae sunt placita coram eo facimus. Et Enoch testimonium habuit se placuisse deo. Item, Ambulate dignè deo per omnia placetes, inquit, Paulus. Abraham quoque dixit dominus post filij sui oblationem, Quia fecisti hanc rem, & non peperisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi & multiplicabo semen tuum: quasi enim commedans de opere sibi gratissimo. Et cum in iustis vera sit iustitia, operaq; verè iusta, quemadmodum ostendimus Artic. 8. & constans est doctrina scripturarum, & beati Augustini, nihil habent eorum opera propter quod venia aut ignoscencia Dei indigeant. Qui autem dicunt iustorum opera quantumuis bona, si exacto rigore censentur, aeterna potius damnatione, quam vite praemio digna esse (id quod Calvinus docet circa Cano. 37.) seueriorem faciunt Deum Deorum legislatore, cuius leges propter rigiditatem & poenarum magnitudinem, Solon abrogauit, eo quod non atramento, sed sanguine leges suas scripsit. Nam omnibus penè peccatis etiam exiguis, mortis definiebat supplicium. Olera enim aut similes herbas furati, tanquam homicidae, inquebat, supplicium pendant, & ocio danati, capite multentur. Palam aut huic sententiae Caluini reclamant b. Iob. dum ait, Vtinam appenderetur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quae patior in statera quasi arena maris, haec grauior appareret. Item, Videndum est, inquit Hieron. ne ferula dignus, claua vel securi percutiatur. Vniuersi demum scripturae docent Christum secundum vnusquisqueq; merita esse

Rom. 7.
Math. 15.

Citra 2. epi. Pel. li. 3. c. 7. et de natu. et grat. cap. 62.

1. Cor. 3.

Iob. 14.

Cap. vii.

Lucae 11.

Esai. 5.

Calvinus.

Responsio.

1. Ioan. 4.

Hebr. 11. Coloss. 1. Genes. 22.

Li. 3. Citra 20 epi. Pelag. c. 7. Item lib. 9. de ciuit. Dei.

Art. 2. Po. liic. cap. vi. cap. 6.

Lib. 1. contra Pelagian.

n esse

De præcepto et dispensat.

esse iudicaturum, & diuersos esse gradus suppliciorum & premiorum: mandatorum quoque etiam quædam esse minima, quorum & minimum oportet esse supplicium, secundum diuini Bernardum. Sunt enim peccata plurima, quæ propter exiguitatem rei, aut affectus tenuitatem, non violant amicitiam vel gratiam patris erga filios. Habet enim Deus, qui est legislator sapientissimus, leges maximas & infimas, atque iubet & prohibet, non modò pro suæ maiestatis dignitate, sed pro hominum convenientia, quorum saluti & dignitati per suas leges voluit cõsultare. Simile est de parente & præceptore, puero leges præscribente, ne quid rapiat aut furetur, ne impexus aut illotus discedat, ne liberum maculet, &c. hæc transgredientem nemo indicabit digni securi aut gladio. In æstimandis namque delictis, iuxta sententiam Bernardi, præcipuè attendere oportet, quantum ponderis sit res in qua peccatur, cuiusque momenti sit præceptum. Quis, inquit, nesciat vnum detractiois verbum, quantum etiam innumeris verbis otiosis prædonderet? Quia, inquit, discretio est in mandatis, cõsequenter & in culpis, vt (sicut dixeram) maiorum grauior, leuiorq; minorum cõteatur transgressio mandatorum, sed mandatum nõ ite. Nemo enim sanus iudicabit æterna morte dignum esse iram (subreptitiam, aut verbum incõsideratius effusum. Nec sunt rei mortis filii illi qui patrem præcatur, vt sibi remittat debita.

De præcepto et dispensat.

Caluinus.

Responsio.

Tracta. 3. s. per Ioan.

Caluinus.

Responsio.

Eccle. 16.

Thessa. 2.

De gra. et li. arb. c. 8. et 9. es in epi. 65.

Cap. 10. para. 78.

Fit tamen immensa Dei misericordia, vt in celo mercedem habeant, quæ non modo nihil tale merebantur, sed mortis æternæ præmium habitura erant, nisi per Christum absterisa esset immundities, quæ aliqui se data erant.

Quod non sola misericordia, sed iusto Dei iudicio, iustorum opera in celo mercedem habent, ex scripturis docuimus, quodque eam à iusto iudice, non à patre misericordie, vt dicit beatus Augustinus, recipere merentur. Et quando, obsecro, absterisa est per Christum à iustorum operibus immundities, antequam fiunt, quando fiunt, an postquam facta? Si primum, munda sunt cum fiunt: similiter si per Christum seruantur, quando fiunt, ne sint immunda. Quando verò facta sunt, mutari non possunt, circũstantia maculante. Et vbi, precor, scriptura habet, quod ab operibus iustorum per Christum immundities abstergitur? Nos post scripturas docemus, quod iusti per spiritum Christi & eo operante, opera faciunt verè iusta, & ab omni forde pura & libera, qualia ex viribus liberi arbitrii præstare non possent. Somnia sunt quæ hic adfert Caluinus, imò nouæ atque pestilentes inuentiones hominum pertinaciter defendentium, quod semel pessime conceperunt, qui malunt trumpepe vniuersas sepes, quam retrocedere vt rectam inueniant semitam.

Porro quam inepta sit argumentatio, qua ex nomine mercedis dignitas aut meritum elicitur, multis locis docui. Nec obscura est ratio, cum retributio ipsa quam Sophista in merito fundatam voluit, à gratuita acceptatione pendat.

Relatiua necessariò sunt simul, non est filius sine patre, non dominus sine seruo, nec ediuerso. Referuntur autem ad se inuicè merces & meritum. Et aperte testatur scriptura, quod misericordia faciet locum vnicuique, secundum meritum operum suorum. Et Apost. Paulus testatur, iustos esse dignos regno Dei. In superioribus quoque docuimus, quod retributio mercedis fiet ex meritis & ex iustitia pro eisdem, & quod Christus nos fecit dignos in partem sortis sanctorum in lumine.

Item Apost. Paulus scribit Thessalonicen. Tribulationes sustinetis, vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. Quod inepta sit patrũ argumentatio, qua ex mercedis nomine dignitas aut meritum elicitur, viderimus quibus scripturis Caluinus hæc demonstrat. Dicit autem, quod hoc non obscure probatur, ex eo quod retributio in merito (secundum nostram doctrinam) fundata, à gratuita pendet acceptatione.

Cui obiectioni non obscure respõdet Beatus Augustinus in locis quæ citauimus: docens vitam æternam gratiam esse, & eam tamen pro meritis dari in mercedem. Gratiam autem vocare Apostolum Paulum, quia gratia & Dei dona sunt opera, pro quibus tanquam merces & stipendium retribuitur. Non memini quod apud Paulum vel August. dicatur vita æterna esse ex gratuita acceptatione. Nam sicut iustus iudex ex iustitia mortem & vitam retribuit æternam, ita opera ex iustitia, & non ex gratuita Dei acceptatione vitam merentur æternam. Et gratuita, inquam, acceptatione, quæ iustitiam & merita omnia excludit, Videamus igitur quibus argumentis, quibusve scripturis doceat Ioannes Caluinus, ineptam esse argumentandi rationem, qua ex vno relatiuo colligitur alterum, à patre quod filium, à domino quod seruum habeat, & ex mercede, quod aliquot sit eius meritum. Hic enim nõ aliã adfert rationem, quã à gratuita acceptatione pendere retributionem, quam Sophista (ita enim loquitur) in merito fundatam esse voluit. Id quod falsum esse ostendimus, Prolixius autem remissam tractat in Institutione, ad quam hic remittit: vbi ait.

Ex mer-

Ex mercedis nomine non est cur opera nostra rationemur causam esse salutis. Principio istud sanctum sit in cordibus nostris, regnum calorum nõ seruorum stipendium, sed filiorum esse hæreditatem, quam soli poterunt, qui à Domino in filios cooptati fuerint: Neque ob vllam aliam causam quàm ob hanc adoptionem. Non enim erit heres filius ancillæ, sed filius liberæ. Adeoq; in his ipsis locis, quibus gloriam æternam mercedem operibus fore pollicetur spiritus sanctus, hæreditatem nominatim exprimit, & aliunde nobis provenire demonstrat, Sic Christus opera recenset quæ cæli remuneratione compensat, dum in eius possessionem electos vocat: sed simul adiungit, hæreditatis iure possidendum. Sic Paulus iubet seruos fideliter agentes quod officij sui est, sperare retributionem à Domino: sed addit hæreditatis.

Caluinus.

Responsio. Cap. 2.

Maub. 16.

Ioan. 8.

Rom. 8.

Vita æterna hæreditas est & merces filiorum.

Genes. 15.

Genes. 22.

Genes. 16.

Rom. 8.

Ephes. 2.

Opera nostra esse causam salutis docet Apostolus Paulus, qui hortatur Philippenfes, vt cum metu & tremore suam operentur salutem. Et Dominus Saluator, quod propter opera vitam æternam nobis retribuet, clarissimè docet, dum in extremo iudicio sedens in sede maiestatis suæ dicit his, qui à dextris erunt, Venite benedicti patris mei, possedite regnum vobis paratum à constitutione mundi: causam assignat. Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Impii verò dicit, Discedite à me maledicti in ignem æternum, & cætera. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare, & cætera quæ sequuntur. Apertissimè hic testatur propter opera vitam & mortem rependi æternam, in quoque Dei iudicio vnicuique retribui secundum sua opera. Nec tamen seruorum, vt colligit Ioannes Caluinus, vita æterna est stipendium. Seruus enim, ait Saluator, non manet in domo in æternum: sed iustorum & filiorum tantum est merces ac stipendium, qui ex meritis simul & iure adoptionis hanc mercedem accipiunt, vt hæreditatem adeant ob suum laborem, legitimum cursum atq; certamen: quemadmodum hoc ipsum scripturæ aperte testatur, maioremq; hæreditatè suscipiãt, qui maiori cum labore pugnauerunt. Atque hæc ipsa inter se non contrariari supra ostendimus. Voluit enim Dominus, vt copiosam esse suam redemptionem, ita vt salutem ex multiplici titulo fieri nobis debita, adoptionis scilicet & certaminis quo ipsam meremur. Nam voluit totum effundere sanguinem, qui vnus guttæ effusione nos redimere potuisset, & centuplo plus soluere, quam secundum iustitiam oportebat: sed & tota eius vita eandem redemptionem meruerat. Nihil igitur mirandum, quod vitam æternam quam ipse nobis meruit, & cuius nos fecit hæredes, nos mereri voluit, qui merendi dedit virtutem. In omnibus namque nostræ gloriæ & honori cõsultuit, quos victores gloriosos esse voluit, & hac de causa coronari, atque brauium tanquam palmam cursus nostri obtinere. Vt igitur copiosum esset vitæ æternæ meritum, voluit ipse eã nobis mereri, vt quasi filii eã hereditario iure acciperemus, nostrum nihilominus accedere voluit laborem & certamen, cui vt merito deberetur. Hac enim lege nos adoptauit, vt currendo in stadio, & certando cum hostibus, tanquam mercedem, brauium & palmam, vitam apprehenderemus æternam. Filij seruunt quidem patri, sed non sicut serui domino, hoc est sicut filij ancillæ. Non accepistis, inquit Apostolus, spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater. Atq; hac ratione Apost. Paulus hanc hæreditatem, quæ ex iure adoptionis deberur filijs, vocat retributionem. Serui, inquit, quodcumque feceritis ex animo in simplicitate cordis Deum timentes operemini, sicut domino & non hominibus, scientes quod à domino accipietis retributionem hæreditatis: docens hæreditatem hanc non obuenire more consueto apud homines, sed operibus retribui. Nec repugnat ista inter se, quod scilicet ex promissione donetur id quod propter opera retribuitur. Nam eius rei clarissimum est exemplum in Abraham, cui promisit Deus semen & hoc multiplicandum sicut stellas cæli, cui tamen post multos annos quasi mercedem obedientiæ suæ hoc ipsum retributum, dixit. Ait enim, Propter memetipsum iuravi, quia fecisti hanc rem, & non pepercasti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli. & cet. quæ omnia ei multò ante promiserat. Eiusdem namque effectus plures possunt esse causæ: Sed hic posteriores pendunt & procedunt ex Dei promissione. Nam ex eo quod Deus Abraham promisit, quod semen illius multiplicaretur, ideo dedit ei hanc insignem obedientiam, qua filium suum in mortem offerret, per quam mereretur hoc ipsum sibi à Deo præstari quod ei antea promiserat. Et certissimum est quod hæc Dei promissio impleri non poterat sine opera Abrahæ: ex Sarai vxore generantis, cui virtutem concipiendi & ipsi generandi tribuit. Idem clarissimum est de vniuersis promissionibus prolis futuræ, quales factæ sunt Annæ, Zachariæ, & alijs quibusdam, quod sine operatione & congressu hominis impleri non poterant. Quod autem dicitur, Si qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio, intelligit Apostolus per legem opera quæ ex nobis sunt, non illa in quibus creauit nos Deus, vt ex

n ij fide

In instit. ca. 10. par. 77

fide & charitate in illis ambulemus. Nititur autem Calvinus interpretari & respondere scripturis, quæ docent Deum unicuique secundum sua opera redditurum. Sic enim habet.

Calvinus.

Quod unicuique dicitur redditurus Deus secundum opera, parvo negotio dissolvitur. Ordinem enim consequentia magis quam causam indicat ista locutio. Extra dubium autem est, Dominum his miseris cordis sue gradibus salutem nostram consummare, dum electos ad se vocat, vocatos iustificat, iustificatos glorificat.

Responsio.

Huic interpretationi quam suo sensu facit Ioannes Calvinus, reclamât & nominum mercedis, retributionis, & remunerationis rationes, & ipsa scriptura sacra atque eorum interpretes. Dicuntur enim hæc nomina relatiuè ad opera pro quibus fit retributio, remuneratio, & mercedis solutio. Et clarissimè causam explicant scriptura: Nam dicit Saluator electis, Venite benedicti patris mei, possidite paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c. Reprobis autè, Discedite à me maledicti in ignem æternum. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare, &c. Nam causalis est particula Enim. Et sicut impii iusto dei iudicio pro sua impietate, & in peccatorum vindictam, mittentur in ignem æternum, ita iusti in retributione operum suorum possidebunt vitam æternam. Nam de eis sicut Christus, ita & Apostolus Paulus loquitur, quâdo dicit, Si tamè iustū est apud Deū retribuere tribulationem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiscum. Et in Euangelio dominus seruo suo, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudiū domini tui. Idem apertis verbis testatur Apostolus Paulus, Cum metu, aie, & tremore vestram operamini salutem. Rursus, Quæ enim seminavit homo hæc & metet: qui seminavit in spiritu, de spiritu, & metet vitam æternam. Et, Bonorum laborū gloriosus est fructus. Huc etiam faciunt scripturae de operariis conductis ad laborandum in vinea, & de currentibus in stadio. Item quæ testantur Deum vindicem malorum, & formidabilem iram agni. Non igitur ex sola Dei electione & promissione electi accipient vitam æternam, sicut nec impii ex sola reprobatione & reiectione eterna, supplicium æternum, sed vtrique pro meritis suis. Nec negamus Deum his misericordie sue gradibus salutem nostram consummare, dum eos quos vocat iustificat, iustificatos glorificat: sed ut gradum posteriorem vult esse finem prioris, ita priorem causam dispositivā vel meritoriam posterioris: quemadmodum clarè docet scriptura; & ex eis beatus Augustinus. Porro meriti nomine vtuntur scriptura. Nā Ecclesiasticus, Misericordia, inquit, faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. Item Apost. Paulus, Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur Deus. Cogitur & Calvin. fateri vetustos ecclesie scriptores passim vsos esse hæc voce. Atque vtinam (ait) vocula vnus abusu erroris materiam non præbuisse. Audet tamen temerarius hic homo scribere quod pessimè religioni Christianæ consuluit, qui primus nomen meriti humanis operibus aptauit, vt fastuosissimum ita perniciosissimū. Nimia est Calvini arrogantia & cordis eius superbia, quod non vereatur scripturæ sermonem & vniuersos patres continere, quando consentaneus est & sermo & vniuersæ scripturæ sensus. Sed quid hunc hominem, qui sua mauult quàm maiorum in hac re sequi iudicium, moueat, audiamus. Scribit autem contra vlt. cap. Concilij Tridentini, in hæc verba.

Matth. 15.

2. Theff. 1.

Matth. 25.

Philipp. 2. Galat. 6. Sapient. 3.

Cap. 6. Hebr. 23.

In instit. ca. 5. 20. 50.

St. 6. Fol. 204. Calvinus.

Responsio.

2. Theff. 1. Hebr. 11. Collos. 3.

Primum quod vitam æternam mercedem faciunt, in eo ab illis dissentio. Neque enim si in vita æterna Deus opera remuneratur, inde protinus consequent vitam ipsam esse quæ in ea rependitur mercedem. Quin potius hæreditatem esse vbiq; scriptura clamat, quæ non alio quàm gratuita & adoptionis iure vobis obuenit.

Vitam ipsam æternam esse hanc mercedem qua remunerantur opera iustorum, testatur sententia Saluatoris, quam feret in ipsorum causa eiusque exequutione: Et ibunt hi in supplicium æternum, inquit Matthæus Euangelista, iusti autem in vitam æternam. Nec aliud est eis regnum paratum, aut alia requies, de qua Apost. ad Theffal. Item Christus, Super omnia bona constituet eum, quàm vita æterna, sicut supplicii & mors æterna, stipendium peccati. Et quid, precor, Moyses spectabat in remuneratione, quàm quod querebat Deo perpetuò adherere, ipsiusque visione frui? Porro vitam æternam esse hæreditatem, vbiq; clamant scriptura, sed etiam non tacet talem esse hæreditatem, quæ sit retributio laborum & operum sanctorum. Nam Beatus Ambrosius in Commentariis circa hanc sententiam, Certi quod à Domino recipietis retributionem hæreditatis Domini Iesu Christi cui seruitis. Vt promptos, inquit, illos in obsequio & fide faciat, mercedem illos bonorum operum accepturos promittit à Deo in regno Christi, & sic illos vult

obsequi sicut Domino à quo mercedem expectant. Item Oecumenius, Quæ, inquit, erit retributio seruo ex animo operanti? Primum quidem, inquit, merces erit à Deo. Et Theophylact. Domini non faciunt sæpe seruos hæredes, etiam si decies milles eis bene seruerint. Dominus autem hæreditatem quæ in cælis est, retributionem vobis dabit, si beneuolentiam erga dominos custodieritis. Similiter interpretatur Chrysostomus. Sumus itaque, vt diximus, hæredes adoptati, hæc conditione vt laboribus nostris mereamur adire hanc hæreditatem.

Sed maior est in eo contradicendi materia, cum eos affirmare non pudet, nihil deesse fidelibus, quo minus legi Dei pro huius quidem vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam promeruisse sentiantur. Vbi ergo erit illa beatitudo quæ à Davide predicatur. Psal. 32. sine qua sumus omnes ter miseri? Væ autem miseris istis, qui non intelligunt eum, qui proximè ad perfectionem accessit, nondum ad diuinitatem vsque iter progressum esse. Nam verissimū esse illud, Augustini sentiunt, quicumque exercitiam habent conscientiam. Sanctorum iustitiam in hac vitæ remissione peccatorum constare magis, quàm perfectione virtutum. Verus etiam non illud, alteram quodiam citari, Quam diu sub carnis infirmitate gemunt, vnicam illis spem reliquam esse, quod mediatorum habent Christum, per quem Deo reconciliantur.

Non solum hoc definiunt huius Concilij patres, quod nihil deest fidelibus, quo minus legi dei satisfaciant, verum etiam Concilium Araucanum, & vniuersi scriptores veritudo, & ante eos Apost. Paulus, Qui diligit proximum, inquit, legè impleuit. Nam plenitudo legis est dilectio. Et, Omnis lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Item b. Augustinus quum dixisset, quod illa perfecta magnitudo iustitiæ cui hic mandata fecerunt præmium dabitur, se explicans addit, Sed ita dixerim, Mandata fecerunt, vt ipsa mandata meminerimus pertinere ad orationem in qua quotidie veraciter dicunt sancti filij promissionis: Fiat voluntas tua. Et, Dimitte nobis debita nostra, & cetera. De quo in superioribus sæpe diximus ex b. Augustino variis locis. Et pro huius vitæ infirmitate dicimus, nos posse legi satisfacere cum dei gratia, quantum ad salutem est necessarium, videlicet vt in ea seruanda, non violemus charitatem Dei & proximi, & à scopo legis non recedamus: non autè vt in legis obseruatione perseueremus, sine vilo peccato & macula, sed quam statim charitatis seruire, & oratione dominica abstergemus, vt idem Augustinus. Nec enim ita sine peccato quisquā inuenitur, qui non indigeat peccatorum remissione: Nec esse potest beatus cui non remittat dominus peccata. Qui autem manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo, nec salute frustrari potest. Iterū refugit hic Calvinus ad asylum sibi frequens, ad perfectione scilicet iustitiæ, de qua sæpe diximus, quod duplex inuenitur in scripturis, vitæ nimirum nostræq; peregrinationis, & seculi futuri, quodque vtraque magnam habet latitudinem gradusque multos, in quorū tamen quolibet vera est iustitia homini Christiano ad salutem sufficiens. Iustus enim ex fide viuunt & viuent in æternū si iustitiā non deserat. Perfectione autè beatorū esurire tantum & sitire hic oportet, non assequi. Et mirum certè quod tantam vbiq; requirat Calvinus distinctionem perfectionem ex præcepto, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima, &c. cum ipse interpretetur, ex toto corde credere, non esse perfectè Christo hære, sed ex animo duntaxat & sincera mente illum amplecti: non eo fatum esse sed ardenti affectu seruire & sitire, & ad eū suspirare. Et hic, inquit, mos est scripturæ, vt toto corde fieri dicat, quod sitire & ex animo fieri significat.

Quemadmodū contra, vbi fraudulentos oburgat, illis cor, & cor exprobare solat. Et sententias quas ex beato Augustino Calvinus adhaerit, libenter suscipimus, si non torquætur ad sensum ab ipso authore alienū. Constat enim nostra iustitia remissione peccatorum & virtutibus, & in his propriè est eius ratio ac substantia: Perfectio verbè iustitiæ in perfectione virtutum, quàm in cælis solum expectamus. Sanctorum igitur iustitia in hac vitæ remissione peccatorum magis constat quàm perfectione virtutum, sed non magis in remissione consistit quàm in ipsis virtutibus. Ait enim b. Augustinus, Quia Deo subdita quidem est ratio, in hac tamen conditione mortali & corpore corruptibili quod aggrauat animam, non perfectè virtutis imperat, ideo necessaria est iustis talis ratio. Dimitte nobis debita nostra. Nam profectò quanquā imperetur nequaquam sine conflictu virtutis imperatur. Et vtrique aliquid subrepat in hoc loco infirmitatis, etiā bene cogitanti, siue hostibus talibus victis subditiq; dominante, vnde si non facili operatione, certè

Calvinus.

Responsio.

Rom. 13.

Gal. 5. & 6.

Rom. 6.

Li. 3. tit. 1. epist. Pel. ca. 7. in fine.

De spir. et li. c. 1. lib. 1. reu. tr. 1. ca. 16.

Contra 1. epist. Pel. li. 3. c. 5.

In instit. ca. 6. par. 82.

Li. 19. de ciu. Dei cap. 27.

labili locutione aut volatili cogitatione peccetur. Deinde concludens dicit, Hic itaq; in vnoquoque fidelium iustitia est, vt obedienti Deo homini, animus corpori, ratio autem vitij etiam repugnantibus imperet, vel subigendo vel resistendo: atque vt ab ipso Deo petatur, & meritum gratia, & venia delictorum, ac de acceptis bonis gratiarum actio persoluitur. In illa verò pace finali tanta erit obediendi suauitas & facilitas, quanta viuendi regnandiq; felicitas. Nam contra Iulianum ex B. Ambrosio idem B. August. probat naturam humanam post corruptionem iustificationis esse capacem, vt per gratiam etiam in carne sit iustificatio, vbi erat ante colluuium per culpam. Hic etiam docet iustificationem in hac vita secundum tria ista nobis conferri, Prius lauacro regenerationis, quo ex aqua & spiritu renascimur in vitam nouam & spirituale. Quod enim nascitur ex spiritu spiritus est, & diuinæ efficitur cōsors naturæ, in quo iustitiæ ratio & substantia consistit, deinde congressione, conuictis, à quorum reatu absoluti sumus. Tertio dumq; sacra exaudidit oratio qua dicimus. Dimitte nobis debita nostra, Libenter etiam suscipimus quòd vnica est nobis reliqua spes, quòd mediatorem habeamus Christum, per què Deo reconciliamur. Peccatorum enim remissione, quam diu hic viuimus, indigemus. In eodè tamen capitulo docet B. August. omnes iustos etiam veteris testamenti verè iustos fuisse, nos quoque in nobis nunc iustos esse, & non solum iniquorum comparatione, quos damnaturus est Deus: licet non tã perfectè virtutis in hac vita esse poterint, quam post hanc vitam erunt: quicquid tamen peccati ex humana infirmitate subreperit, pietate ipsius fidei continuo deletur. Pelagiani, inquit, non audebant dicere, iustos imperfectè esse vel fuisse virtutis, quum tamen hoc confiteatur vas electionis, qui considerans vbi adhuc esset, Non quia iam acceperim, ait, aut iam perfectus sim. Paulò post tamen, qui se negauerat esse perfectum, Quotquot ergo perfecti, inquit, hoc sapiamus vt ostenderet secundum istius vitæ modum esse quandã perfectione, eique perfectioni hoc quoq; deputari, si se quisque non uerit nodum esse perfectum. Hac igitur ratione, quia hic egemus peccatorum perpetua remissione, quòcirca non potest hic esse virtutis perfectio, dicit Augustinus, in hac vitã iustitiam magis constare peccatorum remissione, quam perfectam aliquando consequimur, quam perfectione virtutum. Et vnica spes nobis est, quòd mediatorem habeamus Christum, per quem patri reconciliemur. Prosequitur Calvinus.

Lib. 2. Cap. 5.

Peccati puniunt non tolli iustitiam.

Philipp. 3. Secundu huius vitæ modum quædam est vitæ perfectio.

Calvinus.

Responsio.

1. Cor. 6.

Mat. 22.

107. 13. & 15.

Epistol. 50.

Rom. 15.

Philipp. 4.

Calvinus.

Responsio.

Ita sunt in coram, hoc est, patrum deo eto vritate, que fieri non debent. Nam est obiter attingunt, Christi merito bona priorum opera esse meritoria, quod tamen in primis necesse erat, prout erant, nulli esse opus quod non insectum sit libe aliqua, nisi Christi sanguine abluatur. Quin potius saltem operibus dignitate assingunt, vt sine venia placeant.

Iam frequenter diximus iustorum opera in Deo per spiritum eius à Christo fieri, & ideo nullam habere maculam, nullam habem quæ Christi sanguine abluatur. Non enim in baptisinate, vitia, inquit Augustinus, sanctificantur, sed homines. Et Christi sanguine impios à peccatis abluunt in sacro baptisinate, manifeste testatur scripturæ. Abtergi verò vel abluunt à maculis eorum opera, contra scripturas statuitur. Nã de Corinthijs, non autè de eorum operibus, dicit Apost. Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Bonus homo, inquit Saluator, de bono thesauro profert bona. Et palmitis immundi, nõ potest immundus esse fructus. Iam vos mundi estis propter sermonem quem audistis. Rustum, Palmicem qui fert fructus mundabit, vt fructus plus adferat. Item Apostolus Paulus docet alios esse fructus carnis, alios spiritus, qui nihil labis habere possunt. Tantam enim iustificatis inspirat & impartitur Christus virtutem, vt per eam efficere possint, quæ reuera iusta sunt & sancta in conspectu Dei. In quo etiam gratia Christi longè gloriosior & maior ostenditur, quam si nõ tanta esset, vt iusti maculas in suis operibus vitare possent. Quòd autem piorum opera Deo placeant, imò etiam quòd sint hostia coram deo accepta in odorem suauitatis, testatur frequenter scripturæ ipsa. Nõ est putandum opera immunda & inquinata, apud Deum acquisitum & exactissimum iudicem esse accepta tanquam odorem suauissimum.

Speciosum quidem est quod obtinendum, fluere omnia à spiritu Christi. Sed vbi absoluta spiritus sancti in his reperitur, At non ad mensuram vnique distribuitur? Debeant ergo obseruare, semper ali-quid in se fecis admixtum quod puritatem illam inficiat.

Hac ratione quia à spiritu Christi opera piorum fluunt, vt ipse ea magis quam illi operentur, docemus ipsa esse sine labè. Docemus præterea post euangelij, solum Christum accepisse spiritum sanctum sine mensura, atque in eo absolutam eius virtutem reperiri, non in Adam quidè ante peccatum, nec in aliquo beatorum spiritu. Omnes enim de eius plenitudine virtutis accipimus, quasi mēbra ex capitis influxu. Sed ex hoc solū sequitur, quòd

quòd spiritus sancti charismata, virtutes atque operationes secundum perfectionem absolutam, in Christo solo inueniuntur, quodq; vniuersæ creaturæ ab hac deficient. nõ autem quòd aliquid fecis admixtum habeant piorum opera, quæ puritatem illam quam à Christi spiritu habent inficiat. Eadem namque argumentatione probaretur omnium beatorum spirituum opera esse contaminata. Quod aduertens Calvinus se transfert ad aliunde probandum semper aliquid fecis piorum operibus esse admixtum. Ait autem.

Cum autem deforme coram Deo quicquid à nobis operum prodit, quæ nobis inuenerit virtutis, vnum superest, vt gratuita acceptione gratiam quam non habent à se ipsis, recipiant. Id sit dum in estimatione non veniunt ipsa, sed sum à Christo precium mutuantur, & quasi emendicant. Et iam nimis crassa im-piaq; hallucinatio, non agnoscere hoc solo demum nomine acceptum esse Deo, quicquid operum à nobis prodit, cum paterna indulgentia quicquid vitiosum est ignoscitur.

Calvinus.

Docuimus frequenter naturæ vitiositatem non afficere nec deformare fructus aut opera spiritus, Nam filij Dei vt iam diximus, sic spiritu Christi aguntur, vt præstant opera in odorem Deo suauissimum, in quibus nihil desiderari possit, ne circumstantia quidem vlla. Nam vera est eorum iustitia, & ad veri boni finem refertur. Gratiam itaq; habet hæc iustitia, eiusq; opera in semetipsis gratia sunt, ob spiritum ex quo proficiuntur, non autem vt sunt à libero hominis arbitrio. Et veniunt in estimatione ex dignitate, quam ab hoc spiritu & Christi capitis influxu atque operatione accipiunt: sicut iusti horum operum authores in semetipsis Deo sunt accepti, charismata quæ ex Christi victimâ in precium redemptionis (non in operum nostrorum mundationem, sed vt hæc munda & sancta à nobis proficiantur) in cruce oblata, acceperunt. Habemus enim thesaurum istum magnum in vasis fictilibus. Falsum autè est quod frequenter repetit Cal. hoc solo nomine acceptum esse, quicquid operum à nobis prodit, quòd gratuito à Deo acceptetur. Sicut enim iusti Deo grati & accepti sunt secundum charismata ex Christi capitis influentia donata: ita & eorum opera secundum se Deo sunt grata, vt ex iis procedunt. Exemplo hæc declaretur: Vni ex minimis fratribus spiritu charitatis dat aliquis calicem aquæ frigide in nomine discipuli, nihil spectans gloriæ suæ: Quid fecis admiscet huic operi adhærens vitiositas, ob quod ingratum sit ac Deo displiceat? An quia in hoc opere iustus vix ambulat, cum summa contentione debeat festinare, vixq; pro summo ardore teporem adferat? Sed huic respondimus, Deum non requirere, in quolibet opere summum ardore, nec summam contentionem: verum ei satis esse, quòd Christum super nos amemus: Et si quid minus habent nostra opera in pondere & mensura, quam habuissent tempore innocentia, hoc ex naturæ infirmitate, non autem ex voluntatis deliberatione nasci. Illa enim solum peccata sunt, & hominem ac eius opera coinquinant, quæ ex corde procedunt. Et quamuis spiritus humanus priuatim ad se amorem gerat, nõ tamen oportet quod quilibet eius operationem hic amor efficiat, vt ex hoc amore propter se operetur. De quibus superius latius egimus. Audiamus secunda Calvinus rationem.

Responsio.

1. Cor. 4.

Matth. 15.

Altera fore similis, quòd non reputant si quid etiam opere sumus promeriti, totum id quantuncumq; si, contraria transgressionem perire. Qui deliquit in vna factus est omnium reus. Quam tibi promittis mercedem, vbi nihil quàm mortis reus inducitur? Patium itaq; perperam, dum ad vnicam hoc remedium non confugimus, vt liberali fauore dignetur Deus si quid in nobis est boni, mala quæ longe & numero & pondere superant non imputando.

Calvinus.

Iacob. 1.

Diximus de hac sententia Iacobi ex Augustino & Hieronymo, quòd loquitur de peccatis quæ sunt contra charitatem. Eandem enim obijcit Hieronymo Pelagius, cui respõdet B. Hieron. quòd ipse locus sese interpretatur. Non enim dixit, inquit, vnde cæperat disputatio, Qui diuitem pauperi in honore præruerit, reus est adulterij vel homicidij. In hoc enim delirant Stoici, paria contententes esse peccata. Sed ita, Qui dixit, Non mechaberis, dixit & Non occides: & si non occidis, mecharis autem, factus es transgressor legis. Leuia cum leuibis, & gratia cum grauibis, comparantur: nec ferula dignum vitij gladio vindicandum est; nec gladio dignum scelus ferula coercendum. Non igitur, vt vult Calvinus, si quid opere vno sumus promeriti, totum id quolibet peccato nobis perit, sed sola charitatis violatione: Et ideo B. Ioanes, postquã Elestem & natos eius hortatus est, Videte vosmetipsos ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis, docens nõ quolibet peccato illa perdi, quum in multis offendamus omnes. Et statim addit, Omnis qui recidit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Non igitur in verbu quibus otiosum proferat: aut diuitem pauperi in honore præruerit, factus est statim omnium reus, operumq; suorum merita continuo perdit, aut mortis reatu incurrit. Nimis seuerum nobis Deum in his proponit Calvinus. Et falsum est, quòd mala quæ iniustis sunt,

Epist. 19. ad Hieronymum.

Lib. 1. contra Pelag.

2. Iean.

longè superant & pondere & numero ipsorum bona. Illa inquit B. Augustinus, fidei ardore & oratione statim absorbentur. Qui enim Dei & proximi seruat charitatem, & in iustitia manet, non perdit bonorum operum merita, nec quæ sibi parata est coronam. Vnde in Apocal. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Si enim quolibet peccato perderetur, quilibet eam perderet, nec diu eam teneret, qui alterius accepisset coronam. Quomodo opera mortificantur, & rursum viuificantur per mortem & vitæ animæ, docet B. Thomas in tertia parte. Nos enim mortificantur, nisi vitam, hoc est, charitatem perdat qui ea est operatus: & rursum viuificantur, quando ad vitam redit. Hoc autem vnicum est nobis refugium, quod à peccatis, Dei fauore, liberati, ipse liberali sua gratia nos seruare dignetur, ne ab ipso recedamus, sed perseueremus in bono.

Caluinus.

Tertius vero error longe deterrimus, quod salutis fiduciam ab operum intuitu suspendant. Verbo quidem vno prohibent ne nobis fidamus, sed cum rursus in opera iubent intueri, vt eatenus nobis certa sit spes salutis, quantum illic reperimus sperandi materiam? Nonne totam in nobis fiduciam aperit locum? Itaque & clandestum adiungunt tali doctrinæ conyunctum, Dubio euentu mititandum esse in hac vita, donec vnicuique Deus secundum eius opera rependat: quo totam fidei nostræ gloriationem enertunt, vel vt Pauli verbo vtatur, fidem exinaniant ipsam. At Paulus iustificatum se negat, etiam si nihil sibi sit conscius.

Roma. 4.

Responsio.

Heb. 3. & 4.

Salutis fiduciam ab operibus quæ Christus in nobis operatur, pendere ostendimus prius ex variis scripturæ sententiis. Ait enim Apostolus, Si filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & conglorificemur. Item, Participes Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius, vsq; ad finem firmum retineamus: Et quæ sequuntur. Rursum B. Augustinus, Qui credit & diligit bene agendo, & præceptis bonorum morum obtemperando efficit, vt etiam speret se ad id quod diligit esse venturum. Et ille se ad id quod credit & diligit peruenturum esse desperat, cui malæ conscientia scrupulus inest.

Zi. 1. de doct. Christi. ca. 37.

Cap. 40. eius libri.

1. Ioan. 3.

Rom. 11.

Quomodo autem in operibus fidere liceat, diximus Articulo nono. & docet B. Ioannes, Si cor nostrum, inquit, non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, quoniã mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Nec propterea, vt calumniatur Caluinus, in nobis spem salutis locamus, sed in Deo qui nostro ministerio vt dignatur, totam nostræ salutis spem collocamus. Dubio euentu nos in hac peregrinatione militare, abundè testatur plurimorum casus. Et Apostolus Paulus, Dicit, inquit, fracti sunt rami vt ego inserar: Bene, propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide flas. Noli altum sapere, sed time, ne fortè nec tibi parcat. In te vide bonitatem Dei, si permaneris in bonitate, alioquin & tu excideris. Nec propterea fidei gloriationem euerimus, sed magis stabilimus: Gloriationem, inquam, quæ est in Domino. Non enim nostris, hoc est virtutum nostrarum operibus fidimus, sed his quæ spiritus Christi per charitatem in nobis operatur. Nec Paulus se iustificatum negat, quod affirmat Caluinus, sed tantum quod non oportet quod iustificatus sit, quamuis nihil sit sibi conscius, quum simul fieri possit quod non sit iustificatus, Deo certius & intimius quàm ipse, cor inspiciente.

Caluinus.

Ideoq; vt stabilis constet ac tranquilla iustitiæ professio, posthabita operum mentione, iudicem nostrum deprecari conuenit, vt ne in iudicium intret nobiscum, Et enim vnicuique securitatis nostræ portus est, quod iudicis personam Deus exiit, vt se nobis patrem exhibeat.

Responsio.

Aug. de ciuit. & Paul. ca. 13.

Caluinus.

In iustit. cap. 10. parag. 4.

Luce 17.

Vt stabilis ac tranquilla sit nobis iustitiæ possessio, orandus est Deus ne in tentatione nos inducat, & gratiam largiatur in accepta iustitia perseuerandi, ac posthabita operum nostrorum ratione, non intret nobiscum in iudicium, secundum occultata sua iudicia nos deserendo. Credendum est enim quosdam non accepto dono perseuerandi, aliquamdiu fideliter ac iuste viuere, & postea cadere, neque de hac vita priuquam hoc eis contingat auferri. Et agnoscimus hunc esse vnicum consolationis ac fiducie nostræ portum, quod iudicis personam Deus exiit, vt se nobis patrem exhibeat: sed in huius seculi peregrinatione, vt cum præsentari nos contingat ante eius tribunal, iusto eius iudicio vitam accipiamus æternam, cursus nostri brauium & gloriæ coronam. Obicit præterea Caluinus contra merita iustorum, & præcipuè aduersus opera supererogationis sententiam Saluatoris apud D. Lucam.

In clave supererogationis opera, quomodo cum illo conuenit quod nobis præceptum est, vt quum secerimus omnia quecumque præcipiuntur nobis, dicamus nos esse seruos inutiles, nec plus fecisse, quàm quod debuimus? Dicere coram Deo, non est simulare aut mentiri, sed quod pro certo habetis apud te consistuere. Iabet itaque Dominus nos lyncerè sentire, & nobiscum reputare nulla sibi præstare gratuita officia, sed debitas operas reddere, & meriti. Serui enim sumus tot obsequiis deservati, quot deservi non possu-

possimus, etiam si omnes nostræ cogitationes, omniaq; membra in legis officia versentur.

Testantur B. Ambrosius, Theohyl. OEcumenius, & Venerabilis Beda, modestiæ & humilitatis præceptum hic à Domino tradi. Cum enim, inquit Theophylactus, miraculorum operibus Apostolos ornat, eos munit, ne extollantur in bonis operibus, idq; pulcherrimo exemplo, quo monstratur, quod extolli non oporteat in bono quopiam opere, imò nec in omni præceptorum Dei impletione. Et OEcumenius iactationis affectu, inquit auellit: docens quod sicut seruum suum post labores honore dignum dicit, nec gratiam illi habet: ad eundem sane modum, inquit, & Deus. Itaque secundum iustitiæ sermonem his qui præcepta non adimplent, periculum imminet, ipsa verò impletibus gratia nulla, nec propterea extolli oportet. Quod probè sciès Apostolus Paulus, Si Euangelium, inquit, prædicauero, non est quod inde glorior: Necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si Euangelium non prædicauero. Attamen cū bonus sit Deus, seruis tanquam mercenariis vtitur, & seruitutem illorum mercede rependit, ac debitum obsequium tanquam facinus egregium suscipit, & præmium tribuit, quod labores etiã excedit. Vincit namq; bonitas eius quod iustum est & æquum. Est autem modestiæ & humilitatis, considerare quid ex nobis sumus. Item aduertere nostra peccata ac defectus, & quidem plerumq; cum maiori exaggeratione: Ad virtutes verò & gratias quas à Deo habemus, clausos habere oculos, sicut adiuerso nostra erga Deum gratitudo, item heroica illa & Christiana magnanimitas, bona à Deo accepta considerat, vt gratias agat, & ex eis tanquam talentis à Deo collatis negorietur. Sic Paulus gloriatur, dū ait, Omnia possum in eo qui me confortat. Ego didici in quibus sum sufficiens esse, scio & humiliari, scio & abundare, vbique & in omnibus institutus sum. Item, In quo quis audet, in insipientia dico, audeo & ego: In laboribus plurimis, in carceribus abundantius. Et si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non destructionem vestram, non erubescam. Idem tamen Apostolus, Ego, inquit, sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam perfectus sum Ecclesiam Dei: Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Contraria quidem inter se hærent, Abundantius omnibus laboraui. Et, Non ego, sed gratia Dei mecum. Sed varia animi consideratione conueniunt. Inducit autem Dominus in hac sententia Apostolos ad suæ infirmitatis cognitionem, secundum quam se inuenient & iudicabant seruos inutiles, etiam si fecerint omnia quæ eis erant præcepta, & vt tales etiam se pronuncient. Inutiles quidem, vt qui debita tantum exoluerint, & nihil utilitatis supererogauerint. Hunc enim sensum testatur id quod sequitur, Quod debebamus facere, fecimus. Vtilis est enim domino seruus arans, aut boues pascens: Sed vtilitatem hanc domino debet. Qui enim iusis domini alia adhuc obsequia gratuita adiecerit, habet quod gloriatur, & de quo gratias agat Dominus. Nam si Euangelizauero, non est mihi gloria, ait Paulus. Væ enim mihi est, si non Euangelizauero. Quæ ergo merces mea, vt Euangelium prædicans sine sumptu ponam Euangelium? Non autè scripsi hæc vt ita fiat in me. Bonum est enim mihi magis mori, quàm gloriam meam quis euacuet. Est tamen Dominus tam magnificus & benignus, vt huiusmodi seruis etiam inutilibus secundum eorum bonum erga eum affectum, mercedem retribuat æternam. Nec pro seruis eos habeat, vt dicit OEcumenius, sed pro mercenariis, qui mercedem expectant promissam & constitutam: Imò & pro filiis, si tamen filiorum erga patrem præstent officia. Sumus autem serui inutiles, primò, quia si iuste egerimus, ait Beatus Iob, quid donabis ei, & si peccaueris, quid ei nocebis? Item secundum hanc nostri considerationem, quæ ea dum taxat spectamus, quæ ex nobis habemus, inutiles inuenimur. Sunt tamen quotquot sunt iusti, simpliciter vtilis serui, quales eos Apostolus pronunciat, Si quis emundauerit se ab istis, inquit, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, hoc est ad vsus Domini accommodum, & ad omne opus bonum paratum. Inutilem enim seruum mandat Dominus proijci in tenebras exteriores. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Item ficulneam quæ non afferebat fructum succidi iussit. Vt quid etiam terram occupat. Inter illos autem seruos, quos tanquam probos laudat, vni qui quingue talenta fuerat superlucrat, ait, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium, &c. Vult igitur Dominus, vt quanto sumus maiores, hoc nos magis humiliemus, & ex animo iudicemus nos seruos esse inutiles, & aliter de nobis iudicabit Dominus. Sic enim ait Chrysostomus, Audi quomodo Christus præcipit nos obliuioni tradere bona opera. Quædo hæc omnia fecer-

Responsio.

1. Cor. 9.

Philipp. 4.

2. Corint. 11.

1. Cor. 15.

1. Cor. 9.

Cap. 25.

2. Timot. 2.

Matth. 25.

Matth. 13.

Luce. 13.

Matth. 5.

In ser. de pænit. & confess.

Luce 16.

fecer-

Hanil. 3. in
Mattheum.

feceritis, dicite, quoniam inutiles serui sumus: Ego non facio te inutilem, tu autē si confessus fueris inutilitatem tuam, ego te illustrem faciam, & coronabo. Rursus, Non in superbum tumescamus, sed dicamus nosmetipsos inutiles, vt in partem vtilium transeamus. Si enim te laudandum esse dixeris, reprobus effectus es, etiam si fueris antē laudabilis. Si verō inutilem te esse fatearis, factus es vtilis, etiam si fueras ante culpabilis. Item, Cauemus de nobis ipsis dicere gloriosa. Hoc enim nos, & hominibus, & Deo abominabiles facit: & idcirco quanto maiora fecerimus bona, tanto maiora de nobis dicamus. Vbi multa in eandem sententiam addit. Et fortassis in hac parabola tantum respiciebat Dominus praecepta, quae peculiariter dederat Apostolis quibus loquitur, inter quae praecepta sunt opera virtutum & miraculorum, de quibus fuerat locutus, Si habueritis fidem, inquit, sicut granum sinapi, dicetis huic arbori moro, eradicare & transplantare in mare, & obediet vobis. Et obseruat B. Ambrosius quod Saluator dicit, Si feceritis quae praecepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus. Hoc virgo, inquit Beatus Ambrosius, non dicit: non dicit ille qui bona sua vendidit, sed quasi reposita expectat praemia: Sicut sanctus Apostolus ait, Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Nam enim quasi inutilis seruus quod debuit facere fecisse se dixit, sed quasi vtilis domino, qui commissa sibi talenta quaesitis multiplicauit vsurus, mercedem fidei atque virtutis bene sibi conficius meritorumque expectat: Et ideo ei cum ceteris dicitur, Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in maiestate sua, sedebitis & ipsi super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Origenes quoque tractans locum illum Psalm. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, Donec quis facit, inquit, hoc tantum quod debet, id est, ea quae praecepta sunt, inutilis seruus est. Si autem addas aliquid praecipis, tunc iam non inutilis seruus eris, sed dicerat ad te, Euge serue bone & fidelis. Quid autem est quod addatur praecipis, & supra debitum fiat, Paulus Apostolus dicit: De virginibus autem praeceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à Deo: Hoc opus super praeceptum est.

Matth. 17.

Li. de vidui.

Et. 3. omne in
epist. ad Rom.

1. Corint. 7.

2. Cor. 9.

1. Cor. 2.

2. Reg. 20.

Lib. 12. super
Iob cap. 4. 6.

1. Corint. 15.

Roman. 14.

Rom. 1.

Iacob. 2.
2. Pet. 1.

Qui ergo completis praecipis addiderit etiam hoc vt virginitatem custodiat, non iam inutilis, sed seruus bonus & fidelis vocabitur. Et iterum praeceptum est, vt hi qui euangelium annunciant, de euangelio & viuant: Apostolus Paulus tamen dicit, quia nullo horum vsus sum, & ideo non inutilis erat seruus, sed fidelis & prudens: Scripturis igitur aduersatur dogma istud Ioannis Caluini, quod nulla sunt opera supererogationis, sed omnia quae bona sunt, etiam praecepta sunt. Quod autem obijcit idem Ioannes Caluinus non continere cum sententia Saluatoris, iactare supererogationis opera, hoc ipsum & nos dicimus, Omnem enim operum iactantiam dominus hic prohibet, Vanus est enim omnis iactator, & suam quaerit gloriam & laudem. Agnoscere tamen oportet Dei dona, vt de eis gratias agamus, & inde negociemur. Ait enim Apost. Paulus. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quae à Deo data sunt nobis. Item Ezechias Rex in sua infirmitate orauit Dominum, dicens, Memento quae so, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & quod placitum est coram te fecerim. Quem locum tractans B. Gregorius. Plerumque, inquit, iusti necessitate aliqua, sua coguntur opera fieri, quod cum iniusti audiunt elationem putant. Ex suis enim cordibus dicta iustorum pensant: sicut grauis culpa est sibi hominem arrogare quod non est, sic, culpa nulla est, si humiliter dicat quod bonum est. Vnde contingit vt iusti & iniusti verba habeant similia, & in quibus Dominus ab his offenditur, in iis verbis ab illis placatur. Ecce Pharisaeus se iustificat in opere: Ezechias etiā in cogitatione: Vnde ille offendit, inde iste Deū placauit, cuius confessionē perfectionis dominus non despexit, quē mox in precibus suis exaudiuit. Verba enim singulorum Deus pensat ex corde ipsorum. Agnoscimus itaque & reuera iudicamus seruos nos esse inutiles, nostri scilicet nostrorumque; contemplatione peccatorum: Dei tamen adiutorio ac dono non esse instructuos, nec arbores quae excidit, & in ignem mitti mereantur. Inutilem seruum se agnoscebat Apostolus Paulus, qui fatetur se plus omnibus laborasse, & ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illiricum repleuisse Euangelio Christi, quique gloriatur se Euangelium sic praedicasse, vbi Christus non fuerat nominatus, ne super alienum fundamentum edificaret. Itē scribit, Nolo vos ignorare fratres, quia saepe propofui venire ad vos, vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & ceteris gentibus. Certē non erat hic seruus inutilis, qui praedicando tantum fecit fructum, & qui negociando tantum superlucratu est. Nam quae de sursum est sapientia, plena est misericordia, & fructibus bonis, Et beatus Petrus, Hae si vobiscum, inquit, adfuit non vacuos, nec sine fructu constituet in Domini nostri Iesu Christi cognitione.

Saepe

Saepe monet nos Apostolus Paulus, vt fructificemus Deo & ambulemus dignē Deo in omni opere bono fructificantes. Multum igitur fructus adferunt, & vtilis, non sibi solum, sed & domino suo, qui se ex eius iussu seruos inutiles appellant, non tamē tales sunt in oculis domini, nec eos tales habet. Varias namque mentis nostrae considerationes varii sequuntur affectus, & diuersae virtutum operationes. Nascuntur enim ex varia consideratione spes, timor, praesumptio, pusillanimitas & desperatio. Nulla est hic, quemadmodum praetendit Caluinus, simulatio aut mendacium. Ex animo enim & verē loquitur Apostolus Paulus, quando dicit se esse minimum Apostolorum, & indignum vocari Apostolum, contulisse tamen magis Petro & Iacobo, qui videbantur, & reuera erant columnae ecclesiae (quibus se plus laborasse dicit) quam ediuerso, & Petro in faciem ausum resistere, quando vidit cum ambulare, non secundum veritatem euangelicam. Quomodo autem vir humilis verē & ex animo se credat, atque etiam pronunciet, omnibus viliorem, atque ad omnia indignum & inutilem, sicut in regula sua docet B. Benedictus, declarat B. Thom. 2. 2. Nec semper pro certo constituit oportet, quod coram Deo dicimus, quod secundum B. Gregorium, bonarum mentium sit culpam agnoscere, vbi non est. Et B. Iob dicit, Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Magna certē est Caluini impudentia quod dicat Dominum iubere, vt nobiscum reputemus nulla nos sibi praestare gratuita officia: cum ei palam reclamet Apostolus Paulus. Item Origenes & Ambrosius. Libenter tamen & ex animo agnoscimus, quod serui sumus, & tot obsequiis defecuerat, quot defungi non possumus, etiam si omnes nostrae cogitationes, omniaque membra in legis officia verteretur. Hoc enim est quod diximus, nos magis obligari ex operibus nostris, quam nobis ipse Deus obligatur. Digna tamen sunt secundum scripturas, quae remunerentur vita aeterna ab eodem iusto iudice, vnicuique secundum operum dignitatem retribuente, nullo respectu habito, vnde illam habeant. Simul etiam agnoscimus nos seruos inutiles, nec habere quod gloriemur, nisi in Domino, in quo gloriandi iustissimas habemus causas. Et quamuis tot obsequiis defecuerat sumus, vt defungi non possumus, multa tamen nobis libera reliquit, quemadmodum et Apostolus, quod videlicet sine sumptu Euangelizarent: quae qui praestant, singulariter in Domino gloriarī possunt. Obseruat Venerabilis Beda post B. Ambrosium in hac parabola, quod seruo de agro regresso non statim dicitur, Transi & recumbe, sed post completum totum officium, iubet Dominus eum quiescere & manducare. Ad hunc modum toto tempore peregrinationis nostrae laborare oportet, donec Dominus iubeat nos transire in aliud seculum, vbi quiescemus, manducabimus & bibemus, ipso Domino ministrante. Est praeterea obseruandum, quod Dominus non applicat parabolam, Sic & vos cum feceritis omnia, nunquid gratiam habet vobis? Sed, Dicite, Serui inutiles sumus. Multam enim gratiam seruis suis habet Deus, qui affectu filiali praestiterunt quae praecipit eis.

2. Cor. 15.

Galat. 2.

Cap. 7. de gra
dib. humilit.
Qu. 161. ar. 6.

Cap. 9.

1. Cor. 7. et 9.

vt que in co
mentar. super
Lucam.

EST hic & impiū dogma Ioannis Brentii, quod Christus non iudicabit super transgressione Decalogi, sed solum super fide & incredulitate, vt qui crediderit, saluus futurus, & qui non crediderit condemnatur. Ait enim in suo pestilenti catechismo.

Christus non pronunciat sententiam iudicij sui secundum leges civiles, nec secundum leges pontificias aut monasticas, nec secundum decalogum, hoc est, super iustorum transgressione, &c. Reliquum igitur est, quod sententia extremi iudicij, non pronuncietur, nisi secundum Euangelium Christi filij Dei, vt qui credit filio Dei, sicut ait Ioannes Baptista, habeat aeternam vitam, qui verō non credit filio, non videat vitam, sed ira Dei maneat super eum.

In explicat.
symboli circa
art. Inde ve
ritas est ad in
dicand. &c.
Brentius.

Responsio.
Mat. 9. & 15.

Cap. 22.

Cap. 3.

Matth. 12.
Math. 5.

Clarissime docet dominus Saluator, quod filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Item B. Ioannes in Apocalypsi. Qui vicerit, possidebit haec, Timidis autem & incredulis, & execratis, homicidis, & fornicatoribus, veneficis, idololatriis, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda: vbi incredulis connumerantur & alij impij. Et apud Malachiam prophetam, Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox, maleficis & adulteris, & periuira, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum: nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. Cuncta enim quae sunt adducet Deus in iudicium, pro omni errato, siue boni, siue malum sit. Praeterea de omni verbo ociofo quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Et, Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dicit, Fatue, reus erit gehennae ignis. Rursus, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, pro ut gessit, siue bonum, siue

2. Cor. 1.
siue

Matth. 25.

sive malum. Non igitur ob solam infidelitatem & fidem iudicabit nos Dominus. Atqui apertissime istud dogma cōuellunt sententiæ Saluatoris, quas describit Euāgelista Matth. Iustis enim dicit, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum, &c. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: Impiis autem, Discedite a me maledicti in ignem æternum: Esuriui, & non dedistis mihi manducare, Quid respondeat parum pius hic homo ad has scripturarum manifestissimas sententias, videamus.

Brentius.

Hic, inquit, verbis, Possidete regnum, Esuriui enim, & dedistis mihi edere. Et, Discedite a me, Esuriui enim, & non dedistis mihi cibum, non significat Christus quod pronunciatum sit secundum merita operum, sed iuxta fidem Euāgelij, quæ si vera fuerit, declarabit se fructibus charitatis erga eos qui sunt ministri Christi. Quare qui cibauerit, potauerit, & vestierit ministros Christi, seruiabit quod euāgelio crediderit, Si autem fides non fuerit vera, nihil conferet beneficij in ministros Christi, sed potius dimittet eos inanes, & persequetur eos: Quare qui ministros Christi non cibauerit, non potauerit, nec vestierit condemnabuntur, quod suo contemptu per se ipse testificati sunt se non verè credere euāgelio.

Responsio.

Matth. 25.

Nulla in his iudicis sententiis fit mentio fidei vel infidelitatis, sed operum tantum. Ait enim, Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Item, Esuriui, & non dedistis mihi cibum. Et seruum inutilem eijcite, inquit, in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. Item, Ira Dei non solum super incredulitatem reuelatur, sed super omnem impietatem, Nec sola infidelitas peccatum, nec fides sola virtus vel bonum opus est. Hoc enim impiissimum Lutheri paradoxum, quod scilicet sola infidelitas est peccatum, validissime ostendit esse falsum Ioannes Calvinus. Nam aures Christianæ horrent adulteriū, homicidium, & periurium non esse peccata, nec ob ista hominem esse damnandum. Fides euāgelij, quæ per dilectionem operatur, sese fructibus charitatis declarat: sed maioribus & pluribus in vno quàm in alio. Nam gloriatur Apostolus, quod plus omnibus laborauit, quodq; ipsi euāgelium sine sumptu posuit. Vnusquisque enim negociando ex talento sibi concedito plus minusq; lucri domino adfert secundum industriam, diligentiam, & deuotionem suam: sicut non omnes æqualiter sequuntur suas concupiscentias, atque in peccata se præcipitant, sed vnus altero magis. Et multi eas omnino cohibent, vt post eas non eant. Et ideo Dominus in Apoc. Quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum dare illi tormentum si & iustum. Reddite illi, sicut ipsa reddidit vobis. Duplicia duplicia secundum opera eius. In populo quo miscuit vobis, miscete illi dupli. Et Paulus, Vnusquisq; propriam mercedem accipiet, &c. Non enim vbi fides vera non fuerit, æqualis omnium est impietas: nec fideles æqualiter in omni opere bono fructificent. Impiissimum est quod idem hic dicit, Quare qui ministros Christi non cibauerit, non damnabitur, non propter opera, sed quia non credit, & hoc operibus est testatus.

1. Corinth. 15.

1. Cor. 9.

Sed quid moueat hominem istum ad hanc absurditatem contra scripturas videamus. Nam si iudicaret, inquit, de humano genere in nouissimo die, iuxta sententiam decalogi, tunc nullus hominum seruaretur. Omnes enim peccauerunt & violauerunt decalogum. Quis igitur posset salutem consequi, si sententia extremi iudicij iuxta decalogum ferretur.

Cap. 18.

1. Corinth. 13.

In multis, inquit, Apostolus Iacobus, offendimus omnes, sed iusti non relinquunt scopum decalogi violando charitatem, quæ est scopus & finis legis & præcepti. Et si aliquando contra decalogum peccant, per sacramentum penitentiae & orationem dominicam remittitur & expiatur. Quorum remisistis, inquit, Dominus Saluator, peccata remittuntur eis. Quod autem remissum est, apud Deum habetur quasi factum non esset. Omnia namque mandata facta de purantur, quando quicquid non sit ignoscitur. Animus verè Christianus prius omnia dogmata, quæ necessariò ex hoc tam peruerso dogmate sequuntur, vel ex quibus ipsum sequitur, abominari & negare deberet, quàm in tantam venire absurditatem, quod Deus non iudicabit orbem, vnicuique secundum merita sua reddendo.

Brentius.

Responsio.

Ioan. 20.

August. lib. 17. cap. 19.

Matth. 25. sive malum. Non igitur ob solam infidelitatem & fidem iudicabit nos Dominus. Atqui apertissime istud dogma cōuellunt sententiæ Saluatoris, quas describit Euāgelista Matth. Iustis enim dicit, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum, &c. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: Impiis autem, Discedite a me maledicti in ignem æternum: Esuriui, & non dedistis mihi manducare, Quid respondeat parum pius hic homo ad has scripturarum manifestissimas sententias, videamus.

Hic, inquit, verbis, Possidete regnum, Esuriui enim, & dedistis mihi edere. Et, Discedite a me, Esuriui enim, & non dedistis mihi cibum, non significat Christus quod pronunciatum sit secundum merita operum, sed iuxta fidem Euāgelij, quæ si vera fuerit, declarabit se fructibus charitatis erga eos qui sunt ministri Christi. Quare qui cibauerit, potauerit, & vestierit ministros Christi, seruiabit quod euāgelio crediderit, Si autem fides non fuerit vera, nihil conferet beneficij in ministros Christi, sed potius dimittet eos inanes, & persequetur eos: Quare qui ministros Christi non cibauerit, non potauerit, nec vestierit condemnabuntur, quod suo contemptu per se ipse testificati sunt se non verè credere euāgelio.

Nulla in his iudicis sententiis fit mentio fidei vel infidelitatis, sed operum tantum. Ait enim, Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Item, Esuriui, & non dedistis mihi cibum. Et seruum inutilem eijcite, inquit, in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. Item, Ira Dei non solum super incredulitatem reuelatur, sed super omnem impietatem, Nec sola infidelitas peccatum, nec fides sola virtus vel bonum opus est. Hoc enim impiissimum Lutheri paradoxum, quod scilicet sola infidelitas est peccatum, validissime ostendit esse falsum Ioannes Calvinus. Nam aures Christianæ horrent adulteriū, homicidium, & periurium non esse peccata, nec ob ista hominem esse damnandum. Fides euāgelij, quæ per dilectionem operatur, sese fructibus charitatis declarat: sed maioribus & pluribus in vno quàm in alio. Nam gloriatur Apostolus, quod plus omnibus laborauit, quodq; ipsi euāgelium sine sumptu posuit. Vnusquisque enim negociando ex talento sibi concedito plus minusq; lucri domino adfert secundum industriam, diligentiam, & deuotionem suam: sicut non omnes æqualiter sequuntur suas concupiscentias, atque in peccata se præcipitant, sed vnus altero magis. Et multi eas omnino cohibent, vt post eas non eant. Et ideo Dominus in Apoc. Quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum dare illi tormentum si & iustum. Reddite illi, sicut ipsa reddidit vobis. Duplicia duplicia secundum opera eius. In populo quo miscuit vobis, miscete illi dupli. Et Paulus, Vnusquisq; propriam mercedem accipiet, &c. Non enim vbi fides vera non fuerit, æqualis omnium est impietas: nec fideles æqualiter in omni opere bono fructificent. Impiissimum est quod idem hic dicit, Quare qui ministros Christi non cibauerit, non damnabitur, non propter opera, sed quia non credit, & hoc operibus est testatus.

Sed quid moueat hominem istum ad hanc absurditatem contra scripturas videamus. Nam si iudicaret, inquit, de humano genere in nouissimo die, iuxta sententiam decalogi, tunc nullus hominum seruaretur. Omnes enim peccauerunt & violauerunt decalogum. Quis igitur posset salutem consequi, si sententia extremi iudicij iuxta decalogum ferretur.

In multis, inquit, Apostolus Iacobus, offendimus omnes, sed iusti non relinquunt scopum decalogi violando charitatem, quæ est scopus & finis legis & præcepti. Et si aliquando contra decalogum peccant, per sacramentum penitentiae & orationem dominicam remittitur & expiatur. Quorum remisistis, inquit, Dominus Saluator, peccata remittuntur eis. Quod autem remissum est, apud Deum habetur quasi factum non esset. Omnia namque mandata facta de purantur, quando quicquid non sit ignoscitur. Animus verè Christianus prius omnia dogmata, quæ necessariò ex hoc tam peruerso dogmate sequuntur, vel ex quibus ipsum sequitur, abominari & negare deberet, quàm in tantam venire absurditatem, quod Deus non iudicabit orbem, vnicuique secundum merita sua reddendo.

Vndecimi Articuli Finis.

Articulus Duodecimus.

Confirmatio & extrema vntio sacramenta sunt à Christo instituta, sed non vt duo precedentia ad salutem necessaria: ex contemptu tamen illa omittere, mortale peccatum est.



X scripturis manifestum est baptizatis datum esse ab Apostolis sub visibili signo spiritum sanctum, eiusque virtutem & robur: quem admodum ipsi in die Penthecostes sub linguis igneis eum prius ex promissione Christi acceperant. Quæ quidem virtus omnibus fidelibus toto suæ peregrinationis tempore est necessaria. Nunquam igitur Ecclesiæ decrit. Promisit enim Christus suis, Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Item, Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritu veritatis quem mundus non potest carere. Ipse enim dixit, Non te deseram neque derelinquā. Vsq; ad seculi igitur consummationem baptizatis sub signo visibili conferetur spiritus sanctus, eiusq; virtus & robur. Narrat enim B. Lucas in fine sui euāgelij, dominum dixisse, Ego mittam promissum patris mei in vos: Vos autem sedete in ciuitate quoad vsq; induamini virtute ex alto. Quam promissionem in Act. repetit, Accipietis, inquit, virtutem spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & vsq; ad vltimum terræ. Hanc impleuit in die sancto Penthecostes, in linguis igneis virtutem istam largiendo. Eandem autem hanc promissionem Apostoli pro omnibus fidelibus factam esse, testatur Apostolus Petrus, dum ait, Baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Domini Iesu Christi in remissione peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim facta est repromissio & filiis vestris: Repromissio, inquam, cuius statim meminit, dum ait, Promissione spiritus sancti accepta à patre, effudit hoc donum quod vos videtis. Docet itaque hic B. Petrus, quod promissio spiritus, quo virtute ex alto induerentur, omnibus qui baptizarentur esset communis. Et cum audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem, qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Item B. Paulus cum Ephesi inuenisset quosdam discipulos in Ioannis tantum nomine baptizatos, dixit, Ioanes baptizauit baptismum penitentiae populū dicens, vt in eum qui venturus esset post ipsum crederent, hoc est, in Iesum. Quibus auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu: & cū imposuisset eis Paulus manus, venit in eos spiritus sanctus, & loquebatur linguis, & prophetauit. Apostolis igitur facta est hæc promissio spiritus & virtutis superuenientis: non pro ipsis tantum, sed pro vniuersis fidelibus baptizatis, ad seculi vsque consummationem. Ecclesiæ enim sponsæ suæ perpetuam curam atq; sollicitudinem Christus gerit, non tantum pro eius primordiis & Apostolorum temporibus. Nam ædificat ipsam super firmam petram, vt portæ inferi aduersus eam præualere non possint. Spiritum igitur suū, eiusq; virtutem tanquam donum ad salutem omnino condeuens, vsq; ad aduentum suum ad iudicium impartietur, & sub signo sensibili, sicut ipsis Apostolis eorumq; temporibus, omnibus baptizatis semper largitus est. Ex his scripturis sequitur confirmationem esse sacramentum, in quo baptizatis spiritus sanctus datur ad robur & virtutem, qua induatur ex alto. Nihil hic scrupuli relinquitur, quàm quod nunc consistit in consignatione per sacrum chrismam, quod ab Apostolis conferebatur in sola manuum impositione. Sed de hoc sumus dicturi. Hic satis fuerit quod in ecclesia perpetuò esse debeat aliquod sacramentum, in quo conferatur spiritus sanctus ad roborandum & confirmandum baptizatos. Nam vt ex patrum sententiis docet venerabilis Hugo de Sancto victore, in baptismo gratia tribuitur ad remissionem peccatorum, in manuum impositione gratia datur ad confirmationem. Quid enim prodest si à lapsu erigeris, nisi ad standum confirmaris? Huic ex scripturis probationi & declarationi consentiunt à temporibus Beati Petri Apostoli, eius in sede successores Episcopi vetustissimi in epistolis decretalibus, quas ad diuersas Ecclesias & episcopos scripserunt, qui & aperte testantur, se ab eodē Apostolo Petro accepisse ea quæ scribunt. Nec tacent faciendam esse chrismate consignationem in fronte. Consentiunt & doctores ecclesiastici, Dionysius Areopagita, Cyprian. Hieron. Augustinus, & scripturas superius citatas, & præcipue eam quæ dicit Petrum & Ioannem

Matth. 23.

Ioan. 14.

Hebr. 13.

Cap. 14.

Cap. 1.

Actuum 2.

Actuum 19.

Lucæ 11.

Act. 1.

Promissio spi-

ritus & vir-

tutis superue-

nientis facta

est Apostolis


pro vniuersis

fidelibus.

Lib. 2. de sa-

cramentis par-

te 7. cap. 7.



Art. 12. **158** **DE CONFIRMATIONE.**

Assum 8. missos in Samariam de Confirmationis sacramento interpretantur. Et propter quorundam Græcorum errorem diligenter discussa & disputata est hac sententia, & tandem definitione ecclesie catholice in generali Concilio Florentino confirmata, ubi coacti sunt viri doctissimi, Episcopi & doctores Græci, scripturarum testimoniis suam relinquere opinionem, & agnoscere Confirmationem verum esse sacramentum ecclesie. Verè impius & sacrilegus est, qui post ecclesie & tor sacerdotum sententiam suam opinioni aliquid tractandum relinquit, maximè quando vetustissimorum in sede B. Petro successorum, & veterum doctorum sequuti sunt sententiam. Quid enim stabile & constans in nostra erit religione, si semel iudicata & rectè disposita, reuolui, & publicè disputari permittantur, vt diximus circa Artic. 1. Maior est etià charitas Christi, in ecclesia sua sponfam, quã lauit in sanguine suo, quàm vt eam à temporibus Apostolorum permitteret illi digmentis hominum, & sub inanibus & egenis elementis quasi Dei institutis & sacramentis spiritualibus, suam quærere salutem. Ostendemus autè ita se habere vt diximus. Nam Clemens papa & martyr Beato Paulo & postmodum Beato Petro in Euangelio collega & cooperarius, & tam fidelis, vt in epistola ad Philip. dicitur nomen eius scriptum esse in caelis, dicit in epistola quadam Decretali se ab Apostolo Petro accepisse, & ceteros sanctos Apostolos, præcipiente Domino docuisse, quod omnibus festinandum est sine mora renasci Deo, & demum consignari ab Episcopo, id est inquit, septiformem gratiam sancti spiritus percipere, quia incertus est vniuscuiusque exitus vite, alioqui perfectus esse Christianus nequaquam poterit. Et sanctus Fabianus etiam Papa & martyr scribit sancti christi inunctione perfici & consummari baptismum. Ait enim, cura est vestra sollicitudini adhibenda, vt ea quæ sunt ab Apostolis eorumque, successoribus ordinata, & instigante sancto spiritu instituta, nec dissimulatio negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare. In illa enim die cœnæ dominicæ Dominus Iesus postquã cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes (sicut à sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque; reliquerunt) christina consicere docuit. Ipsa enim lauitio pedum nostrum significat baptismum, quando sancti christi inunctione perficitur atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei solemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti christi inunctione per singulos annos est peragenda, & verus in sanctis ecclesijs cremandum. Ista à sanctis Apostolis & successoribus eorum accepimus, vobisque; tenenda mandamus. Hæc sancta Romana ecclesia & Antiochena, à tempore Apostolorum custodit: Hæc Hierosolymorum & Ephesiarum tenet, in quibus Apostoli prædices hanc docuerunt.

Item Melciades papa clarissimè explicat ministrum, materiam, & effectum huius sacramenti, ante annos mille & trecentos. De his, inquit, super quibus rogastis vos informari, id est, vtrum maius esset sacramentum, manus impositio Episcoporum, an baptismus: scitote vtrumque; magnum esse sacramentum, & sicut vnum à maioribus sit, id est, à summis Pontificibus, quod à minoribus perfici non potest, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt ab inuicè nisi morte præueniente, nullatenus possint segregari, & vnum sine altero ritè perfici non potest. Nam vnum (præueniente morte) saluare sine altero potest, aliud autè non potest. Vnde scriptum est, In diebus illis, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Aduertamus summas diuitias bonitatis Dei. Quod in confirmandis neophytis manus impositio tribuit singulis, hoc tunc spiritus sancti descensio in credentium populos donauit vniuersis. Sed quia diximus, quod manus impositio & confirmatio, ad baptismi perfectionem pertineat, & qui iam regeneratus in Christo est, confirmare aliquid possit, forte cogitat sibi aliquis, Quid mihi prodest post mysterium baptismi mysterium confirmationis? Aut quantum video, non totum de fonte suscepimus, si post fontè adiectione noui generis indigemus. Non ita dilectissimi, Attendat charitas vestra: sicut exigit militaris ordo, vt cū Imperator quemcunque in militiū receperit numerum, non solum signet receptum, sed etiam armis competentibus instruat pugnaturum: Ita in baptizato, benedictio illa munitio est. Dediti militem, da ei adiumentum militiæ. Nunquid prodest si quisquam parentum, magnam pupillo conferat facultatem, nisi providere studeat & tutor? Itaque; Paracletus regeneratis in Christo custos, & consolator, & tutor est. Ideo dicit sermo diuinus, Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Ergo spiritus sanctus qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsus: in fonte plenitudinè tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris inter inuisibiles hostes & pericula gradiendū est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum, confirmamur ad pugnam. In baptismo ablui mur, post bap-

Ex editto Martiani Imperatoris.

Cap. vlt.

Ad Iulianum Episcopus, quæ est 3. Tempore Clemeus baptizati ab episcopo consignantur.

Perfectus Christianus non est sine confirmatione.

Episcopi ad omnes Orientales episcopos.

Episcopi ad clericos & omnes Hispanie episcopos.

Psalms. 129.

ptissimum roboramur. At si cõtinuò transiturus sufficiat regenerationis beneficia, videtur ramen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluatur mox in pace beari seculi recipiendos. Confirmatio autè armat & instruit ad agones mundi huius & prælia referuandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortè, confirmatur morte, quia nõ potest peccare post mortè. Et Melciadis præcessor Eusebii martyris. Manus impositionis sacramentum, inquit, magna veneratione tenendū est, quod ab alijs perfici nõ potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore Apost. ab alijs quàm ab ipsis Apostolis legitur aut scitur perfectum esse: neque ab alijs, sicut iam dictum est, quàm ab illis qui eorum locum tenent, vnquam perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter ecclesiastica vnquam reputabitur sacramenta. Urbanus quoque; papa his multò vetustior, Omnes, inquit, fideles per manus impositionem Episcoporum, spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt plenè Christiani inueniantur, quia cum spiritus sanctus in funditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilaturatur. Hac autè de causa B. Clemens dicit esse nõ posse perfectum Christianum sine confirmatione, perfectione scilicet roboris et virtutis: Sicut puer homo perfectus non est, nisi postquam adoleuerit, & ætas, quantitas ac vigor, accesserint. Et Melciades papa confirmationis sacramentum baptismi conferens maiori veneratione tenendū & venerandum dicit. In baptismum enim nascimur paruuli & modo geniti infantes, sed per confirmationem grandescimus & roboramur: quæadmodum in vita corporali præter generatione qua vitam consequimur, requiritur augmentatio qua crescimus, & ad perfectionem naturæ & virtutis perducimur. Et ideo cõfirmatio dicitur maius sacramentum, nimirum propter maiore effectus perfectione. Pertinet enim, iuxta Melciadè, manus impositio ad baptismi perfectione: Et verè magna dignitatis & fructus est argumentum, quod caput Apostolorum Petrus & Ioannes misi fuerit ab Apostolis in Samariam, ad confirmandum baptizatos à Philippo. Est præterea eiusdem huius rei euidentissimū argumentum quod cessantibus linguis igneis, in quibus prius collatum est, nõ tamen cessauit hoc ipsum sacramentum. Cuius meminerit suis repositibus potestates supra citati, qui etià mentione faciunt vsus huius sacramenti, & post eos scriptores ecclesiastici. Adducit Gratianus pro hoc sacramento definitiones Conciliorum, & sententiã Rabani, vnde idem manifestè constat.

Hos patres & vsus ecclesie catholice secutus B. Aug. lib. 3. cõtra epist. Petilian, dicit quod sacramentum christi in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est, sicut baptismus. Item lib. 15. de trinit. Orabant, inquit, Apostoli, vt spiritus sanctus veniret in eos quibus manus imponebant, nõ ipsi eum dabant. Quem morem in suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia. Et paulò post, Vixit eum, Christus scilicet Deus, spiritu sancto, non vtrique oleo visibili, sed dono gratiæ, quod visibili significatur vnguento, quo baptizatos vngit ecclesia. Rursum lib. 3. cõtra Donatistas ostendit, quod nunc non debeant sequi miracula ad manus impositionem episcoporum, sicut olim. Neque enim, inquit, repositibus & sensibilibus miraculis attestantibus, per manus impositione nunc datur spiritus sanctus, sicut antea dabatur ad cõmendationem rudis fidei & ecclesie primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat, vt hi quibus manus ad accipiendum spiritum sanctum imponitur, repente incipiant linguis loqui? Sed inuisibiliter & latentè intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus diuina charitas inspirari vt possint dicere, Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Multa autem operationes sunt spiritus, scilicet quas profequitur. Et B. Hieronymus aduersus Luciferian. scribit fuisse consuetudinem, quod episcopus ad eos qui longe in minoribus vrbibus per presbyteros & diaconos baptizati fuerant, ad inuocationem spiritus sancti manum impositurus excurreret. Quod si hoc loco quæris, inquit, quare in ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi non accipit spiritum sanctum, quem tamen in vero baptismum nos tribui asserimus? Dices, inquit, hanc obseruationem ex ea autoritate descendere, quod post assensum Domini, spiritus sanctus ad Apostolos descendit. Et multis in locis idem factum reperimus. Refere quoque; Eusebius ex epistola Cornelii pape & martyris, quod spiritum sanctum nunquam potuit Nouatus promereri, quia signaculo christi confusum manus non fuit. Item B. Bernardus id vita Malachie vsus saluberrimum confessionis, sacramentum confirmationis, contractum coniugiorum (quæ omnia aut ignorabant, aut negligebant) Malachias apud populum de nouo instituit, & renouauit. Et Inno. c. 3. cap. vnico, de sacra inunctione, parag. Per frontis. Dicit quod per confirmationem datur spiritus sanctus ad robur & augmentum. Et, clarissima est definitio Cõcilii Tridentini, vbi determinatum est quod verum est sacramentum nouæ legis: Vbi etiam quæ eius forma, quæ

In fine epistole ad Episcopos Thustie & Capantia.

In fine Epist. ad omnes episcopos.

De conse. dist. 5.

Cap. 10. 4.

Cap. 26.

Baptizatos vngit ecclesia vnguento visibili.

Cap. 16.

Lib. 6. c. 23.

quæ materia, & quis eius sit effectus declarantur, quod videlicet per ipsum augemur in gratia, & roboramur in fide. Et quod loco manus impositionis (de qua in Actis nunc in ecclesia confertur confirmatio in chrismate) quodq; vnum est ex tribus sacramentis, characterem, id est, spirituale quoddam signum à cæteris distinctum imprimens in anima indelebile, quapropter iterari non potest.

In decretis de consec. dist. 3 ca. Dist. est. Et cap. De homine. Caietanus in 3. parte, quaest. 72. cap. 5. Loco ubi supra artic. 1. 5. et 6.

Hoc ipsum, quod scilicet iterari non potest, definitum fuit in Concilio Terraconensi, & à Gregorio 2. ubi eadem poena infligitur iterantibus confirmationem, qua iterantibus baptismum. An verò sicut episcopatus perfectio est sacerdotii, & confirmatio baptismatis, & sicut vires animæ in baptismo acceptæ in confirmatione perficiuntur, ita an idem character, qui est baptismi confirmatio factus, sit etiam confirmationis, sicut character sacerdotalis idem in episcopatu perficitur, disputatur apud doctores scholasticos. De charactero verò & initerabilitate sacramenti confirmationis, & quod sit nouæ legis sacramentum plene agit Beatus Thomas.

Ioan. 16.

1. Ioan. 7.

Quest. 72. ar. 1. in solutio. 1. argum.

Epist. 118. ad Romanos, circa finem.

Et habet Thomarum artic. 2. ad 1.

1. Timoth. 4. 6. 2. Timoth. 2. Marc. 16. Actuum 13.

Cap. 1.

Sacramentum hoc à Christo esse institutum, saltem in genere, hoc est, quod sub signo sensibili baptizatis robur & virtus conferatur aduersus suæ professionis hostes, ex scripturis citatis est manifestum. Testantur enim Apostoli baptizatis manus imposuisse cum certa pollicitatione & spiritus sancti expectatione eos roborantes & confirmantes. Quod non tentassent, nisi Christi Domini nouissent voluntatem, & promissionem de ea re habuissent: ex quibus constat sacramenti huius institutio. Iusserat enim ut expectarent promissionem, quam per os eius audierant. Nam apud Ioannem, Si non abiero, inquit, paracletus non veniet ad vos: Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et Ioannes Apostolus, Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Atque hanc promissionem omnibus baptizatis fuisse communem ad seculi vsq; consummationem ex scripturis supra docuimus. Thomas dicit Christum hoc sacramentum instituisse promittendo, non exhibendo.

Determinationem autem materiae & formæ, hoc est, certi signi sensibilis, sub quo spiritus sanctus daretur, Christus Apostolis suæ ecclesiae prepositis reliquit, sicut docet B. Augustinus de modo sumendi sacram. Eucharistiam. Qui Apostoli primò, vel suo spiritu Apostolico, vel Christi suggestione (Nam de speciali mandato aut institutione nihil habent scripturæ) utebantur manu impositione, tanquam huius sacramenti materia. Nam de verbis etiam nihil meminerunt. Linguae autem igneæ, sub quibus dabatur spiritus sanctus, formæ sacramenti significationem supplebant. Significabant enim quòd magno fectore & libertate testimonium Christo perhiberent: Et ideo opus non erat eo tempore alia, expressioreq; significatione. Quando autem lingua, ut cætera miracula cessabant, oportebat ob consuetudinem, incertam & indistinctam manus impositionis significationem, propriam & determinatam signum institui atque assumi. Ad varios namque effectus Apostoli manus imponebant. Nam ut in hoc sacramento, ita olim in sacerdotio, diaconatu & miraculorum operatione manus imponebant. Christus etiam benedicens paruulis manus eis imposuit. Et post manus impositionem dimissi sunt Paulus & Barnabas ad prædicandum. Et visum est Apostolis convenientissimum fore quod hoc signum institueretur in chrismate ab episcopo consecrato, vna cum certa verborum forma, quibus hactenus utitur & utetur semper ecclesia catholica. Nec mirandum est quod huius mutationis nihil meminerint scripturæ, quum nec habeant, quòd Christi mandato vel speciali ordinatione Apostoli manus imposuerint baptizatis: sed diximus hoc eos fecisse spiritu sancti suggestione duntaxat, & ex promissis Christi ac Ioelis vaticinio: Itè Christi exemplo qui paruulis manus imposuit, primò manus imponere constituerit, & linguis cessantibus iidem ipsi Apostoli, quemadmodum testantur vetustissimi pontifices Romani, eodem spiritu suggerente statuerunt, & assumpserunt aliud signum perpetuo permanens, adeo ut irritum futurum sit sacramentum, si aliter vel sola manu impositione administraretur. Nec solum in hoc sacramento materiam & formam determinandi potestate vsi sunt Apostoli, verum etiam in sacerdotio, diaconatu, & baptismo. Sola namque manus impositione sacramentum ordinis olim conferebatur, nunc autem alia materia & verba sunt præscripta, ex quibus consistit, ut vnumquodq; sacramentum haberet propriam materiam & propriam formam: Apud nos quòq; adhuc libertas est, si lex Christi sola spectetur, ut conferatur baptismus verbis vel indicatiuis, vel deprecatiuis, vna vel tria immersione: Et olim in nomine Christi conferebatur. In sacramentis enim potissimum spectatur significatio, quæ quantò est manifestior, tantò cõuenientius est signum sacramentale, & ubi eadem est significatio & effectus, idem est & sacramentum: quauis res signi-

significantes sint aliæ. Atque ita idem est sacramentum quod modò chrismatis vñctione confertur, & quod olim manus impositione administrabatur. Similiter idem sacerdoti, idemq; diaconatus. Vbi enim non est determinata materia, & forma à Christo instituta, ibi ipse Ecclesiae prepositis reliquit statuendum & ordinandum id quod pro maiori ecclesiae utilitate, pro temporu ratione viderent expedire. Sicut sacramentum matrimonii, quod in contractu consistit, variis & diuersis modis inuitur, eiusq; variatur materia & forma: similiter sacramenti poenitentiae, & eucharistiae, quoad panem azymum vel fermentatum, item quoad vnicam vel vtramq; speciem. Sed variatio materia vel formæ plerumq; in istis non impedit rationem sacramenti, sicuti in hoc confirmationis sacramento. Quadiu autem in linguis igneis super baptizatos venerit spiritus sanctus, & hoc donum linguarum durauerit, ex scripturis non constat, nec etiam ex probatis historiis: ex veteribus tamen scriptoribus certum est, quòd temporibus Apostolorum celebris atque solemnissimus fuerit vsus chrismatis, & quòd paulatim cessabant linguæ. Dicit quoque Thomas ex beato Dionysio, quòd Apostoli chrismate utebantur in exhibitione huius sacramenti, & verbis, quando signa visibilia non dabantur. Dicit enim, inquit, Dionysius, Est quædam perfectiua operatio, quam duces nostri, Apostoli scilicet, chrismatis hostiam nominant. Nec nouum aut mirum videri debet, quòd istud sacramentum chrismatis vñctione administrauerint, quando euangelium clarè testatur, quòd infirmos oleo vngere solebãt, & sanabantur. Item Iacobus Apostolus, quòd infirmis ministrabant sacramentum, orantes & vngentes eos oleo. Non enim omnes nascentis ecclesiae episcopi gratia habebant miraculorũ, propter quod per eorum manus non dabatur spiritus sanctus in linguis igneis, sed ad robur tantum, ut acciperent virtutem superuenientis spiritus sancti (de qua sola facta erat promissio) non donũ linguarum, hi quibus manus imponebant. Nam Titus & Timotheus qui populum suum roborabant & confirmabant ad fidei confessionem, non leguntur vlla facisse miracula, sed ita fideles sibi subiectos confirmabant, sicut & reliqui episcopi, vsu sacri chrismatis, quemadmodum hodie apud nos. Nam Fabianus papa ante annos mille & trecentos aperte dicit se suosque successores ab Apostolis accepisse, quòd chrisma ex iussu Christi consecrandum est quotannis, & quòd sancti chrismatis vñctione perficiatur & confirmetur baptismus. Item sanctus martyr Cyprianus docet, in die cœnæ domini sacrum chrisma esse consecrandum, & hanc vñctionem non esse institutam corporibus, sed sanctificandis animabus, diuinamque virtutem potentius in ea operari. Adest, inquit, veritas signo, & spiritus sacramento. Ex hoc humore constat descendere omnes gratiarũ diuisiones. Vbi ostendit quare reiectis omnibus quæ ad veteris legis caeremonias pertinebant, solum vñctionis mysterium non cõtemperit Christiana religio. Atque his virtuosior sanctus Dionysius Areopagita, Apostoli Pauli discipulus, scribit de chrismatis vñctione, mysterio & significatione: Dicit autem eius vsum esse in omni rei sacre consecratione, & quòd perficiens donum, & gratia baptismalis lauacri, vngenti huius sacratissima consummatione perficitur. Item quòd ei qui baptismate regeneratur aduentu sancti spiritus, consummans hæc vñctio largitur vngenti. Cum igitur proprius huius sacramenti effectus, sit & fuerit semper, donatio spiritus ad roborandum & confirmandum baptizatos: cuius etiam solius meminerunt promissiones Christi, & donum linguarum reperi illi conueniebat, donec fidei semina (inquit Augustinus) ad incrementum iaceretur, cessantibus miraculis, & hoc donũ quod in illorũ numero & genere erat, cessare oportuit, & cum eo linguas igneas, quæ huius doni proprium erant signum. Nam & in baptismo aliquando collata est & sanitas corporalis, ut habet Augustinus. Et eũ manu impositione signum esset valde ambiguum & incertum, necessarium erat ut impositio manu mutaretur, & aliud signum institueretur huic sacramenti effectui propriũ atq; accommodum, ex naturali materiae proprietate, verborumq; significatione: quale à Christo institutum est in sacramento baptismi. Simile factũ est in die resurrectionis, quando spiritus datus est Apostolis ad remittendum peccata, per insufflationem: de qua idem Augustinus: Semel, inquit, fieri oportuit sub statu isto corporali, ut de cætero traditio ista non sine dono spiritus sancti esse crederetur: sicut & in Salvatore forma data est visibiliter, ut post baptismum spiritus sanctus credentibus de cætero inuisibiliter dari non ambigeretur. Quæ omnia confirmantur clarissima definitione Concilii Florentini, ubi explicantur forma, materia, minister, & effectus huius sacramenti. Sic enim habet, post multã disputationem & diligentẽ veritatis examinationem, presentibus, & approbantibus Armenis & Græcis, qui maximo numero episcoporum, patriarcharum, & doctorum cum suo Imperatore eidem interfuerunt. Secundum, inquit, sacramentum est Confirmatio,

Quest. 72. ar. 2. in fine solutio. 1. argum. et 4. sentent. Cap. 4. Hæreticis.

Epist. ad Romanos Episc. Orientalis.

Serm. de vñctione chrismatis.

Cap. 2. et 4. Hier. eccle.

Lib. 22. de ciuitate Dei. ca. 8.

Quest. 94. quæst. veteris et noui testamenti.

Definitio Concilii Florentini.

Cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiae: & balsamo, qui odorem significat bonae famae, per episcopum benedictum. Forma autem est, Signo te signo crucis, & confirmo te chrisma salutis, in nomine patris & filii & spiritus sancti. Ordinarius minister est Episcopus. Et cum ceteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi episcopus debet conferre, quia de solis Apostolis legitur (quorum vicem tenebat episcopi) quod per manus impositionem spiritum sanctum dabant: quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat. Cum enim audissent inquit, Apostoli qui erant Hierosolymis, quia receperat Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos & accipiebant spiritum sanctum. Loco autem illius manus impositionis datur nunc in ecclesia Confirmatio. Legitur tamen aliquando per Apostolicae sedis dispensatione, ex rationabili & urgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrisma per episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis sacramentum. Effectus autem huius sacramenti est, quia in eo datur spiritus sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, vt videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen: ideoque in fronte, vbi verecundiae sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & praecipue crucem eius, qui Iudaeis est scandalum, gentibus autem stultitia, secundum Apostolum, propter quod signo crucis signatur. Eadem definita sunt in Concilio Tridentino, vbi aliter docentes, anathemate feriuntur. Est autem eius Canon, Si quis dixerit in tribus sacramentis, baptismis scilicet, confirmatione, & ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale & indefectibile, vnde ea iterari non possunt, Anathema sit.

Item, Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum ociofam caeremoniam esse, & non potius verum ac proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quandam, qua adolescentiae proximi, fidei suae rationem coram ecclesia exponebant, Anathema sit. Si quis dixerit iniurios esse spiritui sancto, eos qui in sacramento confirmationis chrisma virtutem aliquam tribuunt, Anathema sit. Si quis dixerit, Sanctae confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, Anathema sit.

Cum igitur ex scripturis, ex patribus vetustissimis, pontificibus, Christi in sede Petri in terris vicariis, doctoribus ecclesiasticis, ex observatione vniuersalis ecclesiae, a temporibus Apostolorum, & ex Conciliorum generalium definitionibus ostensum fuerit, Confirmationem, quae sit ab episcopis in sacro chrisma, esse nouae legis sacramentum, nulla restat de hoc articulo dubitandi causa. Et quid amplius desideretur ad huius sacramenti probationem? Haereticus igitur censendus est, & reuera talis est, quicumque aliter sentit.

Nascuntur autem ex superioribus multae difficultates & dubitationes. Primum ex eo, quod adhuc loquente Petro & adhortante, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, & obstupuerunt ex circumcissione fideles qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti diffusa est. Audiebant enim illos magnificantes Deum, quos Petrus postea iussit baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Confirmatio igitur & effusio spiritus sancti in istis baptismum praecessit, & similiter in Apostolis (qui non leguntur fuisse baptizati. Nam Iesus non baptizabat, sed discipuli eius) donatio spiritus & virtutis eius. Non potest igitur confirmatio esse perfectio baptismi, nec solis baptizatis hoc sacramentum est ministrandum. Et quidam catechumeni ante baptismum sunt fidem Christi publice confessi, & pro eius confessione sanguinem fuderunt. Non solis igitur confirmatis hoc robur spiritus donatur.

Secunda est difficultas, An in hoc sacramento spiritus sanctus detur ad roborandum contra persecutores fidei, & hostes eam visibiliter persequentes: an etiam contra vniuersas potestates nostrae salutis aduersantes, atque etiam aduersus mundi imperus & impugnationes. Nam beatus Clemens & Melciades papa docet septiformem spiritum eiusque septem dona, de quibus apud Esaiam, hac consignatione donari, & ad praelia huius mundi armari. Clemens quidem dicit omnibus festinandum esse renasci, & ab episcopo consignari, id est, septiformem gratiam sancti spiritus percipere. Et Melciades, Quia, inquit, victuris inter visibiles hostes & pericula gradiendum est post baptismum, confirmamur ad pugnam. Et, Confirmatio armat & instruit ad agones mundi huius & praelia referuandos. Non igitur sola haec virtus est ad fortiter pugnandum, mortem etiam ipsam sustinendam pro fidei & religionis confessione.

Tertia.

Tertia est de ministro sacramenti, An ex commissione summi pontificis simplex sacerdos confirmare possit.

Ad primam responderetur, quod confirmatio, vt diximus ex doctrina Melciadis, habet se ad baptismum sicut augmentum ad generationem. Quemadmodum autem nemo adolecere potest, & ad aetatem perfectam peruenire, nisi prius sit natus, ita nisi quis primus sit baptizatus, & proinde in Christo natus, Sacramentum Confirmationis accipere non potest. Quia tamen virtus diuina sacramentis non alligatur, conferri potest homini istud spirituale robur & gratiae augmentum, ad publicam & liberam fidem Christi confitendum, absque isto Confirmationis Sacramento: sicut quidam consecuti sunt remissionem peccatorum sine baptismis. Nullus tamen consequitur effectum Baptismi sine eius voto: & ita nec effectum Confirmationis sine eius voto, quod quis habere potest etiam ante susceptionem baptismi. Et audientes praedicationem Petri, acceperunt effectum Confirmationis miraculose: non ipsum sacramentum, sicut Apostoli in die Pentecostes, quod ante baptismum conferri non potest, quamuis aliquando eius effectum ante baptismum quidam consecuti sunt. Nam quemadmodum hic effectus, qui est robur spirituale, praesupponit necessarium effectum baptismi, qui est iustificatio, quamuis simul donari possit, ita sacramentum Confirmationis praesupponit sacramentum Baptismi. Apostolos vero fuisse baptizatos, docet B. Augustinus ex sententia Domini, Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet.

Ad secundam dicitur, quod proprius effectus Confirmationis est pugnare contra hostes visibiles, id est, contra persecutores fidei & religionis, nomen Christi confitendo: non contra hostes inuisibiles, vel carnis, aut mundi tentationes. Specificat enim scriptura donum ad quod Christus promittebat spiritum, esse virtutem & robur ex alto, ob quod iusti federe in ciuitate priusquam ei testes fierent Apostoli. Cuius rei consideratione Concilium Florentinum post Melciadem papam, dicit augmentum gratiae baptismalis & robur in fide, eiusque confessione dari in Confirmatione, atque eius effectum esse, vt homo Christianus audacter confiteatur Christi nomen, & ideo in fronte consignari, vbi verecundiae sedes est, ne Christi nomen confiteri erubescat, & praecipue crucem eius, qui Iudaeis est scandalum, & gentibus stultitia: propter quod signo crucis signatur. Christi enim fidem & religionem potissimum respicit huius sacramenti effectus. Atamen quia spiritus sanctus mentem inhabitans diffundit in cordibus charitatem, reliquasque virtutes & ea dona quae à charitate separari non possunt (qualia sunt quae Esaias super Christum quiescere dicit) ratione huius effectus ceteris sacramentis communis, hoc est gratiae gratum facientis, cuius augmentum fit in Confirmatione, vna cum eius intentione ad virtutem istam ac robur. Ideo patres septiformem spiritum & gratiarum plenitudinem, & pugnam contra hostes inuisibiles, tribuunt Confirmationi: ex eo moti, quod scripturae quaedam indistincte de spiritu loquantur. Orauerunt, inquit Lucas, pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Et manus eis imponebant, & accipiebant spiritum sanctum. Item, Cum imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos. Et in euangelis, Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Nam sicut in homine perfecte gratis est roboris & fortitudinis, totiusque naturae perfectio & plenitudo: ita patres intellexerunt plenitudinem virtutis meritis, esse Confirmationis effectum. Ideo dicit Melciades, quod spiritus sanctus in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, hoc est plene innocentem facit: in Confirmatione augmentum praestat ad gratiam. Ex quibus consequens est, per hoc sacramentum aliquando remitti peccata mortalia. Conferunt enim primam gratiam cum augmento, quando nullum est impedimentum. Et hoc ipsum omnibus sacramentis est commune ratione gratiae gratum facientis, quam conferunt, vbi nullum inueniunt obicem, vt clare docet Beatus Thomas. In Concilio Aurelianensi, inquit, dicitur, vt ieiuni ad Confirmationem veniant, & moneantur confessionem facere prius, vt mundi, donum spiritus sancti valeant accipere: & tunc per hoc sacramentum perficitur poenitentiae effectus, sicut & baptismi. Quia per gratiam collatam in hoc sacramento consequitur poenitentis plenior remissionem peccati. Et si aliquis aduersus in peccato exiit, cuius conscientiam non habet, vel si etiam non perfecte contritus accedat, per gratiam collatam in hoc sacramento consequitur remissionem peccatorum. Item de Eucharistia dicit idem Thomas, quod praecipua ab eo qui est in peccato mortali: cuius conscientia vel affectum non habet (forte enim primò non fuit sufficienter contritus) sed deuote & reuerenter accedens, consequitur per hoc sacramentum Eucharistiae gratiam charitatis, quae contritionem perficit & remissionem peccati. Vnde etiam sequitur, quod

o iiii electi

Cap. 2.

1. Corinib. 10.

Cano. 9. secl. 7. de sacramentis in genere.

De confirmat. cano. 1. 2. 3.

Athen. 10.

Ioh. 4.

Cap. 9.

Epist. ad Se-laucianum, quae est 108.

Luc. vii. 48.

Cap. 9.

Athen. 8.

Athen. 19. Ioh. 7.

De confirmat. part. 3. quae 72. art. 7.

Part. 3. quae 79. art. 3. 79. art. 4. 79. art. 10. art. 4.

Colof. de con-
f. dif. 5. c.
V. i. et vii. Et
Archidiacono
vult.

Ioan. 7.

1. Cor. 13.
Capit. 8.
Ephes. 7. vlt.

1. Pet. 5.

Par. 3. q. 65.
art. 2.
In 4. senten.
epi. 1. q. 3.

In locis supra
allegatis.
Dialo. aduer-
sus Lucifer.

Epist. 26. lib.
3. et apud Gra-
tiam. dif. 95.
ca. Peruenit.

electi qui accepto Confirmationis sacramento ad Dominum migrant, maiore consequuntur gloriam, quam solum baptizati. Respondet enim gratia, augmentum gloriae. Propter quod ipsum differri vsque ad septennium, vel ipsum annum discretionis, vt quidam suadent, non expedit, ne per mortem superuenientem huius gradus gloriae faciat iacturam. Verè Beati sunt oculi qui vident & experiuntur beneficia, quae Deus nunc in populum Christianum copiose effundit: Multi prophetae & reges voluerunt hæc videre & percipere, quibus tamen non contigerunt. Est autem præclarum Dei beneficium, quod per sacramentum Confirmationis, modò genitis infantibus robur addat, & in religione Christiana adultos faciat. Non enim in hoc munere virtutis cœlitus descendētis dabatur spiritus, quam diu non erat Christus glorificatus. Propter quod nō fuit in patribus veteris testamenti. Quæ autē sit hæc virtus, difficile est explicare. Nam sicut fidē, ita charitatē in cordibus suis diffusam per spiritum sanctum, patres legis habuerūt, & per charitatē reliquas virtutes. Est enim charitas patiens, omnia tolerat, omnia sustinet, est & fortis vt mors, dilectio: adfert etiam arma militiæ, & in fide resistere facit aduersario: item & dona sancti spiritus adducit. Quæ est igitur hæc virtus quam promittit Christus, dum dicit, Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto? Non fortitudo quæ virtus est, nec ea fortitudo quæ est ex septem donis sancti spiritus. Certè robur est animi quod responderet beatitudini, qua predicantur beati, qui maledicta & persecutionem patiuntur, non solum propter iustitiam, sed propter Christum & nomen eius. Et est gratia propria huic sacramento. Nam quodlibet sacramentum propriam habet gratiam distinctam à donis & virtutibus, vt docet beatus Thomas, & post eum Ioannes Capreolus. Hæc autem gratia sacramentalis, an in habitu consistat, an in auxilio aliquo diuino, extende virtutes & dona ad effectus sacramento proprios, variè loquitur Beatus Thomas. Hic autem non est locus ea latius tractandi. Tractat hæc Cardinalis Caietanus quæstione 62. articulo 2.

Ex scripturis certum est virtutem, qua adulti & robusti sumus in vita Christiana, & cessamus esse paruuli, proprium esse sacramento Confirmationis effectum, à gratia gratuita faciente inseparabilem, vnde etiam fuit, sed non vt à causa totali, sicut virtutes & dona, sed solum concurrente isto sacramento Confirmationis. Huius tamen virtutis operationem supplere potest ardens charitas, & fortitudo quæ est donum sancti spiritus. Atque ab hac virtute habet hoc sacramentum quod dicitur confirmatio. Quod verò nominetur in scripturis manuum impositio, & frequenter apud patres, Dionysium & Pontifices supra citatos, item & consignatio à cerimonia habet, qua in fronte manu episcopi signabantur confirmati. Nec perdidit nomen impositionis manuum, quod habuit à cerimonia, cuius meminerunt scripturæ, quando ea cessante sacro chrismate facta est in fronte consignatio. Vocat enim Be. Augustinus Sacramentum chrismatis: vocat etiam impositionem manuum.

Tertia est difficultas valde perplexa & controuersa. Nam Beatus Hieronimus docet ex sola Ecclesiæ ordinatione, solum episcopum hoc sacramentum administrare: & hac seculsa, posse dispensari per quemlibet sacerdotem. Ad honorem, inquit, potius sacerdotii, quam ad legis necessitatē pertinet, quod nisi per manus Episcopi baptizatus accipiat spiritum sanctum; alioquin si ad Episcopi tantum imprecationē spiritus sanctus defuit, lugendi sunt qui in vinculis, aut in castellis, aut in remotioribus locis per præbiteros & diaconos baptizati antè dormierunt, quam ab episcopis inuiserentur. Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pender, cui si non exors quadam & ab omnibus eminens detur potestas, tot in ecclesiis efficiuntur schismata, quot sacerdotes. Veteres autē Pontifices ex historia Actuum Apostolorum constanter & concorditer docēt, quod per solos episcopos sacramentum hoc ministratur, quodq; ab aliis dispensatum, irritum sit & inane. Quam sententiā sequuntur post multos doctores scholasticos, Sanctissimus domini nus Adrianus Sextus, in tractatu de sacramento Confirmationis. Et Reuerend. pater Alfonso de Castro plurimas adducit pro hac sententia epistolae decretales summorum Pontificum, Melciadis, Damasi, Innocentij Primi, Leonis, & Eusebij. Certè securius & tutius in hac obscura quæstione sequi definitiones sacrorum Conciliorum generalium Florentini & Tridentini, quibus magis consentaneus est, quod solum Episcopus huius sacramenti ordinarius minister, sed quod ex cōmissione Romani pontificis simplex sacerdos verè & efficaciter ministrare possit: vt patrum sententiis intelligamus de ministro ordinario, qui solus episcopus est, Nam B. Gregorius Ianuario episcopo scribit, Peruenit, inquit, ad nos, quosdam

quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros tãgere eos qui baptizati sunt prohibemus. Et nos quidem secundum veterem vsum nostræ ecclesiæ fecimus. Sed si omnino de hac re aliqui contristantur, vbi episcopi defunt, vt etiam presbyteri in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant concedimus. Item Concilium Florentinum: Ordinariis, inquit, minister est episcopus: Legitur tamen aliquando per Apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili & urgente causa, simplicem sacerdotem hoc administrasse sacramentum. Rursum Tridentinum Concilium, Si quis dixerit, inquit, sanctæ Confirmationis ordinariū ministrum, non esse solum episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, Anathema sit. Ideo perniciofa est opinio Cardinalis Caietani, quod sacramentum Confirmationis per simplicem sacerdotem ministratum, ratum sit & validum. Nam Innocentius Tertius in cap. Quæsitum. de consuetud. definit nulla consuetudine præscribi posse, quod ratum sit & validum sacramentum Confirmationis à simplici sacerdote ministratum.

Quod infirmorum vnctio est nouæ legis sacramentum, manifestè testatur vltimum caput epistolæ beati Iacobi, qui ait, infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei. Quæ verba non institutionem nouam sacramenti à sancto Iacobo factam sonant, sed exhortationem ad suscipiendum & vtendum: eod quod prius institutum erat, & quo populus Christianus ex more iam utebatur. Tradunt autem materiam, formam, promissionem, effectum, & ministrum huius sacramenti. Materiam, cum dicunt, Vngentes eum oleo. Formam, Oratio fidei. Et, Orantes super eum, Ex quibus duobus constat signum sensibile sacramenti. Promissionem & effectum, dum addunt, Saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei. Nam quia absolute & simpliciter hos effectus B. Iacobus sequituros pronunciat, verba sunt promissoria, si videlicet presbyteri orent & vngant, ex pacto Christi hæc sequuntur. Et quæuis verba deprecatia, ex quibus hoc sacramentum constat, nō significant ex propria significatione fieri effectum salutare, quia nec verum, nec falsum significat. Ex Christi tamen institutione & promissione, efficax est deprecatio, & verba ex cōsequenti significat hos effectus fieri in infirmo. Similis est sermo in Leuitico, Oblato sacrificio oret, inquit, sacerdos pro eo, & dimittetur peccatum. Et in forma baptismi qua Græci vtuntur. Porro quia simpliciter dicit, Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: hæc saluatio & alleuatio nō minus spiritum respiciunt, imò verius quam corpus. Ministros insinuat Apostolus dum dicit, Inducat presbyteros Ecclesiæ. Manifestum igitur est, quod vnctio infirmorum est sacramentum nouæ legis. Et dicitur extrema vnctio, eod quod extreme laborantibus, hoc est, de quibus merus est, quod ex infirmitate morientur, ministratur. Id quod conforme est prædictæ sententiæ B. Iacobi. Nam de morbis leuibus non solent homines esse solliciti ad vocandum medicos vel curatores. Et dum additur, Saluabit infirmum, significatur metus & periculum mortis, & proinde periculosa ægritudo. Dicitur tamen in genere, Infirmatur quis in vobis, vt intelligatur de quocunq; infirmitatis genere, si videlicet talis est eius status, vt mortis adducat periculum, inducat, &c. Atque hanc limitationem insinuant quæ sequuntur.

Hunc sensum verborum Iacobi, quod scilicet sacramentum tradunt à Christo institutum, tanquam certum & manifestum huius loci, sequutus est Innocentius primus ante annos mille. Consultus enim scribit ad Decentium Ephesium Episcopum. Non est dubium, inquit, sententiā hanc Iacobi de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere. Et postea penitentibus, supple solemner, istud chrisma fundi non potest, quia genus est sacramenti. Et quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo vnū hoc putatur posse concedi? Item B. Chryso. lib. 3. de dignitate sacerdotali. Sacerdotes, inquit, nō solum quando nos regenerant, sed etiam deinceps potestatem habent indulgendi peccata. Infirmatur, inquit, Apostolus, aliquis ex vobis, adducat presbyteros ecclesiæ, &c. Et si in peccatis est, dimittentur ei. Et B. Augustinus libro secundo de visitatione infirmorum, Nec prætermittendum est, inquit, illud B. Iacobi præceptum, Infirmatur quis in vobis, &c. Sic ergo roges de re & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus, imò per Apostolum suum Dominus. Similiter hanc sententiā intelligit Innocentius tertius cap. Vnico. de sacra vnctione. Et Beatus Bernardus in vita sancti Malachias. Ait enim, Venit sanctus Malachias vesperi infirmum vncturus oleo, & cum pararet vngere, visum est omnibus differendum potius vsque mane: Acque uicit Malachias, & data benedictione super ægram exiit

In comment.
Art. 6.

Cap. 4. et 5.

Cap. 9.

Cap. 4.

exiit cum his qui secum erant. Post modicum mortua est mulier, & mortis tumultu audito accurret ad lectum, & inueniens eam expirantem, sibi imputans quod fraudata gratia sacramenti obierat, eleuatis in celum manibus, Obsecro domine, inquit, inspicienter egi, Ego, ego peccaui, qui distuli: Non ista quae uoluit. Et coram omnibus cõtestatus est nullam se recepturam consolationem, nisi quam tulerat gratia, ei restitueret: Et tota nocte cum lachrymis orans exauditus est, & reuixit mulier. Malachias uero gratias Deo agens, uenit eam. Sciens, inquit, in hoc sacramento remitti peccata, & quod oratio fidei sanat infirmum. Idem hic sanctus episcopus moriturus, iubet se sacro oleo ungi, ungitur, & sumpto viatico mortuus est. Superuacaneum est prolixius hac prosequi, ut per ecclesiam catholicam aperta huius ueritatis facta est definitio. Dicitur enim in epistola Synodica Concilij Florentini. Quintum sacramentum est extrema unctio, quod nisi infirmo, de cuius morte timeatur, dari non debet: cuius effectus est mentis sanatio, & quantum expediat, etiam corporis. De hoc sacramento, inquit B. Iacobus, Infirmatur quis in uobis. Vbi etiam explicatur materia, forma, & minister eiusdem sacramenti, & quibus in membris unctio fieri debeat. Nec intelligi potest hac unctio de qua B. Iacobus, esse eandem cum ea cuius meminit Marcus in suo Euangelio, dum ait, Et ungebant oleo multos infirmos & sanabantur. Hac enim unctio pertinet ad gratiam curationis, quae sine miraculo non habet: Iacobus autem uult aduocari presbyteros ecclesiae, quales essent, etiam si hanc curandi gratiam non haberent. Erant enim plurimi presbyteri, & episcopi ecclesiae, qui eam curandi gratiam non habebant. Ait enim Apostolus. Nunquid omnes habent gratiam curationis? Non propterea destituenti erant fideles hac alleuiatione, salute & peccatorum remissione: Item nec beneficiis & auxiliis necessariis ad tollendam moram & impedimenta ingressus regni caelorum, quod desideret in ecclesia miraculorum & curationum gratia. Apud Marcum nulla fit mentio effectus spiritualis, nec remissionis peccatorum, sed sanitatis corporalis tantum. Daemonia, inquit, multa eiciebant, & ungebant oleo infirmos & sanabantur. Idem namque hic dicit, quod Matthaeus, Infirmos curate, mortuos suscite, &c. Quae omnia pertinebant ad miraculorum operationem, ut per eam doctrina eorum confirmaretur. Nec proprie promissionem habebant Apostoli quod sanarentur quoscumque ungeret, sed ipso temporis momento impellente & suggerente spiritu, ungebant oleo, & semper sanabantur. B. Iacobus autem quasi securus de speciali Christi promissione, dicit, Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, &c. Ex quibus etiam manifestum fit, quod Marcus non loquitur de unctioe hac sacramentali, cum nullius effectus spiritualis, ut diximus, sed tantum corporalis meminerit. Ungebant etiam Apostoli non baptizatos, qui huius nostri sacramenti non sunt capaces. (Iacobum enim elegit dominus, per quem solum fidelibus hoc sacramentum promulgaret) Et curando aliquando usi sunt oleo, sicut Christus luto usus est illuminando caecum a natiuitate, aliquando manuum impositione, non semper solo iussu & imperio. Huic tamen unctioe olei tanquam figura & assimilationi huius sacramenti, veteres quidam in suis commentarijs sententia B. Iacobi Apostoli accommodant, non quod sentiant esse eandem, sed quod magis spectent ipsum figuratum in illa unctioe, quam id quod fiebat. Et sic interpretando, testes sunt usus ecclesiae sui temporis. Nam quod sacramentum hoc Apostoli ministrauerint, nondum sacerdotes, & his qui forte nondum acceperant doctrinam euangelicam, aut baptismum qui sacramenti & effectus eius capaces non sunt, non est uerisimile. Oportuisset enim Christum dispensasse, quod dispensabile non est, ut uidelicet sacramentum ministraretur ei qui fructus eius capax non est. Propter quod in Concilio Tridentino dicitur apud Marcum hoc sacramentum insinuat, & per Iacobum Apostolum fidelibus commendatum ac promulgatum. Et Iacobus, plures presbyteros aduocari uolebat, quod quisque infirmus suum proprium presbiterum aduocaret. Vel spectabat morem Ecclesiae, qui hoc habebat, & iusta ratione. Nam cum hoc sacramentum perfectae curationis animae effectum habeat, copia & abundantia gratiae requiritur, ad quam facilius impetranda plures conuenit esse peccatores presbiteros, imò in eis rotius Ecclesiae oratione, non quidem ob effectum sacramenti, qui ex opere operato sequitur, sed ut preparatus sit & dispositus infirmus ad suscipiendum totum sacramenti effectum, hoc est, plenam curationem & oblationem omnium, quae remorari spiritum possint ab ingressu gloriae & beatitudinis aeternae. Nam definitum est a sede apostolica uicium presbyteri sufficere in cap. Quaesitum de uerborum significatione, praesente uero clerico. Quod igitur ad sint plures, est pro solemnitate sacramenti, & uberiori fructu consequendo, non pro sacramenti necessitate. Quando autem plures aderant, tunc unus ungebatur ministerio, alii affectu, fauore, & approbatione: possunt tamen & simul ungere,

yusus

Cap. 6.

1. Cor. 12.

O Ecumenius
Beda.

unus partem unam, alius aliam. Et eadem ratione dicitur, Et oratio fidei saluabit infirmum, hoc est, oratio ex certa expectatione & fiducia rei desiderata procedens: Non quod ex ea (nisi tamen intelligatur forma) sit sacramenti efficacia: Hanc enim ex sola Christi habet promissione, sed quod impetret ex deuotione ungentium preparatione, ut infirmus plenè effectum consequatur, & statim ac sine mora hinc migret ad gloriam aeternam. Eadem ex causa dicitur, Oratio fidei, quae fidem requirit, pro uberiori fructu: sed non ut necessarium pro fructu sacramenti. Nam ut non pendet efficacia sacramentorum à sanctorum ministerio, adeo ut tam à malis quam à bonis eodem fructu conferatur: Ita nec à fide ministerii & eius gratia pendet fructus huius sacramenti. In infirmo tamen requiritur fiducia suscipiendi fructus, ut hac sancta unctio sit ei salutaris. Rectè autem dicitur sub conditione, Si in peccatis est, remittetur ei. Nam & si in multis offendimus omnes, de hoc tamen infirmo ad mortem se preparante, & sacramento poenitentiae, & sacra Eucharistia munito (Hac enim praecedunt sacramenta infirmorum unctio) merito dicitur sub conditione, Si in peccatis est: quae iam praecedentia remedia, & animi dolorem credi possunt omnia esse remissa. Nec tamen proprie ad peccatorum remissionem institutum est hoc sacramentum, sed ad plenam sanitatem animae & corporis, si quidem huius sanitas animae expediat. Et ideo fortassis forma extremæ unctiois utitur uerbo, Ignoscat, & sic remittat quasi factum non esset, quicquid fortassis deliquit per visum, & carere. Quia igitur ministratur hac unctio post cordis contritionem, confessionem, & sumptum viaticum, per quae peccata tolluntur, sub conditione dicitur, Si in peccatis sit &c. qualicumque fuerint etiam mortalia, modo non sit obex remissionis: quaquam non remittantur mortalia peccata, nisi secundario & per consequentiam, sicut per Eucharistiam & Confirmationem.

Ex hoc enim quod adhibetur per modum medicationis, significatur spiritualiter uiuere qui inungitur, cui propterea non remittuntur nisi uenialia regulariter: ut per materiam intelligatur fieri generalis significationis formae restrictio. Illa enim indistinctè habet, quicquid deliquit per visum, & carere. Est enim huius sacramenti ex Christi promissione primarius effectus, mentis sanatio, non à peccatis mortalibus, aut à morte resuscitatio. Nam per Christi gratiam & poenitentiam ab his liberatum esse oportet eum qui inungitur. Dicitur enim ei post baptismum in poenitentia. Ecce sanus factus es, ut dicit B. Augustinus de fide & operibus: & aliis in locis. Sed à uenialibus si quae adhuc insunt, & omnium peccatorum etiam mortalium reliquijs, per istud sacramentum liberatur. Est enim sacramentum ultimum & consummatum totius curationis spiritualis, quo ad participandam gloriam sine aliqua mora praeparatur, quia autem inter reliquias peccati sunt pronitas ad malum, ad bonum difficultas, reatus poenae ferendae in altero seculo, corporis infirmitas & morbi ipsi, contra haec uniuersa ordinatur hac sacra unctio, ne salutem remorentur. Quare nostrae infirmitati plurimum conueniebat institui sacramentum aliquod exeuntium & hinc migratum. Nam cum per negligenciam, occupationes, aut temporis breuitatem hac non satis emendemus, nec perfecte curemus, saluberrime prouisum est per patrem misericordiarum, qui in filiorum flagellis non delectatur, ut per hoc sacramentum praedicta curatio compleatur, & à temporalis poenae reatu penitus liberemur, ita denique purgemur, ut nihil in anima remaneat quod in exitu suo eam ab ingressu gloriae remoretur. Et quia secundarius huius sacramenti effectus est sanitas corporis, haec non obtinetur, nisi secundum quod expediat effectui primario, quae est salus animae, ut docet Beatus Thomas.

Quia autem extremæ unctiois sacramentum ordinatur contra infirmitatem corporis in quantum consequitur ex peccato, manifestum est quod contra omnes alias peccati sequelas ordinetur. Hac insinuat beatus Iacobus quando dicit, Oratio fidei saluabit infirmum: perfecte scilicet, cum antea sanus fuerit à peccatis: & alleuiabit eum Dominus, ut mens sursum feratur, & se erigat (morbo etiam quantumcunque grauate & opprimente) contra aggrauans pondus peccati. Magnum reuera beneficium Dei est, quod nobis in alterum seculum migraturis prouidit de sacramento & adiutorio, quo purgari possumus ab omni macula & reatu, qui ab ingressu regni caelestis & patris conspectu remorari possit, & iam confessis, absolutis, & viatico Eucharistiae munitis, adhuc de extrema prouidit unctioe, ut ablatis omnibus impedimentis hilariter hinc ad patrem accedamus. Quae igitur clara hic habemus scripturam ueterum patrum & Doctorum consensus, insuper apertam generalis Concilij definitionem, certa fide suscipiendum & tenendum est, extremam unctioem infirmorum esse sacramentum nouae legis gratiam conferens, si nullum

Lib. 6. ca. 26.

Ex Be. Thomae
lib. contra gentiles
cap. 73.Lib. 4. contra
gentiles c. 73.

nullum intueniat obicem: hæreticos autē esse qui eam pro sacramento recipere nolunt. **I**sta autem sacramenta Confirmationis scilicet & Extreme vnctionis non sunt (vt habet articulus) ad salutem necessaria, vt duo præcedentia. Hæc enim ordinantur ad effectus, sine quibus omnino non potest salus contingere. Ait enim Dominus Saluator, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnū Dei. &: Nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Illorum autem effectus non sunt simpliciter ad salutem necessarij, Nā de Cōfirmatione dicit Melciades papa, quod regeneratio per se saluat, & continuo transituris sufficiunt regenerationis beneficia: victuris autē ad pugnandum necessaria forrē est Confirmatio: Vnctio autē infirmorū ad celere paradisi ingressum. Non sunt igitur vt duo præcedentia ad salutem necessaria. Sed an Christiano homini sit absolute necessaria Confirmatio ad pugnandum, & ex consuetudine ad regnum colorum assequendum, non satis est manifestum. Nam patrum sententia, quas ex Clemente, Melciade, Urbano pontificibus superius citauimus, Itē Concilium Aurelianense, insinuant esse necessariam, sicut militi ad prælium progressuro necessaria sunt arma. Melciades enim ait, quod post baptismum confirmamur ad pugnam, quia tota ætate inter inuisibiles hostes & pericula est gradiendum: & ideo quāuis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt Cōfirmationis auxilia. Item Concilium Aurelianense. Nunquā, inquit, erit Christianus, nisi Confirmatione episcopali fuerit confirmatus. Hanc autē sententiam sequi videtur. Venerabilis Hugo de S. Victore, Quid prodest, inquit, si à lapsu erigeris, nisi ad standū confirmaris? Propterea, ait, timendum est his, qui per negligentiam amittunt Episcopi præsentia, non suscipiētes manus impositionē ne forrē propterea danētur, quia festinare debuerant, dum poterant. Eandē etiā ob patrū dictorū auctoritates, sequitur Verner. pater Thom. Valden. Cōtraria tamē esse videtur sententia B. Hieron. aduersus Luciferianos, quod scilicet valde vitiosus est, multūq; fructū adferat baptizatus, sed nō est necessaria. Non enim, vt diximus, necessitas hic est ex parte effectus, quū in baptismo oēs virtutes cū gratia infundātur, secundū definitionē Concilij Viennensis in Clement. 1. f. Ad hoc. De summa Trin. & fid. cath. atq; ita in baptismo sufficēter armamur cōtra hostes vniuersos. Nā charitas patiens est, benigna est, omnia sustinet, omnia tolerat, & fortis vt mors est dilectio, omnesq; virtutes & dona spiritus sancti adducit. Nec est præceptū diuinū de suscipiēda Confirmatione, quia mox trāsturis sufficiūt regenerationis mysteria. Nec vsquā Ecclesia fidelibus iniungit vt confirmentur. Nam cap. Vt ieiuni: ex Concilio Aurelianen. de consec. in quo Petrus Paludanus arbitrat praeceptam esse Confirmationem, nullū ius nouum nec præceptū inducit. An autem consuetudine alicubi inducta sit obligatio hoc sacramentum suscipiendi, ad articulum nostrum non pertinet, qui intelligit de necessitate quam imponat præceptum diuinum. Sed patres ferē intelligunt Confirmationem esse necessariam ad vitā Christianæ perfectionem, & peculiarem virtutem liberē & audacter fidem confitendi in persecutione: non autem ad salutem: sed sicut necessarium est quod homo quantitate & virtute corporis crescat & augeatur, vt tandem sit perfectus: ita necessarium est mētis robur, vt intrepide & liberē cum nostræ religionis & fidei aduersariis congregiatur.

Hanc difficultatem diligēter tractat sanctissimus dominus Adrianus 6. post B. Thomam & sanctum Bonauenturam, docens, quod Confirmatio nulla ratione est necessitatis sacramentum, sed consilij tantum. Et respon det primum sententiis, quæ contrariū indicare videntur: imō & docet non esse præceptam confirmationem etiam imminente articulo persecutionis tyrannorum, qui cogent fidem abiurare, tamen si adit oportunitas eam suscipiendi: contra Petrum de Palude & Durandū, qui docent eam illo casu esse præceptam, nec negligi posse sine sacramenti contemptu vel præsumptione. Nam, vt aiunt, quæ secundum se præcepta non sunt, sed consilia, ex hominis dispositione vel infirmitate, aut occasione alia, possunt pro certo tempore & circūstantijs ei fieri præcepta. Et contingere potest, quod ex gratia confirmationis roboratus persecutioni resistat, sine qua alioqui Christum negaret. Fieri etiā potest, quod prima gratia detur per hæc sacramēta, & ita remissio peccatorum, sicut per sacrā Eucharistiam. Quibus responderi potest non propterea hæc duo ad salutem simpliciter esse necessaria, nec in illo quidem casu, quia per spiritum Christi inhabitantem persistere possent, si ad hoc constantiore animo conarentur. Sacramenta hæc contemnere, æstimando quasi sacramenta nō essent, nec ad salutem vitia, aut nihili pendere, vt faciunt nunc hæretici, mortale peccatum est, pertinens ad irreligiositatem, sicut contēnere consilia euangelica, æstimando ea esse inutilia.

De spe-

De speciebus contēptus ex Retho. Aristotelis, tractat idem sanctiss. Adrianus in Quor. de legibus ex Gersono & VVillemo Altiffedoren. Ex prædicto igitur contemptu hæc sacramenta omittere, est mortale peccatū, in quantum à contēptu imperatur. Est autem contemptus sacramentorum, nolle eis subiici tanquam remedijs à Christo relictis: quod si ex infidelitate contingit (aliud tamen peccatum est ab infidelitate specie distinctum, & sine infidelitate à plene credente contingere potest) est tamē quidam contemptus rei sacræ, secundum quem non pro dignitate æstimatur, quā non continuo oportet esse mortale peccatum: & proinde nec omittere hæc sacramenta ex huiusmodi contemptu. Nam vt beatus Thomas dicit. Non est contemptus sacramenti ex hoc quod aliquis non curat ipsum sacramentum suscipere, quod nō est de salutis necessitate: Alioquin, inquit, qui nō accipit ordines, qui nō cōtrahunt matrimonij, contēnerent huiusmodi sacramenta. Idē eodē hoc articulo docet, quod tria sunt sacramēta ad salutē necessaria, Baptismus, Penitētia, supposito lapsu in mortale peccatū, & sacramentū Ordinis est necessariū Ecclesie: reliqua dicit non esse necessaria, nisi vt conuenientius salutem assequamur. Quia autem verba Beati Iacobi inuitantibus sunt & consulentis, Inducat, inquit, presbyteros ecclesie, non est diuinum præceptum de suscipiēda extrema vnctione: nec etiam ecclesia legitur hoc statuisse. Quæ per hoc confirmatur, quod tempore interdicti vtrumque prohibetur ministrari, vt patet ex cap. Quod in te. De penitent. & re. Et cap. Permittimus. De sententia excom. Item cap. Non est. De sponsalib. & matrimonijs. Rursum ca. Alma mater. De sentent. excommunic. lib. 6. quod fieri non possent, si essent sacramenta necessitatis. Quantum autem obligationis obtinuit apud Christianos consuetudo, incertum est, videtur tamen apud nos obligare, cum reprehensibilis passim iudicetur & male facere, qui habita oportunitate, nō cupit à sacerdote tēpore periculo se infirmitatis inungi. Sed hæc ad articulum non pertinent, qui loquitur de necessitate quam inducit effectus vel præceptum diuinum. Hic in primis aduertendum est, quod beatus Iacobus intelligit presbyteros vt nomen sit ordinis siue officij, non ætatis. Hanc enim regulam scripturarum studiosi obseruauerunt, quod presbyter sit nomen ordinis siue muneris, quando ponitur sine comparatione ad aliam ætatem. Et ideo beatus Chryostomus pertinere dicit ad sacerdotum dignitatem, quod hic presbyteris tribuit b. Iacob. Id quod etiam definitum est in Concilio Florentino & Tridentino. Illud enim dicit, quod huius sacramenti minister est sacerdos. Huius autem Canon. 3. Si quis dixerit presbyteros ecclesie, quos beatus Iacobus adducendos esse ad vngendum infirmum hortatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quauis communitate, ob idq; proprium extremæ vnctionis ministrum, non esse solum sacerdotem, Anathema sit. Et quamuis in scripturis aliquando sit nomen functionis episcopalis: sicut apud B. Petrum, dum ait, Seniores qui in vobis sunt, obsecro consenior, hic tamen nomen generis est, complectens etiam simplices sacerdotes: quemadmodum docet super eodem interrogatus Innocentius primus. Caterum, inquit, illud superfluum videmus adiectū, vt de episcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictū est, quia episcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Nec docet hoc loco Innocentius, quod laicis liceat hoc ipsum sacramentum ministrare, quando ait, quod non solū sacerdotibus, sed omnibus Christianis hoc sacramento videlicet in sua & suorum necessitate inungendo. Nam passiuam habet significationem, non actiuam vox inungendo: Quod manifestū sit ex particula præcedente, quæ habet, quod non est dubiū sententiam hanc Iacobi de fidelibus ægrotantibus intelligi debere.

Ex quibus patet magna aduersariorum nostrorum erga Deum ingratitude, qui non solum de tanto hoc beneficio gratias non agunt, sed nec agnoscere volunt, imō & ipsum persequuntur, & percuadere student hanc gratiam non esse datam fidelibus, sed esse maleficium & inuētum papisticum. Quod enim beneficium gratius & nostræ infirmitati desiderabilius præstari posset, quā hinc ad alterum seculū migrantes cōtra pondus morbi & corpus, & animam mortis metu aggrauans, alleuari & hilares reddi, tanquam nulla tenerentur afflictione, & remitti peccata omnia quoad culpam & penā, vt parati sint omni impedimento iā ablato, statim post decessum ex hoc mundo, sponsi sui thalamum ingredi, & gloriæ coronam suscipere. Immediatē namque ad gloriā disponit, & ad eam deducit istud sacramentū, si nullū inueniat in suscipiente obicē. Sicut enim aliorū sacramentorū, ita & huius effectus perfectionem impeditur, qui adeo rationē & deuotionē requirit, vt secundū b. Tho. cū merito personali conferentis, & totius Ecclesie pluriū ad sacramētū huius effectū valeat, propterea quod forma eius in oratione cōsistat, Maximo

p igitur

Li. 2. de sacramenti. par. 7

Li. de sacra.

Quæst. 6.

In 3. parti. q. 6. ar. 4. ad 3

i. Pet. yle.

Epist. ad De-
tentū eufico
Egubinum.

igitur beneficio se priuant, qui ob errorem vel negligentiam istud sacramentum nō suscipiunt. Et mirandum est quōd Ecclesia innocentes tempore interdicti tā salutarī priuat remedio, ob aliorum duntaxat peccata. Sed cessabit admiratio, si attendatur quōd commoda & incommoda ob societatem communem tam bonis quā malis debeant esse communia.

Reliquum est vt videamus quā parum momenti & ponderis habeant quæ scholæ nouæ aduersus hæc duo sacramenta adducūt. Docent autē concorditer quōd vnctio infirmorū vtiliter exercebatur quādiu ministri ecclesiæ ornati erāt dono corporaliter & admirabiliter ægros sanandi, & impositio manus, quando miraculis autoritas euangeliij erat confirmanda: sed quando desit in ecclesia donum linguarum & gratia sanitarum, hæc caremoniæ vnctionis & impositionis manuū otiosæ & inutiliter exhibētur. Nouam hanc doctrinam simpliciter & succinctè cum suis fundamentis proponit Confessio Theologorū Ducis Vvittembergens. in generali Concilio Tridentino per eius oratores exhibita, quam hic subiiciemus cum nostra responsione æquè breui & succincta. De confirmatione autem sic ait.

Confessio. Non est nobis dubium, quin Apostoli initio reuelati & confirmati in die Pentecostes Euangeli, contulerint impositione manuū admirandum donum spiritus sancti credentibus in Christum, vt variis linguis loquerentur.

Responsio. Baptizatis in nomine Iesu Christi, impositione manuū Apostoli non solum contulerunt quōd variis linguis loquerentur, verū etiā quōd audacter & liberè variis linguis Christi crucem & mortem confiterentur. Virtus igitur & robor spiritus, quo in fide fortes erant, principalior erat effectus spiritus sancti, in linguis igneis per manus impositionē super credentes descendens. Ego, inquit Dominus, mittam promissum patris in vos, vos autem sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Vbi Euthimius patris promissum vocat de quo apud Iohalem, Et erit in diebus illis nouissimis, ait dominus, omnipotens. Effundā de spiritu meo super omnē carnem, præcipue videlicet Apostolicā: vos autem sedete in ciuitate Hierusalem, hoc est, cōuersi in simul Hierosolymis nō separati propter imbecillitatē qua adhuc tenemini, & timorē vestrū, quoad usq; induamini in modū armaturæ, virtute ex alto cælo, vel à diuinitate alta per prædictā spiritus sancti descensionem. Idem ferè habet Theophylactus. Nam quod non linguarū donū duntaxat spiritus descendens contulerit Apostolis & alijs baptizatis, manifestè docet vaticinium Iohelis propheta supra citatum. Et suppressis linguis igneis, & linguarū dono, ait Saluator, accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti. Hinc Beatus Augustinus. Neque enim sic temporalibus, inquit, & sensibilibus miraculis attestantibus, per manus impositionem modò datur spiritus sanctus, sicut ante dabatur ad commendationem rudis fidei, sed intuitibiliter & latenter:

Confessio. Sed ex personali & temporali factō Apostolorum, non est absque certo mandato Dei generale & perpetuum sacramentum in Ecclesia statuendum. Et horribile auditus est quōd sacramentum Confirmationis, quale Episcopi suffraganei solent pueris impartiri, excellat dignitate sua sacramentum baptismi. Sic enim nonnulli de sacramento Confirmationis scribere non verentur: Sicut vnus, inquit, à maioribus sit, id est, à summis Pontificibus, quod à minoribus perfici non potest, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum est.

Responsio. Impositio manuū ad roborandum credentes, sicuti ad ordinandos præbiteros & diaconos, non erat factum personale Apostolorum, sed autoritatis Apostolicæ & episcopalis, vsque ad seculi consummationem duraturū. Vtriusque enim impositionis manuū effectus in ecclesia semper necessarius est. Et ideo eo nūquam est à Christo domino desituenda. Est enim robor istud donum spiritus internum, sanctificans & confortas eos quibus donatur. Fatemur tamē donū linguarū & linguas igneas quæ apparebāt, ad operationes virtutū spectasse, & ita hæc fuisse temporalia & desitura cessantibus alijs miraculis. Ideoq; sicut Timotheus & Titus, post beatos Apostolos Paulū & Barnabam, manus imposuerunt his quos per ciuitates constituēbant præbiteros, Ita post beatum Petrum & Ioannem, & post ipsum etiam Paulum, ad confirmandum fideles, manus imponebant, vel alio vtebantur signo sensibili id ipsum significante. Nec sine certo mādato Dei generale & perpetuū statuumus istud sacramentum: Sed eodē mādato quo olim beati Apostoli manus imponebant, & post eos nunc nostri episcopi ad seculi vsque cōsummationem, idem sacramentū à Christo institutum ministrant, qui etiam eodē mādato post Timotheum & Titum manus imponunt sacerdotibus & diaconis ordinandis. Et confitemur esse verum sacramentum, quando nihil deest quod ratio sacramenti requirit.

Nec

Nec tamen in his sacramentis, vt diximus, etiam eisdem signis externis vti oportet, quibus Apostoli vti solent, eodē quōd Christus hic nullum certum determinauerit signū. Nec auditus est horribile, quōd Confirmationis sacramentum dignitate sua excellat sacramentū baptismi, sed plausibile & auditu suauē, si sermo hic rectè intelligatur. Est enim Melciadis papæ & martyris in epistola ad Hispaniarum episcopos, qui in eadem sensum eius rei catholicum explicat. De his inquit, super quibus rogatis vos informari, id est vtrum aliud sit sacramentū manus impositionis episcoporū, aliud baptismi, scitote vtrumque magnū esse sacramentum, & sicut vnū maioribus, id est summis pontificibus est accommodatum, quod nisi à maioribus perfici non potest, ita & maiori veneratione venerandum est, & tenendum. Quid hic horribile est si consideretur quōd Confirmatio perficit baptismum & effectum eius, quodque addit beneficium nouum spirituale, augmentum scilicet & consummationem gratiæ in Baptismo acceptæ: & sic maius est quantitate & dignitate effectus, eiusque significatione, sicut homo perfectior est & consummatior postquam adoleuerit, quā adhuc puer existens. Si verò considerentur effectus horum sacramentorum, baptismi & Confirmationis, in ratione beneficii, maius est beneficium ex impio nōtum nasci, & hæredem regni cœlestis fieri, quā filium roborari, & in virtute crescere. Diuersa namque consideratione diuersus est & ordo in sacramentorū dignitate, de quo solēt hi versus poni, quos citat Petrus de Palude, Maior in effectu baptismus, corpus in esse, coniugium in signo. Sed & ordo christi ministro. Et hac consideratione ministri, maiori veneratione est suscipiendū sacramentū Confirmationis. Atq; hunc intellectū explicant verba Melciadis papæ, quæ nihil habent scrupuli. Nam quādo cū maioribus nobis est negotium, alia & quidē maior requiritur veneratio. Hic autē & effectus est, vt diximus consummatior, & quantitate & dignitate. Nam & in gradu cōstituitur excellentiore, ordine videlicet militum Christi: sicut per sacerdotium in gradu ecclesiæ digniore regentium scilicet & publici magistratus. Quōd autē Confirmatio dignitate sua baptismum excellat Melciades non dicit, quamuis consideratione quadam verū sit. Fatemur itaque facti scripsisse de sacramento Confirmationis sanctum martyrem Melciadē papam, & eam sententiā patres esse sequutos, quam & sequenter semper, quia reuera est catholica & pia. De ordine sacramentorum & dignitate, vide Petrum de Palude, qui dicit simpliciter loquendo de dignitate, Eucharistiam tenere primum gradum dignitatis, quia intrinsecè Christum continet: Ordinem secundum, Confirmationem tertium, baptismum, quartum, in dignitate Penitentia quintum: Extremā vnctionē sextum, septimum Matrimonium. Tamen Melciades videtur solū attendisse considerationem dignitatis, quæ sequitur à ministro digniore. Ideo, inquit, maiori veneratione venerandū est, quia à maioribus perficitur: cui impertinens est quam dignitatem secundū se ad inuicem habent sacramenta. Addit præterea Petrus de Palude huius ordinis sacramentorum rationem, Ordo obtinet secundum gradum, non solum ratione ministri, sed propter maioris boni collationem, quia immediatius ordinat ad corpus Christi verum: Confirmatio plenitudinem spiritus sancti continet: baptismus amouet omne malum culpæ & penæ, Penitentia omnem culpam actuaalem. Extrema vnctio, venialia & peccatorum reliquias. Vltimū matrimonium est, omnibus simpliciter indignius & iāfirmius, & in collatione boni, & amotione mali.

Confessio. Apostolis enim diuinitus concessum fuit, vt impositione manuū conferrent credentibus in Christum dona spiritus sancti. Hoc autem non est proprie intelligendum de priuatis illis spiritus sancti donis, quæ vniciuius ad salutem necessaria sunt. Hæc enim accipiunt credentes per prædicationem euangeliij, & per baptismum: sed intelligendum est de publicis donis spiritus sancti, videlicet loqui variis linguis, & alia que tunc ad publicam confirmationem euangeli de Christo necessaria erant.

Responsio. Quōd dona spiritus sancti quæ manuū impositione ab Apostolis conferebantur, non sint priuata illa dona spiritus sancti, quæ vniciuique ad salutem ex suo genere sunt necessaria, hoc est, quæ priuata vniciuiusque salutē promouent, & Deo faciunt gratiorem, sine scripturis, imò contra scripturas docet hæc Confessio. Nec propter solas linguas igneas, & linguarum dona venissent Samaritanis Petrus & Ioānes. Loquitur autem aperte scriptura eos venisse, vt manus imponerēt, & acciperēt spiritū sanctū, in suorū scilicet donorum consummationem, in qua verus & plenius accipitur, quā dum incipit primò inhabitare. Hæc igitur dona quæ spiritum hominis perficiunt, & gratiorem Deo faciunt, conferebat manuū impositio, & ad tempus donum linguarum, sub apparentia linguarum ignearum: quā diu scilicet euangelium virtutum operatione erat confirmandū, quibus licet pro ratione tēporis iā cessantibus, manere tamen debebat primarius

p ij effectus

Dist. 7. que. 1. & 3. art. 1. conclus. 3.

effectus, scilicet robor & virtus, quo fierent robusti milites Christi. Hic autē effectus & audacia Euangelium Christi defendendi, Apostolis necessaria erat. Nam Petrus qui ad vnam mulierculę vocem negavit Christum, magis solidari & confirmari debebat, vt iam nec ferro, nec igne à Christi confessione auelli possit. Non igitur solū dona quę ad publicam euangelij confirmationē erant necessaria, sed & quę ad perfectionem hominis Christiani internam pertinent, intelligi debent nomine spiritus sancti, quando Lucas dicit ad manuum impositionem Apostolorum collatum esse spiritum sanctum.

Confessio.

Postquam igitur auctoritas euangelij talibus miraculis satis confirmata est, sicut desit admirandum illud donum linguarum, ita & virtus imponendę manus, quo donum illud conseruatur, factus est (quod quidem ad hanc rem attinet) totifus: alioqui faciendum est generale sacramentum ecclesie ex vmbra, & obumbrandi sunt ægroti, propterea quod multi consecuti sunt sanitatem per vmbra Petri.

Responsio.

Fatemur oportuile ritū hunc imponendı manus cessare & futurum ociosum, si solū ad publicam euangelij confirmationem, & dona ad eam conducuntur Apostoli manus imposuissent. Sed ostensum est hoc non esse scripturis consentaneum: & ideo nihil similitudinis habet quod addit de vmbra Petri, in qua operabatur sola gratia curationū, quę Petro & Apostolis erat peculiaris & personalis, in qua non succedit auctoritas episcoporum. Mirandum est sanē, imō & vehementer dolendum, quod dictis illis theologis, qui hanc Confessionem collegerunt, non occurrerit Beati Augustini omnibus his suis argumentis luculenter respondere, & se infirmis suis & sophisticis persuasionibus multum recessisse à communi doctrina in ecclesia catholica & temporibus Apostolorum habētenus ad nos deriuata, & per sacra Concilia generalia approbata. Oportebat eos considerare promissiones Christi, non de linguis igneis, sed de virtute diuinitis per spiritum sanctum conferenda & danda. Et cū falsum sit fundamentum, quo solo nititur Confessio, & ab August. Hierony. ac reliquis patribus vniuersis negatum, non satis ei esse debuit assumere tantum, quod Apostoli duntaxat manus impoluerint, vt credentes variis linguis loquerentur, sed hoc ipsum certis scripturis cōfirmare oportebat, maximē quando scripturę testentur primariū Cōfirmationis effectū esse, vt induamur virtute ex alto. Incredibile est autē aliquod donū gratiæ ad electorū perfectionē pertinens olim fuisse in ecclesia, quod iam desit. Nam non patitur Christus nos domesticos suos semper manere paruulos, & nunquam adollescere, sed vult nos perfectos esse Christianos.

Lib. 3. contra Donat. 6. 19.

Confessio.

Similiter faciendum erit generale sacramentum ex impositione sudariorum, propterea quod aliqui liberati sunt à morbis suis, cum ipsis imponerentur sudaria Pauli. & incommodum erit super mortuos, quod Paulus in cubitu suscitauit adolescentem à morte.

Responsio.

Idem dicendum est quod nullus hic erat effectus spiritus interni, ad salutem promouens, sed solū virtutum operatio & sanitatis: Impositio autem manus fiebat, vt acciperent spiritum sanctum, qui nostrę salutis est necessarius, & spiritus nostri virtutē, robor ac perfectionem promouet. His addit.

Confessio.

Er sentimus vtilissimum esse, vt pueri & adolēcentes à pastoribus ecclesie sue in catechismo examinentur: & si quidem pię ac rectę fuerint eruditi, approbentur: si vero præuē, emendentur.

Responsio.

Optimum est consilium, sed nihil pertinet ad hoc sacramentū. Et quod Ioannes Calvinus dicit antiquitus hoc obseruatum, quod sicut hi qui se ad baptismum adulti offerrebant, inter catechumenos sedebant, donec ritē fidei mysteriis instituti, poterāt fidei cōfessionem corā episcopo ac populo ædere: Ita qui infantes baptismō initiati erant, sub finē pueritię ac ineunte adolēcentia representabantur iterū à parentibus, & ab episcopo examinabantur secundum formulam catechismi, quam tunc communē habebant. Et quod plus reuerentię hęc actio haberet & dignitatis, ab episcopo adhibebatur caremonia impositionis manuum, & ita puer ille fide sua approbata, cum solēni benedictione dimittebatur. Huius mentionē dicit sæpe fieri apud veteres: vnicum tamen Leonē citat in epistola ad Rauennalem episcopum: nec præter hunc alium inueniet. Et Leo hic nihil agit de infantibus postquam adoleuerint: Verū de his tantū qui ab hæreticis baptizati iterū ad ecclesiam reuertuntur, quibus solent manus imponi. Huiusmodi mera figmenta & nugas nobis proponunt, quasi testimonia scripturarum, aut patrum obseruationē, quę nihil tamen habent soliditatis, nec auctoritatis.

Confessio.

Et tamen non est pastoribus ecclesiarum permittendum, vt nullam habeant rationem erudiendę pueritię ac iuuentutis in verē pia doctrina. Sed exigendum est ab eis, vt catechismum diligentiſsimē doceant.

Responsio.

Et hęc admonitio sancta est & pia, quam obseruari omnes desideramus, quantum per alia negotia in parochia numerosā pastoribus vacare potest, ob quorum plurimas occu-

occupationes alios conueniret institui catechistas: sed & susceptores prolium è sacro fonte, qui polliciti sunt in earum baptismo, quod curam fidei & religionis de eis haberent, nimium hic suum officium negligunt. Et generaliter magnus est puerorum neglectus, qui propterea adolēscunt, quasi à Christiana religione alienissimi. Vos, inquit beatus Augustinus, omnes tam viros quā mulieres, qui filios in baptismo suscepistis, moneo vos, vt vos cognoscatis fidei uisores apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere.

In serm. Paschale qui incipit Hodier-nus dies.

De Extrema vnctione sic habet.

Fatemur Apostolos unxisse ægros oleo, qui & corporalem sanitatem consecuti sunt.

Alia est vnctio infirmorum, quę est sacramentum, cuius meminit Iacobus, quā ea cuius Marcus in suo Euangelio, vt superius diximus, Nam apud Marcum sola erat operatio virtutum: nec ibi vlla fit mentio remissionis peccatorū, nec salutis spiritualis, quārum meminit B. Iacobus. De his superius dictum est. Ad solam enim corporalem salutē vngebant Apostoli infirmos ad confirmandam suam doctrinam, & vt ad credendum inuitarent. Nam patres quidam in Aegypto b. Martinus, & S. Genouefa, & alij plures sancti infirmos curasse oleo leguntur, sed gratia curationum, non sacramentali, cū nullum sacramentum ministrarent.

Brennius. Responsio.

Fatemur etiam epistolam quę inscribitur Iacobo, inbere presbyteros Ecclesie ad ægrotos vocari, vt ungant eos oleo, & orent pro ipsis, ad consequendam sanitatem.

Non solum ad consequendam sanitatem, sed principaliter vt salui fiant & alleuentur spiritu: & si in peccatis sint, remittantur eis, & salui fiant corpore & spiritu, atque in vtroque alleuentur, si tamen sanitas corporalis salutis spiritus, ad quam ordinatur, expediat, secundum interpretationē Concilij Florent. & Trident. Hi enim non sunt corporales effectus tantum, sed & spirituales, quales operantur sacramenta. Oportet igitur si recipiatur epistola Iacobi, quod hęc infirmorum vnctio sit sacramentum, propter expressam promissionem remissionis peccatorum, si ea inueniantur.

In vita eorū.

Brennius.

Responsio.

Sed hęc tum vtiliter exercebantur, cum ministri Ecclesie ad hęc ornati erant dono ægrotos corporaliter & admirabiliter sanandi. Postquam autem hoc donum, confirmato Euangelio, in Ecclesia desit, res ipsa restatur, hanc vnctionis caremoniam otiose nunc & inutiliter vsurpant. Qui enim nunc ungantur, non solent ex hac vnctione corporalem sanitatem consequi: Imō hęc vnctio non solet adhiberi nisi bis, de quorum corporali vita desperatum est. Nec extat vllum verbum Dei, quod promittat diluato Euangelio Christi, extremam vnctionem valere ad delenda peccata, & ad confirmandam spiritualem ac cælestem sanitatem.

Brennius.

Iam dictum est, quod hęc infirmorum vnctio nō est ad sanitatem corporalem principaliter, sicut erat ea, qua vngebant apud Marcum Apostoli. Hęc enim inutiliter & ociose agitur ab his qui gratia curationum non sunt ornati, sed principaliter est vt infirmi salui fiant, alleuentur spiritu, & remittantur peccata. Et ideo perpetuam esse oportet hanc vnctionem, sicut hęc allenatio & peccatorum remissio perpetuō in Ecclesia est necessaria. Ex eodem igitur errore nascitur hic de extrema vnctione, quę de Confirmatione doctrina aduersariorum, eō scilicet quod impositio manuum solū fiebat ad edendum miraculum pro Euangelij confirmatione, & vnctio infirmorum apud Iacobum ad corporalem sanitatem, quorum vtrunque ostendimus à scripturis esse alienum. Adhibetur autem hęc vnctio solum his de quorum vita temporali, licet nondū desperetur, vehementer tamen vel verisimiliter meruit, vt si eorum salutis æternę expediat, manu Domini, cui nullus est morbus incurabilis, alleuentur & sanentur. Si verō non expedire noverit, preparat ad ingressum thalami spōsi sui, ablatris omnibus quę remorari possunt. Effectum enim secundarium, & qui solum est propter alterum, hoc sacramentum non operatur nisi primario conueniat & subseruiat. Mirum quod dicat Confessio, nullum esse verbum Dei, quod promittat externam vnctionem valere ad delenda peccata. & e. quom expresse testetur Iacobus, quod oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Quę certē non scripsisset, nisi sciuisset certam esse Dei promissionem, quod ad vnctionem & orationē fidei hęc esset operaturus: Quod autem scribit Iacobus, est verbum Dei.

Responsio.

Nihilominus tamen officium exigit, vt ministri Ecclesie ægrotos visitent, ac orent vna cum Ecclesia pro salute eorum, & consolentur ipsos tam prædicatione Euangelij, quā dispensatione cænę Dominicæ. Hęc est verē pia vnctio, qua spiritus sanctus efficacē est in credentibus.

Brennius.

Vehementer probamus quod pastores visitent infirmos & orent cum Ecclesia pro eorum

Responsio.

eorum salute, & consolentur tam prædicatione Euangelii, quam dispensatione cœnæ dominicæ. Sed magna est consolatio sacra hæc vñctio, quæ pro iamiam migraturis est à Christo inlitura. Per hanc enim tolluntur peccatorum reliquiæ, ne retardet ab ingressu cœlesti, Consolatio verò quæ fit per verbum Dei, pia quidem est vñctio, qua spiritus sanctus efficaciter est in credentibus, sed non ea est, ad quam hortatur nos Sanctus Iacobus Apostolus. Porro consolatio cuius hic meminit Confessio, variè fit & hæreticè, ac deceptorie ab his, qui novam hanc sequuntur doctrinam, ut videre licet in multis perniciosi libellis de ea editis, & in Didagmate Martini Bucerii. Qualem autem consolationem intelligit Confessio, non explicat: sed verisimile est ex his quæ de fide & peccatorum remissione docet, quòd eandem quam habet Bucerus, in hæc verba.

Bucerus in di dag. in adbor sat. ad egro.

Mi frater, Ex Euangelio quod ipse filius Dei annuntiat, & sua morte confirmat, certior factus, peccata tua omnia in Christum reiecta, imò ab ipso Christo penitus sublata & abolita esse in æternum, ut nulla iam sis penes Deum causa iræ & condemnationis aduersum te Christo credentem, sed certò restituta tibi sit per Christum gratia patris, misericordia, vita & salus. Hæc omnia Dei tam immensa in te beneficia, fide certa & firma rectè reputes, & fiduciam hanc tibi corroboras, Deum patrem te iam non habere qualis es tuis ipsius peccatis factus es, inuisum sibi & perditum, sed propter Christum filium suum, charum & destinatum vitæ æternæ, te inlicita & vitæ Christi filij Dei in æternum victurum in perfecta felicitate, tam certò, si credas tamen, quam est certum ipsum non propter peccata propria, sed tua, inlisse iram Dei & mortem subisse. Quando igitur hæc ita te habent, vide ut tantis beneficijs te consolaris, & certò scias peccatum, mortem, & infernum nihil in te habere iuris amplius: sed Christum agnum Dei illa omnia sustulisse. In se enim ea transtulit, per se vitæ, ac in perpetuum delent. Quare confide, remissa sunt tibi peccata tua, & nihil est cause, modo Christo domino credas ex corde, quin certò & constanter per Christum dominum nostrum expectes animo certissimo à Deo patre gratiam omnem, consolationem, & salutem. Tali itaque fiducia te totum in ipsius clementem & paternam voluntatem concedas & reicias, dicens cū Davide, Deus illuminatio mea, à quo timebo? Pater celestis fiat voluntas tua. In manus tuas commendo spiritum meum domine.

IOAN. I.

Responsio. Cap. 5.

Cap. 3.

Gratianus in decreto. dist. 50. c. Si quis dicitur.

Hic exclamare possumus cum Hieremia propheta, Stupor & mirabilia facta sunt in terra: Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in nouissimis eius? Hic rectè conqueri potest dominus, sicut apud Esaiam, Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viâ gressu tuorum dissiptant. Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium venit cum senioribus populi sui & principibus eius. Quæ est ista iustitiæ inimica bonitas, palpare criminosos & vulnera eorum vsque in diem iudicii incurata seruare? Verè dico, quia ipsi quibus cum periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos causam dicturi venient, dicentes quòd dū ad durā asperitatem linguæ eorum expauiimus, aut falsa blandimenta & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in ipsidem permanere peccatis eis inutiliter indulgebamus, aut ipsa peccata augere permisimus, crederet quòd fide eis non acta pœnitentia digna dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulgisse videntur. Et Beatus Cyprianus grauiter aduersus hanc sacerdotum facilitatem conqueritur in sermone 5. de lapsis, Irrita, inquit, & falsa pax, periculosa dantibus & nihil accipientibus profutura, ante expiata delicta, ante exomologesin factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis, pacem putant esse, quam quidam verbis fallacibus venditant, non est pax illa, sed bellum. Quid iniuriam beneficium vocant? Quid impietatem vocabulo pietatis appellant? Quid eis qui flere iugiter & rogare dominum suum debent, intercepta pœnitentiæ lamentatione cõmunicare se simulant? Apostolus Paulus Iudæis & Gentibus testificabatur pœnitentiam in Deum, & fidem in dominum Iesum Christum. Itē Saluator iussit Apostolis suis prædicare pœnitentiam in nomine suo, & remissionem peccatorum. Bucerus in hac sua consolatione, sola fide consolatur infirmum, & promittit credenti omnia Dei beneficia, remissionem peccatorum & salutem æternam, & quòd tam certus sit se Deo patri charum esse, & destinatum vitæ æternæ, quàm certum est Christum non propter peccata propria, sed nostra, iram Dei tulisse & mortem subisse. Eandē hanc fidē habent ut prædicant vniuersæ sectæ nostri temporis, Anabaptistæ, Zuingliani, imò & vsurarij, scismatici, & hæretici, qui Christi vicariū Romanū Pontificē dicunt esse Antichristum, & ecclesiā ei subiectam esse sinagogam Sathanæ, & quotquot sunt scelerati, modò non peccent contra conscientiam, quātuis ob cordis cœcitate, hanc fidē se habere præsumant, & falsa magistrorum suorum persuasione plerique eam imbiberint, qui tamen sine pœnitentiâ participes redemptionis nostræ

Aff. 20.

Lucæ 24.

nostræ fieri non possunt, nec Christi consequi beneficia. Et miserabiliter populum simplicem hi magistri fallunt sub nomine credentium, quum ipsi docent fidem quam vocant historicam, firmam & certam verbi Dei & redemptionis factæ in Christo, ad remissionem peccatorum, iustitiam & vitam æternam non sufficere, nec esse verā fidem euangelicam, nisi eam comiter charitas, humilitas, patientia, pœnitentia, & ceteris virtutum chorus. Qualem fidem certè multò difficilior est obtinere, quàm charitatem & pœnitentiam ob Dei offensam. Et sanè mirandum est, cur in hac consolatione non meminerit pœnitentiæ, quum ipse docet fidem non valere ad remissionem peccatorum sine pœnitentiâ præcedente. Quomodo hoc certum esse potest, si credas, quòd in æternum victurus es in perfecta felicitate, cū nec fides hæc, sicut nec charitas, certò cõstare possit. Vera autem & Christiana infirmi consolatio & exhortatio hæc est, ut cogitet se vocari ad tribunal Domini sui, ut rationem reddat de tota vita sua, & referat propria corporis, prout gelsit, siue bonum, siue malum: & quòd propterea recogitet in amaritudine animæ annos suos, & de peccatis admissis doleat, ut ea apud sacerdotē confello prius remittantur, quàm iusto iudici præsentetur, & sic habeantur quasi facta non essent. Hac confessione facta iniuro se sacra Eucharistia tanquam itineris sui viatico: Et si fortassis facta nõ esset plena peccatorum, quoad culpam vel reatum, remissio, sed reliquæ adhuc manserint, aduocet sacerdotem secundum cõsiliū Apostoli Iacobi, qui ore super ipsum, & vngat oleo in nomine Domini, ut oratio fidei infirmum saluet, eumque; alleluia Dominus: & si in peccatis sit, dimittantur ei: quæ alioqui celerem coronæ gloriæ adoptionem impedirent. Quibus præmissis desideret sponsi sui aduentum, certissimè sperans & confidens se accepturum desiderata sententiam, per quam ascribatur & annumeretur ciuibus cælestis Hierusalem, cum quibus æternam beatitudinem statim possideat. De præcipua benè moriendi doctrina Iudocus Clichtoueus tractat in libello quē eo titulo inscribit præcipuè cap. 9. 10. & 11. Mala certè mors puranda non est, quam bona vita præcessit. Et hac animaduersione percutitur peccator, ut mori obliuiscatur sui, qui dum vineret oblitus est Dei, ut dicit B. August. Hæc est vera catholica, & Christiana infirmorum consolatio, si modò non nimio opprimantur morbo, ut hæc omnia præstare non possint. Nam secundum variam conditionem, & vitæ transectæ qualitatem, diuersæ adhibendæ sunt consolationes & admonitiones. Ea autem quam proposuimus certis scripturarū testimonijs, & Christi Domini promissis nititur: quam verò Bucerus describit, scripturis & patrum auctoritatibus aduersatur, & ex fonte nascitur hæretico, fallacibusque pollicitationibus incautas simplicium animas in sempiternum præcipitat exterminium.

In libello de cõsiliando articulo inlitionis cõtra Pighium.

Quia autem Confessio VVirembergensis, eiusque sophistica persuasiones contra Extremam vñctionem, desumptæ sunt ex institutione Ioannis Caluini, nec alia ipse, aut reliqui aduersarij argumenta vllius momenti contra istud sacramentum adducunt, superuacaneum est ea vel recitare, vel eis respondere. Porro quia Caluinus sacramentum Confirmationis impugnant, eodem cum Confessione nititur fundamento erroneo, & scripturis contrario: quia tamen aliquid habere videntur apparentiæ, quædam in mediū adferemus.

Cap. 19. art. 13 & sequent.

In institut. c. 19. art. 5. & sequent.

Posterior, inquit, at as re prope obliterata, scilicet nescio quam Confirmationem pro Dei sacramento posuit. Confirmationis virtutem esse fincerunt spiritum sanctum conferre ad gratiæ augmentum, qui in baptismo collatus sit ad innocentiam: Confirmare eos ad pugnam qui in baptismo regenerati sunt ad vitā. Peragitur autem hæc confirmatio vñctione, & hac verborum formula. Consigno te signo sancte crucis, & confirmo christum salutis in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti. Vultebit omnia & venisset, sed vbi Dei verbum quod spiritus sancti presentiam hic promittat? Nec iota quidem obtendere possunt. Vnde ergo nos certiores facient, christum suum esse vas spiritus sancti? Videmus oleum, crassum scilicet & pinguem liquorem, præterea nihil. Accedat, inquit Augustinus, verbum ad elementum, & sit sacramentum. Hoc, inquam, verbum proferant, si quicquam nos intueri in oleo volumus quàm oleum.

Caluinus.

Non ætate posteriore, sed ab initio diuulgati Euangelij, hæc de Cõfirmatione doctrina, in Ecclesia Catholica tradita & recepta est. Nam beatus Clemens collega prædicationis Apostolorum Petri & Pauli. Item sanctus Dionysius Areopagita, & alij vetustissimi pontifices, ista de Confirmatione docuerunt. Sūt autem verba Melchias papæ, quæ Caluinus hic insectatur, quasi in blasphemiam baptismatis dicta, qui non est recentis ætatis, sed ea scripti ante annos mille ducentos. Sed quærit Ioan. Caluinus, Vbi Dei verbum, quod spiritus sancti presentiam hic promittat? Et nos petimus à Caluino: Vbi Dei verbum, quo mandatum est Apostolis, ut baptizatis manum imponerent, & acciperent spiritum sanctum? Nullum in scripturis intuenient nisi apud Lucam, Vos autem

Responsio.

Cap. 24.

Artum 2.

restes estis horum, & ego mittam promissum patris mei in vos. Vos autem sedete in civitate quoad usque, &c. Quam promissionem intellexerunt Apostoli omnibus baptizatis esse communem. Propter quod & Petrus audacter pronūciat, Baptizatur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est repromissio & filiis vestris, & omnibus qui longē sunt. Hac igitur promissione freti Apostoli, baptizatis manus imponebāt, vt iuxta illam virtute ex alto induerentur. Cū enim certū signum non esset pręscriptum, arbitrati sunt pro temporis ratione conuenire impositionem manuum, sed rerum statu mutato, cessantibus miraculis, quod instituerant signum, spiritu Apostolorum, vel Christo suggerente, in aliud mutauerunt, quo hæcenus semper vsa est Ecclesia.

Traſſat. 80. super Ioan.

Verbum ergo promissionis, imò & idem verbū Dei habemus nos vtentes chrismate, vnā cum forma verborum pręscripta, vnde Apostoli habuerunt manus impositionem. Ex eodem igitur verbo certi sumus quod chrisma est vas spiritus sancti, quo certiores facti sunt Apostoli, quod per manuum suarum impositionem daretur spiritus sanctus. Sed inquit Calvinus, videmus oleum crassum & pinguem liquorem, præterea nihil. Quid, precor, vides in aqua baptismi? An aliud quā aquam? Accedit hic verbum ad elementum: verbum scilicet dictę promissionis. Accedit & verbum in quo forma sacramenti consistit, & fit sacramentum. In baptismo elementum est aqua, hic elementum, hoc est, res sensibilis, est oleum: quod est hic quasi visibile verbum. Vnde, inquit B. Augustinus, ista virtus aquę, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? Hoc eodem verbo accedente tanta est virtus olei, vt frontem conſignet, & gratiæ adferat augmentum, quo robustus fiat qui inungitur. In Sacramentis diximus potissimum spectandum verbum promissionis: Reliqua autem quę per Christum disposita non sunt præpositorum, & imprimis Apostolorum relicta sunt dispositioni.

Calvinus.

Agē mandatum huius ministerij aliquid producant? Si mandato desituntur, sacrilegam audaciam excusare non possunt. Hac ratione phariseos Dominus interrogabat, esset ne baptismus Ioannis de celo, an ex hominibus? Si respondissent, ex hominibus, obtinebat synolum esse & vanū: Si de celo, doctrinam Ioannis agnoscere cogebantur. Si itaque ex hominibus est confirmatio, vana & frivola esse conuincitur: Si de celo esse persuadere volunt, probent.

Responsio.

Et nos querimus, vbi mandetur in scripturis, vt Apostoli manus imponerent? Item, Euangelium Ioannis, Epistolę Pauli, & tota scriptura à Deo sint, an ab hominibus? Sicut autem hæc à Deo sunt, sed hominum ministerio, ita & impositio manuum, & nunc dispensatio eiusdem sacramenti per Christum, à Deo sunt. Quemadmodum enim ex munere apostolatus iudicabant Apostoli ad se pertinere ministerium impositionis manuum ad largiendum spiritum sanctum, ita eorum successores, nostri nunc Episcopi, idem per sacrum Christum ex eorum institutione, & doctrina operantur. Nam ex hoc quod de sacramento Eucharistię loquens Apostolus Paulus dicat, Cetera cū venero disponam, col ligit B. Augustinus, Quia non præcepit Dominus, inquit, quo ordine deinceps sumere ritum sacra Eucharistię, Apostolis per quos ecclesias dispositurus erat, hūc locū reliquit, & seruauit. Eadem ratione, quia scilicet non præscripsit dominus, quomodo hoc sacramentum perageretur, eorum determinationi reliquit. Quod igitur nunc in chrismate & præscriptis verbis confertur ex Christi promissione augmentū gratiæ, & virtus spiritus sancti, ab hominibus est, sed ex Dei suggestione: sicut tota scriptura canonica: Et ideo verius ex Deo, quā ab hominibus.

Calvinus. Cap. 3.

Tuentur se Apostolorum exemplo. Res est id sane. Nec à vobis reprehenderentur, si Apostolorum se imitatores ostenderent. Narrat Lucas in Actis Apostolos Petrum & Ioannem, & hos orasse, vt spiritum sanctum acciperent, qui in nomine Iesu baptizati tantum erant: Et oratione facta manus imposuisse, per quā impositionem spiritum sanctum Samaritani acceperunt. Sic enim visibiles illas & admirabiles spiritus sancti gratias, quas tunc in populum suum effundebat, voluit Dominus à suis Apostolis per manuum impositionem administrari & distribui. Hinc autem impositioni manuum non aliud subesse mysterium cogito, sed huiusmodi ceremoniam adhibitam ab illis interpres, vt ipso gestu significarent se Deo commendare, & velut offerre eum cui manus imponebant.

Responsio.

Humana est hæc cogitatio, & cōtra scripturas est interpretatio. Nam scripturę testatur Apostolis promissum esse spiritum quo robusti essent, & liberē ac intrepidē testarentur ea quę viderant & didicerant à Christo domino. Patres quoq; doctores, & Concilia docent impositas esse manus ad gratiæ augmentū & virtutem, quę stabilizentur in fidei, Christi quę crucifixi & mortui confessione. Quod quum non lateret Calvinum, nō sufficiebat suam de hac re cogitationem proponere, sed oportebat suā illam cogitationem scri-

scripturis certis stabilire. Nec solum Apostoli Deo commendabant, & veluti offerabant eum cui manum imponebant, (Hoc enim Philippus diaconus facere potuisset) sed suo ministerio Samaritanos faciebant participes promissionis à Christo factę de suscipiendō robore, ac virtute sancti spiritus.

Eiusdem hoc rationis est, ac si quis doceret statum illum quo Dominus discipulos suos assuit, sacramentum esse quo datur spiritus sanctus. Atqui hoc semel consecit non à nobis fieri etiam voluit ad eum modum. Et Apostoli manus imponebant pro eo tempore, quo visibiliter spiritus sancti gratias ad eorum preces administrari Domino placebat, non vt posterius vacuum & frigidum signum minime tantum & sine re essingerent.

Calvinus.

Responsio.

Nullam de hoc flatu habemus Dei promissionem, quod spiritum sanctum acciperent qui sic afflarentur. Nec sic eum accipiebant Apostoli, nisi in potestatem remittendi & retinendi peccata. Et eandem quoque nunc potestatem accipiunt, quibus Episcopi Apostolorum successores eam impartiuntur in ordinatione sacra, non per flatum, sed alia cęremonia, de qua postea agemus circa articulum 17. Addit præterea Calvinus alias calumnias, maledicta, & irrisiones, sed quę nihil momenti habent ad expugnandum sacrosanctum hoc sacramentum quod in chrismate administratur. Et hanc Calvinus interpretacionem, & Ioannis Brentii sententiam de Confirmatione & extrema vnctione damnat Concilium Tridentinum, & Anathemate ferit omnes qui huiusmodi errores docent. Omnes denique scriptores Ecclesiastici, & Oecumenica Concilia nostram probant sententiam, quibus nullus scrupulus est de eius veritate. Apostolus Paulus manuum impositionem ad prima hominis Christiani elementa, & inchoationis sermonem pertinere scribit. Quis igitur fidelis in fidei rudimentis vtcunque instructus de huius sacramenti veritate dubitare potest?

Martinus Lutherus euidentia sententię D. Iacobi conuictus, primo negat epistolam illam esse Iacobi. Deinde etiam si Iacobi esset, dicit non licere Apostolo sua autoritate sacramentum instituire. Duobus igitur modis eneuare conatur istud Iacobi testimonium. Ait enim.

Lutherus.

In captiuitate Babylon.

Ego autem dico si vsquam deliratum est, hoc loco præcipue. Omitto enim quod hanc epistolam non esse Iacobi Apostoli, nec apostolico spiritu dignam, multi probabiliter asserunt, licet consuetudine auctoritatem cuiuscunque sit obtinuerit, tamen si etiam esset Iacobi Apostoli, dicerem non licere Apostolum sacramentum sua auctoritate instituire.

Calvinus.

Responsio.

Epistolam hanc esse Iacobi Apostoli, & verē Canonicam ac diuinam, testantur vniuersi scriptores Ecclesiastici, qui ex ea testimonia adducunt, non quasi apocripha, sed tanquam verē diuina. Nec alia ratione moti, quā quod sciebant eam talem esse receptam ab Ecclesia catholica. B. Hieronym. August. & generalia Concilia eam in catalogo scripturarum canonice receperunt. Porro verba ista Iacobi nō significant institutionem, sed exhortationem tantum ad faciendum id quod ex more tunc apud infirmos fiebat. Quia itaq; adhortatio est, non præceptum, non necesse est plures inducere presbyteros, quāuis melius sit & vtilius plures adesse presbyteros precatores. Fallitur autē Luth. & eius magisterio vniuersi nostri aduersarii, quod credant primarium & præcipuum huius sacramenti effectum esse sanitatem corporalem. Vnde malē colligit nunc falsum esse signum cessante curationum gratia.

Doctrinam catholicam pro veritate totius articuli de sacramento extremę vnctionis clarissimē tradit Concilium Tridentinum, & qui ipsam sequuntur canones. Visum est, inquit, sanctę Synodo præcedenti doctrinę de penitentia adiungere ea quę sequuntur de sacramento Extremę vnctionis, quod non modum penitentię, sed totius Christianę vitę, quę perpetua penitentia esse debet, consummatiuum existimatum est à patribus. Primum itaque circa istius institutionem declarat & docet, quod clementissimam redem pror nosser, qui seruis suis quouis tempore voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum dum auxilia maxima in sacramentis alijs præparauit, quibus Christiani conseruare se iritegros dum viuere ab omni grauiori spiritu incommodo possint: ita extremę vnctionis sacramento finem vitę tanquam firmissimo quodam præsidio muniuit. Nam & si aduersarius noster occasiones per omnem vitam quærat & capter, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit, nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suę veritatis neruos intendat ad perdendum nos penitus, & à fiducia etiā, si possit, diuinę misericordię deturbandos, quā cum impendere nobis exitum vitę prospicit. Instituta est autem sacra hæc vnctio infirmorum, tanquam verē & propriē sacramentum noui testamenti à Christo domino nostro

Cap. 5.

nostro: apud Marcum quidem insinuat, per Iacobum Apostolum ac domini fratrem fidelibus commendatum ac promulgatum. Infirmatur, inquit, quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie, & orent super eum, vngentes eum oleo sancto in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit remittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apostolica traditione per manus accepta ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum huius salutaris sacramenti. Intellexit quidem ecclesia, materiam esse oleum ab episcopo benedictum. Nam vnctio aptissime spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima aegrotantis inungitur, repraesentat. Formam deinde esse illa verba, Per istam vnctionem, &c. Res porro & effectus huius sacramenti illis verbis explicatur: Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei. Res etenim hæc, gratia est spiritus sancti, cuius vnctio, delicta si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & aegroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinam misericordie fiduciam excitando, qua infirmus subleuatus, & morbi incommoda ac labores leuius fert, & tentationibus demonis calcaneo infidiantis facilius resistit, & sanitate corporis interdum, vbi salutem animam expeclerit consequitur. Tam verò quod attinet ad præscriptionem eorum, qui & suscipere & ministrare hoc sacramentum debet, haud obscure fuit illud etiam in verbis prædictis traditum. Nam & ostenditur illic proprios huius sacramenti ministros esse presbyteros, quo nomine eo loco non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, sed ut episcopi, aut sacerdotes ab ipsis ritè ordinati per impositionem manuum presbyterij. Declaratur etiam esse vnctionem infirmis adhibendam, illis verò præsertim qui tam periculose decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur, ynde & sacramentum exequium nuncupatur. Quòd si infirmi post susceptam hanc vnctionem cõualuerint, iterum huius sacramenti subsidio iuari poterunt, quò in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam & dilucidam Apostoli Iacobi sententiam docent, hanc vnctionem vel figmentum esse humanum, vel ritum à patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem, & qui illam iã cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum duntaxat in primitiua ecclesia referenda esset: & qui dicunt ritum & vsum quem sancta Romana Ecclesia in huius sacramenti administratione obseruat, Iacobi Apostoli sententiæ repugnare, atque ideo in alium commutandum esse: & denique, qui hanc extremam vnctionem à fidelibus sine peccato contempti posse affirmant. Hæc enim omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tantum Apostoli verbis. Nec profecto Ecclesia Romana aliarum omnium mater & magistra, aliud in hac administranda vnctione, quantum ad ea quæ huius sacramenti substantiam perficiunt, obseruat, quàm quod B. Iacobus præscripsit. Neque verò tanti sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius spiritus sancti iniuria esse potest. Hactenus doctrina Concilij Tridentini. Verum ne quis contra illam docere aut quouis modo loqui temerè auderet, quatuor Canones latam Anathematis sententiam continentes, contra huiusmodi temerarios assertores protulit. Et sunt qui sequuntur.

Cano. 1.

Si quis dixerit Extremam vnctionem non esse verè & propriè sacramentum à Christo Domino nostro institutum, & à Iacobo Apostolo promulgatum: sed ritum tantum acceptum à patribus, aut figmentum humanum, Anathema sit.

2. Si quis dixerit sacram infirmorum vnctionem non conferre gratiam, neque remittere peccata, neque alleuiare infirmos: sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, Anathema sit.

3. Si quis dixerit, Extremam vnctionis ritum & vsum, quem obseruat sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiæ B. Iacobi Apostoli. Ideoque eum mutandum, postequè à Christianis absque peccato contempti, Anathema sit.

4. Si quis dixerit presbyteros Ecclesie, quos B. Iacobus adducendos esse ad infirmum vngendum hortatur, non esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos: sed ætate seniores in quavis communitate, ob idque proprium Extremam vnctionis ministrum non esse solum sacerdotem, Anathema sit.

Fini Articuli Duodecimi.

Articulus Decimus Tertius.

179

In Eucharistia sacramento est re ipsa verum corpus Domini nostri Iesu Christi, illud ipsum quod de Virgine natum, & in cruce passum est.



Articulus hic idem intelligit de sanguine Christi, quod proficitur de corpore, quod scilicet in sacramento Eucharistie reuera est sub speciebus vini, sicut corpus sub forma panis, & ille idem sanguis qui in cruce pro nostra omnium salute effusus est. Est autem in scripturis articuli huius certum testimonium ex verbis Domini Saluatoris. Nam referentibus Euangelistis & Apostolo Paulo, Cœnantibus eis, scilicet duodecim Apostolis, accepit Iesus panem, benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, Accipite, Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunderetur in remissionem peccatorum. Domino autem Iesu (qui est veritas prima, quæ nec fallere nec falli potest) pronuncianti hoc quod porrigebat discipulis esse corpus suum, & quod propinabat in calice, suum esse sanguinem, quis reclamare aut aduersari audebit & dicere, Domine non corpus tuum, nec sanguis tuus est quod porrigis, sed solum corporis & sanguinis tui symbolum: reuera autem vt prius, adhuc panis manet & vinum vitis, tantum translatum sunt in rationem figuræ & signi corporis & sanguinis tui?

Non dubites, inquit B. Cyrillus, an verum sit quod dicit Dominus, potius accipe verba Saluatoris in fide. Cum enim sit veritas prima, non mentitur, nec fallit quenquam.

Infantur igitur dicentes mysticam benedictionem à sanctificatione cessare, si quæ reliquæ eius remanent in diem subsequenter. Non enim mutabitur sacrosanctum Christi corpus, sed virtus benedictionis & viuificatiua gratiæ iugis in eo est. Item eloquentissimus ille Chrysostomus, Credamus, inquit, vbiq; Deo, nec repugnemus, etiam si sensui & cogitationi nostræ absurdum esse videatur quod dicit, & sensum superet & rationem: quod in omnibus præcipue in ministeriis faciamus. Nam sensus noster deceptus fallit est & fallitur sæpe. Illius verba falsa esse non possunt. Quoniam ergo ille dixit, Hoc est corpus meum, nulla hic ambiguitate teneamur, sed credamus, & oculis intellectus id perspicimus. Nihil enim sensibile traditum est nobis à Christo, tamen sub rebus sensibilibus, sed insensibilia sunt omnia quæ tradidit. Sic & in baptismo per aquam, quæ res est sensibilis, quod confertur insensibile est, regeneratio scilicet & renouatio spiritus. Si enim incorporeus es, inquit, nudè ipsa dona incorporea tradidisset: quonia verò corpori coniuncta est anima tua, in sensibilibus intelligenda tibi traduntur, vt sic ex sensibilibus in spiritualium cognitionem & amorem ducamur. O quot modò dicunt, Vellem formam & speciè eius, vellem vestimèta ipsa & calceamenta videre. Ipsum vides, ipsum tangis, ipsum comedis, & vestimenta eius desideras videre? Ipsum seipse tibi tradidit, nõ vt videas solum, verum etiam vt tangas, & in te habeas. Latius hæc profequitur in comment. Euang. secundum Ioannem. Non se, inquit, tantum videri permittit desideratibus, sed & tangi, manducari, & dentes carni suæ insigi, & desiderio sui omnes impleri. Idem in Matth. latè & deuorè, Quando sacerdotem, inquit, tibi corpus præbere videris, nõli sacerdotem, sed Christi manum ad te porrigi arbitrari: quemadmodum in baptismo non à sacerdote baptizaris, sed à Christo. Rursum B. Cyrillus exponens verba Saluatoris, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sicut, inquit, si quis liquefactæ caræ aliam caram infuderit, alteram cum altera per totum commiscet, ita necesse est, si quis carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungatur, vt ipse in Christo & Christus in eo inueniatur. Atqui Martinus Lutherus perpetuus & aptissimus intelligentiæ scripturarum corruptor, fatetur se studuisse, vt alio hæc verba Domini detorqueret: sed ob euidenter eorum claritatem quod volebat non potuisse. Sic enim habet in epist. quam scribit charissimis in Christo amicis & Christianis Argentina: Hoc diffiteri non possum, nec volo. Si Carolostadius, aut alius quispiam ante quin quennium mihi persuadere potuisset, in sacramento præter panem & vinum esse nihil, magno ille me beneficio deuinxisset. Grauibus enim curis anxius in hac excutienda materia, multum desiderabam omnibus nervis extensis me extricare, & expedire conatus sum, probè perspiciebam hac in re papatui comprimis me valde incommodare posse. Verū ego me captiuum video, nulla elabendi via relicta. Textus enim Euangelij nimis apertus

Matth. 26.
1. Corin. 11.Epist. ad Cæs.
Iosifum Episc.Homil. 83. in
Euang. secundum
Matth.

Homil. 45.

Homil. 51.

Ioan. 16.

Aug. epist. 23
De uisibilibus

1. Corin. 10.

Cap. 11.

Ioannes Coelestis
1. tract. 8. li. 3.
Misericordia

apertus est & potens, qui facile conuelli non potest, multo minus uerbis aut glossis ex capite vertiginoso confictis subuerti. Sum enim (proh dolor) plus æquo in hanc partem propensus, quantum Adami mei naturam aduertere possum. Hactenus ille. Et quia uerba Domini proprie & sine tropo, quo sacramenta accipiunt aliquando nomina eorum rerum quas significant, intelligenda sunt, explicat Apost. Paul. dñ ad Corin. scribit: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? hoc est, quia multis communicatur & distribuitur sanguis Christi: & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Item, Quicumque manducauerit panem, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Nihil tale scriptum est, nec etiam dici potest de agno Paschali, vel manna, quæ tantum erant symbola Christi venturi. Oportet igitur secundum scripturas, in Eucharistia uerum adesse corpus & uerum Christi sanguinem secundum expressa Saluatoris uerba: & non tantum symbolum ac figuram eorum. Non enim manna in quo communicabant filii Israel, participatio erat corporis Domini, nec qui illum uel agnum paschalem edebat indignè, uel in peccato mortali, reus erat corporis Domini. Oportet ergo alio modo in sacramento Eucharistia esse corpus & sanguinem Domini, quam in manna aut agno Paschali, uel etiam aqua, quæ (perculso silice) inde stuebat: nempe hic tantum in figura & umbra erat, in sacramento autem Eucharistia, reipsa & in ueritate. Hoc est, inquit, id ipsum corpus meum, quod pro uobis traditur, & sanguis idem, qui pro multis effundetur: non figura tantum corporis aut sanguinis. Et cum B. Cyrillus & ex uerbis mysticæ benedictionis, insaniam esse dicat, quod corpus & sanguis domini dicantur non manere, si reliquæ sacræ Eucharistia in sequentem diem remaneant, atque ita solū esse in usu sacramenti quando accipitur, editur & bibitur corpus & sanguis domini: Hanc tamen insaniam pro pace & concordia in eunda inrer capita sectarum quæ conuenerant VVirttembergæ ad aedes Martini Lutheri, anno 37. proposuit Martinus Bucerus, & capita ista, quæ erant Lutherus, Ioannes Bugenhagius, Pomeranus, Philippus Melancthon, & ex alia parte, VVolfangus Capito, Martinus Bucerus, VVolfangus Musculus, & reliqui numero ferè octodecim eidem subscripserunt. Cum enim Bucerus & alii eius sequaces docerent non realiter nec substantialiter, sed figuratiuè tantum Christum esse in sacra Eucharistia, quomodo erat in manna & agno paschali, reclamante autem Luthero cum tota sua schola, nec sine mutua partium iniuria, grauiter offensi sunt Principes Germaniæ, & totus populus, ex dissidio in grauisimo isto nostre religionis articulo. Coactum est igitur istud Concilium ubi pro sua uasricie & calliditate Bucerus se excogitatum medium concordia proposuit, quod in eiusdem Concilii actis reperitur, quæ sic habent, Audiuius D. Bucerus explicantem suam & aliorum qui uia adfuerunt sententiam de sacramento corporis & sanguinis domini: Constitentur, sentiunt & docent cum pane & uino uerè & substantialiter adesse & exhiberi corpus Christi & sanguinem. Et quanquam negant fieri transubstantiationem, nec sentiant fieri localem inclusionem in pane, aut durabilem aliquam coniunctionem extra usum sacramenti, tamen concedunt sacramentali unione panem esse corpus Christi, hoc est, sentiunt porrecto pane simul adesse & exhiberi corpus Christi. Nam extra usum cum afferuatur in pixide aut ostenditur in processibus, sentiunt, non adesse corpus Christi. Huic autem, ut diximus, callidæ Martini Buceri adinventioni omnes subscripserunt, salua protestatione, quod referretur ad alios concionatores, & superiores, sine quorum consensu eis non liceret de concordia pacisci. Sed nulum hic audimus scripturæ testimonium, sed humanum tantum Buceri inuentum, quod pro concordia callide ad tollendum Principum & populi offensiones excogitauerat, uel delictum ut ueraque pars aliquid alteri condonaret, & in aliquo suo cederet sententia, & sic concors haberetur doctrina. Hoc autem medium concordia merito uocat Cyrillus insaniam, quia uerbis mysticæ benedictionis aduerfatur. Ait enim Dominus Saluator, Hoc est corpus meum, non autem, Hoc erit corpus meum, quando scilicet edetur. Nec ait, Hoc est corpus meum, si quis ipsum edat: non autem est si ad circumferendum seruetur: uel infirmorum custodiatur necessitates. Verba enim Christi operatoria sunt, & statim sunt quæ dicit. Ipse enim dixit et facta sunt. Nec uerborum eius ueritas a futuro usu uel euentu pendere potest. Imprimitis oportet consecratum esse, hoc est, Christi corpus adesse, quam eius usus haberi possit. Nec ullam habet soliditatem quod scribit Philippus Melancthon, respondendo iudicio cleri & uniuersitatis Colonienfis super doctrina Buceri apud Bonnam & eius uocatione. Notant enim Bucerus dicere, quod tantum cum accipitur aut bibitur adfit corpus & sanguis Domini, Melancthon in Apologia pro Bucero hoc defendens

defendens ait, Cum sacramenta sint certi generis actiones, certissimum est extra institutam actionem, panem alienam rem esse a sacramento. Certum est, inquit, cum baptizatur homo, in actione adesse spiritum sanctum. Iam si quis baptismi aquam circumferret, quasi inclusus ibi spiritus sanctus maneat, ac iuberet eam adorari, omnes pii hunc errorem detestarentur. Item de cœna Domini sciant pii in actione sacramentum esse, non autem panem ad alium usum transfatum, ut cum circumfertur, aut in pixide custoditur. Et tandem concludit. Omnes pii intelligunt hanc sententiam uerissimam esse, sacramenta certi generis actiones esse, nec extra institutam actionem ullam manere Sacramenti ratione. Nec Deus ad ullam creaturam alligandus est sine suo uerbo. Verè stupenda est huius hominis arrogans temeritas præter omne scripturarum testimonium, imò contra uerbum domini, certissima hæc esse affirmantis: quando tamen qui Concilio intererant, non sine timore & relatione ad alios super hac sententia pacisci audebant. Non sine suo uerbo Christus hic suo sacramento alligatur, hoc est, inseparabiliter coniungitur. Est enim eius uerbum, Hoc est corpus meum. Et ideo quia fidelis est in uerbis suis, & nostri amantissimus, se sacramento alligat, & in eodem permanet, quam diu apparentia esse panis uel uini, hoc est, quam diu species, quantitas scilicet & qualitas panis & uini manent, nec tanta est corruptio in eis aut mutatio, quod non maneret panis uel uini substantia, si non esset facta substantialis conuersio. Cum enim ex consecratione & uerbis Christi, corpus & sanguis sub hoc sacramento continentur, & mirabiliter sibi mutuo uniantur, non desinit hæc contentio & unio, nisi altero extremo destructo. Sicut enim uerbum caro factum est per unionem naturæ humanæ hypostaticam, quam diu uerbum manet (manet autem in æternum) manet & caro, & uerbum caro est & manet: Ita Christus manet in sacramento, quam diu species sacramentales manent, sub quibus in locum panis corpus Christi succedit. Anathemate autem feriuntur in Concilio Tridentino, qui docent extra usum sacramenti, aut quando reseruat, non manere in eo corpus & sanguinem domini. Habet enim Canon. Si quis dixerit non licere sacramentum Eucharistiam in sacrario reseruari, sed statimstantibus necessario distribuendam, aut non licere ut illa ad infirmos deferatur, Anathematis sit. Contra hunc errorem scribit Dominus Alfonso de Castro: & Ioannes Coelestus. Ipsi etiam latius de eodem dicemus circa Articulum sequentem, qui habet quod Eucharistia circumferri sanctè & licitè potest. Ratiocinatio Philippi qua ipse scripturis defuiturus, hunc suum errorem defendere conatur, falsum assumit & erroneo nititur fundamento, quod scilicet sacramenta certi generis sunt actiones. Quod & ipse quoque animaduertere poterat, si penitus inspexisset huius sacramenti formam, quæ est, Hoc est corpus meum. Nullius enim actionis hic fit significatio, sicut in forma baptismi. Ego te baptizo: sed tantum significatur corporis Christi existentia in sacramento. Et ideo proprium est ei quod perficiatur in consecratione materiae, uidelicet panis & uini, per quam ex his fit corpus & sanguis Christi. Baptismus autem & alia sacramenta in sua materia uel perficiuntur, in quo etiam ipsa consistunt. Nam lotio in aqua cum præscriptis uerbis, est sacramentum baptismi: & similiter unctio in chrismate uel oleo, sacramenta uerbi confirmationis & extremæ unctionis. Ex quibus manifestum est, quod prolatis uerbis mysticæ benedictionis, statim aderat ex eorum potentia in manibus Domini corpus suum uerè & substantialiter, & sanguis ipse in calice, priusquam discipuli acciperent, ederent & biberent. Ait enim tenens panem in manibus, Hoc est corpus meum, quod in manibus habeo. Accipite & edite. Et simpliciter de calice. Uerbis autem eius nihil addere licet. Qui uerò dicunt ex usu & fide sumentis corpus & sanguinem domini substantialiter ibi adesse, domino contradicunt, qui ait adhuc manibus tenens hoc esse suum corpus & suum sanguinem. Uerbis præterea Christi derogant suam uirtutem & efficaciam.

Cum autem dominus in cœna nouissima post panis & uini benedictionem & consecrationem Apostolis dixerit, Hoc facite in meam commemorationem, id ipsum uidelicet quod ipse Christus fecerat, hoc est, sit duraturum usque ad seculi consummationem: Nunc etiam quodcumque istud sanctum mysterium celebramus facientes quod fecit Dominus, & in eius commemorationem, non minus adest uerum Christi corpus, & uerus sanguis realiter & substantialiter, quam aderat domino primam hanc mensam instruente præparante. Nam qui dixit in principio, inquit Damascenus, Producat terra herbam uirentem, & usque nunc pluuia facta & diuino adiuta & uigorata præcepto, germina producit: idem quia dixit, Hoc est corpus meum, Et hic meus est sanguis: Hoc facite in meam commemorationem, & id omnipotenti eius præcepto donec ueniat, efficitur. Item B. Chrysofostomus, Et nunquam inquit, ille præsto est Christus, qui illam ornauit mensam, ipse ista quoque consecrat.

CANON. 7.

De Eucharistia
lib. 12.
Tract. 9. Misericordia

Data est Apostolis potestas
consecrati corpus
& sanguis
ne eam in
alios transferret
& densa.

Lib. 4. de orthodoxis
fid. c. 19
Genes. 1.
Serm. de uocatione
Iudeæ

Non enim homo est qui proposita de consecratione mensæ Domini, corpus Christi facit & sanguinem, sed ille qui crucifixus pro nobis est Christus. Sacerdotis ore verba proferruntur, & Dei virtute consecratur & gratia. Hoc est, ait, corpus meum. Hoc verbo proposita consecratur. Et sicut illa vox quæ dicit, Crescite & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum, ad generationem operante natura, ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesiæ usque ad hodiernam diem, & usque ad Christi aduentum prestat sacrificio firmitatem. Instituit itaque; Christus per suos ministros mensam hæc parandam ad seculi usque consummationem, in qua ipse tantum esset author muneris & consecrator, sicut ipse est qui in nostro baptismo baptizat, & spiritum renouat. Ipse est qui incrementum dat nobis plantantibus & rigantibus. Hanc verborum Christi intelligentiam de vera, reali, substantiali ac durabili corporis & sanguinis Christi in sacra Eucharistia presentia ex consecratione sacerdotis, sine dependentia ab usu, quam etiam verba Christi secundum sermonem proprietatem faciunt, semper docuit & predicauit Ecclesia Christi catholica, & vniuersi patres à temporibus Apostolorum eandem semper secuti sunt, qui olim ut hereticos etiam damnauerunt quotquot docere aut sentire ausi sunt corpus & sanguinem Christi in sacramento esse tanquam in signo & figura duntaxat. Et sententia hæc in multis Oecumenicis conciliis, tanquam certa fide credenda, est definita. Nam in celeberrimo Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. cui omnes quatuor Patriarchæ interfuerunt, definitum est conformiter ad doctrinam magni illius Concilii Ephesini primi (quod eadem veneratione suscipi vult beatus Gregorius Papa, qua quatuor sancta Euangelia. Sed verba eius commodius citabuntur, circa articulum 16. eò quòd loquantur de incrementa oblatione & sacrificio carnis domini viuificantis.) Definitum est, inquam, quòd vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, in qua idem ipse sacerdos est sacrificiù Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate diuina. Item in generali concilio Viennensi tempore Clementis 5. aperte dicitur in hac sacramentali Christi commemoratione Iesus Christus est, sub alia eodem forma, in propria verò substantia. Ascensus enim in calum dixit Apostolus & eorum sequacibus. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque; ad consummationem seculi, benigna eos promissione confortans, quòd scilicet permaneret & esset cum eis etiam presentia corporali. Et postea in concilio Constantiensi & Basiliensi. Nouissimè autem in Oecumenica Synodo Florentiæ celebrata sub Eugenio quarto in epistola Synodotica, approbante toto concilio, dicitur quòd non solum corpus & sanguis Christi, sed totus Christus est verè reali presentia in Eucharistia. Quod expresse approbant prædicta concilia. Et ob errore huius doctrine contrariù Berengarius archidiaconus Andegauensis primò damnatus est in Synodo Vercellensi sub Leone 9. deinde sub Victore 2. qui etiam errore istum tanquam hæreticum abiurauit, panemque & vinum in sacrificio Domini, non vmbra liter & figuratè, sed verè Christi carnem & sanguinem fieri confessus est, & ad eam fidem in posterum tenendam se iuramento obstrinxit. Sed tandem in eandem hæresim relapsus à Nicolao secundo ad concilium Romæ habitum vocatus, rationibusque & autoritatibus victus, iterum ab erronea illa assertione respuit, reuocauitque coram toto illius Synodi cœtu. Atque hæc eius reuocatio inseritur lib. Decretorum. Hinc iterum ad vomitum est reuersus, & primum illud dogma quod bis solenniter abiurauerat, non destitit per ecclesiæ & diuersa loca seminare: Propter quod à Gregorio 7. ad Concilium Romæ celebratum vocatus circa annum millesimum septuagesimum nonum, ob eandem impietatem tertio iam damnatur, qui se grauissimè errasse confessus coram frequenti illa Synodo tertio abiurauit antiquum suum errorem, veniamque ab Apostolica benignitate est assecutus. Forma autem abiurationis fuit ista, Ego Berengarius corde credo & ore confiteor, panem & vinum quæ ponuntur in altari, per mysterium sacræ orationis, & verba nostri redemptoris, substantialiter conuerti in veram ac propriam & viuificantem carnem & sanguinem Domini nostri Iesu Christi; & post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de virgine, & quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, & quod sedet ad dexteram patris. Et verum sanguinem Domini nostri Iesu Christi, qui de latere eius fluxit, non tantum per signum & virtutem sacramenti, sed etiam in proprietate nature, & veritate substantiæ: Sicut in hoc breui continetur, & ego lego, & vos intelligitis. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta euangelia. Refert B. Bernardus in sine quoddam miraculum in vita Malachie episcopi, quòd quidam clericus præsumperat dicere, in Eucharistia

Genes. 2.

Matth. 28.

Epist. Synod. Mart. ar. 3. 10 an. Pius 6. sess. 30.

Distin. 1. 1. Ego Berengarius vint.

ristia esse tantum sacramentum, id est, significationem, & non corporis veritatem. Super quo à Malachia Episcopo secretò & saepe cõuentus, sed in callum, in mediũ tandè vocatus est, seorsum tamen à laicis, vt si fieri posset, sanaretur, & non confunderetur. Itaque in conuentu clericorũ data facultas homini est pro sua sententia dicendi. Cumque; totis ingenii viribus (quo nõ mediocriter callebat) asserere & defendere conaretur errorẽ, Malachia contra disputante & conuicente, iudicio omnium superatus est clericus. At de cõuentu confusus quidem abiit, sed non correctus. Dicebat enim se non ratione victum, sed Episcopi pressum autoritate: Et tu, inquit, o Malachia, sine causa me hodie confundisti, aduersus profectò veritatem locutus es, & contra tuam ipsius conscientiam. Mœstus Malachias pro homine sic indurato, sed magis fidei dolens iniuriam, timens periculum, Ecclesiam contocat, errantem publicè arguit, publicè monet vt resipiscat, suadentibus hoc ipsum episcopis & vniuerso clero. Cum non acquiesceret, contumaci anathema dicitur, hæreticum protestans. Nec sic euigilans. Omnes, inquit, fauetis homini potius quam veritati, ego personam non accipio, vt deserã veritatem. Ad hoc verbum subitò machans sanctus: Dominus, inquit, fateri te veritatem faciat, vel ex necessitate: Quo respondete, Amen, soluitur conuentus. Talis iste inultus cauterio meditatur fugam, infamis atque inhonoris fore non sustinens, & continuo sua tollens exibat. Tum ecce subita correptus infirmitate sistit gradum, viribusque; deficiens eodem loco iacet se super solum anhelus et fessus. Fortè incidens in id loci vagabundus insanus offendit hominem, quidnam ibi agat percunctatur. Responder graui se infirmitate teneri, & neque procedere, neque redire valentem. Et ille, infirmitas ista (inquit) haud alia quam ipsa mors est. Hoc autem dixit non à semetipso, sed pulchrè dominus per vagabundum corripuit eum, qui sanus non luit acquiescere consiliis senatorum. Et addidit, Reuertere domum, ego te iuuabo: denique ipso duce reuertitur in ciuitatem. Redit ad cor, & ad misericordiam domini. Eadem hora accersitur episcopus, agnoscitur veritas, abijcitur error, & confessus reatu absoluitur, petit viuacitè, datur reconciliatio, & vno penè momento perfidia ore abdicatur, & morte diluitur. Ita admirantibus cunctis sub omni celeritate cõpletus est sermo Malachie: & scriptura pariter dicens, Quia vexatio dat intellectum auditui. Hactenus Bernardus,

Nec est quod hic quisquam miretur quòd Malachias episcopus in hunc clericum hæreticum & pertinacem tantum anathema dixerit & hæreticum declarauerit, non autem tradiderit eum tanquam in corrigibilem potestati seculari puniendum. Itè quod Berengarius permittus sit ter abiurare, & post tertiam etiam abiurationem adhuc sit ei paritum & concessum, vt reuerteretur ad archidiaconatum suum. Eo namque; tempore non dum constituta erant sanctiones canonicæ de tradendis brachio seculari, iis qui pertinaciter persistenter in suis erroribus, aut in eisdem semel abiuratos relaberentur, quæ postea ad improbam hæreticorum coercendam perniciaciã rectè & vtiliter, imò & necessario sunt decreta: postquam docente experientia citra mortis supplicium, eorum contagio aliorumque; subuersio cohiberi non poterat, vt docet sanctus Christi martyr Ioannes episcopus Rossensis. His canonibus & legibus seuerè in hæreticos animaduertentibus nunc statum est. De Berengario autè testatur eximius doctor Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis, quòd cum extremo decumbens morbo, mortis horam sentiret vicinam, in die Epiphaniæ Domini dixerit, alludens ad latinam eiusdem solemnitatis appellationem, Hodie mihi apparebit Dominus Iesus Christus, vel ad gloriam sicut spero, propter poenitentiam meam, vel ad damnationem sicut formido, propter aliorum corruptionem quos ad viam veritatis reducere non potui. Hanc igitur nostræ fidei catholicæ sententiam, hoc est, veritatem realis presentie corporis & sanguinis Christi in sacrosancta Eucharistia, multis modis probat Ioannes Rossensis in præfatione libri tertij. Et eandem à temporibus Apostolorum concorditer docuisse vniuersos Orthodoxos patres tam priscos quam recentiores, & horum doctrinam atque; institutionem semper secutum esse populum Christianum, clarissimè ostendit idem Rossensis assertor veritatis catholicæ, & hæresim impugnator acerrimus, in diuino suo & eruditissimo opere, quod fecit contra blasphemum & omnibus modis execrabilem libellum Ioannis Ocolampadii, de expositione verborum cænæ Domini. Hoc est corpus meum: in quo citat plurimorum testimonia, incipiens à sancto Ignatio, Dionysio Areopagita, & Clemente quarto, Petri in Põnificatu successore, usque; ad nostri seculi doctores, vt ibi videre licebit, si quis concordiam sententiæ patrum euidenter cognoscere velit, in cuius Præfationis sine docet sine hac fide veritatis corporis & sanguinis Christi nulli contingere salutem. Idem facit Archiepiscopus Cantuariensis Lanfrancus, vir non minori pietate quam eruditione præditus, in epistola quam scripsit ad Berengarium,

Similia refert Cyprianus serm. de laps. & Ambrosio de excessu fratris c. 7 que testatur realem Christi presentiam in Eucharistia.

Circa art. 33. assert. Marti. Luberi. Par. 4. alph. 64. 2. par. te 2. alph. 41. &

In præf. 11. 4.

gariunt, ut eum ad sanam mentem reuocaret. Nam post plurima veterum testimonia ibi citata, concludit, Si verum est quod de corpore Christi tu credis & astruis, falsum est quod ab Ecclesia ubique gentium de eadem re creditur & astruitur. Omnes enim qui Christianos se & esse & dici letantur, veram Christi carnem verumque eius sanguinem, vera vtraque sumpta de virgine, in hoc sacramento se percipere gloriantur. Interroga vniuersos qui Latina lingua, nostramque linguarum notitiam perceperunt. Interroga Græcos, Armenos, seu cuiuslibet nationis quosque Christianos homines, vno ore hanc fidem se habere restabuntur. Porro si vniuersalis Ecclesie fides falsa existit, aut nunquam fuit catholica ecclesia, aut perit. Nihil namque efficacius ad interitum animarum, quam perniciosus error. Sed non fuisse aut perisse Ecclesiam, catholicus nemo consenserit. Alioqui non est verum, quod tamen ipsa veritas Abraham promisit, dicens, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Item in Psalmis, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Hæc latè ex verbis B. Augustini profequitur.

Cum igitur hanc sententiam semper sequuta sit tota Christi Ecclesia, eamque semper prædicauerint quotquot in ea Præpositi fideles, horumque doctrinam semper sequuta sit plebs Christo Domino in baptismo consecrata, necesse est eam esse verè fidei sententiam, quam qui sequi recusat, certo certius in sempiternum ibit interitum & supplicium gehennæ perpetuum. Nec membrum Christi eiusque corporis esse potest, qui hanc eius fidem respicit, & amplecti renuit, modis tam multis, traditione scilicet maiorum iam inde ab Apostolis, & frequentibus Conciliorum definitionibus comprobata & confirmata. Et reuera pessimus & perniciosissimus est hic error, qui tam insignem & admirabilem Dei gratiam rejicit & contemnit, nec agnoscit tantum Dei beneficium, quo nos etiã corporaliter sicut Zachæum visitat, cupiens apud nos manere, & quicquid in subsidium nostræ infirmitatis & paupertatis ab eo desiderauerimus largiri. Et ideo nec gratias agit, quod in propria persona & natura, totus nobiscum esse dignatur vsque in consummationem seculi. Tolle, inquit quidam sanctorum, hoc sacramentum ab Ecclesia, & quid erit in mundo nisi infidelitas & error, & populus Christianus quasi grex porcorum dispersus, & idololatriæ deditus. Item alius quidam, Omnis deuotio populi Christiani hoc sacramentum respicit, & eius consideratione excitatur. Quid enim magis charitate erga Deum & proximum accendit & inflammat, quam ostensio amoris quo ad nos miseris vermiculos quotidie tantus venit dominus, sese realiter præsentans, ut faciat si quid ab eo desideremus, qui se nobis in cibum præbet vitalem? Verè immensam suam charitatem erga nos in hoc commendat: Verè hic caro Christi carbo ignitus est, ut dicit Ioannes Damascenus. Carbonem, inquit, vidit Elias. Carbo autem simplex non est, sed vnitus igni: Sic panis comunions non panis simplex est, sed vnitus diuinitati. Carbo hic comburit peccata nostra, & illuminat corda, ut participatione diuini ignis igniantur & desiccantur. Subleuet & spei fiducia tam familiari sua ad nos coniunctione & aduentu, ut subleuet & tollat nostras miseras. Quis non certissime confidat se exaudiendum, imò & exaudiri, quando eundem ipsum præsentem & interpellantem apud patrem, & quidem ipsius iussu offerimus, qui se pro omnibus obtulit in cruce hostiam patri gratissimam? Inestimabilis est charitas Christi, qui voluit ad seculi vsque consummationem in corpore & sanguine suo, imò totus in vtraque, sicut in terris visibiliter est conuersatus, permanere nobiscum inuisibiliter, in propria natura substantia, vera realique præsentia, quasi delitit eius sint, ut reuera sunt, esse cum filiis hominum, quando secundum visibilem & corporalem præsentiam nos relicturns ad patrem reuertebatur. Hic materia est exercendæ fidei, spei roborandæ, & charitatis inflammandæ: & singulare præbetur humilitatis exempli, quando consideramus quod Dominus Maiestatis in gloriam suam sublimatus, ad nostram tamen salutem, nostrique amorem, vestiri dignatur tam modico & vili pallio, abiectione quidem, quam tempore peregrinationis suæ utebatur, speciebus scilicet panis & vini, & sine personarum respectu ad pauperem æquè veniens seq; demittens atque ad diuitem: tam ad hostes & ingratos, quam ad alios. Pessima est igitur hæresis, quæ dominum tam benignè ex summa sua erga nos charitate venientem non agnoscit, non recipit, non gratias agit, sed ipsius Domini Christi Saluatoris nostri realem & corporalem præsentiam & visitationem arbitratu solum esse significationem quam à remotis facit.

MAGNI igitur momenti est hic fidei Articulus, quem propterea diligentissime patres & pastores in cura populi Christiani ac gregis sibi commissi secundum scripturas excusserunt, non ignorantes quantum periculi populo suo immineret, si vel non agnosceret præsentiam Christi in Eucharistia, si reuera adesset: vel ediuersò crederet sibi velari Christum,

Bonauent. in lib. de præp. ad missam. Et Scotus dist. 8. 4. sentent.

Lib. 4. ad. 14.

Christum, & realiter adesse, cum nequaquam adesset. Ex illo enim summæ ingratiudinis periculum & contempus imminet, si munus tam eximium à tanto tam incomparabili principe donatum, non omni studio, amore pariter & honore amplecteretur: Ex isto autem discrimen & periculum idololatriæ, hoc est adorationis creaturæ loco creatoris. Etenim si Christus crederetur ibi præsens, cum reuera non adesset, fidelis populus quoties hoc sacrificium celebraret, ibi Christum adoraret, & in horrendissimum idololatriæ crimen incidere. Id quod doctè profequitur Ioannes episcopus Rossensis in dicta sua præfatione 4. li. in Auctariis. Et in præf. 3. li. corrob. 2. docet quod si nulla penitus extarent scripturæ, quibus huius sacramenti veritas probaretur, non tamen esse alienum à magnificentia tanti principis, imò amatissimi spõsi, munus tā incomparabile suę spõsæ relinquere.

Ex his quæ hæcenus dicta sunt, facilis est responsio ad scripturas & rationes quæ contra realem præsentiam Christi in sacra Eucharistia facere videntur, inter quas hæc obijciunt aduersarii. Christus ita per fidem operatur in credentibus absens secundum corporalem præsentiam, sicut præsens, imò præsentia corporea impedimento est operationi spiritus, dicente domino, Nisi abiero, paracletus non veniet. Propter quod Apostolus Paulus, Itaque hoc, inquit, neminem nouimus secundum carnem: & si cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Et indignè ferebat Christum, quod Regulus rogabat eum ut descenderet & sanaret filium, dicens, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Sed Centurionis fidem commendauit, qua credebatur Christum quamuis absentem, sanare posse seruum suum. Fide omnia nobiscum agit Dominus, & secundum fidem nostram quæ est absentium & non apparentium atque inuisibilium, nobis facit.

Cui responderi potest, quod Christus iam gloriosus ad dexteram patris, ut in nobis suam charitatem commendaret, & humilitatis exemplum præberet, nobisque ad omnia obtinenda erigeret, non potuit non adesse nobis vsque ad seculi consummationem. Cum enim sum in nos amorem indicare veller, inquit B. Chrysofostomus, per corpus suum se nobis comiscuit, & in vnum nobiscum se redexit, ut corpus cum capite vniretur. Hoc enim amantiū maximè est, id quod B. Iob significabat de seruis, à quibus maximè amabatur, qui amorem præ se ferentes dicebant, Quis det nobis ut carnis eius faturemur? Quod Christus fecit, ut maiori nos charitate astringeret, & ut suum in nos ostenderet desiderium, non tantum se videri permittens desiderantibus, sed & tangi, & manducari, & dentes carni suæ insigi, & desiderio sui omnes impleri, ut non solum per dilectionem, sed reipsa in illam carnem conuertatur: quod per cibum efficitur, quem nobis largitus est: Quæuis autem Deo non deerat alius modus liberandi nos à morte æterna, quam incarnatione & morte filii sui, nullus tamen erat sananda nostra miseriæ conuenientior: ita nobis in spiritu pacem & confortandis nullus aptior, quam per carnem filii sui in cruce pro nobis immolandum sub specie panis, & per sanguinem in ea effusum sub specie vini, ne horror nobis esset, si caro humana & cruda, item sanguis nobis proponerentur in propriis speciebus & formis. Et absens potest quidem charismata sua nobis largiri, ut præsens per fidem, de qua comendauit Centurionem, & ob eius defectum Regulum arguit, operatus est tamen miracula sua tempore peregrinationis suæ, ferè semper præsens. Sic sanctificauit Ioannem in vtero matris adhuc latentem, quando Maria ipsius mater Elizabeth visitabat. Ad eius quoque præsentiam Zachæo & domui eius salus facta est. Item ad ractum simbrie vestimenti eius sanata est mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur. Rursus ex aqua præsens vinum fecit in nuptiis in Cana Galilææ. Et alia multa huiusmodi miracula ferè manus adhibitione & corporaliter præsens est operatus. Et hoc pro gloria patris expediebat, quæ non ita fuisset manifestata, nec ipse eorum author, si hæc virtute Christi absentis facta fuissent. Fecit tamen etiam quædam miracula absens, ut ostenderet se habere potestatem, quæ non esset loco alligata, sed super omnia locorum interualla, sine limite aut termino. Si tantum absens realiter nostram operaretur modò salutem, non ita comendaret nobis charitatem & amoris suum erga nos, non æquè in spem erigeret, nec ita fidem exerceret: propter quæ & alia iam dicta maxime conueniebat quod Christus nobis substantialiter in sacramento adesset. Cum autem non sit hoc verbum apud Deum impossibile, & clarissima sint eius verba, Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus: nihil hic est scrupuli, nisi nodum in scirpo querere velimus, maxime postquam Ecclesie accessit interpretatio, cuius auctoritate, sicut receptæ sunt scripturæ, ita & eius interpretationem accipere oportet. Est enim Ecclesia columna veritatis. Et quamuis fides non sit apparentium, est tamen presentium, quæ sensum & humanam superant intelligentiam, adeo ut nihil fere in tota nostra fide difficius sit ad credendum, quam sub hoc sacramento

Ioan. 16. 1. Corinth. 5.

Ioan. 4. Matth. 8.

Homil. 45. in Euang. secundum Ioannem. Cap. 3.

Luc. 1.

Luc. 19.

Ioan. 2.

verè & corporaliter, quamvis inuisibiliter, præfens adesse corpus & sanguinem Christi. In quo propterea maximè intellectum nostrum captiuare oportet, & ideoque hæretici his Christi verbis credere non possunt. Nam in cruce quidem erat latens & obumbrata diuinitas, sed patebat in sua infirmitate humanitas: Hæc autem ytraque, later, & contra ratione esse videtur, quòd totum hominis corpus sit sub tam exigua panis specie. Nec impediatur effusio spiritus in Apostolos præsentia corporalis, sed familiaris & corporalis conuersatio, de qua post resurrectione apud Lucam dicit, Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: vbi loquebatur quidem ad Apostolos visibiliter & corporaliter apprensus, sed non erat cum eis ut fuerat prius secundum carnales infirmitates. Ita etiam de habitu suo loquitur, cum dicit, Si enim non abiero, qui abstulit infirmitates, & illam conuersationem amicabilem, quam prius cum Apostolis habuerat. Est autem in sacramento inuisibiliter secundum speciem propriam, visibiliter autem in specie panis & vini: sed hoc sola fides apprehendit & cognoscit, difficius tamen, quam ipsum sedere ad dexteram patris, ut enim dicit B. Augustinus, tractans hoc verbum domini, Nisi abiero, & c. Formam serui Apostoli intuentes, hoc solum Christum esse putabant quod videbant, & circa creaturam susceptumque habitum occupati, æqualitatem quam cum patre haber, non intellegebant. Quid est ergo, inquit, Si non abiero, paracletus non veniet ad vos? nisi, non potestis capere spiritum quam diu secundum carnem Christum nosse perstitit. Et Theophylactus, Si non abiero, hoc est, si non morior dato sacrificio, & propitiatione pro peccatis mundi, paracletus non veniet. Et quomodo veniet patre nondum reconciliato, non solutis inimicitias? Item secundum Euthimium, Decretum erat sanctæ Trinitatis, quod pater traheret ad filium, filius attractos doceret, & spiritus sanctus perficeret, diffundens charitatem in cordibus credentium. Necessè est ergo ut ego ab ea completo iam opere, quod me facere oportuit, ut alius exhortator adueniat, vosque perficiat. In sententia autem Apostoli, itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem: Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Beatus Augustinus nomine carnis, non eius substantiam, sed carnis corruptiones intelligit. Sicut dum idem Apostolus dicit, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Nouimus quidem aliquando Christum secundum affectiones et carnis corruptiones, sitim, famem, & reliquas, modo non sic eum nouimus, sed immortale in corpore glorioso sedere ad dexteram patris. Imò neminem nouimus secundum carnem propter certam spe vitam immortalis, ad quam in Christo nos conuersuscauit, & sedere fecit ad dexteram patris. Spe enim salui sumus, & vitam possidemus immortalè. Et Theophylactus, Neminè fidelium, inquit, nouimus secundum carnem videntem, hoc est, iuxta veterè & carnalem vitam. Omnes enim spiritu regenerati nouam & spirituale vitam aspiciuntur. Et si, inquit, Christus olim secundum carnem erat, nunc tamen non porro est. Quid igitur, carnem ne deposuit? Minime. Nam quemadmodum allumprus est, sic etiam veniet. Assumptus est autem in carne, & cum corpore. Quid igitur dicit? Certe quod nos tunc quidem secundum carnem viuere dicimur, quando in peccatis fuerimus, tumque non secundum carnem viuere, quando peccatis non coinquinauerimus. Christus autem secundum carnem vixisse dicitur, quando secundum naturales, inculpatas tamè, affectiones vixit: esuriens, sitiens, dormiens, laborans. Nunc autem non est secundum carnem, hoc est, ab his naturalibus & inculpatis affectionibus liberatus est, impassibile, & immortale corpus habens, ut nos doceat ne vivamus secundum carnem & peccabiliter, sed secundum spiritum. Tandem interpretationem post S. Clementem in 4. lib. informat, sequitur Oecumenius. Nihil igitur hæc sententiæ altera Saluatoris, & altera Pauli Apostoli, aduerfantur præsentia corporis Christi, imò totius Christi in sacra Eucharistia, in qua impassibiliter & modo quodam est, qui omnem humanam superat intelligentiam, & humanum atque carnalè excludit affectum, propter quem Christum abire expediebat: magisque nos accendit ad quaerendum ea quæ sursum sunt, vbi Christus est in dextera patris sedes: Seder autem ad dexteram patris, ita in Eucharistia, sicut in cælis.

DEin de obijciunt aduersarii, Certa quidè sunt verba Saluatoris, Hoc est corpus meum: & c. Hic est sanguis meus, de quorum veritate nemo dubitare potest. Sed non certa nec clara est eorum intelligentia. Nam ut dixit, Hoc est corpus meum, ita dixit, Ego sum vitis vera. Item de Christo pronunciat beatus Ioannes baptista. Ecce agnus Dei. Et Apostolus Paulus, Petra autem erat Christus. Non autem proprie est Christus agnus, vitis, & petra, sed per tropum tantum. Nihil igitur prohibere videtur, quin & hic sermo Christi sic intelligatur, Hoc est corpus meum, hoc quod porrigo est corporis mei, quod pro vobis tradidum in mortem, symbolum, & figura signumque memoratiuum, quem sensum inlinuasse videtur Domini-

Joan. 1.
1. Corinth. 10.

2. Corinth. 5.
Li. 12. contra
Faustum 6. 1.
et sequenti.
maxime 7. c.

Lib. 1. de tri-
uit. cap. 9.

Joan. 16.

Cap. 14.

Domini, quando addit, Hoc facite in meam commemorationem, quasi hæc sit quæ spectari debeat in hac Christi institutione & consecratione. Et hunc sensum horum verborum Christi videtur intellexisse B. Augustinus lib. contra Adimantum Manichæi discipulum. Dominus, inquit, non dubitauit dicere. Hoc est corpus meum, cum sui corporis daret signum. Idem in præfatione psal. 3. Miranda, inquit, domini patientia, quòd Iudam adhibuit ad conuiuium, in quo corporis & sanguinis figuram discipulis commendauit & tradidit. Item lib. tertio de doctrina Christiana tradens regulam qua discernatur locutio scriptura figurata à propria, dicit, Si scriptura flagitium vel facinus videtur iubere, aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata est locutio, ut, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, facinus vel flagitium videtur iubere: Figura est ergo præcipiens passioni domini esse communicandum, & suauiter atque vtiliter recondendum in memoria quòd pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit. Et Tertullianus, Acceptum panem, inquit, & distributum discipulis, corpus suum ipsum fecit, dicendo, Hoc est corpus meum, id est corporis mei figura. Rursum Augustinus epistola ad Bonifacium, Sacramenta, inquit, plerumque vocantur nominibus earum rerum quarum sunt sacramenta: Ita corpus Christi vocatur quod est sacramentum corporis, & sanguis quod est sanguinis sacramentum. Quin & figuratum esse sensum verborum Christi de quibus agit, ex ipsius saluatoris sermone confirmatur, quo interpretado moderatus est & mitigauit duritiem sermonis, ob quam multos nouerat offensos, Spiritus est, inquit, qui viuificat, Caro non prodest quicquam: Verba quæ loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt, hoc est, interpretante B. Augustino, spiritualiter intelligite quæ locutus sum vobis: Non hoc corpus quod videtis estis manducaturi, nec bibaturi illum sanguinem quem effusum sunt qui me crucifigerunt. Sacramentum quod commendauit vobis spiritualiter intellectum viuificabit vos, caro autem non prodest quicquam. Sed hæc omnia sanè intellecta nihil faciunt contra veritatem corporis & sanguinis Christi in sacra Eucharistia: meri sumi sunt quibus caligat & obscuratur oculi insipientium & simplicium. Nam hæc verba domini tropum caligat & signati absentis non admittunt, sicut scriptura quarum meminit obiecto, imò planè ab eis excludunt verba Apostoli, ut diximus, eorumque circumstantia. Solent namque circumstantia scripturarum ipsam illuminare sententiam, ut dicit & B. Augustinus lib. 82. quæst. c. 1. ea quæ circa scripturam sunt, præsentem questionem contingentiæ diligenti discussione tractantur. In verbis autem prædictis Saluator nullam proponit parabola, sed simplicem tradit veritatem, docetque quid sit quod manducandum & bibendum suis ministrat discipulis. Cœnantibus eis ait Matr. accepit Iesus panem & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait, Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quasi non amplius sit panis quem in manus sumpsit, vbi nuda eorum quæ gessit Iesus narratur historia. Quod ergo hic indicium figuratæ huius locutionis? Si pro nostro arbitrio omnia ad tropum torquere velimus, nihil tandem certi in scripturis erit. Nam eodem modo dicitur, Verbum caro factum est, non realiter, sed significatiuè, quia videlicet carnis assumpsit figuram. Nullum hic facinus iubetur aut dicitur quod Christum non deceat: Imò eductio indignum profus tanto principe & amatore fuisse pro momentum & sui memoriali frustulo panis tantum donasse, vel figuram quandam & nudam sui representationem tribuisse. Nam maritus à coniuge sibi charissima recessurus, xenium quoddam relinquere meditatur, quo sui habeatur memoria, & si fieri posset, seipsum in xenio relinqueret. Sic & principes qui curat imagines sui representatrices depingi, vel donadas vel mittendas amicis, eadem facilitate, si per eas fieri posset, seipsum sub imaginibus illis donaret. Animus non deest istud præstadi, tamen si poterit pariter & arte careant, quò minus istud valent exequi. Ceterum Christo nec animus deest, quippe, qui nos adeo adamauerit, ut longè duriora pro nobis aggressus sit: neque potentia, qui vel imperio solo cuncta fecit ex nihilo: neque demum sapientia, qua tam comòde præstat hoc ipsum, ut & citra quamuis iniuria sui corporis, & citra crudelitatem & horrorem edentium, suam carnem nobis edenda impèdat, ut merito hic cum Apostolo Paulo exclamemus, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quemadmodum late ista prosequitur D. Ioannes Episcopus Rossensis, in diuino illo opere de sacramento Eucharistia, contra Ioannem Oecolampadium. Nihil igitur indignum est diuina Christi Maiestate, imò maximè consentaneum tanto amatori & in cõparabiliter ardenti, ut cum per corporalem præsentiam esset à sua charissima sponsa discessurus, seipsum in monumento quodam relinquere. Id quod ab eodem suis ipsius verbis testatur se facere dum dicit, Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. In scripturis citatis & obiectis quod aduersariis & circumstantia & res ipsæ cogunt tropum intelligere.

Cap. 12.

Cap. 16.

Joan. 6.

Li. 4. aduer.
Marcionem.

Epist. 23.

In psal. 98.

Solutio.

1. Cor. 10. c.

2. Reg. 6. 9.

Matth. 2. 9.

Joan. 6.

In præf. 11. 3
cor. 2.

Nam Christus dicit se esse vitem, nos autem palmites. Talis autem ipse est vitis quales nos sumus palmites, a simulatione scilicet ad veram vitem verosque palmites. Nec Ioannes Baptista simpliciter Christum agnum pronunciat, sed agnum Dei, & talem agnum qui tollit peccata mundi: in quo singulariter Deo est bene placitum, adeo ut eius oblatio ne totum sibi mundum reconciliaret, in quem sine etiam seipsum in cruce quasi agnum obtulit, & peccata mundi abstulit, quod non est agni irrationalis. Nec item rei natura patitur quod homo proprie sit agnus aut vitis vel petra: Quamquam beatus Ioannes Chrysostomus & Theodoretus (ut est apud Oecumenium) interpretetur Christum esse proprie petram illam spirituales, de qua loquitur ibi Apost. Paulus. Nam assignans causam quare dixerit, Potum spirituale quod eundem oes biberant, interpretatur spirituale à causa, quia virtute non naturali, sed spiritus producta. Addit, Biberant enim de spirituali consequente eos petra: Petra autem hæc consequens tanquam indiuiduus comes, sequitur etiam secundum carnis assumptionem, erat Christus, Messias scilicet cuius beneficio & virtute aqua de naturali petra fluxerat. In verbis autem cenæ dominicæ, Acceptum in manus panem benedixit, & sua benedictione fecit ut ex sumpto pane esset corpus suum, quod exhibuit discipulis, quod esse, & fieri diuina virtute, imò solo iussu potest, & fieri ac esse maxime cõuenit, atterea immensitate amoris quo erat erga eos pro quibus etiam mori est dignatus, omniaque illa grauissima supplicia subire. Et absurdissimum est apud hominem Christianum & veritatis amatorem, quod non aliter sit corpus domini quod ministratur nobis à sacro altari, quam agnus Paschalis, panis quem offerebat Melchisedech, & manna in deserto erat corpus Christi. Inter hæc enim & panem viuum qui de caelo descendit, siue panem de quo Christus, Panis quem ego dabo, caro mea est quæ dabo pro mundi vita, magnus est discrimen. Patres vestri, inquit, manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic panis est de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur in æternum. Et explicans quis sit iste panis, addit, Panis quem ego dabo, caro mea est, & quidem eadem quam pro mundi vita dabo in ara crucis: Hanc eandem dabo in panem & alimentum ad pascendum. Huc spectat dum in cenâ Iesus accepit panem deditque discipulis suis, & ait, Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Et si detur aduersariis quod hæc verba Domini aliquo modo possint secundum tropum signi & signati intelligi, quia tamen proprius scripturarum sensus est accipiendus, nisi sit absurdus, vel alia scripturæ loca clariora impediunt, verba ista proprie intelligere necesse est, quæ si aliquid haberent ambiguitatis quæ tamen non habent, quæ certiore iudicem inueniemus in veri sensus declaratione & germana intelligentia, non solum huius loci, sed totius scripturæ, quæ Ecclesiæ Christi sponsam? Spiritus enim sponsi sui habet, & sensum eius nouit. Ipsa quæ scripturas nobis tradidit, dabit & earum intellectum. Nouit enim in quo sensu à spõso suo eas accepit, & huc nobis tradidit. Hæc ipsa ab eo magnifica accepit testimonium veracitatis, ut docet b. Aug. propter quæ in omnibus ei credere oportet, & hanc nusquam certius loquentem audimus, quam in suis Præpositis, & Conciliis generalibus, in quibus non semel definitum est, ut frequenter diximus, hæc Christi verba sine tropo in proprio sensu esse accipienda, & pro hæreticis habendos, qui hic tropum effingunt, secundum quem tantum sit memoria in sacramento corporis Christi in cruce immolari, & non veritas aut realis præsentia: cuius contrarium in superioribus est ostensum & declaratum, & clarissimè docent Magister Sentent. & Hugo de S. Victore. Nec aduersantur quæ obiecta sunt ex Tertul. & Augustino. Hi enim iisdem illis locis apertissimè non aliud docent, quam realem præsentiam corporis Christi in hoc sacramento. Nam Tertul. hoc eodem loco dicit, quod Iesus acceptum panem corpus suum fecit dicendo, Hoc est corpus meum. Idem lib. De carnis resurrectione. postquam carnem nostram substantiam fruolam & sordidam multis extulisset præconiis, addit: Caro, inquit, abluatur, ut anima emaculetur: Caro vngitur, ut anima consecretur: Caro signatur, ut & anima muniatur: Caro manus impositione obumbratur, ut anima spiritu illuminetur: Caro corpore & sanguine Christi vescitur, ut anima de Deo sanetur. Et eandem suam fidem multis in locis passim testatur August. Quando igitur dicit, hoc quod porrigebat Dominus discipulis, fuisse corpus sui figuram, explicant secundum quam rationem corpus Christi realiter & substantialiter in sacra Eucharistia continetur, nempe ut res significata, & verè contenta, nec tantum ut significata & contenta, verum etiam ut signum. Est enim sub sacramento corpus Domini, ut est signum memoriale eiusdem corporis in cruce pro nobis immolati: sicut agnus paschalis verus erat agnus, & in mensa verè & realiter comedebatur, qui simul figura erat agni immaculati Christi Iesu. Nam in sacramento est verè corpus & sanguis Christi secundum rationem signi rememoratini corporis

Rom. 11.

Lib. e contra e-
pist. petri I. ca
29.Li. 4. dist. 10
Lib. de sacra
ment.Lib. 4. contra
Marcionem.

corporis in cruce oblato. Ait enim Christus, Hoc facite in meam commemorationem, sicut agnum immolabant Iudæi in figuram agni, qui tolleret peccata mundi. Est enim in sacra Eucharistia corpus Domini res sacramenti, & simul sacramentum. Et hunc sensum insinuat Tertullianus, dum simpliciter dicit, quod Christus acceptum panem fecit corpus suum: non figuratè, sed verè, dicendo, Hoc est corpus meum, id est, corporis mei figura: Corporis, inquit, ut in cruce immolati: eiusdem autem cum eo hic contento. Reuerend. Episcopus Rossensis late tractat hanc Tertulliani sententiam lib. 2. Et B. August. contra Adamantum, tractans locum ex Deutero. secundum interpretationem 70. Sanguis pecoris est anima eius, interpretatur quod dicitur, Anima eius, quia est signum animæ, sed præsentis. Ita, inquit, Christus dicit, Hoc est corpus meum, hoc est, corporis mei signum, & verè & realiter præsentis: sicut sanguis animæ iam præsentis est signum. Et videtur Pronomen, Hoc, apud August. demonstrare species panis: & Est, accipi non substantiue, sed representatiue: ut sit sensus, Species quæ videntur significant corpus Christi realiter adesse, sicut sanguis præsentè adesse animæ: atque hoc ipsum verba faciunt. Nec est inconueniens tropus in hoc Christi sermone admittere, modò non excludat veritatem præsentia corporis Christi. Nã oportet Pronomen, Hoc, facere demonstrationem simplicem, eò quod verificatur successiue de pane & corpore Christi, sicut dicitur, Hæc herba creuit in horto meo. Item non dixit Christus de pane, quæ nos in manibus habemus, quod esset corpus suum, sed de eo duntaxat, quem ipse in sacras manus acceperat. Est igitur sensus verborum consecrationis, Contentum vel substantia quæ est sub his speciebus panis, est corpus meum, ut demonstratio quoad species sit certa, sed indeterminata quoad substantiam contentam. Sermo præterea esse effectiuus ac operatorius, non purè enunciativus, qualis tamen esse videtur. Potest autem fieri, quòd sermo sit operatorius ex totius significatione, ob modum pronuntiandi, vel ex intentione pronunciantis, seruata eadem partium orationis significatione, hoc est, quòd verbum, Est, solum substantiue significet, & non effectiue, quasi æquiualeret verbo operatorio, quale est, Fir. Nam verba consecrationis significant cõuersionem panis in corpus Christi, non ut ipsa est in fieri, sed ut est in facto esse, sicut docet b. Thomas, b. Bonaventura, & alij quidam doctores docent Pronomen, Hoc, in consecratione, demonstrare panem, & esse sermonem conuersiuum. Potest etiam Pronomen Hoc, intelligi apud Tertullianum & b. Augustinum, ut demonstret corpus Domini sub speciebus, ut signum erat eiusdem corporis, in quo pro nobis in cruce mortuus est Christus. Non igitur oportet hic excludere quemlibet tropum, Nam consecratio calicis necessario aliquem requirit, sed illum imprimis qui excludit realem præsentiam corporis Christi sub sacramento. b. Augustinus, libro De doctrina Christiana se explicat, quò sensu secundum tropum intelligenda dicat verba domini, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. quæ proprie intelligi non posse dicit. Si videlicet intelligantur de manducatione carnali, qua sub specie propria, & in partes decerptæ carnes manducantur, hoc est, ut in macello veniunt: Sic enim ipsemet interpretatur verba domini, Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Hoc enim sensu verba Christi sonarent scelus & flagitium, sicut apud carnales auditores sonant, propter quod si veri fuissent discipuli, quia arduum videbatur & inhumanum quod dicebat, humiliter, inquit Cyril. petere oportebat intelligentiam, non veluti truculentos exclamare, Quomodo potest nobis dare carnem suam ad manducandum? Et rectè dicit August. quòd in hisce verbis Christus præcipit passionem domini in memoria recundi, quia sacramentum, illius est memoria, & hic eius est effectus atque significatio. Citat etiam aliquando hæc verba domini, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis, &c. quæ quasi intelligantur de spirituali manducatione duntaxat, aliquando autem ut de sacramentali manducatione, ratione effectus eius. Quòd autem sit in sacramento solù figura & memoria Christi mortui pro nobis, nullus vnquam doctor catholicus docuit, imò omnes palam reclamant. Nam Damasc. lib. quarto de orthodox. fid. Non est inquit figura panis corporis & vini & sanguinis Christi. Absit enim hoc credere: sed est ipsum corpus domini Deificatum, ipso dicente, Hoc est corpus meum: Nò corporis mei figura, sed corpus: non sanguinis figura, sed sanguis. Et Theophilactus Bulgarorum episcopus, exponens illud Ioannis, Panis quem ego dabo, caro mea est, quam dabo pro mundi vita. Attendite, inquit, quòd panis qui à nobis in mysteriis manducatur, non est tantum significatio quædam carnis Domini, sed ipsa caro Domini. Non enim dixit, Panis quem ego dabo, significatio est carnis: Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem & accessionem spiritus sancti, in carnem domini. Hæc scripsit Theophilactus ante nos ferè

Cap. 22. et se-
quent.
Cap. 22.Part. 2. quæst.
78. art. 2.

Lib. 3. ca. 16.

Ioan. 6.

ferè octingentos. Nam floruit sub Nicolao primo, tempore octauæ Concilii vniuersalis, in quo dānatus est Phorius Constantinopolitanæ sedis occupator, & ferè ducentis annis ante eū testatus est Damascenus id quod iā citauimus. Ex quibus vides etiam quæ fuerit communis fides illo tempore Ecclesiæ catholicæ, quā à maioribus acceperat, & ad nos vsque perducta est, ad seculi vsque consummationem permanens. Quidam omnem tropum excludere volentes à verbis consecrationis, dicunt ea materialiter accipi. Sed his reclamant Concilium Florentinum, vbi definitū est, quod sacerdos in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum. Quæ tamen nos diximus, sub correctione sedis Apostolicæ dicta sint. Beatus Augustinus epistola ad Bonifacium dicit, quod secundum quendam modū sacramentū corporis Christi, corpus Christi est: & sacramentū sanguinis, sanguis eius est, sed secundum tropum tantū, non propriè. Sicut, inquit, sacramentum fidei, fides est, & paruulus habere fidem & credere dicitur, & se ad Deū conuertere propter fidem & conuersionis sacramentum. Atque secundum hunc tropum loquuti sunt Tertullianus & August. quando interpretantur verba domini. Hoc est corpus meum, vt sit sensus, hoc est figura siue sacramentum corporis, quasi Christus appellauerit species panis nomine rei significatæ scilicet corporis sui: Sed simul interpretantur & intelligunt hoc esse sacramentum siue signum corporis præsentis. Nā propter similitudinem earum rerū quatuor sacramenta sunt, plerumque ipsarum nomina accipiunt. Intellectum autem verborum Domini, Spiritus est qui viuificat caro non prodest quicquam: Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt, diligenter explicat August. Caro, inquit, non prodest quicquam, sed quomodo ipsi intellexerit. Intellexerunt autem carnem quomodo dilaniatur in cadauere, nō quomodo spiritu vegetatur. Proinde sic dictū est, Caro non prodest quicquam, quomodo dictum est, Scientia inflat, inflat quidem, sed sola sine charitate: ideo adiunxit Apostolus, Charitas verò ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & utilis erit scientia, non per se, sed per charitatem. Sic etiā nunc caro non prodest quicquam, sed caro sola: accedat spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiam, & prodest plurimum. Nam si caro non prodesset quicquam, verbum caro non fieret. Accedit autem ad carnem spiritus Christi quo homo est, & spiritus sanctus ipsam inhabitans, per quem carnem suam & semetipsum totum obtulit pro omnī nostrum salute & vita. Hic Christi spiritus per carnem & membra corporis locutus & operatus est, & in hoc sacramento per eundem spiritū, secundum tamen esse & formam non visibilem, sed inuisibilem & spiritualem, viuificat & vitā præbet. Verba itaque mea quæ dixi de carne mea viuificatæ, hoc sensu sunt intelligenda. Intelligit igitur August. per spiritum Animam Christi, vel potius spiritum sanctum quo ipsa plena est, & carnem ac sanguinem nō secundū proprias formas, sed esse eorū inuisibile. Et paucis interpositis, addit Non sicut illi intellexerunt carnem, non sic ego do ad manducandum carnē meā. Proinde, inquit, verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, spiritualiter intelligenda sunt, hoc est ad spiritū carnis referenda, id est ad spiritū sanctū, & verbū cui caro personaliter est cōiuncta. Intellexisti spiritualiter, supple quod dictū est de carne, ratione spiritus inhabitantis, sic spiritus sunt & vita. Intellexisti carnaliter sicut Iudæi, etiā sic spiritus & vita sunt, tibi nō sunt. Itaque spiritualiter secundū Augustinum spiritū sanctum & verbū patris respicit, & etiam modū existendi carnis & sanguinis inuisibilis, per exclusionē modi quo existunt in proprijs formis quæ intelligebant Iudæi. Sic enim ipse b. Augustinus se exponit, dum alio loco dicit, Spiritualiter intellectū viuificabit vos, & si necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamē inuisibiliter intelligi. Nam spiritus est qui in carne viuificat, & caro ex spiritu est viuificatrix, vt dicit conciliū Ephesinū primū. Omnis nāq; vitā à spiritu procedit, vitā hominis ab anima rationali, quæ est spiritus hominis, & vitā brutorū ad eorum spiritum. Spiritus enim semper formaliter & effectiue producendo vitales operationes viuificat. Caro verò nō prodest per se ad viuificandum, nempè quæ vitam ipsa accipit à spiritu informante, & caro Christi ab eodē, & præterea à spiritu sancto filioque Dei inhabitante. Nam tempore mortis Christi caro eius sub sacramento, si hoc consecratum fuisset, viuificatrix fuisset à spiritu qui omnis vitā est principii & fons: de quo potissimū loquitur dominus quando dicit, Verba mea spiritus & vita sunt. Et hunc sensum interpretatur dominus, dum ait, Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Et qui manducat me, & ipse viuet propter me, qui sum per essentiam spiritus & vita, carnemque inhabito, in ea verè subsistens sicut in natura humana, cuius hæc est pars. Verba igitur quæ locutus est dominus de carne & sanguine suo, quod vitā præstet, & quod sine eorū vsu, est scilicet & potu, nō cōtingit vitā, verificatur ratione

Aug. epist. 23.

Ioan. 6.
Tract. 7. s. u.
per Euangel.
Ioan.

1. Cor. 8.

In comment.
psal. 98.

Ioan. 6.

ratione spiritus sancti inhabitantis qui est vita per essentiam, cui caro hypostaticè vnitur, non ratione carnis secundum se acceptæ: Vel vita sunt prædicatione causali, quia viuificant manducantem & bibentem virtute spiritus coniuncti. Et quia dominus hic sermonem suum interpretatur. Sunt, idem est quod significant, nisi intelligamus per verba res ipsas significatas. Quomodo interpretando parabolam dicit, quod semen est verbum Dei. Est igitur hic sensus secundum Beatum Augustinum. Verba quæ locutus sum vobis de carne mea manducanda, & sanguine bibendo, intelliguntur quidem de vera carne mea veròque sanguine, ratione spiritus coniuncti: sed non secundum esse & species eorum, quas proprias & visibiles habent, sed secundum inuisibilem eorum existentiā sub alienis speciebus visibilibus panis & vini. Ipsa itaque eadē caro Christi secundum propriam formam inuisibilis viuificat, secundū propriam autē formā carnis qua visibilis est, & horrorem incuteret, non prodest quicquam. Distinguit igitur Augustinus existere carnis in visibile & inuisibile, secundum proprias qualitates, & interpretatur aliquoties, sicut diximus, spirituale intelligi inuisibile. Hoc modo se intelligere dicta sua, salua scilicet veritate corporis & sanguinis sui in sacramento, clarissimè ostendit in cōmē: circa præf. psal. 33. plurimum laborans, vt explicet quomodo psalmi illius titulus verè in Christo impleatur, qui est de mutatione vultus Davidis coram Abimelech. Air enim, Et ferebatur in manibus suis. Hoc inquit, fratres, quomodo possit fieri in homine, quis intelligat? Quis enim portatur in manibus suis? manibus aliorum potest portari homo, manibus suis, non portatur. Quomodo ergo intelligitur in ipso Dauid secundum litteram non inuenimus: In Christo autem inuenimus secundum litterā, scilicet, Quod nec in Dauid, nec in quouis homine inueniri potest. Ferebatur enim Christus in manibus suis, quando cōmendans ipsum corpus suum ait, Hoc est corpus meum. Ferebat enim illius corpus in manibus suis. Et idē repetens concione sequente, Quomodo ferebatur in manibus, quia cū cōmendaret ipsum corpus & sanguinē suum, accepit in manus suas, quod norunt fideles, & ipse se portabat quodam modo cū diceret, Hoc est corpus meū. Vbi apertè dicit, quod secundū litteram Christus in manibus suis ferebatur: deinde quod ipse corpus suum ferebat: postremò quod ipse se portabat quodam modo, hoc est, ipse humana forma iam conspicuus, se suis manibus inconspicuū verè exhibuit, visibilis seipsum inuisibilē portauit, vna eademq; corporis substantia, vna vtrobiq; præsentia, sed præsentia modus varius, & singulariter sibi proprius, quæ mens nostra nec cōcipere, nequē exprimere potest, vt Christus seipsum manibus suis ferat, id quod nemo alius potest. Intelligit igitur B. Augustinus, quod Christus se suumque corpus verum & idem secundum substantiam, non autem eius imaginem in manibus suis portabat, Imaginem enim quique suam in tabula depictā manibus portare potest. Dicit autē propriū esse Christo, quod se suumque corpus manibus ferre possit. Simili ferè modo hæc interpretatur Cyrillus Episcopus Alexandrinus in cōmēt. Caro, inquit, si sola intelligitur, nihil prorsus viuificare potest, quippe quæ viuificante indigeat spiritu Christi inhabitatē, & tota facta est viuifica cōiuncta cum spiritu viuificante, & totam verbi suscepit operationem, quando totam Deitatis plenitudo corporaliter inhabitat. Nam sicut mel, dulce facit id cui miscetur, magis spiritus inhabitans carnem totam facit viuificam. Putatis, inquit, me dixisse sui natura, terreste hoc corpus esse viuificum? Non hoc dixit, verba quæ locutus sum vobis, spiritalia & de spiritu & vita, id est, de naturali & viuifica vita sunt. Et addit, Vocat dominus suam carnem spiritum, quia ei totaliter cōiuncta est, sicut Apostolus dicit, Qui adheret Deo vnus spiritus fit cum eo. Sic Damascenus vocat carnem Christi, carbonem ignitū, ferrum candens. Panis, inquit, cōmunionis, nō panis simplex est, sed vnitus Deitati: sicut carbo simplex non est, sed vnitus igni. Chrysothomus autem, & post eum Theophylactus, & Euthimius, intelligunt spiritum, sensum spiritualem, & carnem, sensum carnalem, qualē de verbis domini acceperunt Iudæi, Non de carne eius, inquit, nunc est sermo domini. Carnaliter intelligere verba domini nihil prodest, sed spiritualiter intellecta, viuifica sunt. interioribus oculis tanquam mysteria verba domini intueri & aspicere oportet, non autem simpliciter.

Ad eadem hæc quæ obiecta sunt superius ex Augustino, & ad alias quasdam eius sententias ex comment. in Psalm. 98. & ex epistola ad Dardanum & ad sententiam domini Saluatoris Ioan. 6. in superioribus declaratam, respondet Magist. in sentent. Ex eadem, inquit, ratione omnia accipienda sunt. Non enim verbis his Saluatoris negatur verum corpus Christi à fidelibus sumi, vel in altari esse; sed his veritas Apostolos, & in eis nos instruxit, quod ipsius corpus non in partes discerptum, vt putauerunt illi discipuli qui

Mat. 13:

In IOANNEM

Lib. 4. cap. 3.
p. 14.

Lib. 4. dist.

retrō

Tract. 30. in
Ioannem.

Math. 26.

Part. 3. qua.
75. art. 1.

Tract. 30. in
Euang. secū-
dum Ioan.

Math. 26.

1. Cor. 10.

Tract. 26. in
per Ioannem
cap. 45.

Ioan. 6.

retro ierunt, sed integrum, nec visibiliter in forma humana, sed inuisibiliter sub forma panis & vini, corpus & sanguine nobis traderet. Quem sensum Augustinus confirmat dicens, Ipsum quidem, & non ipsum corpus quod videbatur manducatur, ipsum quidem inuisibiliter, non ipsum visibiliter. Itē. Et si necesse est illud visibiliter celebrari, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ita etiam intelligendum est corpus Christi esse in vno loco, scilicet visibiliter in forma humana, veritas tamen eius, id est diuinitas vbique est: veritas etiam eius, id est verum corpus in omni altari est, vbicunque celebratur. Sic etiam illud intelligendum est, Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis, secundum corporalem praesentiam, qua cum eis conuersabatur. Similiter per id quod homo est in caelo, est visibiliter, inuisibiliter autē est in altari, quia non in forma humana apparet sed forma panis & vini operitur. Vnde & inuisibilis caro eius dicitur, quae verē est in altari: sed quia in specie sua non apparet, inuisibilis dicitur. Ait enim August. Hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, sacrificiū Ecclesiae duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramento & re sacramenti, id est corpore Christi: sicut & Christi persona constat & conficitur ex Deo & homine, cum Christus sit verus Deus & homo: quia omnis res illarum rerū naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autē sacrificiū ecclesiae duobus, sacramēto & re sacramēti, id est corpore Christi. Est ergo sacramentū & res sacramēti idē corpus Christi. Ecce inuisibile dixit carnem Christi, quia forma panis operata sumitur & tractatur, idemque corpus Christi dixit esse sacramentum & re. B. Thomas similiter explicat sententias istas Augustini. Ait enim: Cū Beatus Augustinus dicit, Non hoc corpus quod videtis, manducatur estis, non intendit excludere veritatem corporis Christi, sed specie secundū quā ab eis videbatur, in qua ab eis non erat manducandū, vt sensus verborū Augustini sit formalis. Non hoc corpus scilicet quod videtis vt tale est, &c. Et quando dicit sacramentum spiritualiter intellectū viuificabit vos, intelligit spiritualiter, inuisibiliter, & per virtutem spiritus sancti, sicut ipse super Ioannem exponens, id quod dicitur, Caro non prodest quicquam, dicit, Quomodo illi intellexerunt carnem. Verba eius superius citauimus. Item ad sententiā eiusdē Augustini, Donec caelum finiatur sursum est dominus: sed tamen hic est veritas domini, dicit verbum illud & omnia similia esse intelligenda de corpore Christi, secundum quod videtur in propria specie, iuxta illud quod Saluator dicit, Me autē nō semper habebitis.

Obicitur praeterea contra veritatem corporis Christi in sacra Eucharistia. Apostolus Paulus, Patres, inquit, nostri omnes eandem escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt: bibebant autem de spiritali, eos consequente petra: petra autem erat Christus. Si ergo in sacramentis illis manducauerit eundem panē, quem & nos manducamus de mensa altaris domini, consequens esse videtur, vel hunc panem quem de altari sumimus, non esse corpus domini, vel figuram illam siue manna quod patres manducabant, fuisse verum corpus Christi, & non solum figuram. Quod etiam Augustinus significasse videtur, docens ex his verbis Apostoli Pauli, veteris & nouae legis sacramenta in signis quidem esse diuersa, sed in re quae significatur esse paria: Spirituales verō eandem eandem. Nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud. Spirituales verō eandem quam nos. Et omnes eundem potum spirituales biberunt, aliud illi, aliud nos, sed specie visibili, hoc idem tamen significatē virtute spiritali. Sed si diligenter discutiatur hic locus Apostoli, inueniemus sensum esse, omnes tam boni, quam mali patres nostri qui sub nube fuerunt, & transierunt mare, eandem escam spirituales à causa, quae scilicet non natura, non mundi lege, vt ait Ambrosius, sed Dei ac spiritus virtute parata fuit, habens in se figuram futuri mysterij, quod nos in commemoratione domini nunc sumimus: eandem, inquam, inter se manducauerunt, & similiter eundem potum spirituales inter sese biberunt, non autem eundem nobiscum. Quem sensum tradit post Chrysostrum etiam Theophylactus. Et sensus quem sequitur Augustinus nihil aduersatur veritati corporis Christi in Eucharistia. Nam eundem potum & eandem escam spirituales cum eis nos sumimus de altari: sed quā illi in vmbra, nos in veritate & corpore, vt docet ipse Saluator, Ego sum panis viuis qui de caelo descendi. De caelo, inquit Augustinus, descendit & manna, sed manna vmbra erat, iste veritas est. Item tractans locū, Patres vestri manducauerunt manna & mortui sunt. Quia, inquit, quod videbant, credebāt, quod non videbant non intelligebāt. Quantū verō pertinet ad mortē hanc corporalem & visibilem, nunquid nos non morimur, quia manducamus panem de caelo descendentem? Sic sunt mortui & illi, quae admodū & nos sumus mortui, quantū attinet ad mortē hanc

hanc visibilem atq; carnalem. Quantum autē pertinet ad illam mortem, de qua terret dominus, mortui sunt patres eorū, hoc est mali, quos imitabantur illi quibus loquebatur. Manducauit manna Moyses, manducauit & Aaron: item & Phinees, manducauerunt multi, qui Domino placuerunt & mortui non sunt, morte illa de qua Dominus: quia visibilem cibum spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, vt spiritualiter satiarentur. Nam & nos hodie accipimus visibilem cibum. Sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Efficacior namque est fides Christi verē corporaliter praesentis & per se operantis, quam futuri & in vmbra representati. Nā hodie, inquit Saluator, huic domui salus facta est per ingressum meum ad Zacharū. Manna, inquit August. vmbra erat, Christus veritas est, Mare rubrum significat baptismū: sed alia virtus baptismi, alia maris rubri. Si ergo figura maris tantū valuit, species baptismi quantum valebit? Ita de manna huius sacramēti figura loquitur. Manducauerunt igitur patres spirituales escam eandem, significationem & in vmbra, nos autē in seipsa & in veritate. Illos saluabat fides Christi venturi, nos praesentis & passī & mortui. Nam iustus ex fide viuuit. Abundantior autem fructus fidem sequitur, quando simul et viuificatrix adest, quae & ipsa magis feruet & calefcit, magisque amore, fiducia, ac reuerentia afficit praesens quam absens, secundum corpus pro nobis traditum & sanguinem in redemptionem effusum.

Intelligitur autem in Articulo Christi corpus, idem esse in sacramento cū corpore crucifixō, hoc ipsum scilicet, quod idem manebat Christo viuo & mortuo, nō solum complectens carnē, sed & ossa & nervos: non autem sanguinem, nec alios forsan humores. Et ideo Ioan. 6. nomine carnis, partis in homine principalioris, intelligitur corpus totū. Cū enim Christus ibi loquatur de sacramento, vt est in refectioem spiritus, & passū animae, vñus est nomine Carnis, quae refectio magis quam corpus conuenit. Sed in forma sacramenti eiusque institutione significationem & essentiam sacramenti exprimit. Et cum istud quod praesentia realis in sacramento significatur, non ineludit animam quae est vitae principium, nec formam aliquam vitae repugnantem, sed id solum quod est de ratione humani corporis, vt est altera pars hominis: Hae autem requirit formam corporeitatis, si illa distinguitur ab anima rationali, vel hanc vt dat esse corporeum, secundum beatū Thomam & Caeteranum, de quo latissimē tractat super Cano. missae Gabriel Biel. Idem itaque est corpus quod in cruce pro nobis pependit & hic in sacramento continetur, non solum hypostasi & actuali existentia, (quae est ipsius suppositi) & materia, verum etiam idem ratione & substantia, & illud ipsum in quo nunc sedet ad dextrā patris, simpliciter idem, non ipsum tamē corpus quod videbatur, propter singularem existēdi modum. Est enim in sacramento inuisibiliter secundum proprias qualitates, ob incomprehensibilem modum, quo ibi existit, qui proprius est ei, secundum quod sub sacramento continetur. Habet enim in se quantitatem & qualitates sensibiles, quae sensum tamen immutare non possunt, ob modum existēdi substantialem, non quantitatum. Quod diligenter explicat B. Thomas, & doctores scholastici in 4. Sentent. Propter hunc existēdi modum nec oculus quidem glorificatus, nec vlla creatura, nisi in Dei essentia, Christum sub sacramento cognoscere potest. Est enim incomprehensibilis secundum se, seclusis miraculis quae concurrunt, superans omnem intellectum creatum, sicut verbi dei incarnatio. Hae enim duo praevniuersis quae circa creaturā agit Deus, minus intelligi possunt. Nam corpus Christi est hic sub iisdem accidentibus quae erant in pane ex conuersione mirabili totius substantiae panis in ipsum, sicut antē erant panis, sola in formatione excepta. Quem existēdi modum Concilium Lateran. Florentinū & Tridentinū nomine Continentiae, ex transubstantiatione panis in corpus Christi exprimit. Ait enim Conciliū Lateranē. Corpus & sanguis Iesu Christi in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transubstantiatione panis in corpus, vino in sanguinē, potestate diuina. Atq; hac continentia singularis est & propria huic sacramēto, sicut ei proprium est quod ex conuersione totius substantiae in alteram substantiam, manētibus prioribus accidentibus, sub iisdem altera illa substantia succedit. Nō enim hic modus continentiae est sola praesentia ad species, quali vnus Angelus est alteri praesens, vel certo loco definitur: nec proprie pertinet ad praedamentum Vbi, Multo enim intimior est haec praesentia et continentia, ob quam visis & manducatis speciebus, verē dicimur videre & manducare corpus domini, non fide tantum & spiritualiter, sed corporaliter sub sacramento, id est sacramentaliter. Hoc non facit quatuor alia praesentia & continentia, quod Angelo praesenti tribuantur praedicata rei continētis. Nec hic continetur corpus Christi sub speciebus quasi ipsum excedentibus, nec eis proprie regitur aut velatur, sicut nec prius excedebant

Tract. 45. super
per Ioannem.

Rossin. lib. 3.
cap. 20.

Thom. in 4.
sentent. dist. 2.
quaest. 2.

Part. 3. quaest.
75. artic. 5.
lectio 42.

Part. 3. q. 76.
art. 4. dist.
20.

De summa
Trinit. cap. 1.

Card. Caiet. in 3. part. 75. art. 1.

aut tegebant panem . In extrema namque specierum superficie est corpus Christi, sicut prius ibi erat substantia panis. Est enim in sacramento sicut non circumscripitiue, ita nec definitiue. Nam species panis continent corpus domini, non loco, non situ, nec ordine, sed eo modo & tam intimè, vt iuxta sententiam Irenæi, B. Augustini, & Gregorij, quos citat Magister Sentent. ex speciebus & corpore Christi vnum constet sacramentum, nõ solum sicut ex signo & signato, sed modo nobis ineffabili & incomprehensibili, qui in vniuerso similem non habet. Intimus enim cõiungitur speciebus corpus Christi, quàm prius substantia panis. Nec solũ immediatè ex Dei voluntate, sed ex ipso modo quo ibi existit, inseparabile est à speciebus quàm diu salua manent. hoc est panis substantia maneret, si non esset facta eius conuersio. Pater igitur quomodo corpus Christi sit in sacramento Eucharistiæ, & idem atque idipsum secundum propriam & quidditatiuam rationem, naturales quoque proprietates, quod de virgine natum est, mortuum, & nunc sedet ad dexteram patris. Non autem tale secundum infirmitates & conditiones quæ sequuntur statum peregrinationis. Ex virtute enim conuersionis in sacramento solum est corpus, secundum corporis rationem & naturales eius proprietates, ex sequela tamen & concomitantia omnes qualitates eadem quæ sunt in corpore extra sacramentũ. Gloriam namq; corporis quam habet in cælo, omnesq; eius qualitates corporales quas habet in dextera patris sedens, habet etiam in sacramento, quæ tamen propter substantialem modum existendi, nec visum, nec aliquem alium sensum immutare possunt.

Distin. 10. c. 1. quart. sen.

Sess. 3. cap. 1.

Torum articulum, & omnia quæ diximus docet & declarat Concilium Tridentinum. Ait enim, Principio docet sancta Synodus, & apertè ac simpliciter profiteretur, in almo sanctæ Eucharistiæ sacramento, post panis & vini consecrationem, dominum nostrum Iesum Christum verũ Deum atque hominem, verè, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerũ sensibiliũ contineri. Nec enim hæc inter se pugnant, vt ipse Saluator noster semper ad dextram patris in cælis assideat, iuxta modum existendi naturalem, & vt multis nihilominus aliis in locis sacramentaliter presens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam & si verbis exprimi vix possumus, possibile tamè esse Deo, cogitatione per fidem illustrata assequi possumus, & cõstantissimè credere debemus. Ita enim maiores nostri omnes quotquot in vera Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc sacramento disseruerunt, apertissimè professi sunt hoc tam admirabile sacramentũ in vltima cœna Redemptorem nostrum instituisse, cum post panis viniq; benedictionem se suum ipsius corpus illis præbere, ac suum sanguinè disertis ac peripicuis verbis testatus est, quæ verba à sanctis euangelistis commemorata, & à D. Paulo postea repetita, cum propria illam & apertissimam significationem præ se ferant, secundum quam à patribus intellecta sunt, indignissimum sanè flagitium est, ea à quibusdam contentiosis & prauis hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur, cõtra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri, quæ tanq; colũna & firmamentum veritatis hæc ab impiis hominibus excogitata commẽta velut Sathanica detestata est, grato semper & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens. Hæc est doctrina Concilii Tridentini. verum ne aliquis nimium audax huic doctrinæ impudè se contradicere posse putet, Canonem latæ sententiæ cõtra huiusmodi contradictores protulit, cuius verba sunt hæc.

Si quis negauerit in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento contineri verè realiter & substantialiter corpus & sanguinè vnà cū anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum: Sed dixerit tantũmodo esse in eo vt in signo, vel figura, aut virtute, Anathema sit.

Et Synodus Nycena de hoc sacramento corporis & sanguinis Christi sic loquitur: Iterum etiam hic in diuina mensa ne humiliter intentissimus ad propositum panis & poculum, sed artolentes mentem fide intelligamus situm in sacra illa mēsa agnum illũ Dei tollentem peccata mundi, in cruentè à sacerdotibus immolatũ, & preciosum ipsius corpus & sanguinè nos verè sumentes, credere hæc esse nostræ resurrectionis symbola. Propter hoc enim neque multũ accepimus, sed parum, vt sciamus quod nõ facerati sed sanctimonix sumimus. Docent præterea hanc eandem sententiã omnes veteres, quos ordine recenset Episcopus Rossensis & Reuerendus Constallus Episc. Dunelmensis, & singulorum sententias, quas hic prolixè citat, & in locis communibus Reuerendus pater Ioannes Hoefmesterus.

In præfat. 4. lib. 2. de veritate corporis & sang. Christi in Eucharisti.

Circa naturalem præsentiam veri corporis Christi pro nobis traditi, & sanguinis in nostram redemptionem effusi, nullæ leguntur fuisse hæreses vsque ad tempora cuiusdam

cuiusdam Berengarij Archidiaconi Ecclesiæ Andegauensis, cuius supra meminimus, hoc est, vsque ad annum 51. supra millesimum. Hic enim discipulus Petri Abailardi, aduersus quem multas epistolas scribit beatus Bernardus ad Innocentium Pontificem, primus legitur docuisse verba cœnæ domini, Hoc est corpus meum, secundum tropum, quo signa & sacramenta ipsarum rerũ quas significant, nomina accipiunt, esse intelligenda. In veteri namq; ecclesiæ ob magnam verborum istorum claritatem & indubitam fidem veritatis corporis Christi in Eucharistia, patres iisdem domini verbis & eorũ proprio sensu tanquam apertissimo testimonio vsi sunt, ad conuincendum sui temporis hæreticos. Ex illis enim aduersus Marcionem argumentatur Tertullianus: similiter Chrysost. homil. 83. in Martham, concludentes veram & non phantasticam carnem Christum assumptisse, vt est videre apud Rossensem. Et in Concilio Ephesino aduersus Nestoriũ, qui docebatur in Christo duas esse personas, adducitur veritas Deificæ & viuificatricis carnis Christi in Eucharistia: vnde eius error conuincitur. Dicitur enim in epistola quam Concilium scribit ad Nestoriũ, Ad mysticas benedictiones accedimus & sanctificamur, participes sancti corporis & præciosi sanguinis omnium nostrorum redemptoris effecti, nõ vt cõmunem carnè percipientes, quod abst. nec vt viri sanctificati & verbo coniuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentes habitationè, sed verè viuificatricem, & ipseus verbi propria factam, vita enim naturaliter vt Deus existens, quia propria carni vnitus est, viuificatricem eam esse professus est. Quomodo enim iuxta naturam suam viuificatrix esse caro poterit hominis? Sed vt verè propria factam, qui propter nos filius hominis est factus & vocatus. Vbi manifestũ est, quòd concludit eandem esse personã Dei & hominis in Christo, ex eo quòd caro Christi in sacra Eucharistia manducanti dat vitam eamq; conseruat, quam caro hominis dare non potest. Et Irenæus ex eisdem verbis erroris conuincit hæresim Valentinianam. Berengarium secutus est Ioannes Vuycless, cuius articulus 3. in Concilio Constantiensi damnatus erat, quòd Christus est non in sacramento altaris identicè & realiter in propria præsentia corporali: & primus articulus, quod substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis remanent in eodem sacramento, nec accidentia panis sine subiecto manent, qui ambo damnati sunt in eodem Concilio. Vvyclessum autem secuti sunt Carolostadius, Zuinglius, Oecolapadius & Martinus Bucerus. Item tota scola Tigurina, qui multis libris hunc errorem docent, tuentur & propagare student, quodque in verbis cœnæ dominicæ, Hoc est corpus meum, sit demonstratio panis: &, Est, capiatur pro significat, vel corpus, pro corporis figura aut signo: vt sit sensus, Hic panis significat corpus meum, vel est corporis mei figura, quodque absurdum sit corpus Christi transponi in panem, sicut ignis in ferrũ quando est ignitum: quemadmodũ docet Mart. Luth. & tota Vvembergensis scola: multò item absurdũ, quòd his verbis panis in corpus Christi transubstantietur siue conuertatur. Propter quod sententiarũ dissidium acerbissimæ disputationes natæ sunt inter Zuinglium & Oecolampadium, et deinde inter Martinum Bucerum ex vna parte, & Martinum Lutherum, & grauissima conuicia ac contumeliæ, quibus se mutuo profciderunt, cum graui totius germaniæ offensione & scandalo, sicut testatur epistola plenæ conuiciis & iniuriis, & tractatus quos cõtra se inuicè scripserunt. Lutherus enim Bucerum & eius in hoc errore collegas, vocat sacramentarios, blasphemos, & hæreticos, & expoſtulatur aduersus Bucerũ, quòd dira sua & sacrilega præfatione virulentisq; annotationibus quartum tomum suarum concionum crucifixerit atq; corruerit. Ait enim de eo, Anhelus ille & sui sensus propagandi incredibili furore cupidus, se temperare non potuit, quin dira præfatione & sacrilega meũ opus crucifigeret. Ita nõ sunt contenti miseri homines suum virus proprijs & iam infinitis libris sparsisse, nisi & alienos libros eo veneno illito perdant. Idem fecit antea Ioanni Pomerano in suo Psalterio in signi perfidia, quem non ignorabat per Dis diapason ab illa impia secta discedere. Econtra ipse Bucerus scribit Lutherum ab omnibus accusari imperiosa & acerbæ dicacitatis, & quòd non patiarur sibi ab aliquo contradici. Si exigit, inquit Bucerus, ne quis à se villa in re dissentiat, probet se Deum esse. In vertendis & explanandis, inquit, scripturis, manifesti, neque pauci eius sunt lapsus. Cum Bucero namque nata est Luthero potissima contentio, quod in præfatione quarti Tomi concionum ipsius Lutheri, doceat non esse corpus domini substantialiter in sacra Eucharistia. Item circa cõcionem, in dominica quæ Septuagesima dicitur, habet Lutherus Deũ ab initio sanctos suos saluasse per verbum externum & externa signa. Vbi annotauit Bucerus, Totã hæc de signis tractationè lege Christiane cū iudicio. In nullis enim hominis verba Christiano iurandũ.

Li. 2. ca. 22.

Li. 4. ca. 34.

In cap. Bab. lonicæ.

In epist. ad Iam. an. Haru. gium.

Tandem tamen facta est inter eos, eorumq; in hoc errore collegas conciliatio, ad placandum populum & Principes Germaniæ, in qua utrinque à suis sententijs aliqua ex parte recesserunt. Docuerat enim Martinus Lutherus corpus domini substantialiter in sacra Eucharistia permanere, sicut ignis in ferro ignito. Hac enim similitudine utitur in captiuitate Babylonica; alijs contra, nunquam in ea esse nisi vt in figura & signo asserentibus, donec facta est hæc inter eos concordia an. 37. in ædibus Martini Lutheri, vbi cõcordatū est, quòd deinceps vnanimis docerēt corpus & sanguinē Christi substantialiter esse in sacra Eucharistia, quādo fieret eius vsus, nō antè nec post, sicut sacramentū Baptismi in sola cõsistit lotionē & vsu aquæ. Schola tamē Figurina, cuius antistes post Zuinglium iam multis annis est Henrichus Bullingerus, & cum eo Ioan. Caluin. in sua persistunt sententiā, nempe quòd sola fide manducamus in sacramēto, tanquā signo, carnē domini & eius bibimus sanguinem, sine reali & substantiali Christi præsentia. Hic cõsiderāda est magna inconstantia & instabilitas Martini Bucerī in Dogmatibus. Nam in Præfat. prædicta, & in Comment. Euangelij secundū Matth. scribit se nō dubitare, diuinitus per scripturam sibi reuelatū, quod corpus & sanguis Christi nō sunt verè & realiter in sacra Eucharistia, & se certum esse quòd hoc à Deo didicerit: à quo tamen postea recessit, deserens Zuinglij sententiā, cuius prius strenuus fuerat aduersus Lutherū propugnator, & subscribens, quòd corpus Christi est in Eucharistia, sed tēpore vsus eius duntaxat. Aliter de religionis nostræ dogmatibus iudicabat Basilius Magnus, ad quē dū missus esset à Valente Imperatore Præfectus in Cæsarea Cappadociæ, & eum moneret vt tēpori pareret, & nō tot Ecclesias propter paruā dogmatū subtilitatē vexari pateretur (Erat enim quæstio cū Arrianis de nomine δμοῦστος) ipse fortissimo animo respōdit, Quī diuinis innutriti sunt, corrumpere de diuinis dogmatibus ne vnam quidem syllabā patiuntur, sed pro his si cõtingat etiam omnes mortis species amplectuntur. Similiter de eis iudicat b. Chrysosto. circa locum Apostoli, Quantum in vobis est pacem cum omnibus habentes. Non igitur debebat Bucerus recedere à dogmate, quod certò nouit sibi à Deo esse reuelatum. Agit autem Martinus Bucerus scripturis & rationibus in dicta Præfat. & in commentar. in Matth. vt ostendat nec corpus Christi transponi in panem, quomodo ignis transfertur in ferrum, vt Lutherus asserit, nec panem in corpus Christi transmutari, hoc est, quòd corpus & sanguis Christi non sit verè & essentialiter in sacramēto Eucharistia, siue illud secundum Lutherum intelligatur esse panis, siue secundum nostrā fidei veritatem, panis accidentia ac species.

Zi. 7. tripart. histor. ex 176 adoro.

Rom. 12.

BUCERI.

Responsio.

Galat. 1.

Matth. 20.

Inflante, inquit, in discipulos Christo, & dicente, Accipite spiritum sanctum, nec spiritus sanctus qui datur, in halitum illum fuit transpositus corporaliter, neque halitus in spiritum sanctum transfusibilis, ita potuit per panem & vinum corpus & sanguinem suum suis dare verè, & tamen spiritus sanctus circa illam panis aut vini realem immutationem, quo pacto scilicet solum erant saluti.

Sicut interueniente flatu Christus discipulis spiritum sanctum dedit, & sine verbo in die Penthecostes in linguis igneis, ita frequenter eundem spiritū largitur per sacramēta, & aliquando inuisibiliter ad solam cordis contritionem: Ad hunc modum dedit nobis pater filium suum, & ipse filius seipsum, hoc est, corpus & sanguinem dare potuit & dedit sine sacramento. Dedit, inquit Pau. semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de presenti seculo. Venit enim filius hominis, nō ministrare, sed ministrari, & dare animam suā in redemptionē pro multis. Rursus, in fide viuo filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. Sed non est controuersia, an Christus dare possit se totū, corpus scilicet & sanguinē per exhibitionē panis & vini, sine horū reali immutatione, & corporali Christi præsentia, sicut ager vel domus in alterius dominiū & potestatem transfertur, sola signi translatione. Sed hic queritur an patiantur circumstantiæ Euangeliorū quæ referūt quod Iesus acceperit panē, benedixerit, dicēs discipulis suis, Māducate ex hoc oēs. Hoc est enim corpus meū. Et accepto calice dederit eis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti: Hoc, inquam, venit in quæstionē, an hoc quod, Domino dicente, esse suum corpus, sit eius reuera corpus, an corporis figura tantum, vel per allegoriam solū intelligatur panis quidē verè corpus Christi esse, sed spiritualiter, sed discipulis, vt sicut corpore panis, ita mente edatur corpus Christi, quomodo per allegoriam verba hæc aliquoties interpretatur Bucerus. Nam solum quidem panem, inquit ille, edere iussit, & ad corpus suum eos remisit, quod pro ipsis in mortem erat tradendum. Hoc est, inquit, corpus meum: Hoc scilicet panis, est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic calix est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum: vt sensus sit, Accipite & manducate, hic panis est corpus meum, hoc est, sicut

sicut corporaliter do vobis panem & vinum, ita ad vitam animæ do corpus meum & sanguinem, ea tradendo in mortem pro vobis. Qui sensus valde tortus est, & ab Euangelis alienus. Nec spiritus sanctus sola est salutis, vt insinuat Bucerus, sed & sacramentalis corporis & sanguinis verè realiter præsentis, in qua nobis communicatur, & intimè vnitur viuificatrix Christi caro quæ salutem operatur. Multi, inquit Apost. Pau. vnus panis & vnū corpus sumus, eò quòd de vno pane & vno calice participamus, quāuis sine spiritali manducatione non proficit sacramentalis, sed multum obfit. Qui enim indignè vel fictè susceptum obest, quod dignè sumptum prodest multum.

Cyrrillus ch. 4 locum Ioan. Ego sum vniuersa vera.

Ita autem factum, videlicet quòd nulla fiat realis immutatio panis aut vini, nec substantialis corporis & sanguinis præsentia, id probat quòd panis, panis perseverauerit, & vinum, vinum: cùm tamen omnia opera Domini quæ scriptura corporaliter commemorat, dicendo, Hoc est illud, vt cùm aquam in nuptijs memorat factum vinum: eum mortuos subinde factos viuos: ægros sanos, &c. vere corporaliter, hoc est, sensibilia apparuerit. Ita aqua illa vini habebat substantiā & proprietatē, vt ita ab omnibus agnosceretur, sic mortui viuebant, & valebant ægroti. Ad hanc modum si corporaliter voluisset dicere panem suum corpus esse, idē miraculo efficere oportuisset verè ita esse, hoc est, panem iam corporaliter & sensibilibiter corpus Christi apparere. Neque in omni scriptura leges, vbi Dominus dixerit, Hoc est illud corpora liter, vt non id fuerit corporaliter, hoc est, visibilibiter & sensibilibiter.

BUCERI.

Responsio.

Quòd panis panis perseverat, non patiuntur verba Christi, qui dicit corpus suum esse quod exhibeat, non autem panem quem prius in manus acceperat, sicut Moyses in manus accepit virgam, & in terram proiciens, versa est in colubrum, vt nō iam virgā terra susciperet & teneret, sed colubrum. Et iterum ex iussu domini, caudam colubri apprehendit Moyses, & non iam colubrum, sed virgam manu tenebat. Item in nuptijs Iesus hydrias aqua implere iussit, ex quibus iam impletis vinum effuderit ministri, nō aquam. Nam ex aqua vinum factum est. Hoc modo Iesus panem in manus accepit, & in calice vinum, & post benedictionem nō panem nec vinum discipulis porrexit, sed corpus suū & sanguinem. Verissima namque esse oportet Christi veritatis verba, quibus dixit, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, atque hoc ipsum hic porrigo vobis. Et hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur, hunc in hoc calice exhibeo vobis. Sicut igitur hic virga non perseverabat virga, sed conuersa est in colubrum, & iterum coluber in virgam. Rursus, sicut aqua in hydrias fusa versa est in vinum, nec perseverabat esse aqua, ita domino dicente, Hoc est corpus meum, conuersus est panis in corpus Christi. De quo plura articulo sequenti. Quia verò hic mysterium maximum est, Credamus hic, inquit Chrysostomus, & Deo vbique credamus, neque repugnemus etiam si sensus & cogitationis nostræ quod dicitur absurdum videatur: Quod in omnibus & præcipuè in mysterijs faciamus. Nā sensus noster facillè decipitur, & fallitur sæpe: Illius verba falsa esse nō possunt. De quo etiā superius diximus ex Cyrrillo Alexand. Episcopo. Quòd autē assumit Bucerus, *Omnia opera Dei quæ diuina scriptura commemorat corporaliter, esse visibilia*, fallit & fallitur per diuersam significationē corporaliū. Corporale enim dicitur aliquid, vel secundum substantiā, vel etiam secundum modum & rationem existendi, secundum quem corpora sensibilibiter existunt. Mysterij namque huius operatio est circa panem ac vini, corporis & sanguinis Christi substantias, sed inuisibiliter, non secundum corporis sui & sanguinis: item nec secundum panis & vini formas siue species sensibiles, vt fides, sicut in alijs sacramentis, ita in hoc mysterio omnium maximo locum habere possit. Quod enim ad lotionem aquæ in sacro baptisate puer purgatur à forde peccati, & in filiū ac hæredē regni cœlestis adoptatur, certa fide credimus, sed non videmus nec sentimus. Sunt autē opera Dei circa corpora visibilia, quando vult ea esse talia vt in miraculis, quæ Bucerus hic commemorat: Et visibilia ea esse conueniebat, quæ facta sunt ad trahendum auditores ad fidem Christi à patre in salutē credentiū missi. Hoc autē mysterij corporis & sanguinis Christi omniūq; sacramentorū, fidē supponit. Nam de baptisate dicit Philippus Eunuchus, Si credis ex toto corde, licet te baptizare. Fide enim apprehenduntur sacramenta eorumq; effectus, & in eis locū habet, Nisi credideritis, non intelligetis. Et potissimum in hoc mysterio nostræ salutis non conueniebat, quòd in propria forma visibili esset propriū Christi corpus & sanguis. Nam horror esset humanā carnem in propria specie comedere, & hominis sanguinem bibere: vt latè declarat Beatus Augustinus. Et Theophylact. exponens verba domini apud Marcum, Hoc est corpus meum. Hoc, inquit, quod sumitis, Non enim figura & exemplar quoddam dominici corporis panis est, sed conuertitur in corpus Christi.

Exod. 4.

Ioan. 2.

Homil. 83. in Mat.

BUCERI.

Act. 8.

Tract. 27. in 10 annem. In Mar. ca. 11

Domini enim dicit, Panis quem ego dabo caro mea est, non dixit, Figura est carnis meae, sed caro mea est. Et quomodo, inquis, caro non videtur? O homo propter nostram infirmitatem istud fit. Quia enim panis quidem & vinum ex his videntur quibus assueuimus, ea non abhorremus. Sanguinem verò propositum & carnem videntem non ferremus, sed abhorreremus. Idcirco misericors Deus nostram infirmitati condescendens, speciem quidem panis & vini seruat, in virtutem autem carnis & sanguinis translembentat. Et Christus se explicans ob scandalum & murmurationem discipulorum: Verba, inquit, quae locutus sum vobis, spiritus sunt, hoc est, secundum esse spirituale & inuisibile carnis & sanguinis (vt interpretatur b. August.) intelligenda sunt, & secundum tale esse simul, & esse sacramentale sumpta, viuificant & dant vitam.

Respondet huic Buceri argumento Martinus Lutherus: Isis ludibriis inquit, firmade sunt conscientiae nostrae, in rebus Dei super verba clarissima scriptura. Hoc est corpus meum? In trinitis ridetur pueri, qui sic dialecticantur, Aliquod animal currit, ergo omne animal currit, tamē hic gloriosissimus spiritus triumphat securē, dū sic disputat, Aliqua Christi miracula sunt visibilia, ergo necesse est omnia esse visibilia. Ita Christum sedere ad dexteram patris, regnare, viuere, agere, est falsum: quia est miraculum inuisibile. His spiritibus credat doceri veritatem, si quem perire delectat, quō nisi manifestis mēdacijs ortum dogma susceperint, mendacijs asserant, tum perfidia alienos libros corruptum pendi propagent. Deinde cū optimē tuentur similitudinibus, cōiecturis, absurditatibus & argumentis à particulari ad vniuersale vtuntur vitiosissimi disputatores. Nullus verò angustias conscientiarum nostrarū clamantes dignatur audire, vbi dicimus, clara aperta que sunt verba Christi, Comedite, hoc est corpus meum. Hic conscientia nostra capte sunt: monstrari cupimus locum, qui ostendat nostrum sensum in his locis esse falsum. At hic nemo hincit in tot libris eorum. Ad quam Lutheri responsonem iterum argumentatur Bucerus.

Lutherus in epist. ad 107. Harnagiu Augustinensem.

Buceri responso ad epistolam Lutheri.

Calumnietur, inquit, Lutherus me in Praefatione dicere, Miracula Christi fuerunt talia, vt cum diceret, Hoc est illud, mox quoque sensibile fuerit: Igitur Christi corpus oportere esse visibile in sacramento, aut non est in sacramento. Haec vocat ludibria & argumentationem à particulari ad vniuersale. Legat Praefationem meam praedictam Praefationem, sibi ego scribo omnia opera Domini, quae scriptura corporalia commemorat dicendo: Hoc est illud, vt cum aquam in nuptijs memorat vinum factū, cum mortuos subinde factos viuos, egrotos sanos, & caetera, verē corporalia, hoc est sensibilia apparuerunt. Vbi hic argumentum huiusmodi. Aliqua Christi miracula sunt visibilia, ergo necesse est omnia esse visibilia? Cur omissum est, Corporalia, in quo tota vis argumentationis? Ita calumnietur Fraterum scripta hostes veritatis decet, Lutherum non decet: Nea potius argumentatio est ab vniuersali ad particulare, Omnia Christi opera corporalia, quae quidem scriptura praedicat, sensibilibus apparuerunt: Ergo & hoc ita apparere oportuisset, si corporale opus & miraculum fuisset. Vobis hoc vitij rectius imputaretur, qui quod alicubi in scripturis, vbi dicitur, Hoc est illud: hoc illud realiter est, concluditis & in verbis canē sic habere, praeter omnem aliam scripturam: Haec Bucerus.

Responso.

Quae eius responso nullo modo satisfacit. Cū enim Christum sedere ad dexteram patris, regnare, viuere & agere, corporalia sint, sola tamen fide, non visu, nec quouis alio sensu percipiuntur, ostendit Martinus Lutherus falsam esse vniuersalem propositionem, quod omnia Christi opera corporalia, sensibilibus apparent. Vita enim Christi in caelis, sessio ad dexterā patris, & eius actiones corporales sunt, imo secundū se sensibiles, nullo tamen sensu hac peregrinatione à nobis percipiuntur, post resurrectionem gloriosum & spirituale habebat corpus, quale habet in sacra Eucharistia, quod tamen non apparebat. Seminatur, inquit Apost. Pau. corpus animale, surget corpus spirituale: feminatur in corruptione, surget in incorruptione. Et Ioannes Apostol. Nunc filij Dei sumus, inquit, & nondū apparuit quid erimus, imò nec quid simus. Rursus Apost. Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cū autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cū ipso apparebitis in gloria. Et si ita esset, quod reliqua Christi opera et miracula corporalia sensibilibus apparerent, quia tamen fieri potest, nec vlla habet absurditatem, quod simpliciter dixit Christus, Hoc est corpus meum, siue simile, siue dissimile cum alijs habeat domini operibus, firma fide hoc ipsum suscipere oportet: nō ratio hic, nō sensus locū habet. sed verbis domini fides adhibenda est. Nam corpora inuisibilibus & insensibilibus transmutare potest. Nec nos à particulari ad vniuersale, vt dicit Bucerus, argumentamur, sed post concordem veterum interpretationem in proprio sensu intelligimus, quando nullam habeat absurditatem, nec vlla scriptura aduersetur: Quin potus commendat immensam patris & Christi filij in nos charitatem.

2. Cor. 15.

1. Ioan. 3.

Collof. 3.

Optimē

Optimē hic respondet Philippus Melancthon, Quibusdam, inquit, valde hebetes videtur, quod in verbis Euangelij, Hoc est corpus meum, non videamus metaphoram, nec intelligamus nos ab infinitis quaestionibus vnius beneficio metaphora liberari. Videtur insania esse, sententiam longē omnium absurdissimā mordicus tenere, cū aliam commo dissimam offerat Metaphora. Hi desiderabunt in me iudicium: Hic etiā quod in his testimonijs Hyperbolas & Allegorias non deprehenderim. Ego verò non ignoro hanc medicamina vtilia & exquisita, vt quibus medicantur has sententias alij. Verum quid non poterit eludi hac arte, si licebit Allegorias comminisci nostro arbitrio? Quidam enim calidi homines totam religionis doctrinam hoc modo transformarunt in philosophiam. Quomodo Origenes totam historiam quam describit Genesis de Paradyso, traxit ad Allegoriam & spiritum, negans corporalem huiusmodi hortum à Domino plantatum, & arbores esse corporales, quarū meminit Genesis, vt dicit de eo B. Augustinus. Pergit Philippus, Et vniuersam ecclesiam catholicam semper docuisse corpus & sanguinē domini verē adesse in cœna dominica, perspicua & clarissima docent veterum scriptorum testimonia. Et quanquam fides non pendet ab humana auctoritate, sed à verbo Dei, tamen cū scriptura imbecilles à fortioribus confirmari velit, iuuat habere ecclesiae testimonia in omni genere tentationum. Vt enim viuos libenter consulimus, quos iudicamus vsum aliquid habere spiritualium rerum, ita & veteres quorum scripta probantur, censeo con silendo esse. Sunt & aliae cause cur veterum testimonia non contēnam. Existimo enim hoc communiter sensisse ecclesiam, quod ipsi scripserunt. Neque verò tantū est à communi sententia veterum discedere. Ego nouum dogma quod maximam ruinā rerum maximarum secum trahit, sine firmioribus testimonijs non velim profiteri. Carolostadius primum excitauit hunc tumultum, homo ferus, sine ingenio, sine doctrina, sine sensu communi, quem nullum vnquā humanitatis officium, aut intelligere, aut facere animaduertimus, tantū abest vt in eo significatio aliqua spiritus sancti animaduersa sit, imò exstant manifesta signa impietatis. In tota doctrina solebat Iudaizare & dissentire: damnabat omnes leges ab ethnicis conditas, contendeat in foro ius ex Moysē dicendum esse, totam illam phanaticam Anabaptistam doctrinā statim initio ambabus manibus amplectebatur, cum cepisset eam in Germania ferere Nicolaus Storck. Et controuersiam de cœna Domini tantū ideo Lutheri, non aliqua pietatis opinione mouit. Meo certē iudicio, magna est temeritas, dogmata ferere non consulta ecclesiae veteri. Itaque collegi hos locos de cœna Domini, vt in promptu essent veterum testimonia quam maxime perspicua, in quibus affirmatur verē adesse corpus Christi in cœna dominica. Et adducit primò Cyrium tractantem verba Domini, Ego sum vitis vera, qui clarissime dicit per communionem corporis & sanguinis Domini corporaliter Christum in nobis habitare, & participatione naturali in nobis esse, & non solum per charitatem, quodque natura corporis nostri fieri nequit in corruptibilis, nisi Christus ei coniungatur: Quemadmodum, inquit, si quis igne liquefactam cœram alij cœra similiter liquefacta ita miscuerit, vt vnū quid ex vtrisque factum videatur, sic communicatione corporis & sanguinis Christi ipse in nobis est, & nos in ipso. Non poterat enim aliter natura hæc corruptibilis corporis ad incorruptibilitatem & vitam traduci, nisi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur. Citat eundem Cyrillum ex lib. 4. super Ioannem, vbi ostendit, quod non sine magna impietate clamabant. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum, docens quod operum Dei ratio, mentem nostram effugiat. Item quod Iudaicum verbum est, Quomodo potest hic nobis, & c. Citat etiam caput sequens in Cyrillo, vbi doceretur corpus Christi viuificare, Christumque in miraculis edendis sua carne vsum esse, vt ostenderet corpus quoque suum viuificare posse. Quod si solo tactu suo, inquit, corrupta redintegrantur, quomodo non viuemus qui carnem illam & gustamus & manducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem suam participes sui. Nec velis Iudaicē, Quomodo, quaerere, sed recordare: quamuis naturaliter aqua frigidior sit, aduentu tamen ignis, frigiditatis suae obliata aestuat. Hoc sanē modo etiam nos, quamuis propter naturam carnis corruptibiles sumus, participatione tamen vitæ ab imbecillitate nostra reuocati, ad proprietatem illius ad vitam reformamur. Oportuit enim certē vt non solum anima per spiritum sanctum in beatam vitam ascenderet, verum etiam vt rude atque terreste hoc corpus cognato sibi gustu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceret.

Tract. de cœna domini contra Anabapt.

Rom. 14.

Christus in nobis habitat per communionem corporis et sanguinis, non solum per charitatem sed corporaliter. Ioan. cap. 15. circa Ego sum vitis vera.

Cap. 13. Ioan. 6.

Homil. 45. in Ioannem.

Ex Chryostomo autem citat quod quaestio, Quomodo aliquid fiat, nascatur ex incredulitate, quodque vnum corpus sumus, & membra ex carne & ossibus eius, & quod per cibum quem nobis largitus est, id efficitur, vt non solum per dilectionē, sed re ipsa in illa r iij carnem

Homi. 3. in Matth.

carne conuertatur, quodq; per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur: Item vt nos secum in vnam (vt ita dicam) massam reducit, neque id fide solum, sed re ipsa nos corpus suum efficit, & quod mundissimam oportet esse linguam qua cruentatur hoc admirabili sanguine. Quibus addit, Non sunt humanae virtutis haec opera quae tunc in illa cena confecit, ipse nunc quoque operatur, ipse perficit, ministrorum nos ordinem tenemus. Qui vero haec sanctificat & transfert, ipse verè est. O ingens, inquit, miraculum, o magna Dei benevolentiam erga nos. Is qui sedet supra cum patre, illa hora omnium manibus detinetur, & dat se volentibus circumdare & completi. Adducit praeterea Melanct. Theophylactum, quod Deus speciem quidem panis & vini seruat, & in carne & sanguinem transfleminat: deinde Hilarium & Cyprianum, Irenaeum & B. Ambrosium, de mysteriis initiandis, & de sacramentis. Quorum omnium sententiae sunt maxime perspicuae: & clarissime docent verè & realiter corpus & sanguinem esse in Eucharistia. Sed reuertamur ad Bucerum: addit enim rationem tertiam.

De dignitate sacerdotali.

Mar. 14.

Li. 8. de trin.

Epist. ad Cecilium.

in sermone de cena Domini.

Lib. 5. contra Valentinum.

ca. 1. & li. 4. cap. 3. 4.

Bucerus.

Hoc fuit vt nos ab elementis mundi ad superna & spiritualia subueheret: Quare non videmus cum analogia fidei & consonantibus reliquis scripturis, posse affirmari Christum in panem ilic edendum fuisse corpus, quo nihil in omnibus corporalibus rebus augustinus, quod nunquam à verbo positum fuit per miraculum collocasse, vt ita vellet nolle, mens plusquam miraculo panis affigeretur, quae iuxta verbum ipsius debet in memoria mortis eius occupari, donec veniat, inquit Paulus.

Responsio.

Rom. 1.

Sapient. 13.

Lib. 1. par. 9.

cap. 3.

Docet scriptura, quod per ea quae acta sunt inuisibilia Dei intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Item, A magnitudine enim speciei & creaturae cognoscibiliter poterit creator horum videri. Et V. Hugo de S. Victor, de sacramentis visibilibus loquens, Propterea infidelium oculi, inquit, qui visibilia solum vident, sacramenta salutis venerari despiciunt: non enim sciunt quod fideles salutem ex istis elementis non quaerant: etiam si in istis quarunt, sed ex illo, & ab illo quarunt in istis, à quo iubentur quaerere. Non enim ista tribuunt quod tribuit per ista, sed ille per ista salutem praebet, qui in istis salutem quaerere iubet. Significat enim & loquitur Christus per has species panis & vini, se esse verum panem & potum, qui dant vitam mundo. Panis, inquit, quem ego dabo vobis, caro mea est, quam dabo pro mundi vita. Et ideo ipse Christus per has species ad superna & spiritualia nos subuehit, quasi per monumentum & memoriale mortis suae, & signis amoris, quem in hoc sacramento nobis commendauit. Cum enim suum in nos amorem, inquit Chrysostr., indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit. Hoc enim amantium maxime est: Nam ait, Hoc facite in meam commemorationem. Nec dicimus Christum in pane edendum, sed panem in corpus Christi, vt Theophylactus & reliqui veteres scriptores, transelementandum. Nec eoriam panis & vini speciebus quasi inuitus affigitur, sed secundum suam institutionem inseparabiliter eis coniungitur, & sese ex amore sub eis continet, vt corporaliter etiam praesens adsit, sicut dum nobiscum in terris conuersabatur: & in omni perplexitate & necessitate, ad eum confugiamus, ac verè praesentem oris osculo, lingua, totiusque affectus amore amplectamur. Rursum Bucerus.

Homi. 4. in Matth.

Bucerus.

Responsio.

Innocent. 3. c.

de inuentione de haereticis.

Hec non dubitamus, inquit, diuinitas nobis & per scripturam reuelata de hoc sacro. Reuelationem quam iactat non suscipimus, nisi per scripturam habeamus eius testimonium. Ita nos docent sacri Canones, qui dicunt, Cum interna misio ad predicandum, vel dogma aliquod tradendum sit occulta, non sufficit cuiquam nudè tantum asserere, quod ipse sit missus à Deo, cum hoc quilibet haereticus asseueret: sed propter quod astruat illam inuisibilem missionem per operationem miraculi, vel scripturae testimonium speciale: quod & probant per exempla scripturae. Et iustissima est causa cur hanc Bucerii reuelationem non suscipiamus tanquam diuinitas factam, quin potius tanquam illusionem Sathanae rejiciamus, quando ipsemet ab ea discessit, & doctrinam ei contrariam proposuit & subscripsit in Concilio haereticorum celebrato Vitembergae in adibus Lutheri, anno 36. vt diximus superius ex Miscell. Coclei. Ita enim habent acta huius Concilii: Audiuit D. Bucerum explicantem suam sententiam de sacramento corporis & sanguinis domini, hoc modo, Cum pane & vino verè & substantialiter adest, exhibetur & sumitur corpus Christi & sanguis, & sacramentali vnione panis est corpus Christi, & porrecto pane verè adest & verè exhibetur corpus Christi. Quando enim perspicuissima sunt verba Christi. Hoc est corpus meum, & concors patrum de hac re sententia, quis sanè mentis dubitare potest acquiescendum esse Christi veritatis sermone, & reuelationem quam iactat Bucerus à Sathana esse suggestam? Nouimus enim, docente Apostolo, quod ipse

Sathanas se frequenter transfiguratur in angelum lucis. Non est ergo magnum, ait idem Apostolus, si ministri eius transfigurentur in ministros iustitiae. Item alio loco. In eo quod charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio. Mentem arrogantem & superbam fallit, decipit & illudit, imò & excœcat Deus. Nihil igitur mirandum est, quod Bucerus non videt in scripturis id quod in eis perspicuum est, & per se manifestum. Ait enim de quibusdam scripturis, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant. Et Dauid, Fiar mensa eorum coram ipsis in laqueum, in captiorem & in scandalum, obfurentur oculi eorum ne videant. Magnum Dei donum est fides, & non ex nobis, quia in sacra Eucharistia videmus praesens corpus & sanguinem Domini secundum proprias eorum naturas, quod abijcit Bucerus. Subiungit autem rationem quartam.

2. Corint. 11. 2. Th. 2. 4.

Roman. 1.

Psal. 68.

Zuinglio & Oecolampadio nemo dubitat scribendi hac de re causam fuisse gloriam Christi & fidei Bucerii puritatem, vt nihil omnino à Christo sedente ad dexteram patris peteremus, non ab elementis mundi, vt animis eo subueheremur, non in sacramentis frustra, ne dicam irreligiose desixi haerentes.

Manifestum est & certa fide credendum Zuinglium & Oecolampadium, quos magnifice commendat Bucerus, fuisse (quemadmodum etiam Marr. Lutherus rectè iudicat) haereticos, talesque ab Ecclesia in Berengario & Ioanne VVicleffo iudicatos & damnatos, eosque ad scribendum motos fuisse non spiritu pacis & aedificationis, sed dissensionis & appetitus gloriae, non Christi, nec patris eius sed propriae. Sui enim placencia, vt rectè dicit Irenaeus, haereses & errores seminantur. Nam in hoc Christi gloria est, quod simpliciter credamus ei quod dicit, quamvis sensus reclamet & ratio. Scribit enim de Abraham patriarcha Apost. Paul. quod in repromissione Dei non haesitauit diffidentia, fed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quacunque promissit Deus potens est & facere. Nec minor Christo est gloria quod ad eum confugimus, vt in sacramento adest, & salutaria, humilitatem videlicet & castitatem per humilitatem & charitatem, quam ibi offendit, ab eo petamus, quam si haec ab eodem peteretur adhuc in terris conuersante, aut etiam nunc ab eodem ad dexteram patris sedente petuntur. Nam antiqua ecclesiae consuetudo habet, vt ad eundem in missa dicamus, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Atque ei in cruce pendenti grata erat oratio latronis, qua dicebat, Domine memento mei quando veneris in regnum tuum. Mox enim respondit, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Et diximus Christum in sacra Eucharistia ad dexteram patris sedere, sicut in caelis. Nā nomine dexterae patris intelligitur gloria diuinitatis, vt dicit Damascenus, vel aeterna beatitudo, vel potestas regalis & iudiciaria, vt dicit August. Sedere autem significat quietem, vel regiam, atque iudiciaria potestatem. Hęc enim omnia Christo cōueniunt, etiam secundum naturam assumptam in sacra Eucharistia. Nā Christus in sacra Eucharistia est beatus, & omnium beatorum caput. Patri etiam conregnat, potestatemque ab eo habet iudiciariam, & sanctorum angelorum multitudine cinctus est vbiunque fuerit. Nec fidei puritas est, vt dicit Bucerus, sed exterminium, & in Christum blasphemia, clarissimis eius verbis contradicere, eiq; dicenti: Hoc est corpus meum, repugnare ac dicere. Non corpus tuum, sed tantum corporis symbolum & figura. Nemo certius nouit, quid esset quod discipulis porrigebat, quam ipse inuneris largitor. Nec ab elementis mundi aliquid petimus, nec in eis desixi haeremus, sed dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilem amorem rapimur, vt canit sancta Ecclesia.

Responsio.

Rom. 4.

Luc. 23.

Thom. ex D. d. mase. & August. par. 3. quae 1. 58. Lib. 4. cap. 22.

Colligit autem Bucerus summam argumenta, quae eum mouerunt ad docendum, non esse verum corpus verumque sanguinem in sacra Eucharistia, in responsione ad expositionem Martini Lutheri. Nam quia acerrima erat horum inter se disputatio, vt habet Antipologia Bucerii, omnia proponit succinctè, quae suum dogma stabilire possent. Sic autem ait:

Ostendimus verba haec scilicet, Hoc est corpus meum, non posse corporalem Christi praesentiam statuere, quia nec ipse Dominus in cena panem in corpus suum mutauerit. Quomodo enim dicemus factum esse quod non fuit. Panis panis mansit. Non fuit igitur factum corpus, Tum illud, In hoc est corpus meum, scriptura non habet. Denique manducare Christum corporaliter, nihil prodest. Non igitur voluit carnalem sui manducationem insinueri. Ergo verba illa, Hoc est corpus meum, ita intelligenda sunt, Et panis est corpus meum sed spiritualiter: ut sicut corpore panis, ita mente edatur corpus Christi. Nam violentum est, quod illud, Caro non prodest quicquam, de sensu carnali intelligant. Neque nullus momenti est, quod statueret carnalem Christi praesentiam in pane, repetitis illis verbis, absurdum secundum scripturas demonstramus. Nihil siquidem absurdi suo iudicio facit Deus. Sed hoc fortius est quam vt contemni ab eis possit, miracula Dei corporalia omnia sensibilia apparere.

Bucerus.

Iterum

Responsio.

Iterum hic clarissime cognoscimus fidem esse donum Dei, quod largitur & negat profano beneplacito quibus vult, & rursus subtrahit, quibus semel est largitus quando vult, sed ob culpam duntaxat. Neminem enim deserit, nisi ipse prius deserit. Cuius rei terribile exemplum nobis ostenditur in Martino Bucero, qui ob rationes has leuissimas, nihilque soliditatis habentes, blasphemam istam perfidiam de sacramento corporis & sanguinis Domini est amplexus, quam nunc pertinacissime defendit, verbaque Domini quae secundum sermonis proprietatem plurimum faciunt ad edificationem, & supereminentem Christi erga nos charitatem commendant, nostramque erga eum dilectionem accendunt, humilitatis praeterea exemplum, non minus quam in sua morte & passione praeseferunt, sine iusta ratione ad tropum & allegoriam trahit. Et quamuis omnibus his Buceri rationibus satis responderimus, succincte tamen, sicut ipse succincte repetit, eadem etiam repetemus. Quod igitur assumit haec verba Domini, Hoc est corpus meum, non posse corporalem Christi praesentiam statueri, manifeste falsum est. Nam quibus precor, verbis euidentius & expressius corporalem sui praesentiam statuere potuisset, quam dum post panem in venerabiles manus acceptum, ocularem faciens demonstrationem, dicit, Accipite & manducate, hoc ipsum quod porrigo, quod videtis, hoc corpus meum? Et, Hic sanguis meus est quem in calice vobis propino? Quis igitur Bucero credit quod Christus in cena panem in suum corpus non mutauit (quauis hic non de mutatione, sed de reali existentia corporis Christi in Eucharistia sit disputatio) dum Christus clarissime docet hoc ipsum esse corpus suum quod porrigebat. Et quod panis non manserit post verborum benedictionem, sed mutatus sit, ostenditur articulo sequente, ex ipsis verbis dominicis. Libenter confitemur quod panis non est factus corpus Christi, sed id quod erat panis, iuxta sententiam B. Ambrosii, post consecrationem est corpus Christi, sicuti articulo sequente etiam declarabitur. Item & confitemur non solum scripturam non habere, in hoc scilicet pane esse corpus Christi, sed eam nec hoc sustinere. Habere enim quod dominus dixerit, Hoc ipsum quod porrigo est corpus meum. Et Martinus Lutherus consequentiam hanc recte negat, Panis panis mansit, ergo non est factus corpus Christi. Nam sicut ferrum manet, & igne in ipsum transfuso fit ignitum, ita dicit corpus Christi realiter in panem transponi. Falsum est praeterea quod assumit Bucerus, nihil prodesse corporaliter Christum manducare, sub speciebus panis. Cum enim caro Christi sit in sacra Eucharistia viuificatrix, & vitam seruet spiritualement, sicut corporalem corporalis cibus, ut diximus ex concilio Ephesino, quomodo fieri possit, quod nihil proficit corporaliter Christum manducare? Ait enim B. Chrysoströmus, quod in vnam quasi massam vnumque corpus per sacram Eucharistiam reducitur, neque id fide solum, sed re ipsa. Et B. Cyrillus ad huius rei declarationem similitudine vitit. Quauis, inquit, naturaliter aqua frigidior sit, aduetu tamen ignis frigiditatis suae oblita aestuat. Hoc sane modo etiam nos, quauis propter naturam carnis corruptibiles sumus, participatio- ne tamen vitae ad proprietatem illius ad vitam reformamur. Aperta quoque est sententia Apostoli Pauli, Vnus panis & vnum corpus multi sumus, oes qui de vno pane & de vno calice participamus. Sensum autem verborum Christi accipiendum esse vnum secundum Allegoriam qua explicat Bucerus, quomodo apud Apostolum Agar est vetus testamentum, & in euangelis semen est verbum Dei, scriptura ipsa non patitur, quando sentis verborum proprius fidem, charitatem & reuerentiam erga Deum edificat, Reclamat etiam concors patrum sententia. Et ideo absurdissimum est exclusio sensu proprio ad Allegoriam trahere verba Saluatoris. Carnem autem dum dicitur, Caro non prodest quicquam, intelligunt Chrysoströmus & Theophylactus sensum carnalem: Nec est violenta haec eorum interpretatio. Beatus vero Augustinus & Cyrillus intelligunt carnem solitarie sine spiritu sumptam, ut diximus in superioribus. Reale autem Christi praesentiam repetitis Christi verbis sub speciebus panis, statuimus & docemus ex eiusdem domini iussu ac mandato. Hoc facite in meam commemorationem. Vbi Christi verba de prompta fuerint, inquit Augustinus, iam non panis dicitur, sed corpus domini appellatur. Item B. Ambrosius, Sermone, inquit, Christi perficitur consecratio. Sermo igitur Christi hoc conficit sacramentum, is idem quo facta sunt omnia. Iussit dominus, & factum est calum: iussit, & facta est terra. Vides igitur quam operatorius sit sermo Christi? Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, ut inciperent esse quae non erant, quanto magis operatorius est ut sint quae erant, & in aliud commutentur? Et Theophylactus explicans sententiam Saluatoris, Panis quem ego dabo caro mea est. Non dixit, inquit, Panis quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem & accessionem sancti spiritus in carnem Domini. Item B. Chrysoströmus, Nunc

Homil. 83. in Mat. & hom. 45. in Ioan. In Ioan. II. 4 cap. 14.

1. Corint. 10.

Galat. 4.

De ver. domini super Lucii serm. 28. Lib. 4. de sacram. et o. 4.

Ioan. 6.

Serm. de praedicatione Iudae

Nunc ille praesto est Christus, inquit, qui illam ornauit mensam, ipse istam quoque consecrat. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur & gratia, Hoc est, ait corpus meum. Hoc verbo proposita consecrantur, & sicut illa vox quae dicit, Crescite & multiplicamini, & replere terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem, operante natura: Ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas ecclesiae, vsque ad hodiernam diem, & eius vsque aduentum praestat sacrificio firmitatem. Rursum Ioannes Damascenus, Qui dixit in principio, inquit, Producat terra herbam viuentem, & vsque nunc pluuia facta & diuino adiuta & vigorata praeccepto, germina producit: Idem quia dixit, Hoc est corpus meum, & hic meus est sanguis: hoc facite in meam commemorationem, & omnipotenti eius praeccepto, donec veniat, hoc ipsum efficitur. Ex verbis igitur Christi secundum concordem veterum scriptorum interpretationem statuimus sub speciebus panis, repetitis Christi verbis, esse veram atque realem Christi praesentiam. Demonstrationem quam hic iactat Bucerus, ponit in eadem responsione ad Lutherum. Expendamus eam an sit vera demonstratio, an potius humana adiuuentio, nihil habens soliditatis.

Genes. 1.

Lib. 4. de orthodox. fide.

Videant, inquit, (de Luthero, & his qui ponunt realem praesentiam Christi in sacra Eucharistia) ne ipsi monstrata doceant & blasphemant. (Tale enim dicit Lutherus esse dogma Zuinglii & Martini Buceri.)

Profecto haud dissimile monstrum est, quod affirmant Christum dicendo, Hoc est corpus meum, effectisse, Bucerus in re ut panis quidem non esset Christi corpus, attamen in pane esset corpus Christi realiter & corporaliter, nec sponcione ad tamen apparet praeter rationem operum Domini, quotquot vniuersa scriptura memorat, & praeter vniuersa horum verborum. An autem non blasphemum asserere quemlibet impium, repetitis his verbis, Corpus Christi ad dexteram patris, hoc est, in consortium inuisibilis maiestatis Dei exaltatum, donec redeat ad iudicium sicut ascendit, realiter transponere in panem, vel Christum corporaliter in pane includi, neque aliquid huiusmodi mandatum nobis aut promissum? Illud enim, Facite hoc in meam commemorationem, & si per se satis pateat nullam huiusmodi promissionem in se habere, tamen & Paulus illud interpretatur, subiciens, Quotiescumque enim comederitis panem hunc & calicem biberitis, mortem Domini annuntia bitis, donec veniat: Ergo edere hunc Domini panem, & bibere calicem, atque mortis ipsius pro nobis obitae cum laude meminisse, id demum est quod verbis illis, Facite hoc in meam commemorationem, Christus facere nos iussit.

Quid sit Christi sedere ad dexteram patris.

Nihil soliditatis haec demonstratio habet, sed merus est fumus, quae in eo fundatur, quod in reliquis Christi miraculis ad sensum appareat ea quae fit mutatio. Cui superius respondimus miraculum hic esse corporale, hoc est, circa corpora, sed secundum esse eorum inuisibile, atque in hoc dissimile esse istud miraculum ab aliis. Ostendimus quoque Martinum Lutherum ex scripturis docere multa Christi miracula esse quidem corporalia, nec tamen ad sensum nobis apparere, sed fide duntaxat cognosci, quam diu a domino peregrinamur. Non igitur demonstrat M. Bucerus panem mysticis verbis in corpus Domini non mutari, sed nec contra Lutherum corpus Christi in panem non transponi, sicut ignis in ferum quando est ignitum, tamen si hoc quoque sit erroneum. Intolerabilis est haec temeritas et arrogantia Buceri, in eo quod dicit blasphemum esse, asserere quemlibet impium, repetitis Christi verbis, panem in corpus Domini conuertere, cum hoc Christi verba habeant, eiusque sit mandatum. Hoc facite in meam commemorationem, hoc in qua, ipsum quod ego feci, videlicet, Accipite & vos panem, gratias agite, & benedicite, & meis verbis ex pane facite corpus meum. Hoc enim sensu, ut diximus, verba haec Christi veteres interpretantur. Apertè enim dicit Cyprianus, Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias egit, & fregit, & dixit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis traderetur: Hoc facite & vos in meam commemorationem: ab euangelicis autem praecceptis omnino recedendum non esse, & eadem quae Magister docuit & fecit, discipulos: quoque obseruare & facere debere, alio in loco B. Apost. docet, dicens, Miror quod sic tam cito, &c. Refert autem Cyprianus hoc facere, ad offerre. Na si Iesus Christus dominus & Deus noster, summus sacerdos Dei patris, inquit, sacrificij Deo patri primus obtulit, & hoc fieri in sui corpore moratione praecipit: utique ille sacerdos vice Christi verè fungitur, quid quod Christus fecit imitatur, & sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videt obtulisse. Similiter haec Christi verba interpretatur Dionysius Areopagita. Habemus igitur expressum Christi mandatum de repetendis eius verbis, quibus ex pane fiat verum Christi corpus. Et in hoc sensu, quae proprie Christi verba praeseferunt & veteres scriptores, atque etiam Concilia generalia interpretantur, nos Christi verba intelligimus. Nec monstrum est, sed vera erga Christum obedientia, quod

Responsio

Epist. ad Cestilium qua est 3. 2. lib.

Galat. 1.

In Eccl. Hierar. par. 3. c. 3

quod panem benedicimus, & in Christi corpus transfautamus. Absurda est autem interpretatio Buceri, Hoc facite quod fecistis, videlicet comedite, bibite, & mortis meae sitis memores. Germanus enim sensus est quem diximus, hoc vos facite quod feci ego. Vos enim mensae istius praepositos nunc constituo, sicut ego modo, ita & vos, donec veniam, eam instruite & praeparate. Nec proprie manducare & bibere alicuius rei significant factiōnem. Non enim facimus quod manducamus & bibimus. Nam facere effectum respicit: manducare verò & bibere passum: Et ideo sicut causa, ita & facere ad aliquid dicitur: haec verò ad actionem magis pertinent, quae ad passum refertur. Et qui ab impiis flagellari & crucifigi sustinuit, nihil indignum iudicat, quod suis ipsius verbis ab impio sacerdote in ipsius persona pronuntiatis, verè & realiter suum corpus adsit in sacra Eucharistia. Nihil enim se iudicat indignum quod nostram promouet salutem, & suam erga nos commendat charitatem. Nam sicut aliorum sacramentorum minister est sacerdos, vt bonus ita & malus, sic & huius: Quemadmodum Christi eiusque corpus aequaliter sumunt mali vt boni. Quidam enim manducant indignè, & rei sunt corporis & sanguinis Domini. Et Apostolus Paulus interpretatur quod dixerat Dominus, In meam commemorationem. Hanc enim explicat commemorationem mortis suae donec veniat, nō autem quod dixerat, Hoc facite: quin potius bibere distinguit contra facere, dum dicit, Hoc facite quotiescumque bibetis. Propter quod, sicut Dominus verba sua, ita & Apostolus Paulus suam interpretationem ad Apostolos refert. Et post interpretationem perionas mutat dū addit, Quicumque itaque manducauerit panem, &c. Sensus enim interpretationis hic est, Quotiescumque mensam hanc proponetis & praeparabitis, sicut ego eam nunc instruxi, (Vos enim huius mensae praepositos & dispensatores constitui) totam hanc vestram actionem ad meae mortis commemorationem referetis. Respondet praeterea Martinus Buc. argumentis & scripturis, quas Lutherus & nos etiam pro veritate corporis Christi in sacra Eucharistia adducimus, quas infirmare studet & inualidare.

In responsione ad Luthe. Bucerus.

Quatuor inquit, fundamenta Martini Luthe pro veritate corporis Christi in Eucharistia, deiecit sunt per Ioan. Oecolampadium nostrum. Primum. Hoc est corpus meum: vtiq; firmum non est, cum Lutherus ipse fateatur, Est in huiusmodi orationibus non semper significare coexistentiam realem. Ergo hic solus locus non probabit à Christo panem corpus realiter factum, sicut nec vt alia Domini corporalia opera, corporaliter apparet, multò minus ab aliis hominibus fieri, quia nihil tale eis existit vel promissum, vel mandatum.

Responsio.

Quibus verbis, quae oratione clarius dici potest, hoc quod Christus porrigebat esse corpus suum: item quod in calice propinabat sanguinem suum esse, quam hac, Hoc est corpus meum: quod in calice propino est sanguis meus, quasi diceret, Hoc quidem haecenus panis, sed ex hoc est corpus meum: & hic calix haecenus vinum, at ex hoc est sanguis meus: non plus hoc est nec minus, quia non plus Dominus dixit. Non est hic disputatio de sententia aliqua, an euidenti & firma illatione ex verbis Domini concludatur, sed de ipsis summæ veritatis verbis, ac sententia proprio eius ore prolata: quae si propterea non sint firmum fundamentum, quod secundum tropum & allegoriam alium sensum habere possint, nihil in tota scriptura firmum erit, nec quod Deus plantauerit paradysum voluptatis, in quo posuit hominem quem formauerat, & cetera quae in Genesi scribuntur: de quibus tamen fides chatholica nihil dubitat: imò nec certum erit, quod verbum Dei sit verè homo pro nostra salute crucifixus. Quae enim scriptura Genesis de Paradiso narrat, secundum allegoriam, sensum habent spirituales, & hunc illustrem. De quo August. libro 8. de Genesi ad litteram: Verba enim scripturae primario sensu secundum suam & orationis proprietatem intelligenda sunt, nisi aduersentur aliae scripturae, vel sequatur absurditas. Et falsum est quod in huiusmodi orationibus (qualis est de qua agitur) in quibus simplex narratur veritas, & arcanum ac sacratissimum instituitur sacramentum, Est non semper significet coexistentiam realem. Explicant enim vel parabolam, vel circumstantiam insinuant, quando, Est, coexistentiam realem non significat. Ministris autè mandatum esse, vt faciant id ipsum quod fecit Dominus, iam statim monstrauimus ex beato Cypriano.

August. contra Celestium lib. 2 cap. 23.

Cap. 1.

Epist. ad Caelianum.

Bucerus.

Vbi ad alia loca scripturae veniunt fuerit spiritualis Christi manducatio docetur, carnalis nequaquam. Et aperto apertius est, locum illum. 1. Corinth. 10. de spirituali, hoc est, vera corporis & sanguinis Domini communione loqui.

Responsio.

Quis hic credet Bucero solum asserenti Apostolum hic non loqui de vera & reali corporis praesentis communione, quando & ipsa scriptura reclamatione, & consentiens patrum interpretatio? Incredibilem hic ostendit Bucerus impudentiam, quando eum nō pudet dicere,

dicere, Aperto apertius esse, quod tamen falsum esse ipsa clarissimè testatur scriptura: Calix benedictionis, inquit Apostolus, cui benedicimus, nōne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nōne participatio corporis Domini est? Nō frangitur panis in communicatione spirituali tantum, nec in ea vltus est calicis, sed in sacramentali sub panis & vini speciebus. Et ideo hunc locum interpretatur Theophyl. post Ioannē Chryl. verbis ferè eisdem quibus ille. Calix, inquit, benedictionis, id est, Eucharistig. Manibus enim eum tenentes benedicimus ei, & gratias agimus, qui sanguinem suū pro nobis effudit, ineffabiliq; bona in nos contulit. Non autem dixit, participatio, sed communicatio, vt aliquod excellentius indicet, summam puta vñionem. Quod verò dicit huiusmodi est, hoc quod in calice est, illud est quod ex latere fluxit Christi, & ex eo accipientes communicamus, hoc est, vñimur Christo. Et explicans quomodo panis quem frangimus comunicatio corporis Christi sit, Quod in cruce, inquit, non est passus Christus. Os enim eius nullum esse contritum, hoc iam sustinet, cum propter nos frangitur. Quem enim frangimus inquit? Communio autem corporis Christi est, pro eo dicit quod est. Quemadmodum illud corpus Christo vñitum est, sic & nos ipsi Christo per panem hūc vñimur. Quae omnia verbis ferè iisdem habet Chrysofomus, atque haec ferè eadem Oecumenius.

Alia duo loca. 1. ad Corinth. 11. Qui enim manducat indignè, &c. cet. nihil pro Lutheo concludunt, Bucerus hoc est, pro veritate corporis Christi in sacra Eucharistia, quia dum symbolum corporis Domini proponatur, corpus Domini rectè proponari dicitur: sicut contemni Christum ab eo qui contempserit Apostolum eius.

Expendamus & haec loca, an ne clarissimè testentur, verè & realiter corpus & sanguinem Christi in sacra contineri Eucharistia? Non enim Apostolus Paulus causam tacer, ob quam indignè manducans, iudicium sibi manducat. Addit enim, Non diiudicans corpus Domini, quasi haec sit causa ob quam iudicium sibi manducat. Qui autem docet symbolum duntaxat aut figuram esse corpus Domini, vel secundum analogiam per panem intelligi corpus Domini, hic non diiudicat corpus Domini esse quod manducat, cum diuersissima sint corpus & corporis symbolum. Euidenti enim explicari non potest, quod verè corpus Domini manducat is, etiam qui sese non probauit. & ideo indignè manducat, & damnationem incurrit. Multum autem diuersa sunt, reum esse violatè imaginis aut symboli corporis & sanguinis, & reum esse corporis & sanguinis Domini, quasi in seipso, non in simbolo tantum violati. Grauior enim est prophanatio & irreuerentia facta personae in seipso, quam eadem in simulachro & imagine duntaxat facta. Nam vt symbolis nulla debetur reuerentia, nulla veneratio, nisi ob personam representatam, ad quam illa referuntur, iuxta sententiam Ioannis Damasceni ex sancto Basilio, Imaginis honor ad exemplaris transfertur honorem, ita irreuerentia quae fit simulachro vel figuræ, tota refertur ad id quod representatur: cui nulla fit irreuerentia, nec quouis modo prophanatur, nisi imagini vt signum est, fiat iniuria vel deonestatio. Nam si Caesaris imaginem, vel etiam Christi crucifixi pro aliqua nostra commoditate in loco abscondimus obsecratori aut abiectiori, item manibus tractemus impuris, imò etiam materiam in qua est depicta violemus, nulla fit Caesari vel Crucifixio iniuria, si nullus representatorum habeatur respectus, sed nostrae tantum utilitatis aut commoditatis ratio spectetur: Christi verò sanguini & corpori in se sui que ratione, in sacra Eucharistia fit irreuerentia. Idem enim honor ei debetur, qui propter se, sui que ratione debetur filio Dei, qui realiter & verè ibi continetur. Et ideo dicit Apost. indignè manducantem, reum fieri corporis & sanguinis effusi. Quarit enim Theophyl. post B. Chrysofomum, qua ratione reus sit indignè assumens? Perinde nimirum ac ipse qui sanguinem Domini effudit. Idem interpretans quomodo non diiudicet corpus Domini, hoc est inquit, Non explorans, nō intelligens propositae rei amplitudinem. Si enim disceremus quismam esset qui proponitur istic nobis, non indigeremus altero, sed illud ipsum nos vt fobrii essemus, pararet. Et B. Ambro. Deuoto, inquit, animo & cum timore accedendum ad communionem Apostolus docet, vt sciat mens reuerentiam se debere ei, ad cuius corpus sumendum accedit. Hoc enim apud se debet iudicare, quia Dominus est, cuius in mysterio sanguinem potat. Interpretatur enim quod dicitur. Non discernens corpus Domini. Aliud est Christum contemni ab eo qui contemnit Apostolum, quum ipse sit qui in Apostolo loquitur, quod non solum minister eius & Apostolus est, sed & membrum. Non enim, inquit, vos estis qui loquimini, & cetera. An experimentum quaeritis eius, inquit Apostolus, qui in me loquitur? Et Paulo dixit Dominus, Quid me persequeris? & Quam

1. Corinth. 10

1. Cor. 11.

Li. 4. cap. 15.

Math. 10. 2. Cor. 13. 1. Cor. 9. et 16.

Math. 25.

Quam diu fecistis vni de fratribus meis minimis, mihi fecistis. Non dixit veteri populo Dominus. Probet seipsum homo, & sic de agno paschali, sic manna & panes edat propositionis: nec reus erit corporis & sanguinis domini, qui impura conscientia ad edendum ista accesserit, non diiudicans corpus Domini, cuius tamen erant signa & figura, sicut hic dicit de eo qui impoeniens accedit, qui non amat, qui deniq; innocentiam ad altare non secum adfert, quod hic reus erit corporis & sanguinis Domini, & quod iudicium sibi manducat & bibit. Docet igitur Apost. in his locis vere presentem in sacra Eucharistia adesse Christum in corpore & sanguine suo. Unde manifestum est infirma esse argumenta quae profert Bucerus in acerba illa & hostili conflictatione, in qua certum est cum omnia sua rela & rationes producere, quibus expugnari puter veritate corporis & sanguinis Christi in sacra Eucharistia: nullam tamen ibi audimus scripturam, nisi quod Christus in caelum ascendit, & sedet ad dexteram patris. Cui respondimus, & iterum ex veteribus sumus responduri. Manifestum etiam est improbabilis esse eius repositiones ad argumenta & scripturas catholicorum. Magna igitur hominis huius caecitas est, quod ob huiusmodi argumenta non solum puduerit relinquere, sed & acriter impugnare libuerit saluti nostrae necessariam doctrinam, quam ignorare non potuit à temporibus Apostolorum fuisse & esse receptam, multiq; Conciliis comprobata. Rectissime hic dicit Lutherus, His spiritibus credat doceri veritatem suamq; committat salutem, si quem perire delectat, cum non nisi manifestis mendaciis ortum dogma susceperint, & mendaciis asserant. Super hac disputatione acerrima & plane hostili, quae primum fuit inter Martinum Lutherum, & alia ex parte Ioannem Oecolampadium, & Vlicum Zuinglium, quos sectatus est Martinus Bucerus, iudicem se constituit Ioannes Caluinus, suamq; de ea pronuntiauit censuram, quod videlicet vtraque pars sit culpanda, nec pro rei dignitate tractauerit cenam dominicam, Lutherum damnans falsi dogmatis, Zuinglium verò & Oecolampadium, quod non plenam docuerint veritatem. Ait enim.

Epist. ad Ioan. ne Hervagii Typographi.

Libel. de cena Domini.

Censura Ioannis Caluini de disputatione super cena Domini inter Lutherum & Zuinglium & Oecolampadium.

Error Zuinglii & Oecolampadii.

Adoratio sequitur Christi presentiam in sacramento.

Cum Lutherus docere cepit, sic materiam cenae tractabat, ut quod ad corporalem Christi presentiam attinet, talem ipse relinquere videretur, qualem tunc omnes concipiebant. Nam transsubstantiationem damnans, panem corpus Christi esse dicebat, quod vna cum ipso conuenientiam esset. Adhuc erat praeterea similitudines duas quidem illas & rudes, sed eis ut cogebatur, quod aliter mentem suam explicare non poterat. Dehinc suborti sunt Zuinglius & Oecolampadius, qui cum imposturam & deceptionem à diabolo inuectam considerarent in stabilienda praesentia illa carnali, quae ab annis sexcentis tradita & pro certis habita fuerat, rem tanti momenti dissimulare nefas esse existimauerunt, maxime cum huic errori excrucians idololatry annexa esset, quod Christus quasi sub pane conclusus adoraretur. Quia vero dissimulatum erat hanc opinionem quae diu iam & altius radices egerat in animis hominum, renellere, omnem ingenij vim ad eam impugnandam applicauerunt, admonentes crassissimi & absurdissimi erroris esse, non agnosceri ea quae de ascensione Christi tota scriptura testificatur, ipsum in caelo in hominis natura receptum esse, ubiq; mansurum, quoad descendat ad iudicandum orbem. Sed huic proposito nimium intenti, quam praesentiam Christi in cena credere debemus, qualis illic communicatio corporis & sanguinis ipsius percipiatur, dicere omittunt, adeo ut Lutherus eos nihil praeter signa nuda & spiritualis substantiae vana, relinquere velle existimaret, ideo cepit palam obistere, ita ut pro haereticis habendos denuntiaret. Ex quo semel esset contentio, sic temporis progressu adhaesit & inflammata est, ut acerbius a quo exagitata sit per annos plus minus quindecim, quibus interim neutri altero aequo animo & placido audire sustinebant. Nam etsi semel contulerunt inter se, tanta tamen animorum alienatio erat, ut re infecta discesserint. Cum etiam ad concordiam aliquam accedere debuissent, magis ac magis regressi sunt, nihil aliud spectantes, quam ut opinionem suam inuenerunt, & contrariam reseruant, habemus itaq; qua in re inuegerit Lutherus, in qua etiam Oecolamp. & Zuing. Lutheri partes erant ab initio admonere, non esse propositi sui praesentiam talem statuere, qualem papistae somniant: item testari se non hoc quaerere, ut sacramentum Dei loco adoraretur: Tertio abstinere à similitudinibus illis ruidibus & percepti dissimulatis, aut moderari eis ut. Alij etiam offenderunt in eo quod ita tenaciter indiderunt in oppugnanda superstitiosa & phantastica opinione papistarum de praesentia locali, & adorazione quae inde sequebatur, ut ad vitium diruendum conatus suos potius conuerterint, quàm ad id quod cogitauerunt utile erat stabilendum. Hoc intelligo dum nimis stulto ac diligenter in hoc toti incumbabant, ut assererent panem & vinum corpus & sanguinem Christi vocari, quod ipsorum signa sint, non cogitarunt sibi hoc interea simul agendum, ut adiuuarent ista signa esse, ut nihilominus veritas cum eis coniuncta sit. Nec restari sunt se non eò tendere ut veram communionem obscuraret, quam nobis hoc sacramento dominus in corpore & sanguine suo exhibet. Vtriq; profecto in culpa fuerit, dum se mutuo audire non sustinerunt. Haec tenus Caluinus.

Quomodo autem panis & vinum, corpus & sanguis Christi vocentur, ipsorumq; sint signa, & nihilo minus veritas cum eis coniuncta sit, veritas, inquam, non realis & personalis

nalis praesentiae Christi: Item quomodo substantiae corporis & sanguinis Christi fiamus & vere sumus participes (in quo Zuinglium & Oecolampadii deficere dicebat) in principio eiusdem libri declarat.

Cum enim Christus, inquit, vnicuique cibis sit quo anima nostra pascitur, in quo pater omnē vitam plenitudinem repositam esse voluit, cumq; cū gratijs suis omnibus nobis dispenseret & distribuat, suo sermone velut instrumento huic rei destinato, quia adeo imbecilles & infirmi sumus, ut certa animi fiducia ipsum recipere non possumus, quia nuda doctrina praedicatione nobis offertur, pater misericorditer se in eo imbecillitati nostrae accommodare volens, sermone signū quod sub oculorū sensum caderet, adiunxit, quo promissionū suarū substantiā nobis representaret, ut oī dubitatione et incertitudine sublata, in eo confirmari et roborari possemus. Eā nāq; ob causam dīs cenā instituit, ut cōsuetudinē nostris obsequeret eas promissiones, quibus in euāgelio de corpore & sanguine sui cōmunionē participes nos facturū promisit, atque in hac persuasione nos obfirmaret, etiā in eo esse spirituale vitā nostrā, ut tali tanq; insigni arrabone accepto, firmā salutis fiduciā cōcipiamus.

Nullam hęc audimus scripturam, qua noua hęc doctrina de mensa domini à seculis incognita, nec solum doctoribus sacris, verū etiam Oecolampadio, Zuinglio, & Buce-ro inaudita, probetur. Quae precor, scriptura panem & vinum in mensa Domini proposita dicit esse arrabonem, & quasi sigillum omnes promissiones in Christo nobis factas confirmans & stabiliens? Quae item scriptura habet quod certior sit nobis & firmior salutis & omnium bonorum fiducia per panis & vini susceptionem? Promissio in Euangelio nobis facta de participatione corporis & sanguinis, est apud Ioan. Panis quem ego dabo, caro mea est, quam dabo pro mundi vita. Quam promissionem impleuit, quando in nouissima cena accepit panem & post benedictionem ait, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum; Implet & nunc in nobis, quando ex altari sub speciebus panis corpus eius nobis dispensatur. Quis huius promissionis, quam quotidie in nobis cōmplet Dominus, requirit vel expectat arrabonem, vel sigillum aliud, quàm ipsum verbum Domini? Eius aut sacramenti effectus est, ut vnum simus cum ipso, sicut ipse vnum est cum patre. Sic enim Theophylactus interpretatur quod dicit Apostolus, Panis quē frāgimus, nōne communicatio corporis Christi est? Quod pro eo, inquit, dixit quod est, Quemadmodū illud corpus Christo vnitū est, sic et nos ipsi Christo per panē hunc vnitū. Et B. Chryso-st. Cū enim, inquit, suum in nos amorē indicare velle, per corpus se nobis cōmiserit, & in vna (ut ita dicam) massam reducit. Neq; id fidē solū & charitatem, aut fiduciā, sed re ipsa nos corpus suū efficit: Corporaliter itaq; Christo iūgimur, eoq; participamus & cōmunicamus, secundū Apostoli sententiā, & nō spiritualiter tantū. Qui manducat meam carnē, ait dominus, & biberit meū sanguinē, in me manet & ego in eo. Et sicut ego vivo propter patrem, sic qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hi enim effectus sunt nō panis et vini, sed sacrae Christi sub speciebus eorū cōtēti, per quē in hoc sacro cōiuiuiō mēis impletur, & futura gloria pignus datur. Prudētē igitur Zuingl. & Oecolampad. aequē etiam Mart. Bucerus in sua de Eucharistia tractatione, dicere omiserunt, panē & vinū esse arrabonē, sigillum & obsequationem promissionū Dei in conscientijs nostris, & ad hunc vsum esse institutam cenam Dominicā, cum sit inuestio & merum somnium Ioannis Caluini. Non igitur in sacra Eucharistia communicantur & suscipiuntur corpus & sanguis Christi quasi absentes, & in caelis ad dexteram patris sedentis, ut docet Caluinus, sed verē etiam praesentis in suo corpore & sanguine sub speciebus panis & vini. Nec est instituta ad confirmandas in nobis Dei promissiones, sed ut memores simus mortis Christi pro nobis perpessae. Hoc facite, inquit, in meā commemorationem. Et Paulus, Quotiescumque manducabitis panem hunc & calicē bibetis, mortē domini annunciatibis donec veniat. Ad quam commemorationē totam cenā Dominicā actionē referunt Zuinglius, Oecolampadius, & Martinus Bucerus, & ideo meritō offensa fuit Schola Tigurina aduersus Caluinum, quod Zuinglii doctrinā de cena dominica reprehenderit, & praeter omnem scripturam, nouam quādam induxerit. Collit enim Schola illa, Vlicum Zuingliū tanquam praepceptore primarium suumq; antistitem, à cuius doctrina non libet recedit, imò eam ex professione defendit & tuetur. Id quod intelligens Caluinus, ad eā placandā scribit epistolā, in qua ostendere nititur se non dissentire à Zuinglio, ceterisq; eius Scholae magistris in doctrina de cena dominica, sed eandē docere, cū tamen reuera plurimū ab eis dissentiat. Multum namq; diuersa sunt, suscipere panē & vinū tanquam corporis & sanguinis figurae suae symbola, & in se suisq; naturalis corpus & sanguinē suscipere & participare. Diuersa sunt res ipsae representatas donare, & earū symbola exhibere, & hęc in arrabonē atq; sigillū, ad confirmandas Dei promissiones, videlicet quod Christus esset nobis facticia, iustitia, sanctificatio & redemptio, totiusq; vitae plenitudo, hoc est quod eius iustitia

Caluinus.

Responsio.

Cap. 6.

1. Corint. 10.

Homil. 45. in Ioan. et 83. in Math.

1. Corint. 11.

Epist. Synodo
tica eiusdem
Concilii sine
decreto Euge-
nii 4.

iusti sumus, eiusque sanctitate sancti, & ita grati Deo patri, ac si ipsi totam gratiarum plenitudinē, quam habet Christus, in nobis haberemus, & proinde æque grati & placentes, atque ipsē Christum. Hæc enim omnia intelligit Ioannes Caluinus, sed ea ignorat scriptura sacra, quæ docet corpus Christi in hoc sacramento esse cibum quē edamus, & sanguinem potum quem bibamus, quæ proinde omnem fructum & effectum in spiritu nostro operatur, quē secundum proportionem cibus corporalis in corporibus. Et hoc modo Ecclesia catholica docet de corpore & sanguine Christi, ut sunt in hoc sacramento. Huius sacramenti effectus, inquit concilium Florentinum, quem in anima dignē sumentis operatur, est adunatio hominis ad Christum: & quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris eius iungitur, consequens est, quod per hoc sacramentum indignē sumentibus gratia augeatur, omnemque effectum quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem sustentando, augendo, reparando, & delectando, sacramentum hoc quoad vitam operatur spirituales, in quo (ut inquit Urbanus Papa) gratiam Saluatoris nostri recensemus memoriam, à malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum. At Caluinus refert solum sacra Eucharistia virtutem ad significandum, excitandum & testificandum, nullam ad efficiendum nostri cum Christo unionem, secundum patrum testimonia iam citata. Item dicit quod participatio corporis & sanguinis domini vera ac spiritualis in salutis consistit fiducia.

Vi certā, inquit, animi fiducia Christum ipsum recipere possumus. Cū ad fidem & amore magis pertineat coniungere & unire nos Christo, & ipsum dominum in hoc sacramento aduenientem quasi obuiis vnus amplecti. Nec tamen fide solum & amore, sed vt patres palam testantur, re ipsa Christum dominum in corpore & sanguine suo substantialiter præsentem, & non in symbolis tantum, in sacra Eucharistia suscipimus, & corporaliter complectimur. Sunt præterea multum diuersa ad edendum & bibendum corpus & sanguinem donari, & simpliciter ad omnia donari in hoc sacramento, id quod docet Caluinus. Vlricus autē Zuinglius & OEcolumpadius ad vsum efus & potus, & mortis eius commemorationem duntaxat, ea dari docent. Sed vnde hæc tanta dissensio, & pugna paucorum horum magistrorum in dogmate, quod ipsimet omnes testantur esse maximi momenti? Nam Lutherus primò suam proposuit sententiam; quod scilicet reuera corpus & sanguis Domini sunt substantialiter in sacra Eucharistia, sed substantia panis simul manente, sicut ferri natura manet quando ipsum est ignitum, & panis natura quando vi no quod imbibit est plenus: In quo deserit Ecclesia catholica doctrinam. Succedunt Zuinglius, OEcolumpadius, qui hanc Lutheri sententiam tanquā articulo fidei de ascensione Christi in cælum, & fessione ad dexteram patris, contrariam impugnant. De horū sententiis arbitrum ac censorem se constituit Ioannes Caluinus, qui damnat vtroque & suam adfert sententiam, quæ nec ipsa placet Scholæ Tigurinae, sed magis sententia sui præceptoris Vlrici Zuinglii. Vnde, obsecro, tantum dissidii, cū vniversi doctores catholici, scholastici, & scriptores veteres à temporibus Apostolorum idem per omnia tradant, & in tractatione de sacra Eucharistia quotquot scripserunt in Oriente, & Occidete, & Meridie, omnes consentiant? & hi tam pauci ita dissentiant de cœna Dominica, & præsentia Christi in hoc sacramento, vt vix duo consentiant, nec tantum inter se dissentiant, sed iidem ipsi hodie docent vnum, & cras aliud, & quidem contrarium, cuius exemplum habemus in Luthero & Bucero, eorumque complicitibus. Certissimum hinc est argumentum, quod non sunt locuti spiritu veritatis, & hoc eodem, sed humano & proprio spiritu erroris & vertiginis. Scribit enim Apost. de quibusdam, Quia charitatem veritatis non receperunt, ideo mittet eis dominus spiritum erroris, vt credant mendacio. Non enim dissensio est Deus, sed pacis & concordia. Non vnum loquitur in vno, & aliud per aliud. Quod verò doctores catholici tam longo locorum & temporum interuallo à se mutuo dissiati, inuicem consentiant, idem doceant sine collatione & librorū mitua communicatione, euident est argumentū, quod sancto veritatis spiritu afflati & edocti eandē de sacra Eucharistia tradiderunt sententiā. Repetere hinc conuenit sententiā & admonitionē Marini Lutheri. Quis tam insanus, & suæ salutis prodigus, qui huiusmodi spiritibus & magistris, qui inter se conuenire non possunt, suam credat salutē, & catholicæ ecclesiæ deserat doctrinā, quæ tantā habet scriptorū concordiam? Vt ad Caluinū redeamus, nō ita hinc disputatur de participatione corporis & sanguinis Domini, & quomodo hæc nobis donantur, sicut de significatione & germano sensu verborum Christi, Hoc est corpus meū, an secundū sermonis proprietatē, an secundū Allegoriā sint intelligenda, aut secundū Tropum figuræ & symboli, Caluinus quidem ea intelligit secundum Allegoriā: Ait enim,

2. Thessa. 2.
3. Corinth. 11.

Verba

Verba quibus Dominus vititur, tantundem significant, ac si quis diceret, Quomodo modum hominis caluinus, corpus pane nutritur, & sustentatur, ita caro mea cibus est spiritualis, quo anime viuificantur. Quamuis autem veteres doctores Sorbonici subtilius disputarunt, quomodo corpus & sanguis cum signis coniunctum sit, tamen negari non potest, hanc opinionem receptā esse à summis & infimis in Ecclesia Papali, & ab annis sexcentis traditam, & pro certa habitam, atque hodie flamma, serro, cede, & omni tormentorum genere defendi & asseri, Christum scilicet contineri sub his signis, ibique, eam inuestigandum esse. Quam opinionem vt asserant, sareantur etiam necesse est, Christi corpus tanquam infinitum nullo spatio contineri, aut diuersis in locis simul esse. Talem ergo præsentiam loco circumscriptam statuere, quæ corpus Christi signo includatur, aut localiter, quod aiunt, coniungatur, non tantum delirium est, sed etiam execranda error, gloria Christi detrahens, & quicquid de natura ipsius humana credendum, euerrens. Scriptura enim vbiq; docet Christum, vt in terris humanitatem nostram accepit ita ereptam ex hac mortali conditione in cælum, natura tamen non immutata extulisse.

Verba cœnæ Dominicæ secundum proprietatē sermonis esse intelligenda, & non secundum Allegoriā vel Tropum, superius ostendimus, & ex Apostolo & consentiente patrum interpretatione. Ostendimus præterea quod non magis gloriæ Christi derogat, quod ipse nobis substantialiter præsens corporaliter adsit in sacra Eucharistia, quam quod pro nobis in cruce pendit, & tandem mortuus est. De quo Apostolus Paulus ait, Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Ipsi autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum, Dei virtutem & Dei sapientiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Ita Christo prædicante carnem suā manducari, & sanguinem bibi, multi sunt scandalizati, hoc, inquit ipse, vos scandalizat. Non mirum igitur quod nunc hæretici iudicant esse stultitiam & delirium, id quod Petro & veris catholicæ ecclesiæ filiis, Christi discipulis, verba sunt vitæ æternæ, dum credunt, quia ipse est filius Dei, cui non est impossibile omne verbum. Nec quicquam Christo est indecorum quod nostram promouet salutem, pro qua mortuus est, & pro qua nihil non facere est paratus. Prædicar enim Apostolus supereminentem Christi charitatem, ex qua delitæ sunt ei, intimè nobis coniungi, & esse cum filiis hominum vsque in seculi cōsummationem. Nihil igitur gloriæ eius conditioni per hanc corporalem in sacramento decessit præsentiam. Eximia enim eius est gloria, quod caro eius secundum esse substantialiter verè sit cibus, & sanguis potus, sine quo vita animæ subsistere non potest. Neque tamē propterea fateri necesse est, Christi corpus tanquam infinitum nullo spatio contineri, aut diuersis in locis esse simul. Nam & si istud Deo impossibile non sit, non tamen hoc facti est necesse, cū corpus Christi non sit in sacramento localiter, siue vt in loco, sicuti supra ex B. Thoma declarauimus, sed incomprehensibiliter & modo mirabili, qui omnē superat intellectum creatum. Interrogat, inquit Damascenus, sancta virgo, Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco? Respondet Gabriel Archangelus, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et nunc tu interrogas, Quomodo panis sit corpus Christi, vinum & aqua sanguis Christi? Respondeo tibi & ego, Spiritus sanctus obumbrat, & hæc operatur super sermonem & intelligentiam. In talibus, inquit Augustinus, mirabilibus Dei operibus ratio facti est potentia facientis. Nam si ratio queritur, non erit mirabile, si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus Deū aliquid posse, quod nos faremur inuestigare non posse. Nimis intolerabilis est arrogantia & pertinacia Ioannis Caluini, quod delirium & execrandum errorem appellat eam doctrinam, quam confitetur in ecclesia papali ab annis sexcentis à summis & infimis fuisse receptam, & contrarium docentes flamma & omni tormentorum genere quasi hæreticos & rei Christianæ perniciosos hostes exterminari. Non enim alia est Christi Ecclesia, quam quæ Christum in suo agnoscit vicario, Beati Petri in cathedra successore. Ad Christum, inquit Cyprianus, non pertinet, qui Christi relinquit ecclesiam. Et si qui cum Episcopo non sunt, in ecclesia non sunt: Vnde, inquit, scire debes Episcopum in ecclesia esse, & ecclesiam in Episcopo, quando ecclesia, quæ catholica vna est, scissa non sit neque diuisa, sed sit vtique conexa, & coherentium sibi inuicem sacerdotum glutino copulata. Et illam Beatus Augustinus iudicat veram esse Christi ecclesiam, in qua est successio Episcoporum continua in sede Petri. Sed hanc Christi sponfam eiusque sententiam arroganter contemnit Ioannes Caluinus homo nimium sapiens apud semetipsum. Verū quid eum mouet vt delirium & execrandum errorem dicere audeat, quod confitemur Christum esse corporaliter præsentem in sacra Eucharistia?

Sic itaque duo nobis consideranda sunt, cum de Christi humanitate verba facimus. Primum, ne veritati nature ipsius detrahamus. Deinde ne derogemus gloriæ eius conditioni. Quod vt ritè obseruemus, Caluinus. f. 119 erigen-

Responsio.

1. Cor. 11.

Ioan. 6.

Ephes. 3.

Par. 3. quæst. 76. art. 1. Lib. 4. c. 2. de orib. doc. fide.

Epist. 3. quæst. est ad volu stanum.

De simplicitate prelatorū Ad Florentinū cupianū.

erigenda sunt in cælum mentes, ut ibi redemptorem nostrum quaeramus. Nam si velimus eum sub elementa mundi corruptibilia abijcere, cum ea destruamus quæ de humana eius natura scripturæ testantur, tum etiam gloriosam ipsius ascensionem in nihilum redigimus.

Responsio.

Falsum est vtrunque quod hic proponit Iohannes Caluinus contra veritatem præsentia corporis & sanguinis Christi, neutrum tamen per scripturam vel rationem probare conatur. Quod enim fieri non possit ut verus in natura homo Dei virtute contineatur sub speciebus panis & vini, atque hoc verbum Deo esse impossibile, nunquam probare poterit, (Nam stultissimum est nostra ratione eius potentia & virtuti limites præscribere) & multò minus quod hoc ipsum aduersatur articulo fidei, qui habet Christum ad cælum ascendisse, & sedere ad dextram patris: Quem etiam articulum dicit mouisse Zuinglium & OEcolumpadium, ut diceret crassissimum & absurdissimum esse errorem, non agnoscere huic fidei articulo repugnare corporalem præsentiam Christi in sacramento.

Mar. vii.

Omnis igitur Caluini, Zuinglii, & OEcolumpadii argumentatio in hac consistit illatione & consequentia, Christus in cælum receptus est, ibiq; mansurus, quoad descendat ad iudicandum orbem: ergo non est, nec esse potest corporaliter in sacramento Eucharistia. Sed quis Apostolorum hanc facit illationem? Quis sanctorum eam probat? Omnes constanter docent eam esse inualidam, sed simul consistere Deum esse receptum in cælum ad dextram patris, & tamen esse corporaliter in manibus sacerdotis in terris. Ita enim inclamat beatus Chryostomus ad opus Rei tam immensum, O miraculum, ò Dei benignitatem? Qui cum patre sursum sedet in illo ipso temporis articulo (nempe post verba Christi operatoria) omnium manibus pertractatur, ac ipse se tradit volentibus ipsum excipere ac complecti. Fit autem id nullis prætigijis, sed apertis ac circumspicientibus circumstantium omnium oculis. Et ne existimes hoc illi excidisse, passim fere ira loquitur. Cum mors, inquit, accepisset corpus Christi, quia continere non poterat, rursus euomit, & radios ad ipsum supernum thronum dimisit. Illuc namque ipsum exultit, quod etiam nobis exhibuit, & ut teneremus & manducaremus, quod maximè dilectionis signum est. Quos enim amamus nonnunquam, morfu etiam petimus. Et rursus, Quod fummo, inquit, hoc nore dignum est, id in terra ostendam. Nam quemadmodum in regniis non parietes, non teetum aureum, sed regium corpus in throno sedens omnium præstantissimum est, ita quoque in calis regium corpus, quod nunc in terra videndum tibi proponitur, neque angelos, neque archangelos, non cælos cælorum, sed ipsum horum omnium tibi Dominum ostendo. Animaduertis quonam pacto? Quod omnium maximum est atque præcipuum in terra, non conspicaris tantum, sed tangis, neque solum tangis, sed comedis, & eo accepto domum redis. Absterge igitur ab omni sordè animam tuam. Item, recolite quia illius corpus est & sanguis, qui supra cælos residet, qui ab angelis suppliciter adoratur. Illius, inquam, qui proximè adsistit immortalis Dei potentia. Huius delibamus sanguinem, & proprium corpus nobis sumendum tradidit. Quin etiam in sua Liturgia ita orat, Qui suprà vna cum patre sedes, & hic vna nobiscum inuisibiliter versaris, dignare potenti manu tua nobis impartiri impollutum corpus tuum, & preciosum sanguinem, & per nos toti populo. Rursus declamans ad populum & enarrans locum de pallio Helia donato Helisæo. Helias melotem discipulo reliquit, filius autem Dei ascendens suam nobis carnem dimisit. Sed Helias quidem exurus, Christus autem & eam nobis reliquit, & ipsam habens ascendit. Quid igitur dicemus? Num beato Chryostomo clarissimum maximeque necessarium fidei articulum excidisse quisquam credat, cum in ipsa Eucharistia tractatione tam sæpe de eo loquatur? An non meminerit vocis illius angelicæ, Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum sic veniet. An ignorauerit quod ad discipulos Saluator dixit, Vado ad patrem, & iam non videbitis me? Nequaquam certe ignorabat sanctus hic Episcopus localem remotionem, sed certissimò credebat quod creaturam creator ut vult, transformare potuit, & ut potuit, ita iuxta verbum suum voluit & fecit. Neque vllam habet consequentia rationem, Christus ascendit in cælum, & vadit ad patrem, ergo non est hic. Vnde beatus Augustinus sententiam hanc Saluatoris exponens, Quid ergo est, Ad patrem vado & iam non videbitis me? nisi quomodo sum, cum vobiscum sum. Tunc enim adhuc erat mortalis in similitudine carnis peccati, qui & esurire poterat & sitire, Hunc ergo Christum, id est, talem Christum, cum transisset de hoc mundo ad patrem non erant iam visuri. Et tantum abest ut hæc duo sibi aduersentur, ascensus videlicet Christi in cælum, & corporalis præsentia eiusdem in sacramento, ut iuxta interpretationem Beati Augustini & Beati Cyrilli Dominus declarauerit, quæ dixit de manducanda carne sua, & bibendo sanguine, per

Et. 3. de sacer dote.

Homi. 2. 4. in epi. 1. ad Cor.

Eadè homil.

Homi. 3. in epi. 1. ad Eph.

Homi. 2. ad populum Antiochenum.

Art. 11.

Ioan. 16.

Tract. 94. & 95. in Ioan.

ne, per ascensionem suam in cælum, dum ait, Hoc vos scandalizat? Si ergò videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius, quid dicetis tunc? Hinc, ait Augustinus, soluit quòd illos commouerat. Illum enim putabant erogaturum corpus suum. Ille autem dixit se ascendurum in cælum, vtiq; integrum. Certè vel tunc videbitis, quia non eo modo quò putatis erogat corpus suum. Et Cyrillus, Si præter naturam caro mea in cælum ascendit, quid prohibet ne similiter præter naturam viuificet? Nihil igitur solidi habent, imò falsa sunt quæ adducit Caluinus contra veritatè corporalis præsentia Christi in sacra Eucharistia. Et mirabilis est cæcitas consentientè ecclesiæ catholicæ sententiam propter sophisticas has argumentationes relinquere, quæ fundamentum habet verbum domini & veterum scriptorum concordem interpretationem. Porro totam hanc Ioannis Caluini sententiam clarè explicat Glosa ordinaria iam recè ædita & impressa à Roberto Stephano anno 53. Genevæ, ex qua manifestior fiet eius absurditas. Ait enim.

Ioan. 6.

Circa ca. 26. Math.

Specimè glosæ ordinariæ

Nota hæc explicationem.

In verbis cæne dominicæ relatiuè Hæc, refert panem non corpus, & corpus suum vocat, non solum quia figura est corporis, sed magis quia symbolum, in quo res exhibetur, sicut Iohannes spiritum sanctum vocat columbam, quòd sub columbæ specie apparuerat, ita panem corpus suum vocat, quòd certo refertur nobis exhiberi corpus suum quod figurat: vel quia dominus visibile illud symbolum nobis porrigendo vna dat nobis etiam suum corpus. Proinde certum est veritatem hic cum suo signo coniunctam esse, hoc est non minus vere nos (quantum ad vim spirituales attinet) participes corporis Christi fieri, quam pane vescimur. Nam ut verè regnum dabit Deus & sacerdotium, prophetandiq; munus per vnditionis symbolum, licet nec regna nec sacerdotium, nec propheticus spiritus localiter in eo fuerint, & ut Hieroboam verè accipiebat decem tribuum regnum, licet in decem pallij partibus localiter non esset: Et què admodum Christus verè ad benedictionem suam per externam manus impositionem pueris & agrotis dabat, tametsi in manibus illa localiter non comprehenderetur, & per baptismum exhibetur peccatorum remissio, etiam si sub aqua localiter non includatur: Ita verè in cæna datur nobis corpus Christi per panem & vinum tanquam externa symbola, tametsi localiter in illis non comprehendatur. Datur enim nobis corpus Christi sub his symbolis ut sit animis nostris in cibum saluarem, hoc est, in quantum ex Christi carne vis viuifica in nos per spiritum diffunditur, quamuis longè à nobis distet, nec misceatur nobiscum, sicut sol in cælo manens radios in terrà traiecit ad generados fouedos, & vegetados fetus terræ, & in radijs sua quodammodo substantiam communicat: Sic Christus in cælo manens se nobis communicat per cana spiritus sancti virtute. Nam vinculum huius coniunctionis est spiritus domini, cuius nexu copulamur, & est quidam veluti canalis, per quem quicquid est & habet ad nos derivatur.

Responsio.

Sermone de Euchar. impresso Haganoæ per Ioan. Secerium an. 27.

Ex his liquido patet quòd Caluinus intelligit sub pane & vino secundum veritatem dari & exhiberi corpus & sanguinem domini, non secundum eorum substantialè præsentiam, sed secundum virtutem & efficaciam tantum: quomodo adsumt & exhibentur in baptismo & poenitentia, imò quandoque; aliq; effectus mors Christi in nobis operatur. Sed hoc duntaxat modo ea adesse in sacra Eucharistia, non patiuntur verba Christi, quibus dixit corpus suum esse hoc quod oculaliter demonstrabat, & quod nobis tradendum & frangendum affirmabat. Rectè hic dicit Lutherus, Si Christus dixisset, Accipite & manducate, hic est panis triticeus quem exhibeo vobis: Item, Accipite & bibite, hic est calix vini quem propino vobis, nemo dubitaret de eius orationis intelligentia. Quid igitur hæremus, quid disputamus de sensu verborum, quibus dicit, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hic est calix sanguinis mei, quædo ab symbolica intelligentiam nihil suadet, nihil infirmæ quædam argumentationes sophisticæ ex humana tantum ratione deductæ, quæ non sufficit, nec angelica quidem, ad intelligendum miracula Dei opera. Argumentatur enim Caluinus, quòd humanæ naturæ veritas non potest cõsistere cum coexistentia sub speciebus panis & vini, item quòd aduersatur articulo fidei de ascensione Christi in cælos, & eius sessione ad dextram patris. Quibus superius respondimus ex sententijs August. & Chryf. Et expresse damnatur hæc Caluini sententia de præsentia Christi in Eucharistia secundum virtutem duntaxat sine efficaciam, in Concilio Tridentino, quod sic ait, Si quis dixerit Christum in sacra Eucharistia esse tantummodò vt in signo vel figura aut virtute, Anathema sit. Item quòd Caluinus dicit communionem panis & vini esse Christi institutionem & promissione maiorem facere certitudinem quòd sumus membra Christi ex carne & ossibus eius, quodq; corda nostra inhabitat, humanum est figmentum, & sine scriptura dicitur.

In eodem sermone quo supra. Hom. 50. in Lucam.

Hic præteritur errorem Mar. Lutheri, quem sequitur & latè declarat Io. Brentius, quòd videlicet Christus non solum est corporaliter in sacra Eucharistia, sed vbiq; & cælum implet & terram instar diuinæ essentia, propter vnionem hypostaticam cum verbo Dei. Ait enim Brentius.

Brentius.

Postquam Christus ascendit in caelum, non iam est in locis pro carnali humana rationis imaginatione, sed pro ratione divina, quare & si corpus eius sit simul in caelo, & in terra, super caelos & in caeni, non tamen est in diversis locis iuxta carnis cogitationes, sed est potius in uno loco: imò quia ascendit super omnes caelos, est supra, infra, intra & extra omnia huius seculi loca. Manifestum quidem est quod corpus mathematicum in uno tantum externo loco natura sua contineatur, sed illud corpus quod assumpsit filius Dei in unitatem personae, & quod intravit gloriā & maiestatem Dei patris, & si quod ad substantiam eius attingit, non sit mutatum, nulla tamen adeoq; innumerabilia accepit accidentia, quae sunt caelestia, & supernaturalia. Atque hunc errorem ante eos docuit Iacobus Faber Stapulensis, qui sic habet, Corpus Christi, id est assumpta humanitas, caelum implet & terram: Est enim, ubicunque verbum Dei est, quia verbum caro factum est, quare verbum nusquam est sine carne. Item enim filius sit in patre, & in omnibus sanctis qui sunt in caelo & in terra, aut etiam corporaliter sit: Quid nisi? Sed absque modo, nisi dicas diuino & incomprehensibili modo, qui non eam modum quam non modus dici debet.

Dist. 22. dist. 10. dubio 2. et 3. epist. 57.

Sed hæc omnia præterimus, quod eorum tractationem præsens non requirit articulus, & diligenter de his disceant scolastici doctores 3. lib. sentent. & Petrus de Palude 4. lib. sentent. Aduersus eundem hunc errorem scribit B. August. ad Dardanum. Ita, inquit, Christus venturus est quemadmodum ire visus est in caelum, id est in eadē carnis forma atque substantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem astruamus hominis, vt veritatem corporis auferamus. Non est autē consequens, vt quod in Deo est, ita sit ubique vt Deus.

Plenissimè & latissimè tractauit Reuerendissimus Episcopus Rossensis, de existentia reali & substantiali corporis & sanguinis Christi in sacra Eucharistia, aduersus Ioannem OEcolampadium, qui in libello cui titulus est, De genuina verborum domini, Hoc est corpus meum, expositione, omnes intrudit neruos vt corradat argumenta, & apparentias quibus euertat & expugnet saluberrimum hunc fidei catholice articulum. Sed his omnibus doctissimè respondet Rossensis, eumque sequuti sunt tres docti viri Angli, Stephanus Episcopus Vintoniēsis, & Cæcellarius regni Angliæ, & Curthebertus Tonstallus Episcopus Dunelmensis, & Albannus Lengdailus Archidiaconus Cicestriensis, ad quos lectorem remittimus, si pleniorē huius articuli explicationē, probationem & defensionem desideret.

Finis Articuli decimi tertii.

Articulus Decimus Quartus.

In Eucharistia non manet panis & vinum, sed hæc in corpus & sanguinem Christi mirabili potentia verbis ipsius sunt conuersa, manentibus tantū panis viniq; speciebus. Vnde certa fide tenendum est sacram Eucharistiam sanctē à nobis adorari, siue in missa, siue extra missam, ubicunque reposita fuerit, aut quoties in supplicationibus publicis à sacerdote circumfertur.



Omnino Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agēs Math. 26. fregit & dixit. Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Accipit quidem in sanctas manus suas panem, fregit panem, sed quod discipulis suis dabat, ipsique manducandum accipiebant, dixit esse corpus suum. Hoc, inquit, quod exhibeo, & quod accipitis, corpus meum est. Accipit autem & calicē, gratias egit & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes, Hic est enim sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quod verò vnum, idemq; panis sit triticus & corpus Domini: & idē vinum & sanguis Christi, manifesta est pugnantia & contradictio, sicut quod idem sit corpus & sanguis, panis & vinum, aqua & ignis. Nam quæ substantialiter & essentialiter sunt diuersa, non possunt vnum idemq; esse secundum substantiam, rationibus terminorum aperte repugnantibus. Quando igitur Dominus ait hoc ipsum quod exhibebat esse corpus suum, & item sanguinem, necesse fari rerum consequentia docebat idem non esse panem, nec esse vinum. Accipit quidem panem, sed ex eo fecit corpus suū dum ait, Hoc est corpus meum: & ex vino sanguinem, dicens, Hic est sanguis meus: quasi diceret, Non est iam amplius vinum quod calix continet, sed est sanguis meus: nec est iam panis quem in manibus de mensa sumpsit, sed est corpus meum. Sicut in nuptiis, quibus in Cana Galilææ dignatus est interesse, iussu eius Ioh. 1. impleuerunt ministri sex hydrias aqua, eoq; dicente, Haurite nunc, & ferte architriclino, ex eis fudebant & adferebant architriclino, non aquam, qua tamen eas impleuerant, sed vinum. Nam aqua vinum factum fuerat. Item & Aaron accepit virgam in manu, qua proiecta in terram iam non erat virga, sed coluber. Idem percussit aquam fluminis, & factus est sanguis. Conformiter his scripturarum exemplis, accepit Iesus de mensa panem, sed quod discipuli edendum fudebant, non iam panis, sed corpus erat Domini, in quod panis fuerat conuersus. Similiter calicem vini accepit, sed quod discipuli accipiebant & bibebant, sanguis erat Christi. Id clarissimis verbis testatur Dominus, qui ait, Hoc est corpus meū, hæc tamen quidē panis, sed ex hoc iam est corpus meū. Hic est sanguis meus, hæc tamen vinū, sed ex hoc iam est sanguis meus, in quem versum est vinū. Magis autē est credendū verbo Dei, quàm experientiæ. Sicut igitur credimus in nuptiis ex aqua vinum factum, quia hoc indicauit architriclinus, ita magis credendum non esse hic panem, quia Christus dixit, Hoc est corpus meum. Quisq; apud se hic expendat, an ne sit addere verbo dei, si domino dicere, Hoc est corpus meū, nulla panis facta mentione, aliquis adiacere audeat. Est quidem corpus eius, sed, Hoc, panem demonstrabat, quem de mensa acceperat: & est sensus, Hic panis est corpus meum, vel hoc quod porrigo est corpus meum, sed simul est panis, saluaq; manet panis substantia. Quod enim simpliciter, indefinitè & sine additamento dicit dominus, id hi ad panem restringunt & determinant, interpretantes, Hoc, id est, hic panis est corpus meum: quod non dicit dominus, sed in genere, hoc quod videtis sub accidentibus panis, quod in manibus habeo, & vobis edendum exhibeo, est corpus meū. Atq; ita secundum proprium orationis sensum demonstratur non corpus Domini, nec panis, nisi confusè & indeterminatè, sed in genere substantia, quā videbant sub speciebus sensibilibus panis. Nec mysterio caret, quod Christus non dixit, Hic est corpus meum, cum tamē panis Græcè & Latine sit generis masculini, sed, Hoc est corpus meū, id demonstrando, quod sub panis videbatur accidentibus, insinuans, imò & explicans corpus Christi esse quod sub iisdē latebat accidentibus, sub quibus prius substantia panis.

Argumentum autem quod sumitur ex mutatione generis Pronominis, Hoc, & panis, profertur Rex Angliæ in assertionem septem sacramentorum aduersus Martinū Lutherum, & Ioānes Episcopus Rossensis in apologia pro eadem assertionem. Itē pater Alfonso de Ca-

*Heresi. 5. de
Eucharistia.*

de Castro: Idem etiam attingit Martinus Lutherus, & respondere nititur, sed non satisfacit. Nec minus absurdus esset, qui panem diceret manere, quando adest corpus Domini, quam qui diceret, virga mutata in colubrum, virgæ formâ adhuc manere cû colubro, & in hydrijs nuptiarû aquâ simul cum vino mansisse, atque vtrumq; simul allatum architricino. Erat quidê hoc fortassis possibile, nã aqua etiã manere potuit & affici colore, sapore, cæterisq; vini qualitibus, ita vt nullû fuisset vinum secundum speciem, sed secundum qualitates tantum. An vero fieri potuerit quod pane manente sacramentaliter adesset corpus Christi, ita vt panis esset signum sacramentale, sicut modò sunt panis accidentia, disputant doctores Scolastici, quorum quidam docent hoc fieri non posse, aliis contrarium defendentibus. Sed in mysterijs scripturarum non quid absolutè fieri posset spectandum est, verum quis sensus scripturis earumq; circumstantiis magis sit consentaneus. Christus hic in manus accepit panem, & adhuc panis esse videbatur, & dixit, hoc esse corpus suum. Necessaria igitur est consequentia iã nō esse panē. Huius autem intellectus verborum Christi cōsideratione, ante mille annos maiores nostri tradiderunt, post consecrationem, panē non manere. Nam beatus Augustinus, Cùm de sacramētis, inquit, tractare, dixi vobis quòd ante verba Christi quòd offertur, panis dicatur: vbi verò Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus domini appellatur. Cur ergo (sibi obiicit) si vt panis non dicitur, ita nec est. In oratione dominica, ait, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Et responderet, Panē quidem dixit, sed supersubstantialem: Non est iste panis qui vadit in corpus, sed iste panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulsit. Et Beatus Ambrosius, Qui pridie, inquit, quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem: antequàm cōsecratur panis est, vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Audi dicentem, Accipite & edite, Hoc est corpus meum, ante verba Christi calix est vini & aquæ plenus. Vbi verò verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebem redemit. Item, Licet figura panis & vini videatur, nihil tamen aliud quàm caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt. Et Concilium Constantiense damnat articulū Ioannis Vvicleffi, substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis manent in sacramento altaris. Quòd igitur panis non maneat, nec vinum post consecrationem, ex ipsis domini verbis, Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus, patres ecclesiastici & Concilium prædictum aperte docent, & ex eis solis pronunciat beatus Thomas hæreticum esse dogma, quòd panis & vinū manent post consecrationem.

*Ser. 8. de
decret. Mart.
Par. 3. quest.
75. ar. 2. et in
4. dist. 11. q.
1. artic. 1.*

Sequens Articuli particula, videlicet, Panis & vinum conuertuntur in corpus & sanguinem Christi, maiorem habet difficultatem, intra scripturæ & verborum Christi limites consistendo. Cùm enim fieri possit quòd in sacramento sint corpus & sanguis Christi per solam panis & vini corruptionem, vel eorum recessum aut resolutionem in præexistente materia, mirū videri potest, quòd articulus & Concilia generalia pronunciant per conuersionē panis & vini, in hoc sacramēto esse corpus & sanguinē domini, quū miracula ex eo multiplicētur, & plurimæ difficultates hinc emergant, quæ nostram superant intelligentiam. Sed quia patres & ecclesia catholica quæ spiritum & sensum Christi sponsi sui habet, viderunt ex germano verborum Christi sensu hanc sequi conuersionem, quam Concilia magis explicant & declarant esse transubstantiationem, hoc est, mutationem siue transitum de substantia in substantiam, quæ est mutatio substantialis inter duos terminos positiuos, non solum ex verbis domini docuerunt nō esse panis & vini substantiã in hoc sacramento, sed corpus & sanguinem Christi domini in eo esse per transubstantiationē, id est conuersionē panis & vini in corpus & sanguinē domini, non per loci mutationem, nec modū aliquem alium, quemadmodū ignis esse incipit vbi prius erat lignum, quando in ignem mutatur lignum per sui conuersionē & aggenerationē: Nō ignoraerunt tamē plures hinc nasci difficultates, quas postea etiã attingemus. Cùm enim pronomé, Hoc, demonstrat substantiã indeterminatē & in genere, necessariū est, hoc quod prius erat panis, post cōsecrationē, manētibus iisdē accidentibus, esse corpus Christi, quod sine cōuersione fieri nō potest. Et ideo ex iisdē Christi verbis cōstanter & cōcorditer veteres scriptores et Cōcilia generalia docuerūt, panē & vinū in sacra Eucharistia trãssubstantiari in corpus et sanguinē domini, nihil dererit quòd plus miraculorū inde nasci, & plures etiã sequi difficultates videbãt, quãdo spiritu Christi suggerēte, verū hūc verborū Christi sensum intelligebãt. Docet enim b. Amb. clarissimè hãc transubstantiationē. Verè, inquit, magnum & diuinū miraculū est quòd populo pluit Deus mânia de cœlo, nō laborabat populus & tamē māducabat. Tu fortè dicis, Meus panis est

*Li. 4. de sa-
crament. c. 4.
Et c. 9. de mi-
sterijs in iud.
dit.*

visitatus:

visitatus: sed panis iste panis est ante verba sacramentorum, vbi accesserit consecratio de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus, Quomodo potest qui panis est corpus esse Christi cōsecratione? Cōsecratio igitur quibus verbis est, & quibus sermonibus? Domini Iesu. Nã per reliqua omnia quæ dicuntur laus Deo defertur: Oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris: vbi venit vt cōsecratur venerabile sacramentū, iã nō suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentū. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia: Iussit Dominus & factū est cœlū: Iussit Dominus & facta est terra: Iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quod operatorius est sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt in ciperent esse quæ nō erant, quãto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud cōmutentur? Item alio loco ex parte neophytorū obiicit. Fortè dicas, Aliud video, quomodo tu mihi asseris, quòd Christi corpus accipiã? Et hoc nobis adhuc super est vt probemus. Quantis igitur vimur exēplis, probemus non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque vim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses, proiecit eam & facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam, & serpentis & virgæ. Quod de plurimis scripturarum exemplis prosequitur, tandem concludens, Si tantum valuit humana benedictio, vt natura conuerneretur, quid dicimus, de ipsa cōsecratione diuina, vbi verba ipsa Domini Saluatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt in id mutare quod nō erant? Nō enim minus est nouus rebus dare, quàm mutare naturas. Sed quoad argumentis vtamur? Suis vtitur exemplis, incarnationisq; astruamus mysterij veritatem. Nunquid naturæ vsus præcessit, cùm Iesus Dominus ex Maria nasceretur? Si ordinem quarimus viro mixta femina generare consueuerat. Liqueat igitur, quod præter ordinem naturæ, virgo generauit. Et hoc quod conficimus corpus ex virgine est. Quid hic queris naturæ ordinē in Christi corpore, cùm præter naturā sit ipse Domini Iesu partus ex virgine? Verè vtiq; caro Christi quæ crucifixæ est, quæ sepulta est. Verè ergo carnis illius sacramētū est. Ipse clamat dominus Iesus, Hoc est corpus meū. Ante benedictionem verborum celestium illa species nominatur: post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinem suum: apte consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Et Eusebius Emisenus, plurimosq; alios doctores Ecclesiasticos citat Magister Sententiarū, & Gratianus in Decretis. Itē Theophylact. Misericors, inquit, Deus nostræ infirmitati condescendens, specie quidē panis & vini seruat, in virtute autē carnis & sanguinis trãselementat. Et clarissimè Ioannes Damascenus doctor Græcus, sicut & Theophylactus, maiorū suorum sententiã explicās: Deus, inquit, panem, suum ipsius corpus, & vinū atq; aquam sanguinem facit. Et quemadmodū omnia quæ fecit Deus, spiritu cooperante fecit, sic & nunc spiritus sancti cooperatione hæc supra naturā operatur, quæ nisi sola fides cognoscere nō potest. Quomodo fiet mihi istud, dieit sancta virgo, quoniã virū non cognosco? Cui responderet Gabriel Archægelus, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obstrabit tibi. Itaq; si & nunc interrogas, Quomodo panis fit corpus Christi, & vinum & aqua sanguis? Respondeo & ego tibi, Spiritus sanctus obumbrat, & hæc supra sermonem & intelligentiã operatur, non quòd ipsum corpus assumptum ex cœlo descendit, sed quòd ipse panis & vinū trãssumuntur & transmutantur in corpus & sanguinē Dei. Si autem modum requiris, quoniam pacto fit, sãt tibi sit audire, quoniã per spiritū sanctum: quemadmodum ex sancta Deipara seipso & in seipso dominus carnē sustentauit. Et nihil amplius hic cognoscimus, quàm quòd verbum Dei verum & efficax est & omnipotens, modus autem in scrutabilis. Ignotum autem & inscrutabilem esse modū huius conuersionis, naturali declarat exemplo. Nec prolixiores esse oportet hic in citandis patrum sententijs pro hac cōuersione panis in corpus Christi, cùm eas plurimas sit in venire apud Reuerendū patrē Alonsium de Castro. Ex quibus manifestum est, verissimum esse quod scribit Lanfrancus Episto. Cantuarien. ad Berengarium, quòd toto orbe diffusa ecclesia catholica, credit terrenas illas substantias quæ in mensa dominica per sacerdotale mysteriū diuinitus sacrificatæ, ineffabiliter, incōprehensibiliter & mirabiliter operatæ superna potentia, conuerti in essentiam dominicæ corporis & sanguinis, reuerentiã ipsarū rerum speciebus & qualitibus, ipso nihilominus dominico corpore permanente in cœlestibus ad dexterã patris, integro, incontaminato, illaso, nempe impassibili & immortali, vt verè

Genes. 1.

Exod. 4.

*Homil. 5. de
pascbate.
Li. 4. dist. 10.
De cons. dist.
2. cap. Quia
corpus, & se-
quent.
In Marcum
cap. 14.
Li. 4. de ort.
fide cap. 4.*

Luc. 1.

*Heresi. 5. de
sacra Eucha-
ristia.*

vt runq;

De summa
vritut. & fide
catholic. cap.
firmiter.

Ca. 4. 5. 6.

In commen-
tarijs ad Ti-
moteum, ubi citat
b. Pamphilus
in Apol. pro
Origene.

Eusebius E-
missenus ser-
5. de pascha.

Dist. 2.

3. parti. quaf-
75. artic. 1. et
sequenti.
In 4. sent. q. 2
de Eucharist.

vrutiq; dici possit & ipsum corpus quod de virgine sumptum est, atque ipsum sanguinem qui in ara crucis pro nobis effusus est, sub speciebus panis & vini nos sumere, & quodam modo non ipsum: Ipsum quidem quantum ad veram virtuosque naturam essentiam, proprietatem & virtutem non ipsum autem si modum illum ineffabilem spectemus, quo sub alienis speciebus mirabiliter & incomprehensibiliter latitat. Hæc, inquit, fides est quam tenuit à patribus temporibus, & nunc tenet ecclesia quæ per totum orbem diffusa catholica nominatur. Hanc fidem Latinos, hanc Græcos, hanc Armenos magno cõsensu sequi affirmat. Atque hanc eius sententiam hic reperere conveniebat, propterea quod apertè explicet priores partes præsentis articuli, toto orbe ecclesiam semper docuisse. Et ne vllus hic scrupulus aut vacillatio in animis nostris hæreret, accessit definitio in Concilio tempore Innocentij 3. Lugduni celebrato, quæ habet. Vna est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam nullus saluatur omnino, in qua idem & sacerdos est & sacrificium Christus Iesus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, eius potestate diuina. Itè in Synodo œcumenica Florentiæ sub Eugenio quarto celebrata, definitur, quod sacerdos in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum, quodque ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertitur. Et Concilium Tridentinum celebratum sub Iulio 3. docens quid de sacra Eucharistia necessarium sit credendum, sic ait, Quoniam autem Christus redemptor noster, corpus suum, id quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideo persuasum semper in ecclesia Dei fuit, idq; nunc denuo sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini, conuersionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius: quæ conuersio conuenienter & propriè à sancta catholica ecclesia transsubstantiatio est appellata. Et post datam hanc doctrinam à Concilio, ne quis cõtra illam docere, aut sentire præsumat, canonem latè sententiæ qui est secundus in ordine contra huiusmodi præsumptos protulit, cuius verba sunt hæc, Si quis dixerit in sacrosanctæ Eucharistiæ sacramento remanere substantiam panis & vini, vna cum corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi, negaueritque mirabilem illam & singularem conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini, quam quidem conuersionem catholica ecclesia apertissimè transsubstantiationem appellat, Anathema sit. Nihil igitur dubitandum quin in sacra Eucharistia fiat panis & vini conuersio in corpus & sanguinem domini, hoc est vera transsubstantiatio, in qua desinunt esse panis & vinum, & transeunt in corpus & sanguinem Christi. Hanc patres ex verbis Christi, quæ eam insinuunt, concorditer docuerunt, & generalia desinierunt Concilia. Quare pertinacissima est contumacia non solum contrarium docere, sed vel de ea dubitare, aut amplius ipsam inuestigare. Et ideo verè hæreticus est, subuersus, & suo iudicio condemnatus, qui vel aliter sentit, vel sentiendum docet. Definiuit enim antiquus ille doctor Origenes eum esse hæreticum, qui Christo se credere profiteretur, & aliud de veritate Christianæ fidei credit, quàm habet definitio ecclesiasticæ traditionis. Modus autem quo fit hæc conuersio, siue transsubstantiatio ineffabilis est & incomprehensibilis, sicut diximus de modo quo corpus & sanguis Christi sub speciebus panis & vini continentur, vt rectè hic quæri possit, Quo modo hæc fiant, sicut Maria interrogauit ab archangelo, quomodo filium conciperet, quæ virum non cognoscebat: sicut autem ei ab angelo responsum est, ita & hic quis respondere possit, Id ego ignoro, nam superat meam intelligentiam: sed spiritus sanctus superueniet, qui admirabili sua potentia hæc omnia operabitur. Quo autem modo hoc fiat, ipse qui mueris est author & largitor et testis veritatis, ipse quod loquitur, et quomodo fiat ipse nouit solus. Superat enim omnem intellectum creatum quod panis mutetur in corpus Christi præexistens & ei tamen nihil accedat, & pane transeunte omnia eius nihilominus maneant accidentia, color, sapor, odor, figura, quantitas & pondus, & sub praua eorum quantitate totum hominis contineatur corpus, & sub qualibet eius particula. Propter quas difficultates & rei sublimitatem circa conuersionis huius modum quo fiat, variè opinati sunt doctores Scholastici, vt dicit Magister in 4. sentent. qui tres recitans opiniones, quarum primam sequitur, quam tanquam verbis Christi magis consentaneam, generalia Concilia desinierunt certa fide esse tenendam, quam etiam explicant & declarant ex verbis cœnæ dominicæ beatus Thomas, & exactissimè Cardinalis Caietanus. Ex quibus patet quod non rectè dicat Cardinal. Cameracen. Petrus de Aliaco, quod inter modos quibus imaginari potest fieri transsubstantiatio, ille sit ad intelligendum faciliior

faciliior & rationabilior, qui ponit quod substantia panis manet, siue intelligatur corpus Christi contineri sub pane, sicut sub accidentibus eius ipsum contineri nos docemus, videlicet vt substantia panis sit signum sacramentale, siue intelligatur natura panis corpori in vnitatem personæ verbi vniui, sicut vniuitur natura humana & diuina. Quia, inquit, his modis substantia panis desert accidentia, nec ponitur sine subiecto, quod est vnum de difficultibus quæ hic ponuntur: Et addit huc modum nec rationi nec bibliæ repugnare. Nec videre meo, inquit, ex determinatione ecclesiæ, nec euidèter ex scripturis sequitur quod substantia panis non manet. Ostendimus enim ex verbis domini necessarium sequi quod non est panis id quod dominus porrigendo discipulis, dicebat esse corpus suum. Et Generalia Concilia declarauerunt transsubstantiationem esse rationem & causam realis & substantialis præsentia Christi sub sacramento. Dicit enim Concilium Florentinum, Forma huius sacramenti sunt verba Saluatoris, quibus hoc confecit sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens, ipsum conficit sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute, substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur. Item in generali Concilio Lateranense dicitur quod Christi corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem. Vbi ex ipso modo loquendi insinuat prioritas & causalitas transsubstantiationis respectu continentia corporis & sanguinis Christi. Et ideo valde mirandum est quod dicit Aliaco permanentiam panis & vini esse rationabiliorem, & Luther. hunc cardinalem citat dicere eam esse probabilior. Magis autem mirandum quod dicit non sequi ex defensione ecclesiæ, quod panis & vinum in i. Eucharistia non manent. Nā in mysterijs scripturarum non solum seruandum est quod euidèter ex eis sequitur, sed quod eis magis est consentaneum, maxime quando hoc concorditer tradiderunt patres. Et qui quis non male affectus considerata sola serie historiarum cœnæ dominicæ, etiam si esset philosophus gentilis, & crederet fieri posse quod credimus, & veracem eum qui loquitur, non alium ex Christi verbis colligeret sensum, quam diximus. Opinione autem de assumptione naturæ panis à Christo Dei verbo, tenuit aliquando doctor quidam Ioannes Parisien. & eam sequi videtur Martinus Luther. sed efficacibus rationibus & scripturis docet eam esse erroneam Petrus Paludanus, & alij scholastici. Et quia corpus in verbis domini intelligitur non tota substantia, sed altera pars compositi, non potest panis de ipso prædicari, quantum etiā panis natura assumpta esset in vnitatem hypostaticam verbi Dei. Nec transsubstantiatio saluari potest, manentibus panis & vini substantiis, quantum vnitatis personaliter verbo Dei. **F**bi siue sermonis quem Christus protulit. Est enim operatorius eius sermo, & efficit hoc mysterium multis modis & miraculis admirabile. Duplex autem est hoc verbum, illud videlicet quo instituit istud sacramentum, dicens, Accipite & manducate, Hoc est enim corpus meum: Et, Hoc facite in meam commemorationem. Nam qui dixit, inquit Damascenus in principio. Producat terra herbam virentem, & vsque nunc pluuia facta & diuino vigorata præcepto germina producit: Idè quia dixit, Hoc est corpus meum, & hic meus est sanguis, hoc facite in meam commemorationem, & omnipotentis eius præcepto, donec veniat, efficitur: de quo etiam citauimus Beatum Chrysostomum. Est & verbum aliud, quo consecratur & conficitur hoc sacramentum, verbum scilicet Christi, Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei, quando in eius persona à sacerdote super pane & vino pronuntiat: De quo Beatus Augustinus, Dixi vobis, inquit, quod ante verba Christi quod offertur panis dicitur: vbi verò Christi verba depremta fuerint, iam non panis, sed corpus domini appellatur. Et Beatus Ambrosius, Antequam consecraretur panis est, vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Idè, vides, inquit, quam operatorius est sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone domini Iesu, vt inciperent esse que non erant, quātò magis operatorius est, vt sint quæ erant & in aliud commutentur. Loquitur autem de sermone siue verbis consecrationis. Est enim, Non erat corpus Christi ante consecrationem, sed post consecrationem dico tibi quod iam corpus est Christi. Et idem definitum est in Concilio Florentino. Nec solum hæc virtus est in verbis consecrationis, verum etiā in ministro consecrante indebiliter & per modum habitus permanentis, quæ in verbis cum eorum prolatione transit: Sed qualis sit hæc verborum virtus, an eis solum assisens, an intrinseca, non est hic locus tractandi, quorum tamè si quis plenam tractationem desideret, inueniet apud beatum Thomam et doctores Scholasticos. Ex quibus manifestum est Bucerum & Pomeranum grauitè errare, qui ex solo verbo institutionis consistere & perfici docent sacrosanctam

In 4. sentent.
dist. 10. c. 11

Lib. 4. de or-
thodoxa fide
cap. 14.

homi. de pro-
dicatione iude.

De verbis do-
mini. ser. 28.
Li. 4. de sa-
cramentis. ca. 5.

Ca. 4. eiusdè
lib. vt supra.

Part. 3. ques-
78. art. 4. c.
62. art. 4.
dist. 1. 4. sentent.

Eucharistiam: Nec tamen hoc ita mirandum de Bucero, qui docet in ea solum esse symbolum & signum corporis & sanguinis Christi absentis, sicut de Pomerano, qui docet in pane verè esse corpus Christi, & sanguinem in vino, in quibus de nō esse non possunt, nisi accedente aliquo verbo. Nam de baptisate a Christo instituto dicit Beatus Augustinus, Accedit verbum ad elementum, & sic sacramentum. Id quod de sacra eucharistia idem Beatus Augustinus & Beatus Ambrosius in sententiis statim citatis etiam docent. Et Christus ipse hoc perficiendo sacramentum verbis utebatur dicens, Hoc est corpus meum. Mandavit autem quòd nos faceremus id ipsum quòd fecit ipse. Hoc, inquit, facite in meam commemorationem. Hæc attendens Marthinus Lutherus, docuit his verbis corpus Christi in panem, & sanguinem eius in vinum transponi. Nec tamen conveniunt, imò & ad invicem pugnāt Bucerus & Pomeranus in modo celebrandi cœnam vt vocant dominicam, & quo panis sit mysticus, & vinum similiter. Ait enim Ioannes Pomeranus.

Neque corruptimus Christi verba effectis tropis, vt nostri sacramentarij, & se & scripturam misere torquent, qui vbi habent muros istos pro sua, vt putant opinione abeones, Christus sedet in dextera patris: Caro non prodest quicquam: qui muri quidem sunt, sed tamen valent ad opinionem eorum tutandam, quantum nix valet ad calefaciendum. Multis iam aditis libellis non potuerit respondere vni verbo Pauli: Non diiudicans corpus Domini. Breuiter audi quid facimus. Conuenimus, accipimus panem, & edimus corpus Christi, in commemorationem corporis Christi pro nobis in cruce mortui. Similiter accipimus poculum, & bibimus sanguinem Christi, in commemorationem sanguinis pro nobis in passione eius & morte effusi. Hæc omnia facimus & credimus secundum Christi institutionem. Conuenimus autem & predicamus, cantamus, sed cantu intellecto, & quem etiam vulgus cantat, & oramus facientes mortem Christi & gratias agentes. Nam in sui suæq; mortis commemorationem hoc sacramentum Christus instituit. Et accipimus panem & edimus corpus Christi: accipimus poculum & bibimus sanguinem Christi. Nā Christus dicit, Hoc facite, in quo verbo fidenter facimus quæ Christus instituit, non fidimus in nostris consecrationibus, & anhelitu, vt fuit obicitur nobis, sed hoc verbo Christi, hoc facite, hoc est, fidimus in Christi institutioe & iustione. Sed hic discordia ortæ est ex isto verbo. Nā sacramentarij exponunt, Hoc facite, id est, accipite panem & comedite panem: Accipite vinum & bibite vinum: Ita dicere debent qui nolunt videre & audire quid Christus dicat. Nos verò inuolantē seruantes Christi institutionem, sic dicimus, Christus accepit panem & dedit discipulis suis dicens, Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite, quoties feceritis, id est, accipite panem & comedite meum corpus, credentes panem quem secundum meam institutionem edatis in meam commemorationem, non simpliciter esse panem, sed meum corpus quod pro vobis datur. Similiter accepit calicem, & dedit eis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus, & cætera. Hoc facite quotiescumq; biberitis in mei commemorationem. Facite, inquit, hoc, id est, accipite calicem & bibite meum sanguinem, credentes poculum, quod me instituente in mei commemorationem bibitis, esse meum sanguinem. Christus ergo non instituit, & dixit, hoc facite, id est, accipite & comedite panem, accipite & bibite vinum, sed hoc facite, id est, accipite & comedite meum corpus: sic instituo, sic volo, sic iubeo, Accipite & bibite meum sanguinem: sic instituo, sic volo, sic iubeo, vt in mei commemorationem bibatis sanguinem meum: Non instituo vt in mei commemorationem edatis simpliciter panem, sed panem quem edatis, credatis esse meum corpus. Similiter non instituo, vt in mei commemorationem bibatis simpliciter poculum, sed poculum quod bibitis, credatis meum esse sanguinem. Accipite ergo & comedite panem quem frangitis inter vos, qui est corpus meum. Non dico aut iubeo vt vos faciatis eū panem corpus meum, sed vt edatis eum qui iam est corpus meum, Accipite & bibite poculum, quod distribuitis inter vos, quod est sanguis meus: Non dico aut iubeo, vt vos faciatis illud poculum sanguinem meum, sed bibatis poculum quod iam est sanguis meus. Instituo & volo, vt in commemorationem mortis meæ edatis corpus meum, & bibatis sanguinem meum, vt ille panis qui edetur sepe in commemorationem mei sit corpus meū: & illud poculum quod sepe bibetur in commemorationem mei, sit sanguis meus. Igitur conuenite ad hoc sancti conueniunt quoties volueritis, & agite mei commemorationem, me predicatē, multo vos consolamini recollectione beneficiorum per me acceptorum, gratias agite de morte mea, quod corpus meum traditum sit pro vobis, & sanguis meus effusus in remissionem peccatorum vestrorum. Breuiter itaque hæc institutio Christi, si actio, verbum, iustio eius inspicatur vt oportet, hoc vult, instituit & ordinat, vt vbi visum fuerit conuenientes edamus panem eius, quem ipse dicit suum corpus esse: & bibamus poculum eius, quod ipse dicit suum sanguinem esse, & edamus, & bibamus in eius commemorationem. Sed dicitis, si non confiditis in vestris consecrationibus & statu & ferendo anhelitu, cur verba Christi, Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus super panem & vinum profertis, incantati Deum in panem, vt faciatis aliquem deum impanatum? Cui respondeo, Nos non solum repetimus super panem & vinum ista verba Christo, Hoc est corpus meum: Hic est

Tract. 80. super Ioannem.

In Apologia aduersus Buceros & in antapologia.

Pomeranus.

De sacramento corporis & sanguinis Christi confessione.

Ubi publicam reddit rationem suæ fidei de cœna dominicæ.

Se explicat Pomeranus contra Buceros.

Christus hoc fecit, et nobis iussit vt hoc ipsius facere mus quod fecit ipse.

Explicit se Pomeranus.

Hic est sanguis meus, sed totam Christi institutionem sive ordinationem ex Apostolo Paulo, hoc modo, Dominus noster Iesus Christus, in ea nocte, qua tradebatur, & cæteris, vsque, Hoc facite quotiescumque biberitis. Ista omnia repetimus super panem & poculum, vt privilegium principis nostri, vt institutio nem & ordinationem domini nostri Iesu Christi, vsque ad mundi finem apud fideles duraturam. Non enim conuenientes cupimus hic edere vulgarem panem, aut bibere vulgare poculū, sed eum panem quem Paulus vocat panem Domini, & illud poculum, quod Paulus vocat poculum Domini, id est, Christi: hoc est illud panem & illud poculum quod Christus instituit edendum & bibendum in sui commemorationem, hoc est, corpus & sanguinem Domini. & hic obiter interrogo sacramentarios. Vnde, quo halitu, quibus verbis, qua incantatione fiat panis, & poculum eorum in Christi commemorationem tam sanctū, vt indignè utens iudicū sibi sumat, & fiat reus corporis & sanguinis Domini, vt eumque negēt ibi esse corpus & sanguinem Domini. Quod si dixerint, id quod non dubito saniores dicturos, quod ob Christi institutionē hoc fiat, gratias agemus eis, modo sinant etiā nobis de tota hac causa sic respondere, Stultū igitur fuerit hæc verba institutionis Christi omittere, impiiū his non considerare. Nam sine his quid quæso in pane & poculo quæreremus? Hæc verba sacre Christi institutionis publicè recitat minister nostræ ecclesie super panem & poculum super mensam sine altari & postea, nullo eis adhibito statu, vt irridemur, quando agnoscit nihil hic fieri sua virtute, sed omnia virtute institutionis & adorationis Christi. Recitat autē minister hæc verba, vt agnoscit communicari (qui nisi adfuit nulla nobis inquam missa est) agnoscit & nostræ ecclesie in Christo ad Euangelium & orationem & hymnos conuegat, quid erga hoc sacramentum sit nobis vel faciendum, vel credendum.

Docet igitur Pomeranus, quòd necessaria est recitatio verborum institutionis huius sacramenti, nō autem peculiariter verba consecrationis esse recitanda. Docet præterea panem edendum esse cum certa fide, quòd panis est corpus domini, & vinū sanguis eius. In hoc enim reprehendit Bucerus, quòd dixerit Christum porrigentem panem discipulis, & dicentem, Hoc est corpus meū, edere iussisse panem, & ad corpus suum quasi representatum eos remisisse quod pro eis in mortem tradebatur, vt hoc crederent, & interne recipere ac spirituale ederent. Contra hunc dicit Pomeranus.

Christus quidem instituit edi panem, sed quæ suum esse corpus dicebat. An non qui dicit, Accipite, comedite, Hoc est corpus meū, iussit nos edere suum corpus edendo panem, quem certe suum corpus esse dicebat? An non panis huic aliquid accedit, sed propter nos, quando ei accedit, hoc verbum Christi, modo in huic verbo credas, qui sacramentum hoc es suscepturus? Certum itaque est quòd Christus ipse hic adest, & dat nobis suū corpus & sanguinem, effectus institutionis suæ verbo vt panis sit corpus suū, et poculū sanguis suus: Sit, inquit, illis qui credunt esse propter verbum eius & institutionē, sine dignè, sine indignè mādauent.

Requirit ergo Pomeranus, certam etiam fidem verborum institutionis ad hoc vt adfint corpus & sanguis Christi, præter eorundem verborum recitationē. Bucerus verò nulla requirit verba recitari, nec institutionis, nec consecrationis: Nam declarans quomodo cœna dominica celebranda sit.

Hæc, inquit, nostrā Eucharistia est & cœna dominica, vt conuenientes panem inter nos frangamus, & poculum bibamus domini, hoc est quibus memores simus eius quod ipse in nonissima illa cœna cum discipulis suis gessit & locutus est, predicantes mortem eius corpusq; domini & sanguinem pro nobis quoque traditum. Quod cum vera fide memoramus, sanè mēs iam corpore & sanguine domini pasceri, & ad vitam Deo dignam vegetari, vt cum domino iam per fidem, & inter nos per dilectionem vnium corpus & vnus panis simus, verè ita corpore & sanguine domini comunicantes. Sic verè denique facimus hoc, id est, edimus panem & bibimus calicem in commemorationem domini, vt ipse iussit. Vt autem nusquam iussit verba ista sua repetere, & ita corpus suum in panem, & sanguinem in vinum per ea transponere, neque promisit vsquam, si id faceremus, aliquam in pane & vino nostro forè mutationem: ita illorum philosophiam, qui aiunt verbis istis domini, Hoc est, & cæteris, corpus & sanguinem domini credita, cum illa ad panem veniant, adferre illa panem, vt iam in pane existant realiter, nulla sane scriptura habet, corpus & sanguinem domini verbis his credita quoquam ferenda, neque panem & vino, sed mentibus electorum debent verba adferri. Paulus quidem recitauit verba Christi, & que in cœna gessit, vt inde ostenderet Corinthijs, quomodo cœna dominica esset peragenda, & argueret eorum circa hanc abusum: nusquam autem vel ipse, vel Christus iussit illa verba, Hoc est corpus meum, & cæteris, super panem & vinum recitare panem frangere, & calicem bibere, atque domini meminisse, mortemq; eius annunciare iussit sumus. Hinc in cœnis nostris panem cum Paulo nos frangere dicimus & agnoscimus, & bibere poculum, nulli mortalium concedentes facultatem in panem & vinum corpus & sanguinem transponendi corporaliter, quia eam nulla scriptura concedit. Domus magis operam, vt per annunciationem mortis domini transponatur hæc in mentes spiritaliter. Nam corporaliter Christum adesse nequaquam nobis vtile, habentibus ipsum spiritum nobiscum vsque ad consummationem seculi. Et vt nihil iniquitas hominem quod per os ingrediatur, ita etiam nihil huiusmodi sanctificare potest nec corpus nec sanguis domini.

Sine verbis institutionis sacre Eucharistie, nō est in ea corpus & sanguis domini.

Pomeranus contra Buceros.

Bucerus. In cōmuni. in c. 26. Matth.

Responſo.

In ſermo. ſu. ſacramēt. cor- poris & ſan- guinis Chri- ſti impreſſo Haganoæ per Ioan. Secerū anno 27. Sex aut ſeptē ſe- ſtæ ſacramen- tariorū intra biennū emer- ſerunt.

Quanta eſt iſtorum hominum, poſtquam ſemel ab Eccleſiæ ſententia deſecerunt, & ſuam ſequuntur, diſcordia & diuerſitas in perficiēdo & cōmunicando corpore & ſan- guine domini? Teſtatur hoc Martinus Lutherus, Non aliud, inquit, de huiusmodi ſpi- ritibus (de ſacramētariis loquēs) affirmo, amiſſo & relicto verbo Dei, per me ſane quicquid volent credant, & factioſe diſſentiant quoad lubet, ſicut iam videmus ſex aut ſeptē ſe- ctas intra biennium emerſiſſe ſuper ſacramento diſſentientes, quæ tamē omnes ſibi per- ſuaſerunt Chriſti corpus & ſanguinem in ſacramento nō eſſe. Naſcitur autem hæc inter eos diſcordia, atque ab iniuicē & ab eccleſiæ ſancta defectio, ex prauo intellectu verborū Chriſti, Hoc facite in meam commemorationem, quæ intelligunt contra verborum proprietatem, & ſeriem narrationis, nulla citata ſcriptura, nulla ratione, ſed ſolū ſenſum ſuum ſequentes, vt hoc facere, ſit edere & bibere panem & vinum: Bucerus quidem in cōmmemorationem domini, Pomeranus autem panem iam factum corpus domini, & vinum factum ſanguinem domini, ac propterea verbis conſecrationis opus non eſſe, & ſecundum Martinum Bucerum, nec institutionis verbis contra conſentientē patrum & Conciliorum interpretationem verborum propriam ſignificationem, & hitoriæ ordi- nē, ſicut manifeſtū eſt ex ijs quæ in ſuperioribus diximus. Inſit enim dominus ſiſ ver- bis vt Apoſtoli præpararēt & adornarent hanc menſam vſq; ad ſeculi conſummationē, ſicut ipſe in illa cœna eam inſtruxerat & inſtituerat. Nā inſit eos hoc facere, quod ipſe fecerat: fecerat autē benedicendo, & dicēdo, Hoc eſt corpus meū, Hic eſt ſanguis meus, de pane ſuū corpus, & vino ſanguinē. Inſit itaq; vt eadē verba dicēdo ipſi idē facerent. Nam hoc facere, eſt facere ſubſtantiale, ſiue ſubſtantiam facere, vt ſupra ſatis diximus.

Accidentia in hoc ſacramento manere negari non poteſt, cū ſenſus ea inſalubriter demonſtret. Sunt enim ſenſibilia propria circa quæ ſenſus falli non poteſt. Quia au- tem oſtendimus panis viniq; ſubſtantiam non manere, neceſſarium eſt accidentia illa eſſe ſine ſubiecto. Neque enim hiſ corpus & ſanguis Chriſti afficiuntur, cū hoc ſine eo- rum alteratione fieri non poſſet: nec etiam talium accidentium ſunt capacia: ſimiliter nec ſubſtantia aeris qui hoſtiæ Chriſti corpus continenti cedit, nec ſimul cum ea eſſe poteſt, ita tamen vt ſola quantitas dimēſiua ſine ſubiecto ſubſiſtat, & ipſa alijs accidentibus præ- beat ſuſtentamentum, vt docet B. Thomas: Nec accidentis eſſe eſt in eſſe actū, ſed apti- tudine tantū, ſicut ſubſtantiæ eſt per ſe eſſe, & tamen natura humana in Chriſto non per ſe eſt, ſed in ſuppoſito alieno verbi patris. An verò quantitas in ſacramento Eucharistiæ, ſolū priuata ſit actuali modo eſſendi in ſubiecto, an potius accipiat modū per ſe exiſtēdi, hoc eſt per modum ſubſtantiæ, vt ſubſtantiæ proprietatem, actum, vim atq; virtutem in agendo & patiēdo habeat, & in omnibus vices ſubſtantiæ & etiam materiæ ſuppleat, vt capax ſit formæ ſubſtantiæ cum qua ſubſtantia conſtituat, exactē diſputantur à do- ctoribus ſcholasticis, & præcipuē à beato Thoma, & Cardinale Caietano, qui docent, quòd quantitas, ſeruato eodem eſſe quòd prius habebat in ſubiecto, Dei virtute nouum accipiat eſſendi modū, operationem quoq; atq; virtutem actiuam & paſiua ſubſtantiæ, vt quantitas per accidentia idem agere & producere, ac etiam pati ac recipere poſſit, quæ prius ſubſtantia panis & vini, eorumq; materia, ac propterea de eius potentia pro- duci poſſint etiam formæ ſubſtantiales, Quam ſententiam, vt dicunt, magis comprobat experientia, & pauciora eam ſequuntur miracula. Quapropter tanquam veriſſimior & probabilior in hac quæſtione obſcuritate, de quibus ex ſcripturis non cōſtat, videtur eſſe amplectenda. Eſt igitur quantitas in hoc ſacramento per ſe in modū ſubſtantiæ, reli- quia autem accidentia & qualitates in ea non ſolum ſit ſuſcipiente, ſed & ſuſtentante, quæ ipſa prius cum reliquis accidentibus à ſubſtantia ſuſtentabatur. Certū eſt autē quòd corpus & ſanguis Chriſti ſub hiſ ſpeciebus manent, quamdiu integra manet hoſtia, vel aliquæ eius partes. Quòd verò ſub eiſdem ſpeciebus maneat, quamdiu non corrumpen- tur ſubſtantiæ panis & vini, quibus ſub eiſdem ſpeciebus ſucceſſerunt, ita videlicet vt ſub tanta ſpecierum alteratione permaneat corpus & ſanguis Chriſti, quantā pate- retur ſubſtantiæ atq; forma panis & vini (quæ ſententia eſt magis probabilis, quam ſequi- tur Thomas) non concorditer ſentiunt ac docent doctores ſcholastici, quorū varias ſen- tentias, & ſingularem opinionem Hugonis de ſancto Victore, recenſet B. Bonauentura, & Cardinalis de turre cremata in Decretis. Quare autē ſub diuerſis ſpeciebus & panis & vini Chriſtus nobis reliquerit corpus ſuum & ſanguinē, Magiſter Sentent. tres aſſignat cauſas, vt ſcilicet fides haberet meritum, & ne abhorreret animus ab eo quòd cerneret oculus, & ne ab incredulis religioni Chriſtianiæ inſultaretur: Idē quòd ſcilicet conueni- entiſſimē ſub hiſ panis & vini ſpeciebus nobis relicto ſit illud ſacramentū docet Ioan. Damascen.

Lib. 4. contra Geniles c. 65

Parte 3. ſum- ma queſt. 77.

Diſt. 33. 4. ſen- tent.

De conſe. diſt. 2. ca. Tribus gradibus.

Diſt. 11. 4. li.

Damascenus. Et quamuis ſub ſpeciebus carnē domini edamus & ſanguinem bibamus, iudicamur tamen, inquit Beatus Cyprianus, ab ethnicis quaſi amentes, quòd humanum bibamus ſanguinem, & ab iſdem calumniamur, quaſi Cererem & Bacchū celebremus, vt dicit Auguſtinus.

Adit Articulus, Vnde certa fide tenendum eſt, ſacram Eucharistiā ſanctē à nobis adorari, & cætera. Nam hoc ſequitur ex eo quòd panis & vinum non manent, ſed conuerſa ſunt in corpus & ſanguinem domini, quæ ſub eorundem ſpeciebus ſubſtantialiter ſuccedunt. Nam ſi manerent panis & vinum, & ſub eis continerentur corpus & ſanguis domini, idololatria eſſet, vel magna eius occaſio, ſi conſecrata ho- ſtiæ veneratio & adoratio latræ exhiberetur. Ad ſubſtantiam enim accidentibus ſen- ſui apparentibus ſubiectam adoratio terminaretur: quāvis ſecundum abſtractionem intellectuſ exhiberi poſſit ſoli corpori & ſanguini domini: falſa præterea eſſet, vt ait be- atus Thomas, forma conſecrationis, Hoc ex corpus meum, cum ex vſu & intelligen- tia communi pronomen demonſtret ſubſtantiam quæ ſenſibilibus accidentibus ſubiici- tur, & immediatē ſub eis later: Et magis conueniſſet dicere, Hic eſt corpus meum, vel, Sub hoc pane eſt corpus meum, quā, Hoc eſt corpus meum. Pro pleniore autem huius particulæ explicatione, primò tractādū eſt de adoratione Chriſti in ſacra Eucharistiā: ſecūdo de adoratione corporis et ſanguinis eius, deinde de veneratione ſacramēti, hoc eſt ſpecierū, ſub quibus corpus et ſanguis Chriſti cōtinentur. Cū enim Eucharistiā ex no- minis interpretatione dicitur bona gratia, vñ quodlibet ex eis nomē Eucharistiā for- tiri poſſet. (Dicit autem articulus ſacram Eucharistiā ſanctē à nobis adorari) ob pleni- tudinem & fontem gratiarū, qui in ea ſubſtancialiter adest in corpore & ſanguine. Poſſi- mus enim in ea per fidē conſiderare ſolū corpus & ſanguinem Chriſti, quorū verba do- mini meminerit, & proinde ex virtute cōſecrationis adſunt, quomodo corpus in ſepul- chro iacebat per triduum mortis Chriſti, & ſanguinis in terra effuſus. Poſſimus etiā ſe- cundum eandem fidem meditari Chriſtum adeste in corpore & ſanguine, ſicut in ſepul- chro erat, & in ſanguine ſuper terram effuſo. Nunquam enim dimiſit ad vñione hypo- ſtica corpus & ſanguinē poſtquam ea ſemel aſſumpſit, vt dicit Ioannes Damascenus. Nam totus Chriſtus ſecundum naturā diuinā & humanā eſt ſub vtraque ſpecie Eucha- ristiæ, vt docet articulus ſequens: Potest igitur adoratio referri immediatē ad perſonam Chriſti verē & ſubſtantialiter præſentem in corpore ſuo & ſanguine, imò in tota natura humana ſimul & diuina. Poſt etiam referri immediatē ad corpus & ſanguinem, ſecun- dum quòd repræſentantur in ſacramento, vel etiam ad naturam eius humanam: Sed ſe- cundū hęc cōſiderationis diuerſitatē varia debetur veneratio. Nā in vtraq; natura ſubſi- ſtēs, imò & in ſola humana, vel corpore ſolū vel anima, aut etiā ſanguine, verus Deus eſt patri ſuo cōſubſtantialis, & ideo ſicut in terris nobiſcum conuerſans adorandū erat eadē adoratione qua pater & ſpiritus ſanctus, ita & nunc nobis præſens in ſacra Eucha- ristiā. Hęc enim adoratio ſiue honor latræ ei debetur ratione immenſæ excellentiæ. Ea- dem autem excellentiā erat in Chriſto tempore ſuæ peregrinationis & infirmitatis, eadē potentia, ſapientiā, & omnī perfectionū immenſitas, ſicut & nunc in ſacra Eucha- ristiā, quæ in eodē iā glorioſo ſedente ad dexteram patris. Et ideo Magi eū in ſtabulo & præſepio iacentem proſtrati adorabant, oblatiſ muneribus quibus ſimul Deū & hominē mortalem proſtebantur. Et de cæco nato ſcribit beatus Ioannes, quòd procidens adora- uit Ieſum. Item diſcipuli dominum videntes adorauerunt, nec eos prohibuit, ſicut b. Petrus Centurionē adorantē prohibebat. Et in ſacra Eucharistiā carnem Chriſti adorandā eſſe priuſquā manducetur, hoc eſt Chriſtū in carne ſubſiſtentem cum carne, apertē docēt b. Auguſtinus, & Ioannes Damascenus, ſicut ſtatim dicemus. Eadem autem adoratione venerandū eſſe naturam Chriſti humanam, corpus ſcilicet & ſanguinem, definitum eſt in primo Concilio Ephefino, quòd ſic habet: Si quis audeat dicere aſſumptum hominem coadorandum Dei verbo, & conglorificandum Deum tanquam alterum cum altero, ac non potius vna ſupplicatione veneratur Emanuel, vnamque ei glorificationē dependit, iuxta quòd verbum caro factum eſt, Anathema ſit. Item ſi quis duabus naturis adorari dicit Chriſtum (ex quo duæ adorationes introducuntur) ſed non vna adoratione Deum verbum incarnatū cum propria ipſis carne adorari, ſicut ab initio eccleſiæ Dei traditum eſt, talis Anathema ſit: & ideo Apoſtulus Paulus, Cū iterum vñgenitum in- troducitur, inquit, in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et in deſerto angeli acceſſerunt poſt tentationē Sathanæ, & miniſtrabant ei, quos & nunc tanquam miniſtros eidem in ſacramento adeste tanquam certiffimum affirmant ſancti Doctores.

Lib. 4. de or- thodox fide. cap. 14. Ser. de cenæ dom. et Ter- tial. ad vñorē li. 2. Lib. 20. c. 13. contra Fauſtū.

Thom. in 4. diſt. 11. queſt. 1. art. 1.

Cap. 9. Matth. 28. Act. 10.

Canon. 8.

Heb. 11.

Homilia paschali.

Lib. 1. comment. in Lucam circa angeli apparitionem.

Li. 6. de dignit. sacerdotali ca. 4.

In quest. su. Genes. q. 61.

parte 3. que. 25. artic. 1.

Vbi queritur an eadem adoratio ad videndum sit Christi sui humanitas.

1. Cor. 6.

Lib. 10. de civit. Dei ca. 1.

Psal. 7.

Psal. 98.

Ait enim B. Gregorius, Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hostia ad sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio choros angelorum adesse, summa & ima sociari, vnum quid ex inuisibilibus fieri? vno quidē eodemq; tempore ac momento, & in cœlo rapitur ministerio angelorum consociandū corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari videtur. Et b. Ambrosius, Vtinam nobis quoq; adolētib; inquit, altaria, sacrificiū deferentibus assisat angelus, imō prabeat se videndum. Non enim dubites assiltere angelum quando Christus assisit, Christus immolatur. Item Beatus Chrysostomus, Expende quales oporteat eius esse manus tantarum rerū ministras, qualem linguam verba illa proferentem, aut quo genere non mundiorē & sanctiorē animam talem spiritum recepturam. Tunc enim etiam angeli circūstant sacerdoti, & tribunal siue altaris locus cœlestibus virtutibus adimpletur, ad honorem illius qui immolatur: Quod quidem ex ipsis quæ aguntur ostenditur. Ego autem audiui, referente aliquo, quoniam presbyter quidam vitæ sanctitatis mirabilis, & qui reuelationes solet videre, retulisset illi tale spectaculum se aliquando vidisse, id est sacrificij tempore conspexisse angelorum multitudinem (sicut ei possibile erat intueri) stolis fulgentibus circūstantem, & altare coronantem cum officio, quo circa Regem suum milites stare consueverunt, quod mihi facile persuasum est. Hæc autem adoratio deferenda est Christo in sacra Eucharistia ratione naturæ diuinæ nō humanæ, nec ratione corporis vel sanguinis, quæ sola ex virtute verborum Christi in ea continentur. Horum enim consideratione minor Christo veneratio & adoratio debetur. Nam adoratio debetur honor communis etiam creaturis, & non Deo proprius, vt docet beatus Augustinus tractans locum, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Nam Abraham, inquit (vt habet scriptura) sic honorauit populum quendam gentium vt etiam adorauerit. Alia namque est ratio ob quam honoramus, excellentia videlicet & perfectio: Alia persona cui honor deferitur. In eo enim qui honoratur, duo possumus considerare, vt dicit beatus Thomas, scilicet eum cui honor exhibetur, & causam honoris. Proprie autem honor exhibetur toti rei subsistenti. Non enim dicimus, inquit, quod manus hominis aut pedes honorantur, sed in manibus & pedibus honoratur homo. Et si quandoque contingat quod dicantur honorari pedes alicuius, non ea ratione hoc intelligitur, quod pedes secundum se honorentur, sed quia in eis totum honoratur, per quem modum homo etiam honorari potest in aliquo exteriori, puta in veste aut imagine vel nuncio. Causa autē honoris est id ex quo is qui honoratur aliquam habet excellentiam, & ideo si in vno homine sint plures causæ honoris, puta prælatio, scientia & virtus, erit quidem illius hominis vnus honor ex parte eius qui honoratur, plures tamen secundum causas honoris. Cùm ergo in Christo vnica sit persona in diuina & humana natura, eiusq; partibus subsistens, vnica est eius adoratio ex parte eius qui adoratur, licet plures sint adorationis causæ & rationes, Ideo alio honore honoratur propter sapientiam in creatam, & alio propter sapientiam: alio quia emit nos precio magno, precioso videlicet sanguine quasi agni immaculati & incōtaminati, vel quia mediator noster est atq; reconciliator: & alio, Quia nos creauit, iustificat & glorificabit. Et art. sequente docens, quomodo humanitas Christi adoranda sit adoratione latriæ, secundum doctrinam B. August. & Ioannis Damasc. dicit dupliciter posse intelligi, quod Christi humanitas adoratur (& idem iudiciū est de adoratione corporis & sanguinis in Eucharistia) vno modo vt sit eius quasi rei adorata, & sic, inquit, adorare carnem Christi, nihil est aliud, quàm adorare verbum Dei incarnatū: sicut adorare vestem regis, est adorare regem vestitū, & hoc intellectu adoratio humanitatis siue corporis & sanguinis Christi, est adoratio latriæ, quæ deferitur quidē corpori & sanguini, non ratione sui, sed personæ, vel potius diuinæ naturæ, cui in eodem supposito vniuntur. Alio modo hæc adoratio corporis vel humanitatis Christi intelligi potest quasi rationis siue causæ ob quam sit honoratio, quia videlicet Christi humanitas omni gratiarū munere est perfecta, & corpus eius & sanguis, nostræ redēptionis fuerunt instrumenta, & in sacramento isto viuificant. Atq; hæc adoratio non est latriæ, sed ea quam B. August. vocat dulciā, ita vt vna eadēq; persona Christi adoretur adoratione latriæ, propter suā Deitatem, & adoratione dulciæ, propter perfectionem humanitatis. Nec hoc esse inconueniens, dicit, quia Deo patri debetur honor latriæ propter Deitatem, & honor dulciæ propter dominatū quo creaturas gubernat. Nam super versiculum Psal. Domine Deus meus in te speraui, dicit glossa Magistri sentent. Domine omnium profer potentiam cui debetur dulcia, Deus omnium propter creationem cui debetur latria. Idē circa versiculum, Adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est: Caro, inquit, à verbo Dei assumpta sine

impie-

impietate adoratur à nobis, quia nemo spiritualiter carnē eius manducat, nisi prius adoret. Et addit, Non adoratione illa quæ latria est, quæ soli creatori debetur, sed illa quæ in dulcia dignior est. Quod intelligit, si diuidas subtilibus intelligentiis, vt inquit Ioannes Damascenus, quod videtur ab eo quod intelligitur. Inadorabilis enim est caro, quia creatura, adoratione latriæ: & tunc intellectu vt separata à Dei verbo, debetur sibi excellentioris dulciæ adoratio: quam hyperdulciam vocant. Adoratio itaque latriæ non debetur humanitati Christi, nec eius corpori & sanguini in sacramento ratione sui ipsius, siue secundum se & propter se, sed ratione diuinæ naturæ, cui in eadem hypostasi coniungitur. An verò hæc adoratio immediatè terminetur ad corpus & sanguinem Domini, & per ista transeat ad personam, an solum secundario ad ea quasi conditiones & qualitates persona, non satis inter Scholasticos doctores conuenit. Et est quæstio magis pendens à philosophia, quàm à scripturis. Sunt enim, vt dicit Cardinalis Caietanus, duæ opinioniones circa honoratorem personæ in suis partibus, vel his quæ extra ipsam sunt, vt pote veste, imagine, vel nuncio, quibus propter alium honor defertur, quas etiam prosequitur Magister in Sententiis, Vna est, quod persona honoratur in istis, quia in eis quoddam esse habet. Nam vestis honoratur secundum quod persona est sub illa: Imago, quia in ea representatur: & nuncius, secundum quod princeps est in illo. Caro autem Christi, quia in ea est verbum Dei, Atq; secundum hoc esse, partes & quæ extra personam sunt, immediatè terminat honoratorem non secundum quod persona est in illis. Altera opinio est, quod in illis persona honoratur in quantum per illa excitantur & conuertuntur homines ad personam illam honorandam, & ideo nullo modo terminant honoratorem, quare etiā nullo modo honorari dicuntur secundum hanc opinionem, nisi abusu. Has opinioniones prolixè examinat Cardinalis Caietanus circa articulum beati Thomæ, Vtrū imago Christi sit adoranda adoratione latriæ. De actibus tamen latriæ externis nullum est dubium, quin immediatè terminentur ad Sacramentum, & per illud ad corpus & sanguinē Domini, vt osculatio, genu flectendo, prosternimus nos ante venerabile Sacramentū. Nam Maria Magdalena osculata est & vnxit pedes Iesu Salvatoris, Dominum suum in his honorans adoratione latriæ, & in iisdem ipsum adorabat actu interno, qui erat de huiusmodi osculis pedibus Christi imprimendis, non tamen agnoscebat pedes Domini, sicut nec nos corpus & sanguinem, nostrum esse creatorem vel Dominum, sed proximā ad ipsum creatorem habere relationem. Exactissimè ista discutuntur à Scholasticis doctoribus in 3. Sentent. Vbi Magister inuestigat, An humanæ naturæ Christi debeatur honor latriæ, an dulciæ. Hoc interim certissimum est & certa fide credendum, quod in sacrosancta Eucharistia Christus eadem veneratione & cultu sit adorandus, quo & nos & sancti Angeli ipsum à dextris Patris in cælo sedentem adorant. Atque perpetuo suo vsu testatur tota Ecclesia Catholica, Dominum suum sic esse adorandum, vbicunq; eum nouit esse præsentem. Et naturale rationis lumen hoc docet, quod Dominum ad nos venientem, vt patrocineret necessitatibus nostris, agnoscamus & veneremur eo honore quo dignus est. Sed ad hoc, inquit aduersarij, Non est in Eucharistia vt adoretur, sed vt manducetur à fidelibus: Nec in scripturis legitur, quod in sacramento coli & adorari velit: Et idololatriæ est cultus qui Deo exhibetur sine expresso eius verbo, quo se sic coli instituit, & à nobis exigit. Quid precor isti obijciunt? An idololatriæ fuerunt Magi, illi qui Christum in canabulis adorauerunt, & mysticis illis honorauerunt muneribus? Neq; enim ad hoc incarnatus, & in mundum natus est, vt hic adoraretur in mortali corpore, sed vt conspueretur, caderetur, crucifigeretur, & pro nostris omnium peccatis satisfaceret. Nec vllum est scripturis verbum proferent, quo à Magis cultus ille exactus fuit. Hoc mihi velim respondere aduersarij, Si Christum viderent corporalibus oculis, quem admodum hic in terris viderunt eum ipsius Apostoli, nec dubitarent verè Christum esse quem viderent, quacunq; demum causa illi placeret se nobis exhibere & ostendere, an dubitarent illum adorare, illi se prosternere, illi velut familiariter ingerenti fiducialiter, & omnis reuerentiæ & honoris significationem deferre? An fortè ante ipsum interrogarent, an à nobis adorari vellet? Hoc certe nos docet omnes lumen diuini vultus super nos signatum, vt diuinum numen adoremus, vbicunq; sentimus singularem eius familiaremq; aliquam nobis ingentem præsentiam: id quod fecisse semper sanctos omnes vniuersa scriptura testis est. Quod si de hoc se dubitare, non audebūt dicere. Nam & principem aut patrem quacunq; ex causa præsentem honoramus, quid igitur dubitant adorare præsentem in Eucharistia, in qua tam verè præsentem vident fidei multò certioribus quàm corporalibus oculis, tam inquam verè, quàm erat in præsepio, vel in matris gremio, cùm adoraretur à

Li. 4. ca. 3. de orthod. fide

Part. 3. q. 25.

Lib. 3. dist. 9.

Part. 3. art. 3. quest. 25.

Magist. dist. 9. Thomæ part. 3. art. 3. quest. 25.

t iij Regis.

Lib. sentent. Prosperi.

Magis, quàm pendebat in cruce, quàm nunc sedet in Patris dextera? Cum his enim nunc agnitus, qui credunt Christum verè & realiter esse in Eucharistia, non cum sacramentalibus, qui Christo in sacramento adorationem negantes suo dogmati consentanea loquerentur, Aliorum verò doctrinâ palam aduersatur, asserere non esse Christum in sacra Eucharistia adorandum. De eadem hac Christi, id est corporis & sanguinis Christi adoratione, clarè loquitur Augustinus. Nos, inquit, in specie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, id est carnem & sanguinem adoramus. Item circa versiculum, Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Quod, inquit, hoc scabellum? Alio certè loco hoc indicat scriptura dum dicit, Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum: sed quomodo adorabimus terram, cum dicat scriptura, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruis? Anceps factus sum, timeo adorare terram, ne damnet me qui fecit cælum & terram. Rursum timeo non adorare terram, quia est scabellum pedum Domini quod ipse adorare iubet. Fluctuans conuerto me ad Christum, quia ipsum quaero hic, & inuenio quomodo sine impietate adoretur terra. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit, & quia in ipsa carne hic ambulauit, ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit: Nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. Et quia cum Dominus de eius terrâ, hoc est carnis suæ commendatione loqueretur, ait, Spiritus est qui uiuificat, caro nõ prodest quicquam, ideo & ad terram dum te inclinas, non quasi terram intuearis, sed illum sanctum cuius pedum scabellum est. Propter ipsum enim adoras, ideoq; & Propheta subiecit, Adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est. Ne igitur cogitatione in carne remaneas, quia spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Eadem circa hunc versiculum habet Cassiodorus, item Ioannes Damascenus, Vnus est Christus, inquit, Deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum Patre & Spiritu sancto vna adoratione cũ immaculata eius carne. Neque inadorabilem carnem esse dicimus. Nam adoratur in vna verbi hypostasi, quæ & ipsi hypostasis facta. Neque creaturam colimus. Nam nõ vt nudam carnem adoramus, sed coniunctam diuinitati. Et vt in vnâ personam Dei verbi duæ eius reuocatae sunt naturæ: timeo quidem carbonem tangere propter ignem ligno coniunctum, adoro Christi simul vtrumq; propter carni coniunctam, coniunctamq; diuinitatem. Et alio loco. Filium Dei cum Patre & Spiritu sancto adoramus, in corporeum quidem ante humanitatis assumptionem, & eundem incarnatum & hominè factum, & cũ hoc Deus exsistentem. Caro igitur eius secundum ipsius naturâ, si subtilibus cogitationibus dispectas, quod videtur ab eo quod intelligitur, cogitationeq; humanitatem à diuinitate præscindas, inadorabilis est vt creatura, vna autem Deo propter ipsum & in ipso adoratur. Eo namq; modo, quo rex & nudus adoratur & indutus, purpura autem vt nuda conculcatur & proijcitur, facta autem regis amictus, honoratur & glorificatur: & si quis eam proterere præsumpserit, persæpe morte mulatur. Et quemadmodum lignum nudum nõ est tactui inaccessibile, atqui igni coniunctum & carbo factum, nõ propter seipsum, sed propter ignem coniunctum fit inaccessibile, hoc est, quando ignitum est lignum: Sic & caro secundum sui naturam non est adorabilis, adoratur autem in Deo verbo incarnato, non propter seipsum, sed propter coniunctum ipsi secundum hypostasim Deum verbum. Nec dicimus quòd carnem adoramus nudam, sed carnem Dei, id est, Deum incarnatum. Item de sacra Eucharistia loquens, Carbonem, inquit, vidit Esaias, carbo autè simplex non est, sed vnitus igni. Sic panis communionis non panis simplex est, sed vnitus diuinitati. Et ideo in Concilio primo Ephesino dicitur anathema ei, qui non veneratur assumptionem hominè, & Emanuel eadem veneratione cum Deo verbo. Et eadem serè cum Ioanne Damasceno docet B. August. loco alio. Nam sibi obijciens ex persona aduersariorum, Quid est, inquit, quòd carnem Domini quam creaturam esse non negas, simul cũ diuinitate adoras, & ei non minus quàm diuinitati deseruis? Et respondet, Ego dominicam carnem, imò perfectam in Christo humanitatè ideo adoro, quia à diuinitate suscepta & Deitate vnita est, vt non alium, sed vnū eundemq; Deum & hominè & filiū Dei esse consistear. Deinde si hominè separaueris à Deo, illi ego nunquã credo nec seruis: si quis purpurâ, vel diadema regale iacès inueniat, nunquid conabitur adorare? Cũ verò rex eis sit erit indutus, periculum mortis incurrit, si ea quis simul cum rege adorare contempserit: Ita & in Christo Domino humanitatem non solam aut nudam, sed diuinitati vnitam, verum Dei filium, Deum verum & hominem verum qui adorare contempserit, æternæ mortis pœnam patietur. Quomodo autem hæc adoratio, de qua Augustinus & Damascenus, carni & humanitati à verbo assumptæ propter verbum debeatur ac fieri conueniat: supe-

Declarat August. quomodo caro Christi in sacramento sit adoranda.

Lib. 3. de orthodoxa fide cap. 8.

Lib. 4. cap. 3.

Caro Christi secundum suam naturam inadorabilis est, vnita autem Deo adoratur.

Lib. 4. ca. 4.

Sermo 88. de verb. dom. secundum Ioan.

superius est declaratum, & Magister Sententiarum interpretatur esse adorationem non patriæ, quæ soli creatori deberetur, sed dulcè. Species quoque panis & vini, sub quibus continentur corpus & sanguis Christi, ob Christi præsentiam in veneratione habentur, & quidem multò maiore quàm ciborum in quo sacra Eucharistia seruatur, propter inseparabilem & intimam coniunctionem ipsarum cum ipso corpore & sanguine Domini, tantam videlicet vt modis quibusdam idiomatum fiat communicatio, & fractis speciebus, corpus Christi frangi dicatur, secundum Chrysostrum & Theophylactum, & effusus speciebus vini, sanguis effundi dicatur. Dum frangitur, inquit Augustinus, hostia, dū sanguis de calice effunditur, quid aliud quàm dominici corporis immolatio, & eiusdè sanguinis de latere effusio designatur? Ideo cum omni honoris & reuerentiæ significatione ob eiusdem Christi præsentiam species sacramentales tractandæ sunt, deferendæ & populo exhibendæ, vt popululus fidelis ad deuotionem & fiduciam erga suum redemptorem veluti præsentem, & quasi oculis fe ingerentem protuocet & inuiteret, vt mente affectuq; sincero ad eum confugiat, sicut Maria Magdalena ad eum venit in domo Pharisæi mentis assidentem.

QUOD autem reponi soleat sacra Eucharistia ad vsu infirmorum, & ad eos per sacerdotem portari, antiquissimus habet vsus Ecclesiæ. Nam Eusebius Cæsariensis ex epistola Dionysii Episcopi Alexandrini scripta ad Fabianum Antiochenum Episcopum. Intexit, inquit, quandam historiam dignam memoria, nempe Serapionè quemdam fuisse apud Alexandriam, vnum ex his qui lapsi fuerat, eundemq; sæpe deprecatum vt susciperetur ad pacem, nec tamen impetrasse, oppressum deinde hunc esse agridine, ita vt triduo iam sine voce prorufus iaceret, paululum verò quarto die respirantem vocasse ad se filiam suam & dixisse, Quousque me detinetis? quæso vos citò aliquis presbyterum roget, vt possim aliquando dimitti. Et cum hæc dixisset, rursum sine voce permansit. Abiit cursum puer ad presbyterum noctis tempore: Infirmabatur presbyter, venire non potuit, tamen quia præceptum fuerat à me (ait Dionysius) vt lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia denegaret, & maxime his quos prius id rogasse constaret. Parum Eucharistia puero qui ad se venerat, dedit, quod in fufum insit leni præberi: regrediecti adhuc puero antequam intraret domum, rursum Serapio respiciens, Rediisti, inquit, puer: & licet presbyter venire non potuit, tu tamen imple quod tibi præceptum est, vt possim discedere. Cumq; esset completa solennitas, velut cathenis quibusdam vinculisq; diruptis, latere iam spiritum, reddidit. Ex quò, inquit B. Dionysius, certissimò constat huius boni auxilium nullum fraudari debere. Et B. Hieron. de sancto Exuperio Episcopo Tolosano, narrat quod tam liberalis erat in pauperes, vt nihil sibi seruaret, & corpus domini cahistro vimineo & sanguinem in vitro ad infirmos Deum pietatem & deuotionem refert, quòd constitutus in naufragio non mortem metuens, sed ne vacuus mysteriũ è vita exiret, ab his quos initiatos esse cognouerit, diuinum illud fidelium sacramentum sibi dari poposcerit, vt fidei suæ tali sacramento consequeretur auxilium, quodq; datum sibi sacramentum ligari fecerit in orario, & orarium in collo inuoluerit, atque ita se in mare deiecerit, non requirens de nauis compage resolutam tabulam, cui supernatàs iuuaretur, quoniam fidei solius arma quæserat, atque his se tutum ac munitum satis credens, alia auxilia non desiderabat. Nec, inquit Ambr. spes eum deseruit, nec fellit opinio, sed primus seruatus est, & in portum terrene stationis est euectus. Rursum Tertullianus ad uxorem, Nõ sciet maritus quid secreto ante omnem cibum gusses. Nam consuetudo tunc habebat, quòd laici in manus acciperent Eucharistiam & domum portarent, vt ex supra dictis patet, & ex Eusebii ecclesiastica historia: vbi & hoc annotat B. Rhenanus. Manifestum etiam hoc ipsum est ex ser. Cypriani de lapsis, qui mulieris meminuit, quæ in arca sacra Eucharistiam reposuerat, & quia indignis manibus eam tractauerat, quando arcam aperire tentauit, igne inde surgente deterrita est, ne attingere auderet. Clemens quoque Petri Apostoli discipulus, & in cathedra successor, inter multa quæ se à B. Petro accepisse narrat, dicit se accepisse, quòd tribus commissæ sunt sacramenta diuinoorum secretorum, presbytero, diacono, & ministro, qui cum timore & tremore reliquias corporis domini debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacario inueniatur, ne cũ negligenter agitur, portioni corporis domini grauis inferatur iniuria. Manifestum est igitur antiquissimum esse vsu, & à temporibus Apostolorum obseruatam consuetudinem, de custodienda S. Eucharistia in vsu fidelium, potissimum autem infirmorum, vt popululus fidelis præsentem habeat dominum, ad quem in omni necessitate recurrere possit. Quod etiam antiquitus deferri

1. ad Cor. 10. circa locũ panis quem frangimus. Lib. sentent. Prosperi de consec. dist. 2. c. 2. c. c. frangitur.

Lib. 6. ca. 34.

Epist. ad Rusticum monachum.

De excessu fratris sui ca. 7.

Li. 2. ad vxorem.

Li. 6. ca. 33. sine.

De consecr. dist. 2. ca. Tribus gradibus.

deferri solebat sacra Eucharistia, manifestum est ex epistola Irenæi, & episcoporum Gallie ad Victorem quem citat Eusebius. Scribunt enim quòd Romani Pontifices sui præcessores solent Episcopis Ecclesiarum, qui non ita sicut ipsi celebrabant diem Paschæ, Eucharistiam transmittere in signum pacis & communionis. Vbi notat B. Rhenanus, quòd cum Episcopus aliquis Romam veniret, Pontifex Romanus Eucharistiam hospitii solemniter transmitterebat, & id fortè, inquit, & à cæteris fiebat Episcopis, quòd haud dubiè ex Apostolica consuetudine est desumptum. Cum enim sacra Eucharistia communionis sit sacramentum, rectè colligit, inquit Irenæus, non fuisse hæreticos iudicatos, quibus Eucharistia fuerat trāsmissa, quales tamen videbatur iudicasse Arianos Victor Papa, & ideo excommunicasse. Er cū corpus domini in f. Eucharistia extra eius vsum maneat, nō solū vsque ad manducationē, sed quā diu manserit panis substantia, si nō esset facta cōuersio, vt probauimus articulo præcedēti: Nā eos insanire dicit B. Cyrill. qui mysticam benedictionem à sanctificatione cessare dicebant, si quæ eius reliquæ in diem sequentem remanserint, eò quòd virtus benedictionis, & gratia viuificationis iugis in eo maneat, & cū pro infirmis seruari ab Apostolorum temporibus sit consuetus, quis prohibebit, quò minus ex iustis causis in fidelium ædificationem in publicis supplicationibus circumferatur, non solum honoris causa, sed potissimum vt mortis Christi fiat commemoratio, & gratiarum actio pro immensa illa charitate, quam pater nobis in filii sui passione & morte commendauit, omniumq; mirabilem, quæ populo suo vnquam exhibuit fiat memoria? Dominus enim noster Iesus Christus non solum lingua & epistola prædicatur, vt dicit beatus Augustinus, verum etiam per sacramentum corporis & sanguinis sui. Ob quā causam ab Apostolorum etiam temporibus in sacrificio missæ ad hæc nostra vsque tempora corporis & sanguinis Christi sit eleuatio & offensio. Scribit namque Dionysius Areopag. quòd episcopus consecratum corpus in conspectum agit & ostendit, vt patri videlicet filium præsentet, eiusq; contemplatione populi sui miseretur. Nam de B. Francisco legitur quòd tempore eleuationis sacre Eucharistie mentem ad patrem erigebat, & orabat, Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi filii tui charissimi, in quo beneplacitum est tibi. Ad Agnus Dei enim vsque fit patri oblatio, nulla in canone ad Christum supplicatio, vt docet Concilium Carthaginense 3. cap. 23. Quid igitur hæc corporis Christi circūgestionem prohibere potest, quando expressum à Christo habemus mandatum, vt hoc ipsum quod ipsemet fecit, faciamus & nos, non tantum in cibum & potum, sed præcipuè in mortis eius commemorationem, vt apud nos eius perpetua sit memoria? Filius enim datus est nobis in omnem vsum salutarem, in deuotionem populi, in fiduciam per eum à patre omnia impetrandi. Et quid impedit eum in publicis supplicationibus coram toto populo patri præsentare, qui patris iram aduersus populū suum per se placare potest? Quanta enim deuotione, quanta reuerentia arcam fœderis, quæ solum manna, tabulas, & virgas continebat, populus legis tempore reuerbatur. Soli nāq; sacerdotes eam per duo milia passuum ante totum populum portabant: Nec veritus est Rex David ante eam saltare & canere cythara: Quanto etiam honore cum tubis gestabatur species in circuitum Hierico, concidentibus ob hoc muris ciuitatis: Item ad bellum ducebatur contra hostes, & ad domum Obbededom, & deinde in ciuitatem suam maximo cum honore. Absurdissimum igitur videbitur eorum dogma, qui sacram Eucharistiam arcam veri manna, quod de caelo descendit, & panis planè celestis honorificè custodiri nolunt & circumferri, vt populus fidelis exciterur ab affectu sincero confugiendum ad dominum suum præsentem, eiq; vota sua innotescat, item vt patri filium præsentem, in cuius faciem aspiciens sui misereri dignetur. Scripturis itaque consentaneum est quod sacra Eucharistia seruetur, & cum reuerentia circūgestetur aduersus hostes fidei, & in publicis calamitatibus, vt in gratiam filii sui pater succurrat. Nec alio ex fonte natus est error hic, quòd reponi & circumferri non potest sacra Eucharistia, quā ex eo, & quidem infanix pleno, quod extra vsum siue sumptionem non manent corpus & sanguis Christi in sacra Eucharistia, cum tamen Dominus dicat quòd in sui commemorationem corpus & sanguinem suum consecrare debeamus, ac proinde in omnem vsum quo populus fidelis in fide, spe, & charitate, cæterisque virtutibus edificare potest. Absurdum enim est quòd à voluntate communicare volentium pendat quòd corpus Christi sit, & permaneat in Eucharistia, vt si velint communicare, sit in ea corpus, si autem nolint communicare, iam in ea esse desinat, & si hostia vna fortè superfit, non permaneat ibi corpus Christi, sed fiat panis prophanus: Similiter vinum tanquam prophanum effundatur, cuius pars reliqua quæ in vsum venit sanguinem

Li. 3. de vin. cap. 4.

De eocl. Hierarch. cap. 4.

Tosue 6. 1. Reg. 4.

guinem Domini continebat, prout docent & obseruant aduersarii. Rectè igitur infanum hunc vocat Cyrillus errorem. Nam ratum firmumque est verbum Christi, Hoc est corpus meum: Quòd autem semel corpus Christi factum est, non dimouetur, nec inde separatur persistens speciebus sub quibus panis successit corpus Domini. Vnde clarè constat non esse consuetudinem recentem à tempore Vrbanū quarti natam, nec præter scripturam viurpatam, quòd Christum in sacra Eucharistia adoramus, eamq; reponimus & custodimus. Nam ea consuetudo multis annorum centenariis præcelsit Vrbanum 4. eamq; in Christi ecclesia fuisse ante annos mille crecentos, & esse traditionem quam per manus ab Apostolis, vel eorum discipulis accepimus. Nam concilium Vvormaciense sancit quòd presbyter Eucharistiam semper habere debeat paratam, vt si quis infirmus fuerit statim eum communicet, ne sine communionem moriatur, cum sacrosancta Eucharistia morientibus saluberrimum & tutissimum sit viaticum. Et concilium Arelatense grauius animaduertit in eos qui negligentes sunt in sacra Eucharistia custodia. Item magnum illud concilium Lateranense, cui quatuor patriarchæ interfuerunt, & ingens episcoporum multitudo ex toto terrarum orbe sub Innocentio tertio celebratum, constituit vt sacra Eucharistia cum chrismate sub fideli custodia clauibus & seris adhibita cōseruetur, ne temeraria ad ea manus extendi possit. Rursum Concilium generale Viennense arguit & damnat eos qui in eleuatione corporis Christi nolebant allurgere, & reuerentiam ei exhibere. Item mandat vt celebretur festum corporis & sanguinis Christi. Et Honorius tertius præcepit, vt Eucharistia in loco aliquo ad hoc destinato & mundo honorificè reponatur, ac per fideles & pios custodiatur. Sacerdos verò frequenter plebem doceat, vt cum in celebratione missarum eleuatur hostia salutaris, se reuerenter inclinet, atque idem faciat cum deferatur ad infirmum, voluit quoque luminaria semper Eucharistia præferri, ad significandam præsentiam lucis æternæ. Super iisdem his etiam catholicæ tradens doctrinæ. Concilium Trident. definiuit & decreuit quòd consuetudo asseruandi in sacratio sacram Eucharistiam, adeo antiqua est, vt eam seculum etiam Niceni Concilii agnouerit. Porrò deferre ipsam Eucharistiam ad infirmos, & ad hunc vsum in ecclesiis conseruari, præterquam quòd cum summa æquitate & ratione coniunctum est, cum multis in Conciliis præceptū inuenitur, & vetustissimo catholicæ ecclesiæ more est obseruatum. Quare hæc sancta Synodus retinendum omnino salutarem hunc & necessarium morem statuit. Et ne quis temerè illi contradicat, canonem latæ sententiæ contra huiusmodi temerarios adiecit, sic inquiens, Si quis dixerit non licere sacram Eucharistiam in sacratio seruari, sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendam, aut non licere vt illa ad infirmos honorificè deferatur, anathema sit. Cum igitur ex antiqua ecclesiæ catholicæ obseruatione sacrosancta Eucharistia adorata sit, reposita, conseruata, & delata, & hæc ipsa obseruatio à Hierarchis ecclesiæ Christi vicariis & à celebrariis Concilii generalibus sit comprobata, atque hoc ipsum Eucharistia institutioni & scripturis maxime consentiat, imò & per se notum sit si consideremus ipsum Dominum reuera & substantialiter in eadem adesse, & quam diu supersunt species, in ea permanere, nulla est de his dubitandi causa, cum ne vna quidè sit scriptura quæ vel in superficie probabiliter istis aduersari videatur. Quare rectè dicit articulus, certa fide hæc esse tenenda. Vnde in canonibus declaratur esse hæretici & excommunicati, qui aliter de sacramentis ecclesiæ, corpore & sanguine Christi, sentiunt aut docent, quàm sacra ecclesia Romana docet vel prædicat.

Quòd panis & vinum permaneat in sacramento Eucharistia, multis modis probare nititur Martinus Lutherus in captiuitate Babylonica: Vbi sanè absurdissime errat in eo, quòd non solum panem permanere dicat in Eucharistia, verum etiam panem realiter esse corpus Christi, & vinum eius sanguinem, id quòd rerum natura non patiuntur. Sed quia eius argumentis plenissime respondet Rex Angliæ in Assertionem septem sacramentorum: & in Apologia quam Reuerendissimus Christi martyr Ioannes Rossensis pro Rege fecit, ad eas lectorem remittimus. Ea tantum argumenta hic proponemus, quæ mouent Ioannem Caluinum, vt hanc veritatem de sacra Eucharistia modis tam multis cōprobata relinquat, & hostiliter impugnet. Hic autem, quia sacramentarius est, docere compellitur panem & vinū manere, vt sint symbola & figuræ, sub quibus corpus & sanguis representantur, ita tamen vt per ea verè exhibeantur nobis, quāuis longè absentia. At enim in libello de cena Domini.

Commentum illud transsubstantiationis nullum prorsus in scripturis fundamentum, neque ulli veteris Ecclesiæ testimonium habet, atque adeo cum verbis domini conuenire, aut siare nullo modo potest.

Nonne

Ioannes Eekius serm. 31 de septem sacramentis.

De consecr. dist. 2.

Augu. de vsu sitione infirmorum lib. 2 ca. 4. Eadem dist. cap. Quæ bene. cap. 20. Et de casto. Eucharistia. c. Statuimus. In Clemētin. Ad nostrā, de hereticis. Clemē. Vnica de reliquit & veneratio ne Sanctoꝝ. De celebrat. missarum ca. Sane.

Can. 7.

Cap. ad adolē dum de hereticis.

In libello de cena Domini

Caluini.

Nome talis interpretatio nimis violenta & coacta est? Cum Christus panem ostendens, corpus suum vocat, dicere panis substantiam in nihilum redigi, & in eius locum Christi corpus succedere? Sed non est necesse rem in dubium vocare, cum veritas dilucida ipsa per se tam absurdam vanitatem refutare possit. Infinita testimonia & scriptura & patrum praeferunt, quibus sacramentum panis appellatur.

Responsio. In epistola ad Ioan. Hieronymum. 4. lib. dist. 10. & 11. De consecratione dist. 2.

Verissimum hic esse probat Ioannes Calvinus quod de sacramentariis scribit Lutherus, quod non nisi manifestis mendaciis ortum dogma susceperunt, & mendaciis afferunt, & quod sint insani qui huiusmodi spiritibus credunt. Non enim ignorare potest Calvinus manifestè falsa esse quae hic assumit. Legit namque Magistrum sentent. Legit & Gratianum, qui multorum patrum citant testimonia pro conuersione panis in corpus Christi, & vini in eius sanguinem, quae verba Domini habent pro fundamento. Notuit etiam B. Thomam & reliquos scholasticos docere, quod Pronomen, Hoc, in verbis Christi non panem demonstrat, sed confusè & absolute id quod Christus in manibus habebat, & discipulis porrigebat: quod etiam historia maximè esse consentaneum superius docuimus. Accipit enim panem & ipsum benedicens, dixit esse corpus suum quod tradebat: id quod fieri non poterat, nisi per conuersionem panis in corpus, sicut aqua in vinum conuersionem testabatur, quod ministri ex hydriis quas prius aqua releuerant effundebant vinum. Et absurditas quam ipse Calvinus sequi videbat ex demonstratione panis, meritò eum abstertere debebat ab huiusmodi intellectu: sed maluit ad Allegoriam verba Domini tamen relucantia trahere, & corporis Christi praesentiam negare, quam simpliciter sequi demonstrationem, nulla pro suo intellectu adducta scriptura. Absurdè enim interpretatur verba Domini, Hoc est corpus meum: videlicet hoc sensu, Quemadmodum hominis corpus pane nutritur & sustentatur, ita caro mea cibus est spiritualis, quo animae viuificantur. Quid precor, commune habent verba domini cum isto intellectu? Nouit praeterea Calvinus, veterem ecclesiam secutum esse id quod praedicabant eius pastores, & docebant magistri, nec tamen pudet eum scribere, quod doctrina de conuersione & transitu panis in corpus Christi (quem concilia generalia explicant esse transsubstantiationem) nullum habeat in scripturis fundamentum, neque vilius veteris ecclesiae testimonium: item quod cum verbis Domini stare non potest, quod Christus panem ostendens siue demonstrans corpus suum vocat, quodque veritas tam dilucida per se, tam absurdam vanitatem refutare possit. Quanta arrogantia & temeritas absurdam vanitatem vocare doctrinam, quam quasi ex fide populo suo proponit B. Augustus, B. Ambrosius, & plurimi doctores ecclesiastici, & comprobant generalia ecclesiae concilia. Ille enim in concione ad populum liberè pronunciat, Ante verba Christi quod offertur, panis dicitur: vbi verò Christi verba deprompta fuerint, iam non panis, sed corpus Domini appellatur. Et B. Ambrosius ex parte Neophytorum quos instituit, sibi obijcit. Fortè, inquit, dicas, Aliud video, quomodo tu dicis quod corpus Christi accipiam? tandem post multa exempla quibus ad veritatem huius cognitionem eos manuducit, Sermo ergo Christi, inquit, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poterit ea quae sunt in id mutare quod non erat? Item vetus ille & insignis doctor Eusebius, Episcopus, Emislenus, apertissimè hanc conuersionem populum suum docebat, Recedat, inquit, omne infidelitatis ambiguum, quare doquidem qui author est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantia corporis & sanguinis sui, verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens, Accipite & edite, Hoc est enim, & caetera, & sanctificatione repetita. Accipite & bibite, hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutum praecipientis Domini repente ex nihilo subsisterunt excelsa caelorum, profunda fluctuum, vasta terrarum, ita pari potentia in spiritualibus sacramentis vbi praecipit virtus, seruit effectus. Quanta itaque & quam celebranda beneficia vis diuinæ benedictionis operetur attende, & ut tibi nouum & impossibile non debeat videri, quod in Christi substantiam terrena & mortalia conuertantur. Eadem fidei veritatem tradit Damascenus, Si verbum Dei, inquit, viuens est & efficax, non potest panem suis corpus facere, & vinum sanguinem? Dixit Deus, Hoc est corpus meum: &, Hic meus ex sanguis: &, Hoc facite in meam commemorationem: & omnipotenti eius praeepto donec veniat efficitur. Item & Theophylactus, Ineffabili operatione panis in corpus eius transformatur, etiam si nobis videatur panis, reuera caro est domini. Praeterea alios doctores ecclesiasticos, ad quos superius lectorem remisimus. Haec non ignorabat Calvinus, qui tamen non veretur scribere, & toti mundo proponere, hanc conuersionem nullum habere veteris Ecclesiae testimonium. Valde mirandum est, quod eum non puduerit tam manifestis mendaciis, quorum statim aperte conuinci posset, hanc fidei veritatem de conuer-

Serm. 28. de verb. domini super Lucam.

De mysteriis initiandi.

De Phasce, Ho mil. 5.

Lib. 4. ca. 14

In comment. Matth. 26. Marc. 14.

Hierem. 3.

conuersione panis in corpus Christi impugnare. Verè ei adscribi potest id quod ad Israel dicit Dominus, Frons meretricis facta est tibi, & noluit erubescere. Nec substantiam panis in nihilum redigi (quod nobis imponit) dicimus, sed in Christi corpus conuerti, quod non tamen in locum panis succedit, quam sub panis speciebus, sub quibus non est localiter, sed modo nobis ignoto atque incomprehensibili. Testimonia patrum quorum hic obiter memini, citat in Antidoto contra determinationem Facultatis Theologiae Parisiensis super materiis fidei nunc cotrouersis, quibus statim sumus responsum. Scripturae verò testimonia quae hic citare solent aduersarii, sumuntur ex historia institutionis sacramenti, & ex epistolis Pauli.

Christus, inquit, accepit panem, benedixit panem, fregit panem, distribuit panem. At enim Lucas, Mattheus, Cananibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis panem quem acciperet benediceret ac fregisset, & dixit, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum. Et Apostolus Paulus, Quotiescumque manducabitis panem hunc. Item, Quicumque manducauerit panem & biberit calicem domini indigne. Rursus, Probat seipsum homo, & sic de pane illo edat. Item, Panis quem frangimus, nomen participatio corporis domini est? Quoniam unus panis & unum corpus sumus omnes, qui de uno pane & de uno calice participamus. Panis igitur vocatur, & panis manet facta etiam consecratione. Panem etiam vocat B. Lucas, cum ait quod discipuli erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione & fractione panis. Citant praeterea verba domini, quae post distributum calicem sanguinis sui dixit Apostolis. Non bibam amodo de hoc genere vitis, usque in diem illum, cum illud bibam nouum vobiscum in regno patris mei. Genimen autem siue fructus vitis est vinum. Demonstrabat igitur dominus vinum quando dixit, de hoc genere vitis. Mansit igitur verè vinum post sanguinis domini consecrationem.

Calvinus.

1. Corin. 10.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

Ad haec omnia non est difficile respondere. Nam Apostolus Paulus se explicat, quem panem & quem intelligat calicem. Non enim simpliciter panem dicit, qui in sacramento manducatur, sed cum articulo, Quotiescumque, inquit, manducabitis panem hunc: Item de pane illo edat, intelligens insignem illum panem, qui de caelo descendit, de quo Saluator, Panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita: Non est hic panis triticeus, & ideo Apostolus indigne eum manducare dicit, qui non diiudicat panem hunc esse corpus domini. Et B. Augustus, quando dixerat post consecrationem non panem appellari, sed corpus domini, sibi obijcit: Cur ergo in oratione dominica ait, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Cui responderet, Panem quidem dicit, sed super substantialialem, panem vitae aeternae, qui nostrae animae substantiam fulcit, non etiam qui in corpore vadit. In scripturis namque multiplex est panis vocabulum. Nam Christus seipsum panem appellat, nec tamen propterea triticeus est panis: & scriptura verbum Dei panem vocat: item & manna panis dicitur, sed non eiusmodi quo quotidie vescimur. Nulla igitur huius consequentiae est ratio. Vocatur in scripturis panis, ergo panis est triticeus, qui ex frumenti granis conficitur. Multiplex praeterea est causa, propter quam rectè aliarum rerum longè diuersarum vocabis res quaedam nuncupantur, quanto magis sacramenta nostra propter vnamquamque harum causarum rectè sic appellamus. Nam secundum normam & regulam scripturae res nonnunquam appellantur iuxta eam naturam, non quam nunc habent, sed quam prius habuerunt. Peruulgatum est illud Adā mulierem iam formatam alloquentis, Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea. Et illud Exod. Deuorauit virga Moysi virgas eorum, cum non virga, sed coluber reuera esset. Et homo puluis, terra, lutum saepe vocatur. Et Christus ipse in euangelio, Ite, inquit, & renunciate Ioanni, quia caeci vident, claudi ambulat, leprosi mundantur. Item, Meretrices & peccatores praecedunt vos in regno Dei, hoc est, non qui iam sunt claudi, aut caeci, aut leprosi: non quae iam sunt meretrices vel peccatores, sed qui fuerunt. Saepè etiam eadem scriptura appellat res noninibis, quibus in forma assimilatur, vt Ioannes vidisse se ait Spiritum sanctum, cum non ipsum spiritum, qui sua natura est inuisibilis, sed speciem columbae, vt Lucas exponit, viderit. Item mulieres viderunt angelum, quem Euangelium iuuenè appellat. Et saepenumero angeli dicuntur viri, non quod fuerint, sed quod formam duntaxat praeseferrent. Nam Dauid de se, vel potius de Christo ita loquitur, Ego sum vermis, & non homo, cum substantialiter homo esset, sola verò similitudine vermis. Et priori suo nomine adhuc res appellamus, quod similem effectum producant. Vocatur itaque panis, quia ex pane conficitur, vel quia formam panis retinet, vel quia similitudine quadam panem referat, habeatque: inditas panis adhuc qualitates, vel (vt semel dicam) ab effectu, vt sicut panis reficit, & alit ventrem, & vinum cor hominis iustificat, ita quod spiritualiter mentem letitia afficit, & mentem impinguat; panis & vini vocabula sortiuntur.

Responsio.

De verbis domini ser. 28.

Ioan. 6.

Matth. 4.

Genes. 2.

Cap. 7.


Matth. 11.

Matth. 22.

Ioan. 1.

Psalm. 21.

u Accepit



Lib. de consensu euangelistarum. Par. 3. quæst. 88. art. 1.

In comment. Matth. 26.

quæst. 2. art. 1. quæst. 4. ad prim. min.

Acceptit itaque Iesus panem, & benedixit, dicens, Hoc est corpus meum: deinde fregit & dedit discipulis suis, in hoc benedictionem explicans, quod dixit, Hoc est corpus meum. Non enim semper rei gesta ordinem seruant in scribendo Euangelistæ, vt dicit beatus Augustinus. Vnde B. Thomas, Intelligendum est, inquit, rei gesta ordinem sic posse explicari, Accipiens panem benedixit, dicens, Hoc est corpus meum, deinde fregit & dedit discipulis suis. Sed idem sensus, inquit, haberi etiam potest verbis Euangelii nõ mutatis. Nam hoc Participium, dicens, concomitantiam quandam importat verborum ad ea quæ præcedunt, non solum respectu verbi vltimè prolati, quasi Christus tunc verba illa protulerit, quando discipulis suis dedit, sed potest intelligi concomitantiam respectu rotius præcedentis, vt sit sensus, Dum benediceret & frangeret, & daret discipulis suis, hæc verba dixit, Accipite, &c. Itaq; Christus accepit panem quem statim benedixit, & sua benedictione dicendo, Hoc est corpus, &c. creatura suo obediens creatori, in eius corpus est cõuersa, sicut aqua in hydriis eius iussu, facta est vinum. Atq; hoc sensu benedicere explicat super dicere virtutem dictionis siue verborum Christi, sicut benedicendo in Genesi creaturis virtutem est largitus. Et benedictionem cuius meminit Matth. & Marcus, aliam esse à gratiarum actione, restatur Canon Missæ, in quo legimus, Gratiarum agens benedixit, quasi ista sint distincta. Nam & Matth. & Marcus in consecratione calicis, meminērunt gratiarum actionis, & non benedictionis. Si tamen intelligatur hæc benedictio esse gratiarum actio, sicut B. Lucas & Apostolus Paulus interpretari videntur, qui nulla benedictionis facta mentione, eum gratias egisse dicunt: Et si series apud Euangelistas, & B. Paulum seruetur historiæ, Iesus panem accepit, patri gratias agendo, benedixit, panem fregit, panem dedit, hoc est, exhibuit discipulis, & dixit, Accipite & manducate, hæc verba panis erat, si ordo, vt diximus, seruetur historiæ, imò & quando Christus dixit, Hoc est corpus meum, adhuc panis erat, sed completo sermone corpus est Christi, atque ita Apostoli acceperunt & manducauerunt non panem, sed corpus Christi, in quod panis iam erat conuersus. Sermo enim dominicus non solum est enunciatiuus veritatis, vt rectissime dicit Cardinalis Caietanus (Verissimū enim est, quod hæc substantia est corpus Christi) sed etiam est factiuus veritatis significata. Facit enim quod enunciat, & ideo eius veritas enunciatione est posterior. Et propterea inquit, pronomen Hoc, non demonstrat panem, neque corpus Christi, sed hanc substantiam. Pronominis enim officium est monstrare substantiam sine qualitate. Nam veritati enunciata repugnat demonstratio panis. Falsum est enim, quod panis est corpus Christi: efficientiæ autem repugnat demonstratio corporis Christi. Falsum est enim quod efficiatur quod corpus meum est corpus meū ad quod nulla opus est efficientia: sed tam veritati enunciata, quàm efficientiæ quadrat demonstratio substantiæ, non demonstrando, specialem naturam, quia & verum est quod hæc substantia (non hoc accidens) est corpus meum: & verū est quod sit, quod hæc substantia est corpus meū: hoc est enim quod sit per hunc sermonē. Vnde apparet, addit Caietanus, non esse ab ecclesia adinuentam transsubstantiationē panis in corpus Christi, vt hæretici fingunt, sed Ecclesia à veritate per hæc domini verba propriè intellecta cogitur ad constituendum efficientiam. Non enim aliter verificatur nunc & nõ prius, Hoc est corpus meum, nisi quia nunc & non prius factum est, vt hoc sit corpus meum. Ex vtroque aut, scilicet veritate significata & effecta cogitur ad constituendū transsubstantiationē panis in corpus Christi, neque enim aliter fieri potuit quod hæc substantia sit corpus Christi, quàm per transsubstantiationē. Nam si transsubstantiatio nõ interuenit, non verificatur, quod hoc demonstratū quando Christus profert pronomen, Hoc, id est illam substantiam quam pronomen demonstrat in sui prolatione, sit corpus Christi, sed illa substantia quæ tunc demonstratur, si qualis tunc est remanet in fine consecrationis, nõ est corpus Christi, sed est panis. Si annihilatur, nec est panis, nec est corpus Christi, sed nihil est. Et concludit, Omnes itaq; hæreses excludunt hæc verba. Hoc est corpus meum, secundum proprietatem sermonis intellecta. At si verbis propriis, si proprietati sermonis non habeatur veritas fidei, ruit tota fides Trinitatis, ruit vniuersa certitudo sacre scripturæ. De veritate autem & natura orationis factiue eiusq; efficientiæ clarè docet B. Thom. dist. 8. 4. sentent. Multo autè probabilius est, vt sentit Thomas & alii scholastici, quod Euangelistæ non seruant ordinem historiæ, quodq; Christus acceptum panem statim benedixit, dicendo, Hoc est corpus meum, & postea panem benedictū, siue potius species eius, diuisit in duodecim vel tredecim particulas, & dixit, Accipite & comedite, & iam fractum panem, atque sic secundum suam formam diuisum dedit manducandum: Non est hic verisimile, vt scribit Caieta. quod singulorum ori imponendo singulas partes porrexerit, vel

vel manu sua ad manus eorum, sed exhibuit & obtulit particulas sacri panis in patina à singulis particulam propriis manibus accipiendam. Crediderim, inquit, ego, quod sicut vnum calicem communem omnibus tradidit, ita in vna patina panem in duodecim buccellas fractum, manibus propriis accipiendum tradiderit, & quod ecclesia vsum hunc patinarum Apostolica traditione acceperit: ita quod sicut calicem vnus discipulus dedit alii, ita patinam cum pane sancto propinquiores Iesu remotioribus successiue porrexerunt. Quantum ad præsentiam substantialem corporis Christi & conuersionem panis, nulla est hic difficultas, nulla dubitatio, siue intelligatur ab Euangelistis historiæ series seruata, siue per anticipationem dicatur Christus fregisse & dixisse, Accipite & comedite. Nam certum est quod panis in Christi corpus conuersio facta est quando dixit, Hoc est corpus meum, & non antea. An autè hoc dixerit postquam fregit, an prius, non satis constat. Locum autem B. Pauli, Panis quem frangimus, &c. interpretatus est B. Chrysolomus de caelesti illo pane de quo Dominus. Panis què ego dabo caro mea est. Ait enim, Hunc panem siue corpus, Christus omnibus æqualiter dedit, hoc pro omnibus pariter fractum est, & æqua portione distributum, eo dicente, Accipite & manducate corpus, videlicet, quod, vt Theophylactus interpretatur, omnibus æquè dispartiens morti destinasset, & quod in cruce non est passus, hoc iam sustinet, cum propter nos frangitur. Os eius nullum est contritum. Nihil tamen incommodi est, si panis hic intelligatur ipsum sacramentum, hoc est panis species, sicut dum dicit, Quoniam vnus panis & vnus corpus omnes sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus, propter similitudinē, imò quia eadem qualitates hic sunt, secundum quas similitudo attenditur, quæ fuerunt in pane, qui in corpus Christi transit, atque etiam virtutes panis eadem. Diximus enim multis modis vnam rem appellari nominibus alterius, à qua tamen multum est diuersa. Et B. Augustinus ob similitudinem dicit sacramenta plerumque ipsarum rerum quas significant nomina accipere, sicut secundum quandam modum sacramentum corporis Christi, corpus Christi est, & sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est. Locum ex Actis desumptum veteres non referunt ad sacrā Eucharistiam. Nam Oecumenius in cõmentariis circa locum, Et frangetes iuxta domū panem: Domū dicit nunc templū, inquit, Dixit autem, Frangentes panem, vt tenuitas & simplicitas victus eorum appareat. Et glosa interlinearis interpretatur, In fractione panis siue communis, siue sancti. Et frangentes panem circa domos sanctum, inquit, vel corporalem. Et Nicolaus de Lyræ, Communicabant in fractione panis, inquit, tum quia quotidie communicabant, tum quia omnes sicut & cetera communia habebant. Item alio loco, Cum venissemus ad frangendum panem, inquit glosa, corporalem vel spirituale. Quod si intelligatur sacra Eucharistia nomine panis, hoc fit secundum regulas præcedentes, & vt dicit B. Augustinus, secundum tropum, quo sacramentum corporis, corpus nominatur, & species panis appellantur panis, quia eius, vt diximus, sunt similitudo, eiusque habent virtutem & efficaciam. Quæ loca simul & superiorem de fractione panis ex Paulo eruditè explicat Albanus Archidiaconus Ciceriensi Anglus. Verba autem Domini apud Marthæum, Non bibam ammōdo de hoc genimine vitis, vsq; in diem illum, cum illud bibam vobiscum in regno patris mei: in quibus præcipuum & ferè vnicum fundamentum sui erroris ponunt, magnam habent obscuritatem, vt doctæ Hedibia eorum intelligentiam quaesierit à B. Hierony. & eruditus Eucherius Episc. Lugdunensis inter quaestiones de scripturis difficiliores ea locauerit, & reuera latens videretur eorum intelligentia. Quæ autem in scripturis lucida sunt præiudicium ab obscuris locis, vt quidam rectissime dixit, pati non debent: habemus aut in lucido positum, Hoc est corpus meum. Cæterum omnis allegoriis quibus pulchre ac eleganter vtuntur sacri interpretes, dicamus simpliciter, quod sicut typicum agni esum, sic etiam potum Paschæ typicum negat se vltra gustaturū: vel illud rectè dici potest secundum normam & regulam scripturæ, quod res iuxta eam naturam, nõ quam iam habent, sed quam prius habuerunt, nonnunquam appellare solet. Atque hunc intellectum scripturarum circumstantia manifestè ostendunt. Vbi conuenit meminisse Marthæum & Marcum leuiter attingere vetus Pascha, & veluti sicco pede pertransire, nõ putantes opere præcipuum fore diutius morari, festinant ad nouum. Lucas autem qui post eos, vt historiæ tradunt, Euangelium suū conscripsit, vtrumq; accuratius distinxit, & quod illi sub obscure, hoc iste apertius posuit. Ait enim, Cū facta esset hora, discubuit & duodecim discipuli cum eo, & ait illis, Desidero desiderari hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit, Accipite & diuidite inter vos.

1. Corin. 10. Hom. 27. 1. Corin. 11.

Epist. 22. ad Bonifacium.

Cap. 2.

Aff. 10.

Lib. 2. catholice consuetudinis, fol. 6a 72. cap. 26.

Quæst. 2. ad Hedibiam.

Synobius in psal. 41. Smaragdus.

Cap. 22.

Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et hæc quidem de legali cœna hæctenus. Hinc de tremendo mysterio subdit, Accepro pane gratias egit, fregit, & dedit eis dicens, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnavit, dicens, Hic est calix novum testamentum in meo sanguine, qui pro vobis fundetur. Hic autem scriptus est, quod euangelista Matthæus à cœna Domini hanc sententiam apponit, Non bibam de hoc genimine vitis, unde effici voluit vinum etiam tum fuisse quod Christus dedit, perinde ac fuit illud quod in typica agni cœna inter eos diuidi iussit: sed Evangelistarum consensus nullo modo hoc permittit. Nam sanctus Lucas dicit Christum eadem sententiam dixisse, nõ de poculo Eucharistico, sed legali, quod vel intuitu in aperto est. Cùm igitur S. Lucas testetur Christum in cœna agni paschalis dixisse, Non bibam de generatione vitis: cumq; Matth. quod etiam illi volunt, affirmet Christum bibisse postea, cū suum corpus & sanguinẽ suis discipulis porrigebat. Subiecit enim, nõ bibam posthac de hoc genimine vitis, consequens est, vt iam non sit vitis naturalis fructus quem tum bibebat, & de quo Matth. loquitur, sed verus sanguis, licet eodem nomine secundum scripturæ morem appelletur, alioqui mendax Christum, quod absit. Si enim in cœna qua agrum iuxta legem obtulit, comeditq; palam testetur, quod Lucas affirmat, se non bibiturum de generatione vitis, donec regnum Dei veniat, & si postea cùm instituit nouæ legis nouum testamentum bibit, vt Matth. ait, liquet profecto non fuisse vinum quod tum bibebat, sed aliud, nempe sanguinem sub forma vini, id quod scriptura, si aduertatur, palam ostendit. Quapropter non segniter prætereunda sunt verba Evangelistarum. Sanctus enim Lucas de veteri testamento sic refert Saluatorem dixisse, Non bibam de genimine vitis absolutè. Matthæus autem vt quod in noue bibebat plurimum differre ostendat, aliter locutum attestatur, sic nimirum: Non bibam de hoc genimine vitis. Est enim hoc genimen seu generatio non cuiuslibet vitis, sed verè illius, inquam, vt Origenes interpretatur, quæ dicit, Ego sum vitis vera: Et est potio non cuiuslibet, sed vix illius, quæ, vt idem ait, missa in torcular passionis potum hunc protulit. Et proinde hoc verbo Dominus significauit longè aliud fuisse quàm quod in cœna legali dederat, nempe vt dixi, suum sanguinem, quem ipse, inquit B. Hieronymus, nobiscum bibit in regno ecclesiæ: Ipse coniuua & conuiuuium, ipse comedens & qui comeditur. Ex quibus constare potest quare hoc sacramentum panis appelletur, vel sacramentum panis. Nam in speciebus & forma panis nobis proponitur, & cõsecrationis eius materia est panis. Patet igitur quod hæc verba Domini, quibus aduersarii suam stabiliunt impietatem, solidum sunt catholicæ veritatis fundamentum, quod videlicet vinum non manet post cõsecrationem, sed conuertitur in sanguinem Christi.

Quæst. 2. ad
Hedibiam.

Calvinus.

Tantum dico sacramenti naturam hoc requirere, vt panis materialis pro visibili corporis signo remaneat. Est enim regula generalis in omnibus sacramentis signa quæ in ipsis videmus, debere aliquid similitudinis habere cum re spirituali quam representant. Vt igitur in baptismo certiores reddimus, animas nostras interius ablutas esse, cum aqua quæ corporis fordes abluat, eius rei testificanda causa effunditur, ita in cœna materialem panem esse necesse est, vt nobis restatut sit corpus Christi cibum nostrum esse. Quæ enim esset significatio, nobis id ab albedine significari? Aperte igitur cognoscimus omnem representationem quam Dominus, sese nostræ infirmitati ac commodare volens, dedit, interituram, nisi panis substantia remaneret.

Responsio.

Verè tantum hæc dicit Ioannes Calvinus sine scripturis, sine vllis patrum testimoniis imò contra ea, & contra apertissimas Conciliorum definitiones. Quis tam suæ salutis negligens, vt sic dicenti vllam adhibeat fidem, quod videlicet sacramenti natura requiratur, vt panis materialis pro visibili corporis signo remaneat. Sed est, inquit, regula generalis in omnibus sacramentis. Nec hanc quidem vlla probat scriptura, quæ & si vera esset in reliquis sacramentis, hic habet exceptionem. Magnum enim est discrimen huius sacramenti ab alia. Nam alia sacramenta ex verbo constant & elementum, atque ab his suam habent significationem: Hoc autem sacramentum nec elementum habet, nec verba ex quibus constet, licet eius cõsecratio & verba & materiam habeat sensibilem panem & vinum. Nam vt rectè dicit beatus Thomas, hoc sacramentum ab aliis differt in duobus, primò, quantum ad hoc quod perficitur in cõsecratione materie, & alia in vtu materie cõsecratur: & secundò, quia in aliis sacramentis cõsecratio materie consistit solum in quadam benedictione, sed in hoc sacramento cõsecratio materie consistit in miraculosa conuerfione substantiæ, quæ à solo Deo perfici potest, & quia forma debet esse rei conueniens, ideo, inquit, huius sacramenti forma etiã in duobus differt à formis aliorum sacramentorum: primò

Part. 3. q. 78.
art. 1.

primò quidem quia aliorum formæ important vsum materiæ, puta baptizationem vel cõsignationem, sed huius sacramenti forma importat solum cõsecrationem materiæ, quæ in transsubstantiatione consistit: secundò quia aliorum sacramentorum formæ profertur ex persona ministris, sed forma huius sacramenti profertur ex persona ipsius Christi loquentis, vt detur intelligi quod minister in eius perfectione nihil agit, nisi quod profert verba Christi. Magis igitur huius sacramenti natura hoc requirit, quod substantia panis maneat, cùm perficitur in cõsecratione panis, hoc est eius conuerfione in corpus Christi: Et esset contra sacramenti significationem, quia species non ducerent in verum Christi corpus per modum signi, sed magis in panis substantiam quam afficerent. Magna tamen est specierum similitudo cum re spirituali quam hic representant. Nam Analogia earum ad corpus Christi, & vnitatem ecclesiæ, quam orthodoxi statuunt, valde est appositæ: Earum namque fractio, diuisio & effusio, passio corporis & sanguinis effusio idonea sunt symbola, & quemadmodum sensus noster vero sapore dulciter mouetur, ita mens pia corporis Domini, quod iam præfens esse credit, indicibili quadam suauitate efficitur. Et sicut in aliis sacramentis similitudo & analogia à materia potissimum sumitur, ita & in sacra Eucharistia à materia sumitur non quidè permanente, sicut in reliquis sacramentis, sed in corpus Domini transeunte. Hanc Analogiam respiciunt & explicat doctores veteres. Nam sicut panis quem quotidie edimus in nostræ carnis substantiam naturaliter mutatur, ita eiusdem panis natura in corporis Christi substantiam mirabili Dei potentia transmutatur, & sicut communis ille panis solet alere corpora physice, sic vnus iste panis qui sub tegumentis est, nutrit hominem diuine. Eandem hanc Analogiam non obscure explicat Cyprianus, dum ait, Sicut panis cõmunis quem quotidie edimus, vita est corporis, ita panis iste super substantialis vita est animæ & sanitas mentis. Et alio loco de calice sic scribit: Quemadmodum vino isto communi mens soluitur, & anima relaxatur, & tristitia omnis exponitur, ita & potaro sanguine Domini & poculo saluari exponatur memoria veteris hominis, & fiat obliuio conuersationis pristinæ secularis, & mœstum peccus quod prius peccatis argentibus premebatur, diuina indulgentiæ læritia resoluatur, quod tunc demum potest lætificare in ecclesia Domini bibentem, si quod bibit, Dominicam teneat veritatem. Rectè itaque, etiam Cypriano auctore, hanc Analogiam fieri dicimus, cùm materia quæ est ante cõsecrationem, & in corpus Domini transit. Explicat quoque Chrysostomus istam Analogiam, sicut corporalis cibus, ait, cùm ventrem inuenierit aduersus humoribus occupatum amplius lacti, & nullum præstat auxilium, ita iste spiritualis cibus si aliquem repererit indignitate pollutum, magis eum perdet. Manifestum est igitur quod species habent representationem cum ratione substantiæ panis, cuius vnus tenet reliquæ, quæq; in eis secundum omnem virtutem, actionem & perfectionem manent, tum ratione sui. Representant enim corpus & sanguinẽ Christi verum cibum & potum animæ adesse, sicut prius aderat panis & vini substantia. Et sicut à sapore, vt diximus, Analogia ducitur, ita ab albedine, qua significatur corpus Christi candidum & immaculatum. Non igitur necesse est interire omnem significationem, si panis substantia dicatur secundum Conciliorum definitionem non manere, imò hoc ipsum naturæ sacramenti magis est conueniens. Plenius ista prosequitur Ioannes Calvinus in suo Antidoto contra determinationem facultatis theologiæ Parisiensis, vbi ait:

De cœna Domini.
Li. 2. epist. 3.

De proditiõne Iudæ.

Calvinus.
Responsio.

Natura Sacramenti est, vt sub visibili signo exhibeatur nobis inuisibilis veritas. Natura & ratio huius sacramenti requirit quidem signa visibilia, at non substantia visibilia, sed speciem duntaxat & formam substantiæ visibilis: non autem oportet quod illa sint veræ substantiæ panis & vini, vt sub illis corpus & sanguis Christi nobis exhibeantur, tum quod consistat Eucharistia in cõsecratione materiæ, panis videlicet & vini, tum quod species magis representarent panem & vinum si manerent quàm corpus Domini.

Iam verò si fallax fuerit signum, quid de re figurata sentendum nobis erit? Non fallax est signum. Verè enim significat adesse corpus Christi, panem qui de cælo descendit, & reuera etiam substantialiter adest. Nec sensus hic fallitur, qui propriè iudicat de per se sensibilibus: intellectus autem de substantiis quæ sub eis latent, & huc ab errore seruat fides catholica, quæ dicit substantiam panis hic transisse in corpus Domini.

Calvinus.
Responsio.

Hanc proportionem rei cum signo indicauit Paulus his verbis, Vnus panis vnum corpus omnes sumus, qui de pane vno participamus. Ergo vt ex cœna discamus cõmitem Christi esse animæ nostræ cibum, necesse est panem illic proponi, qui eius rei imaginem demonstret, sicut idem Paulus loquitur, Panis quæ frangimus, nõnne participatio corporis Domini est? Quod si tantum inanis species panis appareat, & non substantia, perire vis & efficacia sacramenti.

Calvinus.

responsio.

Diximus ex Cypriano & Chrysoſtomo proportionem non ſolum ſumendam eſſe à ſpecie panis & vini, ſed etiam ab his rebus, pane nimirum & vino. Et panis ille vnus, cuius participatio nos vnum corpus facit, non eſt triticeus, ſed panis ſuperſubſtantialis, de quo Dominus, Panis quem ego dabo caro mea eſt. Hic enim ſolus eſt qui facit nos vnum in Chriſto. Et docent nos, vt diximus, Cyprianus, & Chryſoſtomus, carnem Chriſti eſſe animæ noſtræ cibum ex Analogia quam ducunt à pane, qui in menſa Domini proponitur ante conſecrationem, & hunc demòſtrare huius imaginem. Et panem quem frangimus diximus poſt Chryſoſtomum & Theophylaſtum eſſe panem illum cæleſtem, & corpus Chriſti. Nihil igitur iſta Pauli ſententia commune habet cum pane viſitato quem quotidie edimus: nec iſtiſ hinc meminit Apoſt. Nec apparet hic inanis ſpecies panis, quam uis non ſubſit panis ſubſtantia, cum ei ſucceſſerit panis cæleſtis, & caro Chriſti quam realiter continet hic præſentem.

Caluinus.

Lib. 4. contra Valent.

Epist. ad Magnum.

Falsa est hæc citatio.

Ad monit.

Responsio.

Dist. 3. 4. lib.

Lib. 2. par. 8.

cap. 7.

2. par. dist. 18.

4. sentent.

In hunc quoque modum locuti ſunt ſancti patres, Irenæus, Quemadmodum qui eſt à terra panis percipiens uocationem Domini, non iam communis panis eſt, ſed Euchariftia ex duabus rebus conſtans, terrena & cæleſti, Et Canon Nicenæ ſynodi ſic habet, Ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem & poculum, ſed eleuata mente, fide conſideremus in ſancta illa menſa agnum Dei, Cyprianus, Quando Dominus corpus ſuum panem uocat de mulorum granorum adunatione congeſſum, populum noſtrum qui portat indicat adunatum. Et quando ſanguinem ſuum uinum appellat de botris atque acinis expreſſum, egerem item noſtrum ſignificat commixtione adunata multitudinis copulatum. Sic etiam Fulgentius ſacramentum panis & vini uocat. Denique ſicut ait Auguſt. Si ſacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum quas figurant non haberent, utique ſacramenta non eſſent. Unde & panem in Chriſti corpore ſanctificatum uocantur aliqui ex patribus.

Si in hunc modum quo locutus eſt Apoſt. Paulus, locuti ſunt omnes ſancti patres, vt dicit Caluinus, nihil ſanè conuerſioni panis in corpus Chriſti aduerſantur, cum B. Paulus, non de vulgari loquatur pane, ſed eo qui eſt corpus Chriſti. Non enim omnes de vno & eodem pane triticeo, vt diximus, participare poſſumus, & ſi poſſemus, ex eo non eſſemus vnus panis & vnū corpus. Nec hic panis eſt materialis, de quo dicit Apoſtoloſ Paulus, fideles vnus eſſe panem. Nam ſicut Magiſter ex eodem B. Auguſt. dicit, vnus panis & vnum corpus Eccleſia dicitur, propterea quòd ſicut vnus panis ex multis granis conſicitur, & vnum corpus ex multis membris componitur, ſic Eccleſia ex multis fidelibus charitate copulante conneſcitur. Hoc autem myſterium pacis & unitatis Chriſtus in ſua menſa conſecrauit. Qui ergo accipit hoc myſterium unitatis, & non tenet vinculum pacis, non accipit hoc myſterium pro ſe, ſed contra ſe: Cuius etiam ſacramentum eſt corpus Chriſti proprium de virgine ſumptum, quia vt corpus Chriſti ex multis membris puriſſimis & immaculatis conſtat, ita ſocietas eccleſiaſtica ex multis perſonis à criminali macula liberis conſiſtit. Et ſicut ex pluribus acinis uinum in vnum conſluit, ſic ex multis fidelium perſonis unitas conſtat Eccleſiaſtica. Vbi & declarat quòd ſpecies panis & vini ſunt ſacramentum tantum, & caro Chriſti quam de virgine traxit, & ſanguis quem pro nobis effudit, res hic contenta & ſignificata: res autem ſignificata & non contenta, unitas eccleſiæ in prædeſtinatis, uocatis, iuſtificatis, & glorificatis. Et ſimiliter venerabilis Hugo de ſacramentis plenius declarat, quòd ſpecies viſibiles panis & vini veram habeant rationem ſacramenti. Ait enim. Cùm vnum ſit ſacramentum, tria in eo diſcreta ponuntur, ſpecies videlicet viſibiles: & veritas corporis: & virtus gratiæ ſpiritualis. Aliud eſt enim viſibilis ſpecies quæ viſibiliter cernitur, aliud eſt veritas corporis & ſanguinis, quæ ſub viſibili ſpecie inuiſibiliter creditur, atque aliud gratiæ ſpiritualis, quæ cum corpore & ſanguine inuiſibiliter & ſpiritualiter percipitur. Quod enim videmus, ſpecies eſt panis & vini: quod autem ſub ſpecie illa credimus, verè corpus eſt & ſanguis Ieſu Chriſti, quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere. Nec per panem & uinum corpus & ſanguinem tantum ſignificari credimus, ſed ſub ſpecie panis & vini verum corpus & verum ſanguinem conſecrari ac contineri: & ſpeciem quidem viſibilem ſacramentum eſſe veri corporis & veri ſanguinis: corpus autem & ſanguinem ſacramentum eſſe gratiæ ſpiritualis. Et quemadmodum ſpecies illic cernitur, cuius res ſub ſubſtantia ibi eſſe non creditur, ſic res ibi veraciter & ſubſtantialiter præſens creditur, cuius ſpecies non videtur. Videtur enim ſpecies panis & vini, & ſubſtantia panis & vini non creditur, creditur autem ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti, & tamen ſpecies non cernitur. Lege & ea quæ ſequuntur. Et rationem ſacramenti ſpeciebus conuenire clare explicat Bonauentura. Si obijcias, inquit, quòd ſpecies non componitur nec reſcit. Dicendum quòd reſcunt idiomatica ſubſtantia quæ prius ibi fuit, & ratione illius ſunt ſigna conuenientia.

Atque

Atque beatus Thomas proponit argumentum: Panis & uinum aſſumuntur, in quantum ſignificant Eccleſiaſticam unitatem, prout vnus panis ſit ex multis granis, & uinum ex multis racemis, vt beatus Auguſtinus dicit libro de ſymbolo: ſed hoc pertinet ad ſubſtantiam panis & vini, ergo ſubſtantia panis & vini in hoc ſacramento remanet. Item, Inter Eccleſiæ ſacramenta debet eſſe conformitas: ſed in aliis ſacramentis ſubſtantia materiæ manet, ſicut in baptiſmo ſubſtantia aquæ, & in confirmatione ſubſtantia chriſmatis, ergo etiã in hoc ſacramento ſubſtantia panis & vini manet. Item dicit Ioannes Damascenus, Quia conſuetudo eſt hominibus comedere panem, & bibere uinum, coniugauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus & ſanguinem ſuum, atque ita panis communicationis non panis ſimplex eſt, ſed vnitus diuinitati: Sed coniugatio eſt rerum exiſtentium, ergo panis & uinū ſimul ſunt in hoc ſacramento, cum corpore & ſanguine Chriſti. Ecce argumenta Caluini. Reſpondet ad primã Thomæ, quòd ſpecies quæ in hoc ſacramento remanent, ſufficiunt ad ſignificationem huius ſacramenti. Nam per accidentia cognofcitur ratio ſubſtantia. Et in 4. ſentent. reſpondet, quòd ſpecies hic remanentes reſpresentant aliquo modo ſubſtantiam quam prius afficiebant, & per conſequens proprietates eius, & ita habent rationem ſignificandi per quandam ſimilitudinem, corpus Chriſti uerum & myſticum. Atque hoc ipſum eſt, quòd ſancti referunt ſignificationem huius ſacramenti ad materiam ex qua per cõſecrationem ſacra Euchariftia perficitur, cuius ſpecies, vt diximus, ſunt reliquiæ in quibus manet panis & vini ſubſtantia ſecundum uirtutem, efficaciam & perfectionem ac ſubſiſtentiam. Ad ſecundum reſpondet, quòd in aliis ſacramentis non eſt Chriſtus realiter, ſicut in hoc ſacramento, & ideo in illis manet ſubſtantia materiæ, non autem in iſto. Damascenum autem interpretatur quòd Deus coniugauit diuinitatem ſuam, id eſt diuinam uirtutem panis & uino, non vt remaneant in hoc ſacramento, ſed vt faciat inde corpus & ſanguinem ſuum. Vel intelligendū dicit quantum ad ſpecies quibus corpus Chriſti diuinitati vnitum modo ineffabili coniungitur. Nam certiffimum eſt Damascenum in eodem capite dicere panem conuerti in corpus Chriſti, & uinum in ſanguinem. Beatus Irenæus magis etiam probat hanc cõuerſionem & panis tranſitum in corpus Chriſti, in hac ipſa ſententia quã citat hic Caluinus, quã ei aduerſetur. Quemadmodum, inquit, qui eſt à terra panis percipiens uocationem vel inuocationem domini, non iam communis panis eſt, ſed ex Chriſti benedictione Euchariftia factus eſt, panis ſcilicet in quo plenitudo diuinitatis & gratiarum inhabitat etiam corporaliter. Quem ſenſum magis explicat dum dicit, quod eum qui ex creatura panis eſt accepit, & gratias egit dicens, Hoc eſt meum corpus, benedicens uidelicet ex eo quod erat panis, fecit ſuum corpus, & calicẽ ſimiliter, qui eſt ex ea creatura quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem conſeſſus eſt: & ſine dubio ex ea ſuum ſanguinem, vt dixit & conſeſſus eſt, etiam fecit. Ex quo non conſequitur quòd poſt conſecrationem panis maneat, quin potius quòd Chriſti uirtute & benedictione tranſiit in corpus eius, ſicut dicit Ioannes Damascenus, quòd panem & uinum fecit ſuum corpus & ſanguinem, dum dixit, hoc eſt corpus meum, ſuam his ipſis coniungendo diuinitatem. Porro Irenæus dicens Euchariftiam ex duabus rebus conſtare, terrena & cæleſti, non explicat quæ ſit hæc res terrena. Si intelligat panem & uinum, ex eis conſtat tanquam ex materia tranſeunte in corpus & ſanguinem domini, quæ ſub iſdem ſpeciebus & formis eis ſuccedunt. Conſtat tamen etiam ex ſpeciebus quæ ſunt res terrenæ, tanquam ſigno, & corpore & ſanguine Chriſti, qui eſt panis de cælo deſcendens. Similiter de Euchariftia loquitur Auguſtinus, vt citat Magiſter in ſentent. Conſicitur, inquit, ſacrificium Eccleſiæ duobus, ſacramento & re ſacramenti, hoc eſt corpore Chriſti & ſacramento, quia forma panis opera Chriſti caro ſumitur & tractatur: Et beatus Gregorius, Quis fidelium habere dubium poſſit in ipſa immolationis hora, ad ſacerdotis uocem, in illo Chriſti myſterio ſuma & ima ſociari, vnum quid ex inuiſibilibus atque uiſibilibus fieri: Vbi uiſibilia intelligit ſpecies panis & vini, quibus corpus & ſanguis Chriſti ineffabili modo vniuntur, vt ſint vnum ſacramentum, & in multis idiomatica ſibi mutuo cõmunicent. Quomodò autẽ hoc ſacramentum aliquando conſtare dicatur ex carne & ſanguine, aliquando ex ſpecie panis & vini: item ex ſpecie & uero corpore Chriſti, declarat ſanctus Bonauentura circa textum diſtinct. 10. Quod autem citat ex Cypriani epiftola ad Magnum, quòd Dominus corpus ſuum panem uocat (ſi tamen ita eſt) nec ipſe Caluinus intelligit proprie dictum, ſed ſecundum analogiam, ſicut diximus in ſuperioribus ex eius libello de cena Domini: & nos intelligimus, ſi intelligatur corpus Chriſti uerum, ſecundum tropum in ſcripturis uſitatum, vel quia ex pane conſectum eſt, vel quia formam & ſpeciem panis retinet.

Part. 3. que. 75. art. 2.

Li. 4. ca. 14.

Li. 4. c. 34.

collof. 2. ca. 32. eiusdem libri.

Dist. 10. 4. Lib. 4. dialo. gorum.

Lib. 4. ſenti. in fine.

aut similes habet effectus. Atque hæc analogia respicit corpus Christi mysticum, cuius unitas in hoc sacramento representatur mediante vero Christi corpore (vt docet Magister Sententiarum) quod est primum huius sacramenti significatum. Et vera est hæc analogia respectu specierum ratione substantiæ panis prout in eis manet, quæ etiam constant ex pluribus partibus.

Li. 4. dist. 8.

Rectè docet Canon Concilij Niceni, vt ad panem qui in altari proponitur, & similiter in poculum non nimis humiliter simus intenti, ne quasi in signo hæretes negligamus eius representationem, siue panis intelligatur qui consecrandus proponitur, & transit in corpus Christi, siue huius panis forma: sed vt mente, fide eleuata, consideremus in sancta illa mensa agnum Dei qui tollit peccata mundi, & non solum eundem agnum, in dextera patris assidentem. Mens enim eleuatur & sursum subuehitur in omni consideratione, quæ superat lumen rationis, & fit secundum fidei reuelationem. Nam Magi Christum in cunabulis adorantes, habebant mentem sursum eleuatam: similiter latro in cruce pendens, quando orabat. Memento mei cum veneris in regnum tuum. Et si Concilium in hoc Canone intelligat panem post consecrationem, sermo est figuratus, vt sub nomine panis significetur panis species. Nec mirum quod à Fulgentino dicitur sacramentum panis & vini, quando consecrationis materia est panis & vinum, sub quorum formis, Christi corpus & sanguis nobis proponuntur. Præterit hic Ioannes Caluinus Fragmentum de duabus naturis in Christo aduersus Eutychem & Nestorium, quod in Antidoto contra diuersas omnium ferè seculorum hæreses ascribitur Gelasio Episcopo Romano, in quo aperte dicitur, sacramenta quæ sumimus corporis & sanguinis Christi diuina res est, propter quod & per eadem diuina efficiuntur consortes nature, & tamen esse non desinit substantia vel natura panis vel vini, & certè imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebratur: Satis ergo nobis euidenter ostenditur, hoc nobis in ipso Christo Domino sentiendum quod in eius imagine profitemur, celebramus & sumus, vt in hæc scilicet diuina trãsent sancto spiritu perficiente substantia, permanente tamen in sua proprietate nature. In qua eius sententia aduersarij sibi serio triumphare videntur. Verisimile namque est Caluinum non latuisse probabilia esse argumenta, ob quæ falsa videtur hæc inscriptio. Nam nec Platina, nec abbas Trithemius huius operis vltimi vltimum meminerunt, sed tantum quinque librorum quos scripsit aduersus Eutychem & Nestorium. Et fragmentum dicit recentem esse altercationem de nostri Saluatoris deitate pariter & humanitate, super qua tamen ante plurimos annos tempore Leonis in Concilio Calcedonen. post legitimam disceptationem sententia fuerat pronũciata, & damnatus Eutychem & Nestorius. Nec (quod mirandum est) huius Concilij & damnationis meminit Fragmentum, sed solum in fine sententiæ patrum, cuius tamen Concilij autoritate libenter vitur in suis epist. Gelasius papa præcipue ad Faustum. Magis videtur esse Gennadii Mafiliensis. Ecclesiæ presbyteri, quem Abbas Trithemius dicit etiam scripsisse contra Eutychem, qui in multis errauit, prout patet legenti eius opus de viris illustribus. Et si diligenter expẽdamus eius sententiam, nõ aduersariã trãsubstantiationi, sed magis ei patrocinatur. Dicit quidẽ, quod nõ desinit substantia & natura panis & vini, natura, inq̃, extrema. hoc est proprietates & qualitates cũ dimensionibus panis & vini naturalibus, quæ vtiq; eorũ sunt natura. Quæ sensum & ipse explicare videtur, dum dicit panem & vinum in proprietate suæ nature permanere, nõ in suis substantiis, quas aperte dicit diuino spiritu perficiente in diuinam transire substantiam. De quo & aliorum quorundã veterum sententijs latius Albanus Cicestrien. Archidiaconus in catholica sua confutatione. Nec refert ad conuincendum errorem Eutychem, an maneat panis & vinum in Eucharistia secundum se, vel secundum suas proprietates. Nã hæresis eius erat, quod Christus dominus erat ex duabus naturis, diuina & humana, quasi ante vnionem distinctis, nõ aut post vnionem naturarum, cessante nimirum per eã earum inter se distinctione cũ suis proprietatibus & operationibus: Et ideo nõ ponebat in Christo nisi vnus nature proprietates, vnã voluntatem, vnã cognitionem & affectum. Si igitur nõ desinit substantia panis & vini secundum suas proprietates, virtutem & officia, quamuis nõ maneat substantia, efficax est contra Eutychem fragmenti huius demõstratio. Vbi notandum est, quod tam certa & indubitata erat eo tempore transubstantiatio (Nam ante concilium Calcedonen. scriptum esse videtur) vt ex ea aliæ hæreses conuincerentur: sicut superius diximus Tertullianum & Irenæum ex ea conuicisse Marcionem hæreticum. Et quantis ante definitionem ecclesiæ catholicæ veniale fortassis fuerit de hoc articulo disputare & errare, nunc tamen sententia per ecclesiam pronũciata grandis est impietas hæc transubstantiationem impugnare. Et mirum est quod non puerit Caluinum trans-

Fol. 108. li. 3.

transubstantiationem impugnare per dubias & obscuras patrum sententiã, quos nouit conuersionem panis in corpus Christi aliis locis clarè docere, & eos patres nobis obicere quibus ipse nullam tribuit auctoritatem, nullam fidem. Nos eos libenter recipimus, præponimus tamen censuram ecclesiæ, quæ spiritum & sensum sui sponserit habet, cui propterea etiam se & suas submiserunt sententiã. Nouerunt enim in ipsa esse tribunal ad quod quæstiones & dubia fidei referantur. Nam de B. Cypriano scribit Augustinus, quod quæstio de rebaptizandis his quos baptizauerant hæretici, nulla erat plenarij concilij definitione eliquata. Nos ipsi, inquit, aliquid tale asserere nõ auderemus (quod videlicet non sunt rebaptizandi) nisi vniuersæ Ecclesiæ cõcordissimã auctoritate firmati, cui & ipse Cyprianus sine dubio cederet, si iam illo tempore quæstionis huius veritas eliquata & declarata per plenarium concilium solidaretur, cuius certè concilij saluberrima in ecclesiã est auctoritas.

Lib. 8. contra Dosati. c. 4.

Cum igitur in toto hoc articulo clarissimas habeamus generalium conciliorum definitiones, magna est arrogantia, magna impietas, iterum de his disputare & impugnare ea, super quibus semel per ecclesiam est pronũciatum. Iterum iubet huc adducere sententiam religiosi Imperatoris Martiani, qui dicit impium esse & sacrilegum qui post Ecclesiæ & tot sacerdotum sententiam suæ opinioni aliquid tractandum relinquit (Loquitur enim de concilio Calcedonen.) Quid enim stabile & constans in nostra erit religione si semel iudicata & rectè disposita reuolui & publicè disputari permittantur?

Adorationem sacræ Eucharistiæ impugnât Caluinus argumentis quibusdam & rationibus, quas examinare conuenit quid habeant momenti & soliditatis. Ait autem: An res erat nullius momenti Deum hac forma adorare, vt nihil nobis præscriberetur, an cũ de vero Dei cultu ageretur, tanta lenitate fuerat tendendum, de quo nullum vsquam in scripturis verbum legatur? At si qua decet humilitate cogitationes omnes suas sub Dei verbo continuissent, auscultasset certe quod ipse dixit, Accipite & manducate, hinc mandato paruissent quo accipi sacramentum, non adorari iubet.

Caluinus. in instit. cap. 3.

Nobis in scripturis præscriptum est, vt dominum Deum nostrum adoremus, ei que seruiamus vbicumque inueniatur & conspiciatur, siue in sua maiestate dextræ patris assidens, siue iacens in præsepio, siue in cruce cum latronibus pendens, siue in sacra Eucharistia existens, in qua eum certa fide intuemur in suo corpore & sanguine, à quibus nunquam separatur. In nomine enim Iesu omne genu flexitur. Sicut igitur Deum in omni loco adoramus. Ait enim propheta quidam, Viuit Dominus in cuius conspectu sto, &c. ita & Christum dominum adorare oportet, eumque adorât sancti angeli etiam in sacra Eucharistia. Quia autem auscultamus quod ipse dixit, Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, Christum hic in corpore suo agnoscimus & cõstemur præsentem. Item quia auscultamus Augustino dicenti quod nemo rite corpus domini manducat, qui non prius adorauerit ipsum in sacra Eucharistia, adoramus priusquam manducemus. Et quantum hoc verbo, Accipite & manducate, & cæt. non iubeat nobis seipsum adorare, docet tamen corpus suum esse viuum & verum, & ita se dominum Deum nostrum reuera nobis adesse: de quo scriptura: adorent eum omnes angeli eius.

Responsio.

Psal. 98. circa versiculum. Adorate scabillum pedum eius.

Qui verè vt à Deo mandatum est sine adoratione accipiunt, securi sunt se à mandato Dei non desistere: qua securitate nihil melius est cum quid operis institimus.

Caluinus.

Ait Apostolus Paulus, quod qui indignè manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit, ex hoc solum quia nõ iudicat esse corpus domini quod accipit: Qui autem iudicat dominum suum illic adesse, eumq; ad suum venire hospitium aduertit, & cum reuerentia atque deuoto animo ipsum suscipit, veneratur & adorât. Nam b. Ambrosius hunc locum Apostoli exponens, Deuoto, inquit, animo & cum timore accedendum ad communionem docet, vt sciat mens reuerentiam se debere ei ad cuius corpus summedum accedit. Hoc enim apud se debet iudicare, quia dominus est cuius in mysterio sanguinem potat. Pestilens igitur est hæc doctrina quod securi sint, nec à mandato Dei desistant, qui sine adoratione accedunt & comedunt. Oportet enim, vt ex Augustino citauimus, non solum dominum, sed & ipsam carnem domini prius adorare, quam eam manducemus, Et à mandato Dei, hoc scilicet, Dominum Deum tuum adorabis, & cæt. desistat, qui ei in sacra Eucharistia adorationem negat.

Responsio.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

Habent Apostolorum exemplum quos non legitimus prostratos adorasse, sed vt erant discumbentes accipisse & manducasse. Habent Apostolica ecclesiæ usum, vbi fideles nõ in adoratione sed in fractione panis communicasse à Luca narratur. Habent Apostolicam doctrinam, qua Paulus Corinthiorum ecclesiam instruit professus se à domino accepisse quod tradebat.

Caluinus.

Nec

Responsio.

Nec legitimus Apostolos toto peregrinationis suæ tempore Christum prostratos adorasse, quomodo in præsepio eum adorauerunt Magi. Quid igitur mirandum quod in sacramenti huius exhibitione ante ipsum non prosternebantur? Non tam stupidi erant Apostoli, vt cum Christum ipsum coram cernebant mensa absidentem, eo relicto adorarent sacramentum, & in Sacramento eius corpus. Sufficiebat reuerentia quod verbo domini credentes, ipsius corpus & sanguinem ea honoris delatione prosequerentur, qua domini sui corpus & sanguinem suscipere cõueniebat. Nam corporis & sanguinis consideratione, quorum dominus meminit, nõ conueniebat exhibere cultum quo Deo soli seruimus, sicut superius post Augustinum & Damascenum doctumus; præcipuus autem

In Eucharistia.

Cap. 3.

in Eucharistia corpori & sanguini debita est, vt agnoscatur verè adesse corpus & sanguis Christi, atque in ea efficacia, vt comedens ex ea viuat in æternum. Nec articulus habet quod prostrati sacramentum suscipere debeamus, sed quod recedat à nobis adoratur signo externo pro conditione loci, temporis & qualitatis personarum, & hominum cum quibus conuersamur consuetudine. Nam cum defertur ad infirmos genua flectimus si nullum sit impedimentum: in plateis autem immundis detegimus caput cum aliquo alio reuerentiæ signo. Si infirmi per plateas portamur, si curru vehimur, signum ostendimus reuerentiæ, quod patitur conditio temporis, loci, & personæ: Item decumbentibus aut sedentibus infirmis istud sacramentum ministramus, præstita reuerentia quam possunt: Et sacerdotes in missa consecrant & sumunt stantes. Nullum igitur sumitur argumentum ex eo, quod Apostoli discumbentes corpus & sanguinem domini sumperunt, qui familiariter cum eo ex cõsuetudine loquebatur sine singulari aliqua externa reuerentia.

Indubitata est sententia Beati Augustini quam semper secuta est ecclesia Christi, neminem illam carnem dignè manducare, nisi illam prius adorauerit, interna saltem adoratione quæ fit fide, spe & charitate, huiusque cultus testimonium, quod conditio & qualitas personæ & loci patitur pro cõsuetudine ecclesiæ in qua viuunt ostenderit. Atque uterque hic cultus est iussus à domino in primo decalogi præcepto, quod cum affirmatiuum sit, non pro omni tempore obligat. Non enim semper præsentem venerabili sacramento Christum in eo actu adorare, eiusque corpus venerari oportet, sicut nec Deum semper nobis & vbique præsentem, sed vnumquodque opus, suum tempus suamque habet oportunitatem: pro eo tamen tempore quo sacra Eucharistia suscipitur, diiudicare oportet in ea adesse corpus domini, ipsumque venerari & adorare. Varia namque fuit consuetudo ecclesiæ in cultu huius sacramenti externo. Nam tempore Cypriani manibus accipiebant ipsam Eucharistiam communicaturi, quæ nunc magna esset impietas, olim ministrabatur infantibus, quod modò grãde esset piaculum. Plurimùm igitur refert, quis cultus exhibeatur sacre Eucharistiæ pro tempore & loco in quibus versamur. Euangelicùm præceptum est diiudicare corpus domini, & dominum in suo corpore adesse, eumque debita cum reuerentia accedere atque suscipere: Quo cultu corpus & sanguinem domini, atque in his ipsum dominum venerabantur Apostoli, quauis in mensa vnà cum ipso domino discumbentes, & hi quos beatus Lucas in Actis narrat communicasse in fractione panis. De his namque refert quod erant perseverantes in doctrina Apostolorum & fractione panis, & in orationibus. Et sicut dubiũ non est quin inter precandum se gesserint reuerenter, & doctrinam Apostolorum cum reuerentia audiebant, ita nõ est dubitandum quin sacramentum istud ab Apostolis distributum cum reuerentia acceperint. Talem autem cultum externum veri Christiani sacramento exhibent, ad quale spiritus Christi, & interior reuerentia eos inclinat: inclinabat autem Magos vt ante Iesum in stabulo primum se prosternerent & eum adorarent, deinde surgentes eundem munerum oblatione venerarent. Hoc modo hisque ceremoniis non leguntur Maria & Ioseph, imò nec Apostoli eum adorasse, agnoscebat tamen Petrus Christum esse filium Dei viuum, & reuerentiam foris exhibebat cognitioni illi respondentem, & similiter ceteri Apostoli, Maria & Ioseph. Illi enim venerabantur eum vt dominum sequendo, eiusque mandatis obsequendo, Maria & Ioseph eidem in præsepio tanquam Dei filio pro hominibus incarnato, & pro ipsius morituro, seruendo. Non oportebat Apostolos aliis care moniis Christum venerari in sacramento, quam eundem venerabantur mensa absidentem. Certè infirma sunt hæc argumenta quibus negatiue arguitur. Non legitimus prostratos adorasse Apostolos: Christus accipit sacramentum, non adorari iubet, ergo &c. Sed solidis argumentis & scripturis stabilire oporteret doctrinam, quam quis contra Ecclesiam catholicam statuere conatur. Nam & Apostolo Paulo obici posset, Quid tu

Cap. 6.

mandas

mandas vt probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, vtque diiudicet corpus Domini qui ipsum sumit, cum Dominus horum non meminerit, sed simpliciter dixerit, Edite & bibite in meam commemorationem. Cui ipse responderet hæc in eo includi, quod corpus & sanguis Domini est quod porrigitur, & ideo necessarium esse vt probet se homo atque diiudicet hoc corpus. Ad hunc modum & nos respondemus. Quia corpus Christi nobis porrigitur, cum reuerentia & veneratione ipsum suscipere oportet.

Nam vt Christum illicite apprehendant pie anime, in calum erigantur necesse est. Quod si hoc sacramenti officium est mentem hominis infirmam aliqui adiuuare, vt ad percipiendam spiritualium mysteriorum altitudinem rursum assurgant, qui in signo externo detinentur, à recta quæcunque Christi via aberrant. Quid ergo superstitiosum esse cultum negabimus cum se homines coram pane prosternerent, vt Christum illic adorerent? Hinc modo proculdubio obuiare voluit Nicæna synodus cum verum nos humiliter attentos esse ad proposita Symbola.

Sacramenti huius officium est vt hic representet Christum præsentem, & memoriam ingerat mortis & passionis eius, & proprie quod adsit panis viuus qui de cælo descendit, caro, inquam, viuificatrix. Horum meditatione cor sursum assurgit, & spiritualia hæc mysteria apprehendit: Nec in signo detinetur qui in his mysterijs recogitandis totum se occupat, & in recta quærendi Christi via se continet. Nec se coram pane prosternerit homines, sed coram sacramento, vt Christum in eo adorent, in quo vera consistit Christiana religio: Nec magis hic locum habet superstitio quam in adoratione Magorum coram Christo in stabulo manente. Et Concilium Nicænum mandat nos attentos esse & venerari agnum Dei in sacra mensa iacentem, & magis memores esse mortis eius, quam sessionis ad dexteram patris.

Nec alia causa institutum dicitur, vt ante consecrationem populus alia voce admoneretur habere sursum corda.

Populus ante consecrationem admonetur vt cor sursum habeat, sed ad dominum, & statim additur, Benedictus qui venit in nomine domini Osanna in excelsis, vbi admonetur à domino aduenturo in altissimis & excelsis donis spiritus saluari. Et cor sursum erigitur, quando dominum pro nobis mortuum meditatur, cuius memoriale est hoc sacramentum. Nam B. Augustinus tractans locum Apostoli, Quæ sursum sunt quærite, Hortatur, inquit, Apostolus, nõ quæ sursum sunt loco, sed excellentia & dignitate quærere. De quo & B. Bernardus in fine libri de præcepto & dispensatione.

Quid enim est idolatria si hoc non est dona pro datore ipso colere? Vbi dupliciter peccatum est. Nam & honor Deo captus ad creatum am rraductus est, & ipse etiam in polluto ac profanato suo beneficio in-honoratus, dum ex sancto eius sacramento factum est execrabile idolum. Nos e conuerso ne in eandem incidamus fontem, aures, oculos, corda, mentes, linguas penitus desquamus in sacra Dei doctrina. Est enim ea spiritus sancti optimi magistris schola in qua se proficiunt, vt nihil sit aliud descendendum, ignorandum verò libenter quicquid in ea non docetur.

Sacramentarius est Ioannes Calvinus, qui nec Christum, nec eius corpus & sanguinem substantialiter credit adesse in sacramento. Quare nihil mirandum quod hanc scribam blasphemiam, & iudicet idolatras esse, qui Christum in sacra Eucharistia adorant. Non enim vt ipse fingit & calumniatur, dona Dei in ea colimus, sed Christum ipsum omnium bonorum datorem: non creaturam, sed omnium creaturarum creatorem. Magis mirandum de iis qui cum Christum substantialiter in Eucharistia esse doceant, eum hic non adorant. Nos credimus verbo Christi qui dixit, Hoc est corpus meum: Et, Hic est sanguis meus, & ideo ipsum colimus, & ipsi soli in Eucharistia seruimus, sicut eum in stabulo coluerunt Magi, & ei semper seruiunt in cælis beati spiritus. Ex hoc errore nec Ioannes Calvinus, nec alij qui in solo vsu sacramenti, corpus & sanguinem Christi adesse putant, patiuntur sacramentum Eucharistiam circumferri, cum Christus in ea adorari non possit. Diximus autem multas esse iustissimas causas, ob quas eam in processibus circumferri conuenit, sicut in missa eleuatur & ostenditur. Sanctè enim & cum magno fructu circumfertur, vt patri suo presentetur (sicut in cælo se semper vultui patris pro nobis presentat ad interpellandum perpetuò pro nobis) vt propter filium suum nostri miseretur: deinde vt in nobis renouetur mortis quam pro nobis sustinuit memoria: item, vt eum oremus quod nostri miseretur, & nobis det pacem, id quod ab ipso qui est verè agnus Dei pro nobis immolatus, in Missa petimus. Quia autem hæc omnia Ioannes Oecolampadius ad euertendum hoc sacrosanctum sacramentum obicit & proponit in pestilentissimo suo libello quem inscribit de genuina verborum domini, Hoc est corpus meum, expositione, & plenissimè ei respondet Christi martyr reuerens dis. Episcopus Rossensis, ad quem

ad quem lectorem remittimus, potissimum lib. 1. cap. 19. & 20. & li. 3. ca. 4. & 5. ideo ad prolixiore tractatione argumentorum, quæ sacro sanctæ Eucharistiæ hostes & aduersarij obiiciunt, super sedemus. Eorum etiam obiectionibus diligenter respondet superius nominati Episcopi T onstallus & Vintonien. & Albanus Archidiaconus, Angeli. Item Thomas VValden. tomo de sacramentis. In confirmatione tamen eorum quæ diximus de adoratione & circumlatione sacre Eucharistiæ adducam doctrinam Concilij Tridentini aduersus errores huius nostri seculi, de cultu & ueneratione sanctissimi huius sacramenti, quod post definitionem de conuersione totius substantiæ panis, in substantiam corporis Christi, & totius substantiæ uini in sanguinem sic habet. Nullus itaq; dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles more in catholica Ecclesia semper recepto patriæ cultum, qui uero Deo debetur, huic sanctissimo sacramento in ueneratione adhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit à Christo domino ut sumatur institutum. Nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem pater æternus introducens in orbem terrarum dicit, Et adoræt eum omnes angeli eius, & quem Magi procidentibus adorauerunt, quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse testatur. Declarat præterea sancta Synodus piè ac religiose admodum in Dei Ecclesia inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodâ & festo die præcellum hoc & uenerabile sacramentum singulari ueneratione ac solennitate celebraretur, atq; in processionibus reuerenter & honorificè illud per uias & loca publica circumferretur. Aequissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rata quadâ significatione gratos & memores tententur animos, erga communem Dominum & redemptorem, pro tam ineffabili & planè diuino beneficio, cum mortis eius uictoria & triumphus representatur: ac sic quidem oportuit uictoricam ueritatem de mendacio & hæresi triumphum agere, ut eius aduersarij in conspectu tantî splendoris, & in tanta uniuersæ Ecclesiæ lætitiâ positi, uel debilitati & fracti tabescant, uel pudore affecti & confusi aliquando respiciant. Et in Canonè eiusdem concilij dicitur Anathema aduersus aliud docentes. Habet enim. Si quis dixerit in sancto Eucharistiæ sacramento Christum unigenitum Dei filium non esse cultu patriæ etiam externo adorandum, atque ideo nec festiua peculiari celebritate uenerandum, neq; in processionibus secundum laudabilem & uniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum & consuetudinem, solenniter circumgestandum, uel non publicè ut adoretur populo proponendum, & eius adoratores esse, idololatras, Anathema sit.

Finis Articuli Decimi quarti.

Articulus Decimus Quintus.

Non est laicis necessaria ad salutem communio sub utraque specie, insistitque de causis ab ecclesia sancitum est, ut illis sub una tantum panis specie Sacramentum communicetur, in quo carnis & sanguinem, atque ita totum Christum sub una specie sumunt.



I Laicis ad salutem necessaria esset communio sub utraque specie, necessitas huiusmodi communionis nasceretur ab effectu sacre Eucharistiæ sub utraque specie, uel ex Christi præcepto, aut institutione, uel ex eius factò aut exemplo. Ab effectu autem huiusmodi communionis, nulla eius nascitur necessitas, quomodo paruulis ad salutem necessarius est baptismus. Nam saluos nos facit dominus per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos a-

bundè, ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æternæ. Et, qui crederit & baptizatus fuerit, saluus erit. Quod si dicatur, Baptismus & regeneratio per se quidem saluant, & sufficiunt cõtinuo transituris, ut dicit de Confirmatione Melchisedes papa, non autem ad prælia huius mundi referuandis, quos armat & instruit Confirmatio: Ita f. Eucharistia diu uicturis quasi uerus animæ cibus & potus, sine quibus uita consistere non potest, est necessaria, sicut nõ diu subsistere potest sine cibo & potu uita corporalis: Propter quod dominus Saluator, Nisi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Cui respõdetur, quod Christus, qui sub utraq; specie totus in sacra Eucharistia sumitur, ut cibus est ita & potus: & sitim æquè atq; famè sedat, & abundè sufficit ad uitam animæ. Ipse enim ait, Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me non esuriat, & qui credit in me non sitiet in æternum. Ego sum panis uitus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo caro mea est, quam dabo pro mundi uita. Qui manducat

hunc panem uiuet in æternum. Eundem itaque effectum & refectionè sumptus hic panis in anima operatur, quem sanguis Christi si simul biberetur efficeret. Idem namque re ipsa est animam esurire & sitire, idem est & cibus spiritualis & potus. Ait enim Saluator, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã. Itè Sapiens in persona sapientiæ, Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitiunt. In me gratia omnis uitæ & ueritatis, in me omnis spes uitæ & uirtutis. & ideo B. Augustinus circa uerbum Saluatoris, Qui uenit ad me non esuriat, & qui credit in me non sitiet. Qui uenit ad me, hoc est quod ait, Et qui credit in me. Et quod dixit, Non esuriat, hoc intelligendum est, & non sitiet unquam: Vtroque illo significatur illa æterna facietas, ubi nulla est ægestas. Et patres ueteris testamenti sine hoc sacramento uiuebant & Deo placebant. Iustus enim ex fide uiuit, & fide

Deo placebant uniuersi, de quibus Apostolus Paulus in epistola ad Hæb. Hoc igitur sacramentum, ex effectu, non est simpliciter ad salutem necessarium, sicut nec baptismus nisi paruulis. Non igitur hac ratione laicis necessaria est communio sub utraque specie, imò nec sub altera. Nec ullum est præceptum Euangelij de huiusmodi communionem. Nam in huius sacramenti institutione nec apud beatum Paulum, nec apud Euangelistas, Christus post institutionem meminit usus sacramenti, qui in manducado & bibendo consistit. Consecrat quidem istud sacramentum sub utraque specie, materiam & formã eius ordinar, & sub utraque specie Apostolis dispensat, dicens, Accipite & manducate, Accipite & bibite ex hoc omnes. Sed post institutionem quã fecit dicendo, Hoc facite in meã commemorationem, nullum præceptum, imò nulla communionis fit mentio. Et Apostolis solis qui in mensa erant præsentibus locutus est & dixit, Accipite, manducate & bibite. Addit enim statim eos quibus loquebatur ab aliis ueluti distinguens, Qui pro uobis & pro multis effunderetur: Et dicens, Hoc facite, & car. in sua mortis memoriã sacramentũ & sacrificium instituit usq; ad seculi consummationem in Ecclesia frequentandum, ut diximus ex Chryso. & Damasc. sed non usum præcepit. Dixit enim Deus in principio, inquit Damascenus, Producat terra herbam uirentem, & usque nunc pluuia facta producit germina, diuino adiuta & uigorata præcepto. Itaque dixit Christus, Hoc est corpus meũ: & hic meus est sanguis: hoc facite in meã commemorationem, & omnipotenti eius præcepto donec ueniat efficitur. Nã consecrado fecit quidẽ ex pane et uino corpus &

x sang ui-

sanguinem suum, & sacrificauit, non autem hoc faciendo proprie sacramentum vel sacrificium perpetuo duraturum instituit, sed dicendo, Hoc facite in meam commemorationem. Nisi enim hoc addidisset quod Apostolus interpretatur, Donec veniam, non haberet Ecclesia sacrosanctum istud sacramentum atque sacrificiū, nec in ea esset ipsum consecrandi & offerendi potestas. Nam sacramenti institutio requirit diuinam ordinationem de ipso administrando & cōficiendo, tēpore futuro. Hęc igitur verba, Hoc facite, & cetera, non disponunt de huius sacramenti esu vel potu, vel modo vtendi, consecrandi, vel distribuendi, sed solum de eius substantia & ministro. Facta est autem eius institutio sub vtraque specie, vt expressior sit representatio mortis Christi, & quia in hoc sacramento perfecta significatur resectio animæ, cibi & potus habens efficaciam. Nā species panis solum significant corpus pro nobis in cruce oblatum, cum iam esset exanguis, & species vini, sanguinem effusum, & quasi à corpore separatum. Quapropter non est perfecta oblatio sacramentalis quæ mortis Christi imaginē plenē referat, nisi fiat sub vtraque specie. Sed non est facta sub vtraque specie institutio, vt Christi fideles eo vtentur, corpus sub specie panis edendo, & sanguinem sub specie vini bibendo, quod & ipsa Domini verba testantur, Hoc facite in meam commemorationem. Hoc ipsum scilicet, vt sepe diximus, quod ego feci: Christus ipse est, inquit Chryost. qui proposita de consecratione mensæ Domini corpus suum facit & sanguinem, & nunc sacerdotis ore proferuntur eadem verba, Hoc est corpus meū, & Dei virtute consecrantur. Hoc autē discriminis est, quod Christus sua virtute, nos autē eius virtute & gratia. Et ideo Cypria. interpretatur, Hoc facite, sacrificate & offerre. Nā si Iesus Christus summus sacerdos Dei patris, inquit, & sacrificiū Deo patri primus obtulit, & hoc fieri in sui cōmemorationē iussit, utiq; ille sacerdos vice Dei fungitur, qui id quod Christus fecit imitatur, & sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre secundū quod ipsum Christum videt obtulisse. Est igitur sacra Eucharistia instituta ac data nobis, vt habeamus sacrificiū quo simus memores victimæ & oblationis factæ in cruce, cuius, secundum Apostolum, ipsum est memorialis: Nulla autem sit hic dispositio de edendo corpore & bibendo sanguine. Nam, vt diximus, facere, distinguitur hic contra sacramenti vsum, dum ait Apostolus, Hoc facite quotiescunque bibetis in meā commemorationē, sicut panes propositionis parabantur in oblationem in mensa domini, & agnus paschalis ad immolationē, & postea panes oblatis atque agnus immolatus manducabantur: Hoc ordine & forma sacram Eucharistiam cadere in vsum fidelium testatur Apostolus Paulus, comparans participationem corporis & sanguinis domini de mensa eius, cum his quæ secundum legem immolabantur, & immolata fuerant idolis, Nolo, inquit, vos focios fieri dæmoniorum, quia non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum: non potestis mensæ domini participes esse & mensæ dæmoniorū. De quo plura docebit articulus sequens. Et cōcorditer hoc scribunt patres, quod primaria ratio institutionis sacre Eucharistia ea est, vt sacrificiū haberemus quod Deo patri offeratur. Quod autē cibis sit & potus, hoc est corpus edatur, & sanguine bibamus, finis est institutionis sequens alterū primariū. Nā sacrificiū oblatū, tēpore legis in vsum cedebat sacerdotis, & aliquando etiā offerentiū, & legis erat dispositio, quæ pars in vsum sacerdotis cederet & ministrorū, quæ in vsum offerentiū. Sanguis semper effundebatur, & in nullius vsum veniebat. Nam lege prohibitus erat esus sanguinis, nec vnquam liquida veniebant in aliorum quàm ipsorum ministrorū vsum: Similiter hic dicendū de sacra Eucharistia, quod prius oblata ex Christi institutione in aliorum, sacerdotis scilicet & assistentium vsum venit. Sed quid in sacerdotis, quid in aliorum veniat vsum, nihil Christus definiuit, quod tamen in lege Moyfi ipse præcipit. Et ideo hoc liberum reliquit & disponendū arbitrio & prudentiæ pastorum, quos mensæ suæ præposuit, sicut etiam eis reliquit, quo tempore, quo loco, in pane azymo aut fermentato, quibus item ritibus ministraretur & consecraretur: Quemadmodum tēpore legis Moyfi fuisse hoc per sacerdotes disponendū, nisi per legē Deus ista ordinasset. Et eo tēpore offerētes, edere poterant partē oblationis sibi lege dispositam, non tamen tenebantur, imō nec poterant, si immunditia aliqua, vel alia causa legitima impediuisset. Hic autem quia nihil à Christo (vt diximus) dispositū est, qua parte sacramenti uti debeat sacerdos, & qua assistentes, an sacramento corporis sub specie panis, an potius sacramento sanguinis sub specie vini, an sub vtraque specie. Idem hæc omnia libera relicta sunt disponenda pro varia temporum, locorum, ac personarum conditione. Non enim hæc circumstantiarum diuersitas vniformem patitur sacramenti dispensationem & vsum. Præpositi autem Ecclesiæ considerare debent, quid requirat honor Dei, reuerentia huius

De propositio-
ne inde.Epi. ad Ce-
ciliam.

1. Cor. 10.

huius sacrosancti sacramenti & fidelium in virtutibus ædificatio. Nam tempore legis aliæ erant ordinationes de offerendis sacrificijs, aliæ de iisdem vtendis. Quam doctrinam tradit b. Augustinus interrogatus à Ianuario, Quidā enim eo tēpore vrgebant, vt post cenā offerretur sacrificium Eucharistia, & exemplo Christi cœnatis dispenseretur. Ait itaque August. Non ideo putari debet institutū esse multis locis vt illo die post refectionem offerretur, quia scriptum est, Calicem accipiens post cenam, dicens, & cetera. Ipsam enim appellare potuit cenam, qui iam corpus acceperant, vt deinde calicem acciperent. Apostolus namque alibi dicit, Conuenientibus vobis in vnum non est dominicam cenam manducare: Hanc ipsam acceptionem Eucharistia dominicam cenam vocans. Illud magis mouere potuit homines, vtrū iam resecti die illa vel offerent vel sumerent Eucharistiam, quod in Euangelio dicitur, Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panē & benedixit, cum etiā superius dixisset, Cum sero factum esset recubebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit, quoniam vnus ex vobis me tradet. Post enim tradidit sacramentum. Et liquido apparet, quoniam primū acceperunt discipuli corpus & sanguinem Domini, non eos accepisse ieiunos. Nunquid propterea calumniandum est vniuersæ Ecclesiæ, quod à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, vt in honorem tanti sacramenti, in os Christiani prius dominici corpus intraret, quàm exteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbē mos iste seruat. Neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea transiit aut cœnati fratres ad illud sacramentum conuenire debent, aut sicut faciebant quos Apostolus arguit & emendat, mensis suis ista miscere. Nam Saluator quō vehementius commēdaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit cordibus & memoriæ discipulorū inculpare, à quibus per passionē digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolis per quos ecclesiæ dispositurus erat, hunc locum seruaret. Nam si hoc ille monuisset vt post cibos alios semper acciperetur, credo quod nemo morem illum variasset. Cum verò ait Apostolus, de hoc sacramento loquens, propter quod fratres cum cōuenitis ad manducandū inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, vt non ad iudiciū conueniatis: statim subtextit dicens, Cetera cum venero ordinabo. Vnde intelligi datur (quia multum erat vt in Epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem seruat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse) quod nulla morum diuersitate variatur. Quod autem hic dicit beatus Augustinus quod ex ordinatione Apostoli & obseruatione totius ecclesiæ à ieiunis ritē sumatur sacra Eucharistia, quamuis Apostoli nō ieiunī à Christo acceperint, quia de eo nihil disposuerat dominus, idem docendum est de vniuersis circumstantiis, loco, tempore, ceterisque qualitatibus personarū communicantium & consecrantium de vtraque specie, vel altera tantū, de azymo pane & fermentato, de quibus Christus nihil disposuit: sed præpositorum per quos suā gubernat ecclesiam reliquit arbitrio atque iudicio. Nec ideo calumniandum quod Ecclesia nunc variat ab ea forma dispensationis quā seruauit Christus in nouissima cœna apud Apostolos, quā nec ipse, nec Apostoli semper seruaerunt. Ex institutione igitur huius sacramenti nulla est necessitas sub vtraque specie communicandi, nec Christi exemplum in isto imitari oportet, quia de sumptione sacramenti vel sub vna, vel sub vtraque specie nihil disposuit, & speciales habebat causas, vt docet Augustinus, ob quas sub vtraque specie post cenam & non ieiunis sacramentum istud ministrant: Inter quas vna est, quod eos iam mensæ huius creabat præpositos, quos discere conueniebat quomodo ipsi mensam hanc præpararent & dispenserent. Item quia singulare dilectionis argumentum eis exhibere voluit, sanguine suo & carne eos pascebat. Certum namque est, multas fuisse huius dispensationis circumstantias, quæ postea in Ecclesia catholica ab Apostolorum tēporibus nunquā fuerunt obseruatae. Nam post lotionem pedum & cenā agni paschalis diuisit & fregit panem, & azymum panem, hunc in patina exhibuit, & in calice sanguinem, quæ in Ecclesia non fuerunt seruata. Christus itaque in duabus speciebus sacram instituit Eucharistiam, & sic etiam dispensauit, sed non iussit vt sic omnibus traderetur, nec quando instituit, sicut ex verbis cœnæ dominicæ ostendimus, nec in Euangelio Ioannis. Nam totum cap. Ioan. 6. & sententia, nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, & cetera. simpliciter & absolute loquuntur de esu carnis & potu sanguinis, nulla panis tritice aut vini facta mentione. Quod autem Dominus in genere & in determinate loquitur, non est nostrum restringere ad manducationem spiritualem tantum, nec determinare ad sacramentalem. Et ideo hoc caput intelligendum est, vt vtranque manducationem & potationem complectatur, sed quod perfectius manducamus & bibimus eō consummatior

Epi. 18. ad 16
narium.

1. Cor. 11.

Loco vt su-
pra.

est huius cibi atque potus operatio: Sumuntur autem hæc perfectissimè, quando fide per dilectionem operante vera & reali præsentia corporis & sanguinis sacra suscipitur Eucharistia. Sed quia veteres spectant plenam & perfectam carnis domini manducationem, & sanguinis potum, accommodant verba Saluatoris maximè ab eo loco, Panis quem ego dabo caro mea est, & cætera, ad manducationem & potum sacramentalem, modò tamen fiant ex fide per dilectionem operante. Apertè enim testatur Chryostomus & Cyrillus, quòd per venas nostras sanguis Christi diffunditur. Cùm igitur libertas communicandi vel sub vtraque vel sub altera tantùm specie, tã sub specie vini quàm panis, relicta sit Ecclesiæ, ipsa pro temporum & necessitatum ratione & oportunitate vsa est hæc sibi data libertate, sicut & Apostoli, & deinde Ecclesiarum præpositi, exemplo Apostoli Pauli (qui multa de sacra Eucharistia apud Corinthios ordinavit, & alias se dispositurum pollicetur, dum ait, Cætera cùm venero disponam) sibi concessam vsurparunt in hac re potestatem, sicut docet August. epistola ad Ianuarium. Vnde valde varius fuit vsus huius sacramenti in Ecclesiâ. Nam & Christus dominus duobus discipulis in Emmaus corpus suum dedit sub specie panis tantùm. Post porrectum enim panem statim ab oculis eorum euauit: De quo Augustinus, Non incongruèter, inquit, accipimus hoc impedimentum in oculis duorum discipulorum à Sathana factum fuisse ne agnosceretur Iesus, & à Christo facta est permissio vsq; ad sacramentum panis, vt vnitate corporis vsus participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici. Et Theophylactus, Insinuatur quòd oculi eorum qui benedictum panem accipiunt, aperiuunt, vt cognoscant illud: Magnam enim & indicibilem vim habet caro domini. Item Chryost. Quod sacerdos, inquit, de manu sua dat, non solum sanctificatum est, sed etiam sanctificatio est, quoniã non solum hoc datur quod videtur, sed etiã illud quod intelligitur. De sanctificato ergo pane licet & animalibus iactare & dare infidelibus, quia non sanctificat accipientem. Si aut tale esset quod de manu sacerdotis accipitur, quale est quod de mensa manducatur, omnes de mensa manducaret, & nemo de manu sacerdotis acciperet. Vnde & Dominus in vita non solum benedixit panem, sed de manu sua dedit Cleophae, & socio eius. Et Paulus nauigans non solum benedixit, sed de manu sua porrexit Lucae & cæteris discipulis suis. Quod autem de manu porrigitur, nec animalibus dandum est, nec infidelibus porrigendum, quia non solum sanctificatum, sed etiam sanctificatio est, & sanctificat accipientem. Hoc domini sui exemplum secuti Apostoli in Ecclesiâ Hierosolymitica, tantùm sub specie panis sacramentalem Eucharistiam discipulis dispensabant. Perseuerabant enim discipuli in communicatione & fractione panis, nulla facta mentione vini. Et Paulus panem benedictum Lucae & cæteris discipulis distribuens non meminit speciei vini. Docuit nos quoque ipsemet dominus panem nostrum super substantialem, quem Cyprianus corpus domini interpretatur, à patre cælesti petere. Et B. Hieronymus scribit quòd dominus apparuit Iacobo qui appellatur frater domini, quodq; tulit panem, benedixit ac fregit, & dedit Iacobo iusto, dixit, Frater mi comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis. Item in Euangelij narratur dominum dixisse, Hoc facite in meã cõmemoratione, post corpus suum discipulis distributum. Et Paulus simpliciter, sicut etiã Euangelia, refert dominum hoc tantùm de corpore dixisse: de sanguine aut supplet quod Euangelia nõ habent, Hoc facite quotiescunq; bibetis in meã cõmemoratione, non simpliciter sicut de corpore. Et sanctus Ignatius qui fuit Apostolorum temporibus, & beatus Augustinus ad Honoratum, solum de corporis communione loquuntur. Ait enim Augustinus de fuga Episcoporum tempore persecutionis. Veniet, inquit, lupus, non homo, sed diabolus qui plerumque fideles apostatas esse persuasit, quibus quotidianum ministerium dominici corporis defuit, & peribit infirmus propter quem Christus mortuus est: Similiter Ambrosius libro de Sacramentis potissimum loquitur de corporis communione. Item in Concilio Nicæno. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, vt hi qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt corpus Christi porrigant. Et veterum Conciliorum Canones frequenter meminerunt communionis laicæ. Et beatus Cyprianus scribit Trophimum Episcopum receptum esse, sed vt tanquam laicus communicet, & non vsurpet locum sacerdotis. Et antiquissima est consuetudo Ecclesiæ, quòd infirmis sub altera tantùm specie sacramentum hoc fuerit ministratum, regulariter sub specie panis, & quando per oris siccitatem speciem panis deglutire non poterant, sub sola vini specie sanguis ministrabatur, vt patet ex Concilio Toletano II. Si quis, inquit, acceperat à sacerdote Eucharistiam non sumpsit, velut sacrilegus propellatur. Solet humana naturæ infirmitas in ipso mortis exitu prægrauata, tato siccitatis pòdere deprimi, vt nul-

1. Cor. 11.
Luca. 9.
Lib. 3. de con-
sensu Euan-
gelistarum c. 15

In caput vl-
timu Lucae.

Quomil. 17. in
opere imper-
fulto.

Serm. de ora-
tione domi-
nica.

In epist. ad E-
piscopos.
Epist. 180.

Sardinens. c. 1
Agathens. c. 50.
Epist. ad An-
tonianu que
est 2. li. 4.

vt nullis ciborum illationibus refici, sed vix tantundem illati delectetur poculi gratia sustentari: Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum suis voris sacrae cõmunionis expectentes viaticum, collatã sibi à sacerdote Eucharistiam reiecerunt, non quod infidelitate hæc agerent, sed quod præter dominici calicis haustrum traditam sibi non possent Eucharistiam deglutire. Idem narrat Eusebius de Serapione, quod per puerum sacerdos aliquid miserat Eucharistia quod ori eius infundebatur. Refert enim ex epistola Beati Dionysii Alexandrini, quòd presbyter qui ob infirmitatem venire non poterat, parum Eucharistia pueri qui ad se venerat dedit, quod infusum iussit seni præberi. Iudicabant enim illi patres neminem sine sua culpa sacra fraudandum esse eucharistia. Et si per infirmitatem corpus Domini sumere non poterant, ministrabant sanguinem domini sub specie vini, in hoc vtentes libertate Ecclesiæ relicta, & sibi concessa potestate in ijs de quibus nihil disposuit dominus. Et B. Gregorius scribit quòd pape Agapito in Graciam proficentem oblatum sit mutus & claudus, qui celebrata missa, peractoque sacraficio coram omni populo ei dedit corpus dominicum, quod ori eius infudit, & ille statim loqui cepit. Vbi rursus calicis Gregorius non meminit. Item in Concilio Remensi verum est, ne laici deserant corpus Christi ad infirmos. Iteru in Concilio VVormacien. præcipitur omnibus parochis, vt semper in præcepto habeant corpus Christi pro infirmis. Prætereo historiam de Satyro fratre B. Ambrosii, quem corpus domini secum in nau habuisse, quæ naufragium passa est, testatur idem Amb. Ex quo simul & ex sermone Cypriani de lapsis videtur, quòd illis temporibus sanguine domini ex calice omnes bibebant, & quòd corpus domini eis in manus dabatur, vt vel statim sumeret, vel secum portarent domum, ibiq; sumerent, ita vt per temporum interualla, biberent ex calice domini, & corpus domini manducarent. Testimonia autem communionis sub vtraq; specie multa sunt, & cõfirmata. Nã Apost. Pau. testatur Corinthios sub vtraq; specie cõmunicasse. Et longissima consuetudine hunc morem in Ecclesiis Apostolicis fuisse obseruatum in Africa, in Asia, & Romã testantur Dionysius Areop. Tertul. Cyprian. Hierony. Ambros. & August. Ait namq; Cypria. Quomodo docemus aut pronocamus eos in confessione nominis Christi sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martirij poculum idoneos facimus, si non eos ad bibendum prius in Ecclesiâ poculum domini iure communicationis admittimus? Quos enim excitauimus & adhortamur ad præliu, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione corporis & sanguinis Christi muniamus, cū ad hæc fiat Eucharistia, vt possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium volumus. Et beatus Hieronymus, Sacerdotes, inquit, qui Eucharistia seruiunt, & sanguinem domini populis diuidunt, & cæt. Item S. Laurentius ad Sixtum pontificem, cū is iam ad supplicium duceretur, exclamauit, Quo sacerdos sine leuita proferas? Experire certò vtrum idoneum ministrũ elegeris, cui cõmissisti dominici sanguinis dispensationem. Et b. Amb. vt refert Theodoretus aduersus Theodosium Imperatorem exoptulans, quem propter immensam crudelitatem quæ Theſsalonica exercuerat, excommunicauerat, Quibus, inquit, oculis apicies communis domini templum? quibus calcabis pedibus sanctum illum patimèntem? quomodo manus extendes, de quibus sanguis adhuc stillat iniustus? quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? qua temeritate ore tuo poculũ sanguinis precioso percipies, quado furore verborum tuorũ iniuste est sanguis effusus? Et b. Leo huius nominis, primus, in quodam Decreto & Sermone præcepit, vt communicatio non fiat sub specie panis tantũ, propter hæresim Manichæorum, & aliorum qui docebat Christũ assumpsisse corpus phantasticum sine sanguine: ob quam causam contendebant Eucharistiam sine sanguine esse fumendam. Ex quo Leonis decreto satis conuincitur, in S. Romana Ecclesiâ prius fuisse consuetudinem sub vna tantum specie cõmunionis laicorum, sed eam tunc sublatam, & inoleuisse consuetudinem communicandi sub vtraque specie, quæ permansit atque durauit vsq; ad tempora B. Gregorii, ita vt quod Gelasius papa qui Leoni successit, dicit sacrilegium esse à calicæ sacrati cruoris abstinere post sumptam corporis sacri portionem, ad quoslibet etiam Christianos referri possit, quando iusta ex causa hoc fuerat præceptum. Ait enim, Comperimus quòd quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calicæ sacrati cruoris abstinere, qui proculdubio (quoniã nescio qua superstitione doceantur astringi) aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris ceantur, quia diuisio vnus eiuſdem mysterij sine grandi sacrilegio non potest prouenire. Et beatus Gregorius sic populum alloquitur, Quid sit sanguis agni non iam audiendo sed bibendo didicistis, qui sanguis super vtrumque postem ponitur,

Lib. 4. histo-
Eccle. cap. 34

Lib. 3. Dial.
cap. 3.

De consecrat.
dis. 2. c. Per-
uenit.
c. Presbyter.

1. Cor. 11.

Epist. 2. li. 2.

In comment.
Sophonia. 3.

Hist. tripart.
lib. 9. cap. 30.

Serm. 4. de
quadagesi-

Epist. ad Ma-
toricum et Io-
annem episc-
pos.

De consecrat.
distin. 2.

Homil. de o-
ctaua Pasche

Part. 2. q. 80.
artic. 12.

Epist. hom.
35. de sacra.

Epist. 118. ad
Januarium.

Art. 2.

Epist. 1. de op-
pressionem Epi-
scoporum.
Cano. 10.

In Apol. pro
libris aduers.
Iovinianum.
Epist. ad Lu-
cimum.

De consecrat.
dist. 1. c. si
non.

Homil. 17. in
epist. ad Heb.
Epist. 2. ad Iu-
cobum fratrem
domini.

Epist. ad Ca-
sulanum 86.

quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. Atque hæc communicandi consuetudo in quibusdam Ecclesiis duravit vsque ad tempora B. Thomæ, qui dicit, Proinde in quibusdam Ecclesiis obseruatur, vt populo sanguis sumendus non detur, sed solum à sacerdote sumatur. Verisimile tamen est, quod nunquam vniuersalis in rota Ecclesia fuerit ista sub vtraque specie communionis consuetudo, imò quidam probabilius opinatur, quod vsus vtriusque speciei solus vsurpatus fuerit in solennibus cõuentibus, qui celebrati sunt exemplo & imitatione cenæ dominicæ, hoc est, maximè in tribus festiuitatibus solennioribus, Pascha, Pentecostes, & Natiuitatis domini, quibus cõmuniter totus populus Christianus communicabat: aliter autem fuisse obseruatum in priuata cõmunionem, & apud infirmos, quos tamè ex probatis historijs cõstat sub vtraque specie aliquando sacram accepisse cõmunionem. Magna hæc in communicando sub vna & sub vtraque specie diuersitas in diuersis Prouincijs & temporibus etiam Apostolorum, certum est argumentum, nihil de hac re dispositum esse à Domino aut ordinatū. Si enim sub vtraque specie communicandum ordinasset, cum morem nemo variasset, vt dicit Beatus Augustinus de Eucharistia à ieiunijs accipiendi. Neque etiam conueniebat, quod per ipsum de eo aliquid statueretur, vt videlicet sub vtraque sumeretur, vel sub altera tantum: item sub specie corporis tantum, aut sanguinis tantum, propter magnam varietatem quam humana requirunt necessitates, erroris pericula, & sacramenti reuerentia, ob quam secundum sententiam B. Augustini à ieiunijs sumitur: sicut non cõueniebat per Christum determinari, quod à ieiunijs, aut pransis, vesperi vel mane, in Azymo pane vel fermento sumeretur. Eius namque ordinationes firmas & stabiles esse oportet, quæ per ecclesiæ Præpositos mutari vel alterari non possunt. Sicut non conueniebat, quod ipse dispenseret quando esset communicandum, quando ieiunandum, sed præpositis quos in Ecclesia ponit spiritus sanctus ad regendū fideles, illam etiā facultatē statuendi, relinquere conueniebat. Et ideo in istis etiam frequenter est in Ecclesia variatum. Nam in Hierosolymitana videntur communicasse quotidie. Scribit enim Beatus Lucas, quod discipuli erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & cõmunionem fractionis panis, & orationibus, quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & car. Et Anaclet. papa, Peracta, inquit, cõsecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & S. Rom. tenet Ecclesia. Itē in canonibus Apostolorum, Omnes fideles qui ingrediuntur ecclesiā & scripturas audiunt, non autē perseverant in oratione, nec sanctam cõmunionem percipiunt, conuenit cõmunionem priuare. Quem morem ecclesiam Romanam adhuc temporibus B. Hieronymi obseruasse ipse testatur. Ait enim, Scio Romæ hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probō. Item alibi, De sabbato quod quartis, an ieiunandū: & de Eucharistia, an accipienda quotidie, quod Romana Ecclesia & Hispania obseruare perhibentur, &c. De quo etiam interrogauit Augustinum Iuanarius, an quotidie sit cõmunicandum. Vbi Augustinus quoque variā refert ecclesiarū consuetudinē, exhortans tamen, vt saltē dominicis diebus sacra sumatur Eucharistia, quantum Fabianus papa tunc statuerat, quod saltē ter in anno corpus Christi sumeretur. Et si non frequenter, inquit, saltē ter in anno homines cõmunicent, in Pascha videlicet, Pentecoste, & Natali domini, nisi forte quis maioribus criminibus impediatur. Addit autē Sothor papa, vt etiā in cenā dominica Christiani communicent. Tandem Innocentius 3. in concilio generali statuit, vt saltē semel in anno, in Paschate videlicet, quisque fidelis sacramentū Eucharistiæ suscipiat. Et in ecclesia B. Chrysolomi solum etiam in Paschate quidā communicabant, alij bis, alij ter in anno, aliqui tantum semel in biennio, vt ipsēmet fateatur. Eo autem tempore quo fideles quotidie sacram suscipiebant Eucharistiā, veritatē habere quod dicit B. Clemens, Certè tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant: quod si remanserint, in crastinum non referuntur, sed cum timore & tremore clericorū diligentia cõsumantur. Nam alioqui in eadē epistola referuntur permittit: & certè referuari necesse est pro infirmis, quando populus Christianus tam raro communicat, vt semper pro infirmis parata habeatur Eucharistia, secundum præceptū concilij Vormatiens. Et de varia ieiuniorum & quadagesimæ obseruatione loquitur Augustinus in epistola ad Iuanariū & ad Casulanū: & beatus Hieronymus ad Luciniū, quibus vtriusque suadet seruandam esse consuetudinem ecclesiæ ad quam venire contingit, & episcoporū in ea constitutiones. Ego, inquit Hieronymus, illud breuiter te admonendum puto, traditiones ecclesiasticas ita obseruandas vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum confue-

consuetudinem contrario more subverti, Euangelicum tamen præceptum esse de ieiunando ostendit August. Ego, inquit, in Euangelicis et Apostolicis literis totoque nouo testamento animo id reuoluens, video præceptum esse ieiunium, quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apostolorum non inuenio definitum. Sicut igitur hæc varietas in ieiunando & communicando certissimum est argumentum, quod non est Christi domini de his ordinatio, quibus diebus atque temporibus ieiunare, aut sacram sumere Eucharistiā oporteat, ita certum argumentum est vtriusque vsus Eucharistiæ, quoad vtramque vel vnicam speciem, quod de eo nihil disposuit Dominus, sed quod huiusmodi reliquit suis Apostolis, qui pro temporum ratione & periculorum occurru disponerent, quod fidelium saluti atque ædificationi, & sacramenti reuerentiæ iudicarent conuenire. Hanc libertatem relictam esse ecclesiæ vidit etiam Lutherus, qui in captiuitate Babylonica post diligentem verborum institutionis huius sacramenti discussionem, docet non peccare qui sub vna tantū specie communicant, cum Christus non præcepit vlla vti, sed arbitrio cuiuslibet reliquerit, dicens, Quotiescunq; hæc feceritis, &c. Et cap. Ioan. 6. dicit, nec syllabam quidem de sacramento loqui, tū quod nunc nondum esset institutum, tum maximè quod ipsa sermonis consequentia de fide verbi incarnati Christum loqui clarè ostendat. De quo postea sumus locuturi. Docet tamen impium esse & tyrannicum, quod sub vtraque specie Eucharistiā petentibus negetur. In quo grauius errat, non intelligens dispensationem commissam Apostolis & ecclesiæ pastoribus, qui etiam totum sacramentum negare possunt ob culpam, indispositionem, vel aliam causam iustam. Nam paterfamilias præfigere habet domesticis, quo tempore, quo loco, qua hora, quid item prandendum vel cenandum, secundum quod nouit toti familiæ conuenire: & sicut nunc petenti confiteri, vel sacram Eucharistiā sumere, non potest pastor negare suum ministerium, nisi causam habeat, ob quam ei non expedit, & tunc ei dissuadere & negare, ita quando mos erat sub vtraque specie communicare, neutrum negare poterat, sine petentis iniuria. Nam iure exigit filius familias cibum & potum de mensa patris sui à domus præposito & præfecto, nisi aliud postuler salus eius, vel aliorum pax, & tranquillitas familiæ, vel domini sui, vt diximus, honor & reuerentia, quam in omnibus domus præfectum spectare oportet. Iusta autem existente causa negari potest totum sacramentum, sicut negatur infantibus & amentibus. Nulla igitur fit iniuria, si negetur istud sacramentum vtramque eius speciem petentibus, sicut iniuria non fieret eis qui istud pransi exigerent, vel in loco aliquo profano. In hac itaque cõmunionis varietate, postquam paulatim discessum est ex cõmuni fidelium & præfulum tacito consensu, à cõmunionem sub vtraque specie, nulla interueniente synodali vel ecclesiæ constitutione, ceptum est disputari, an liceret populo Christiano sub vnicam speciem communicare, & instigante Sathana omnis pacis & concordie ofore, quidam docebant non esse licitum propter sententiam Saluatoris, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Nam, vt scribit Æneas Syluius in historia de origine Bohemorum, post Hussitarum sectam in Bohemia seminatam, nonniam pestem attulit Petrus quidam Dresensis, quod est oppidum Misnæ (nondum error de sacramento altaris irreperat) Hic Petrus aggressus Iacobellum Misnensem literarum doctrina, & morum præstantia clarum, qui apud ecclesiam sancti Michaelis in Praga per id temporis populum predicando instruebat.

Hunc aggressus, mirari se ait doctum & sanctum virum, qui diuina eloquia plebibus exponeret, errorem illum non animaduertisse cõmunionis Eucharistiæ, qui iam pridem Ecclesiam pessundasset, in qua sub vna tantum specie dominicum corpus populo ministratur, cum apud Ioannem Euangelistam sub duplici specie panis viniq; sumi iubeatur, dicente apud eum Saluatore, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Commotus his Iacobellus, cum perquisitis vetustis sanctorum doctorum codicibus, Dionysij præsertim & Cypriani, cõmunionem calicis laudatam inuenisset, publice commoneo populum cepit, ne deinceps cõmunionem calicis, sine qua saluari nemo posset, quoquo pacto negligeret. Huic omnes hæretici consenserunt, haud modica gestientes lætitiā, quod articulum inuenisset in Euangelica lege fundatum, per quem Romana sedis vel ignorantia, vel nequitia argui posset. Latè igitur hoc nouo errore serpente. (Nam antè huc Petrum non legitur fuisse aliquis, qui ipsum in Ecclesia vnquam docerit) relata est noua hæc doctrina ad Concilium quod tunc erat Constantiæ congregatum, & postea iterum ad Concilium Basiliense, vbi post diligentissimam veritatis indagationem & disputationem damnata est, & hæretica iudicata, & vniuersi qui ipsam sequuntur declarati hæ-

572.15.

Consuetudo ecclesie laicos communicandi sub specie panis.

Consuetudo sub specie panis tantum in vna ecclesia est, et ab aliis pericula scandala.

Consuetudo communicandi laicos sub specie panis tantum ab ecclesia vniuersali in Concilio Basiliensi confirmata.

Ecclesia ordinare habet quomodo non confitebitur ministratur sacra Eucharistia.

retici. Habet enim Concilium Constantiense: Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie asserere presument, populum Christianum debere sacramentum Eucharistiae sub vtraque panis & vini specie suscipere, & non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicent, etiam post cenam, vel alias non ieiunium, & communicandum esse pertinaciter asserunt, contra laudabilem Ecclesiae consuetudinem rationabiliter approbatam, quam tanquam sacrilegam damnabiliter reprobare conantur. Hinc est quod hoc praesens Concilium sacrum generale. Constantiense. in spiritu sancto legitime congregatum, aduersus hunc errorem salutem fidelium providere satagens, matura plurimum doctorum tam diuini quam humani iuris deliberatione praehabita declarat, decernit, & definit: quod licet Christus post cenam instituerit, & suis discipulis ministraverit sub vtraque specie hoc venerabile sacramentum, tamen hoc non obstante, sacrorum Canonum autoritas laudabilis, & approbata consuetudo Ecclesiae seruauit & seruat, quod huiusmodi sacramentum non debet confici post cenam, neque a fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis a iure vel Ecclesia concessio vel admissio. Et sicut haec consuetudo ad evitandum aliqua pericula & scandala, est rationabiliter introducta, quod licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub vtraque specie, postea a conscientibus sub vtraque, & a laicis tantum modo sub specie panis suscipiatur, cum firmissime credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri. Vnde cum huiusmodi consuetudo ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & diuissimè obseruata sit, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine ecclesiae auctoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quod hanc consuetudinem aut legem obseruare sit sacrilegium aut illicitum, censeri debet erroneum, & pertinaciter asserentes oppositum praemissorum, tanquam haeretici arceri sunt & grauius puniendi per Dioecanos locorum, seu Officiales eorum, aut inquisitores haereticae prauitatis in regnis seu prouinciis, in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forsitan attentatum aut praesumptum iuxta Canonicas & legitimas sanctiones, in fauorem catholicae fidei contra haereticos & eorum fautores salubriter adiuuentas. Mandat autem idem hoc Concilium vniuersis Episcopis, vt effectualiter puniant contra hoc decretum excedentes, qui communicatio populum sub vtraque specie panis & vini, sic faciendum esse exhortati fuerint & docuerint, eosque per censuram ecclesiasticam, vt haereticos coerceant. Idem in epistola Synodali Martinus Pontifex madaat, vt inquisitores interrogent, vtrum credant quod consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum ab ecclesia vniuersali obseruata, & per sacrum concilium Constantiense approbata, sit seruanda, sic vt non liceat eam reprobare, aut sine Ecclesiae auctoritate pro libito immutare. Et quod dicentes pertinaciter oppositum praemissorum tanquam haeretici aut sapientes haeresim sint puniendi & arceri. Quae definitio confirmata fuit in Concilio Basiliensi. Vt Lucidius, inquit, videatur pro declaratione catholicae veritatis, quid circa preceptionem sacrae Eucharistiae tenendum sit, & agendum pro utilitate & salute populi Christiani, post diligentem perscrutationem diuinarum scripturarum, sanctorumque canonum & doctrinarum a sanctis patribus & doctoribus traditarum in hac sancta Synodo longis temporibus habitam, consideratisque omnibus quae pro declaratione huius rei consideranda fuerunt, decernit & declarat eadem sancta Synodus quod fideles laici, siue clerici communicantes, & non conficientes non astringuntur ex praepro Domini ad suscipiendum sub vtraque specie, panis scilicet & vini, sacrum Eucharistiae sacramentum. Sed Ecclesia quae regitur spiritu veritatis se cum manente in aeternum, & cum qua Christus manet vsque ad consummationem seculi (sicut ait diuina scriptura) ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministraretur, pro vt reuerentia ipsius sacramenti & salute fidelium viderit expedire: Siue autem sub vna specie, siue sub duplici quis communicet, secundum ordinationem seu obseruantiam Ecclesiae proficit digne communicantibus ad salutem. Nec vllatenus ambigendum est quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integre totus Christus. Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicum populum sub vna specie, ab Ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & haecenus diuissimè obseruata, & a doctoribus diuinae legis sacrarum scripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, iam a longaeuo tempore commendata. Haecenus de Concilio. Post has igitur Ecclesiae definitiones scripturae sacrae, exemplo Christi & Apostolorum consentaneas, nihil amplius super isto articulo est dubitandum, imò certa fide tenendum, quod

quod non est laicis, nec sacerdotibus quidem, quando non consecrant, ad salutem necessaria communio sub vtraque specie. Et nostro hoc seculo non sine magna ratione ceptum est disputari & controuerti, an huiusmodi communio sub vtraque specie sit eis licita & permilla, propter sententiam Apostoli Pauli, qui supplens quod omiserunt Euangelista, scribit dominum post consecratum calicem dixisse, Hoc facite quotiescunque bibetis in meam commemorationem: ex qua argumentatur Episcopus Rossensis. Nihil, inquit, apud Corinthios reuenerit Paulus, nisi quod Christus ipse sub coena gesserat: Haec autem verba nequeunt intelligi quouis pacto ad laicos fuisse dicta. Quomodo enim poterit ad laicos dici, Hoc facite quotiescunque bibetis in meam commemorationem? Quid est, Hoc facite quotiescunque bibetis? Si facere hic consecrare intelligamus, quemadmodum haud dubie Damascenus ac ceteri patres accipiunt, nemo bibiturus est ex calice qui non prius consecrauerit. Nam dicit, Quotiescunque bibetis, hoc facite: Atqui laicum nemo sanae mentis dixerit posse consecrare. Non igitur hoc laicis dictum fuit. Vnde videtur inferendum quod dicitur laicis bibere non licet sicut non licet consecrare, cum hoc fieri in Christi memoriam iubeatur, quotiescunque calicem bibimus. In qua sententia esse videtur Cardinalis Caietanus in opusculo quod fecit de communione sub vtraque specie, & Albertus Pighius, Magnam sane apparentiam habet haec illatio, & multam adfert difficultatem. Non enim dixit, Bibite quotiescunque facietis in mei memoriam, nec, hoc facite quotiescunque feceritis in mei memoriam. Certè latere oportet aliquod occultum mysterium quod post corpus consecratum simpliciter dixerit, Hoc facite in meam commemorationem, & non adiecerit, Quoties manducaueritis, & post calicem consecratum addat, Quotiescunque bibetis. Si dicatur praepro, Hoc facite respicere ordinem ad mortis commemorationem, cum propter illam semper facere oporteat, quid adijcere necesse erat, Quotiescunque bibetis? Reuerendus dominus Rossensis responderet hoc solum Apostolis esse dictum, vt reuera se res haber. Sed tunc Apostolis non fuisset permillum bibere calicem domini, nisi quando consecrabant: & eadem ratione nec vnquam licuisset Episcopis & sacerdotibus bibere sanguinem domini, nisi quando consecrassent, quod ab iudum videtur, quod videlicet laicis licitum esset calicem domini bibere, & non Episcopis, etiam infirmitatis tempore, nisi quando consecrassent. Item consuetudo Ecclesiae reclusa, quae recipere soleat Episcopos lapsos ad poenitentiam & communionem laici. Quod autem specialiter fuerit mandatum Apostolis, non est vlllo modo verisimile. Certè hic sensus, quod nemini sanguinem bibere liceret nisi consecrasset, sequendus videretur, nisi longissima consuetudo per Ecclesiam late sparsa communicandi laicos sub vtraque specie obseruata esset in ecclesiis etiam Apostolicis, Apostolo Paulo in Ecclesia Corinthiorum approbata, Ait enim, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Non est sibi contrarius Apostolus Paulus in eodem capite. Quod dicitur Paulus apud Corinthios eam consuetudinem inuenisse, & ad eam dissimulasse, vel eum tantum de sacerdotibus loqui, nullam habet probabilitatem. Et superius ostendimus hanc consuetudinem obtinuisse non solum in Ecclesiis Africanis, Orientalibus, & Graecis, verum etiam in ecclesia Romana, & Leonem mandasse omnibus communionem sub specie sanguinis. Item Cyrillus, Chrysofomus, & doctores alii cap. Ioan. 6. de bibendo sanguine Christi referunt ad sacram Eucharistiam. Non igitur dici potest iure Euangelico, quod pronunciat Paulus Apostolus, prohibitum esse laicis communicare sub specie vini & bibere calicem domini. Oportet itaque huius sententiae commodum inuenire sensum. Nam quod dicitur, Hoc facite, hoc est bibite, quotiescunque bibetis in meam commemorationem, absurda esset interpretatio. Magis conuenisset dicere de corpore domini, Hoc facite, hoc est manducate quotiescunque manducabitis in meam commemorationem. Et diximus ex concordia patrum interpretatione, Facere hic esse consecrare & offerre. Videtur igitur hoc praepro referri ad Apostolos, vt dispensatores sacrae Eucharistiae, non vt priuatae erant personae. Plurimum namque aestimanda est consuetudo haec sub vtraque specie sacramentum dispensandi, propter quam non videtur etiam damnanda esse consuetudo olim obseruata in multis Ecclesiis communicandi infantes statim post Baptismum, quasi iuri diuino contraria, quam in Carthagenensi Ecclesia fuisse restatur B. Cyprianus. In Hispaniis quoque eam obtinuisse docet Concilium Toletanum 11. & beatus Dionysius in Hierar. Ecclesiastica, vbi Iacobus Faber Stapulensis super par. 2. de eo longam habet annotationem. Quod in os ingeritur non diglutunt, aut ingestum reijciunt. Quod enim obijciunt, quod se probare non possunt paruuli, nec diiudicare corpus Do-

Circa art. 16.

In controuersia 7.

Cyprianus in epistola ad Antonianum.

1. Cor. 12.

Ser. 4. de qua dragefima.

Ser. de lapsis.

Cap. 71. & c. 2. par. 2. et part. 3.

*Aduersus Eucharistiam
par. 2. qu. 80
art. 9. ad 3.*

mini, oblitare non videtur, quia superuacanea est eorum probatio quos constat mundos esse & purificatos sacro baptismate, atque ad Christi familiam admissos. Absurdum videtur quod nihil de mensa patris participare possent, nisi iusta fuerit non admittendi causa. Item dicit & B. Hieronymus, baptismus sine Eucharistia non tradi, Interpretatur beatus Thomas Dionysium & sanctos loqui de baptismate adulatorum, quando dicunt baptizatos statim admitti ad sacram communionem. Et possunt quidem paruuli diiudicare corpus domini quod sumunt in suis tutoribus, qui eorum nomine antequam baptizantur dicunt se credere, imò & puerum credere & abrenunciare sathanæ. Communicantur enim carentes vsu rationis, quos constat prius Eucharistiam petiuisse, iuxta canonem 76. 4. Concilii Carthaginen. & canonem 34. 3. Concilii Carthagen. vbi dicitur, is qui in infirmitate poenitentiam petit, si casu dum ad eum inuitatus sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, reconcilietur & infundatur ori eius Eucharistia. Item in Concilio Araucano dicitur, Amentibus quæcunque pietatis sunt, conferenda sunt. Sicut autem istis conducere fortassis potest sacra Eucharistia ad gratiæ augmentum, & defensionem à malignis spiritibus, ita prodesse posse & paruulis, de quo prolixè tractat Cardinalis Caietanus, item & B. Thomas. Difficilis & obscura est hæc quæstio, meritò referenda ad definitionem sedis Apostolicæ. Nam Alexander de Hales opinatur non esse dandam Eucharistiam, ne iis quidem qui ob infirmitatem ratione sunt priuati, & sani eam petuerunt, eò quod non possint diiudicare corpus Domini esse quod sumunt. Alii aliud sentiunt post B. Thomam. Sicut igitur laicis necessaria non est sub vtraque specie communicatio, ita nec iure diuino ei est prohibita. Sed hic iam quæritur quid magis expediat Ecclesiæ, an quòd populis vtraque specie communitur, an sub altera tantum, quidve sit melius. Item an vtilius sit & plus adferat fructus spiritualis sub vtraque specie communicare, quam sub vna tantum: Et an eis qui sub vtraque specie communicare consueuerunt, hoc sit permittendum, maxime si hac permissione conciliari possit pax & tranquillitas ecclesiæ. Hunc enim articulum iam multis annis vrgent Germani, vt eis permittatur atque concedatur sicut Bohemii tempore Concilii Basil. Quibus respondetur, quòd habito respectu ad sacramentum, eiusque perfectionem, magis conueniret sub vtraque specie fieri communionem, quam sub altera tantum. Hoc enim magis consonum est eius institutioni & integritati, & refectioni corporali, imò & exemplo Christi & patrum primitiua Ecclesiæ, qui extra Iudæam sub vtraque specie sacram Eucharistiam dispensabant in Ecclesia etiam Romana, vt supra diximus. Nam in canone missæ simul complectendo assidentes dicimus, Vt quotquot ex hac participatione filii tui corpus & sanguinem sumpserimus, &c. & expressio est mortis domini representatio. Alia tamen consideratione, reuerentiæ videlicet quæ huic sacramento debetur, vtrique in eius vsu omnem vitemus irreuerentiam, minus conuenit atque etiam malum est, nulloq; modo Ecclesiæ expediens, quòd populus Christianus sub vtraque specie communitur. Nam hæc communicatio popularis sub vtraque specie, periculum sacrilegii habet annexum in spargendo sanguine Christi, & in omissione calicis nullo modo interuenit peccatū aut periculum, nec aliqua gratiæ spiritualis iactura. Er quia hoc sacrilegium non est inter casus inopinatos, aut raro contingentes, propter magnam populi communicantis diuersitatem (id quod & experientia testatur) non solum ei cuius negligentia contingeret imputaretur, sed & populo, & ipsi Ecclesiæ rectoribus. Imprudentia enim rectoris imputatur defectus non rarus, si potest prouideri & nõ prouideri, & populo, quod mauult cum hoc irreuerentiæ Christi periculo communicare, quam ab vtraque specie abstinere, cui hac de causa plagæ diuinitus immittuntur. Nec excusatur à sacrilegii vitio, quod non ex proposito, sed ex incuria, huiusmodi irreuerentiæ accidat, quoniam peccandi occasio, speciem peccati non tollit, quamuis vtrunque excusare possit, vt peccatum sit leuius. Huic accedit quòd sine fructu multitudo populi biberet calicem domini, ob defectum feruoris & deuotionis. Nam si calix domini non sumeretur cum maiori deuotione & feruore, quam susceptum est corpus, non augetur gratia quam confert sacramentum. Esurientes enim & sitientes iustitiam & Dei amorem, secundum eorum desiderium & præparationem reficit & implet istud sacramentum. Atque his de causis cessatum est à consuetudine sub vtraque specie communicandi, & laicorum pariter & sacerdotum communi consensu, & veluti inspirante vnico spiritu Christi, introductus est vsus sub specie panis tantum populorum communicandi. His quoque rationibus moti sunt patres Conciliorum Constantiensis & Basiliensis, vt approbarent & vim legis habere declararent consuetudinem sub specie panis communicandi. Nihil enim hu-

mana

*Eucharistia
ori infunditur
Causa 3.
Part. 3. quæst.
79. art. 1.
par. 3. qu. 80.
art. 6.
par. 4. qu. 49.
memb. 4.*

*Cardinal. Caietanus 2. par.
te. 4. 80. art.
32.*

mana affectionis in hac definitione suspicari possumus in patribus fuisse, cum inde nihil emolumenti expectare possent, tantum itaque spectabant populi Christiani communem salutem, & huius sacrosancti sacramenti reuerentiam. Defectum autem & imperfectionem populi Christiani huius seculi nostris satis testatur, quòd vix simplicem faciat præparationem ad semel communicandum in anno, cum in primitiua Ecclesia quotidie, aut ferè quotidie communicaret. Nam sacri Canones à Missa audienda excludebant omnes non communicantes.

Hinc rationabiliter conijcere possumus, quòd sicut Ecclesia agnoscens posteriorum imperfectionem, destitit à quotidiana communiōe populi, & ab expellendo à Missa non communicantes, ita communem cognoscens imperfectionem, teporem, & frigiditatem, destitit à communiōe sub vtraque specie, vt pote facta infructuosa & communi populo periculosa.

Et ob easdem causas spiritus sanctus docet & docuit ecclesiam, non expedire, vt imiteretur omnes conditiones quæ interuenerunt in actionibus Christi, quando cum Apostolis cenam celebrabat nouissimam. Nam sicut ratione reuerentiæ communicat ieiunus, ita ob reuerentiam omittit alteram conditionem, scilicet sub vtraque specie communicare. Imò communicatio popularis magis exigit omissionem calicis, quam communicatio sacerdotis omissionem sobriæ manducationis, quoniam hic nullum est peccati periculum, nisi ex Ecclesiæ statuto, ibi autem interuenit sacrilegii periculum ex conditione summentium, & in vtroque obedit Christo, non secundum similitudinem actionis, sed secundum eius intentionem, quæ magis est de reuerentia sacramento exhibenda, quam exteriori operis similitudine. Similiter communicatio populi sub specie vtraque per modum assimilationis, institutioni & integritati sacramenti & refectionis corporalis est consentanea, non tamen præcepto Christi. Hoc facite in meam commemorationem, nec rationi recte curam gerenti de reuerentia sacramenti. Omnibus igitur consideratis, Christiano populo magis expedit communicare sub specie panis tantum, & ad euitandum sacrilegii periculum, & scandala infructuosum calicis potum, & ad meritum tam obedientiæ quam reuerentiæ, plurius faciendo sacramentum hoc, quam propriam affectionem ad vtramque speciem. Non enim mercede sua caret tuta & secura reuerentia, cui innititur populus tantum sub specie panis comunicans. Ex quibus patet, quòd non expediat concedere vel permittere Bohæmis & Germanis, ac his qui iam multis annis ita communicauerunt, vt sub vtraque specie communicent, non solum ob periculum sacrilegii, & irreuerentiæ erga istud sacramentum, verum etiam propter hæreticam radicem, ex qua primum apud eos vtriusque speciei communicatio est nata, quam eorum doctores & pastores palam docuerunt & docent ex Christi præcepto & institutione esse necessariam. Et ideo quia ex hoc errore ortum habet hæc communicatio, nec causæ cessant, ob quas ab ea per totam ecclesiam recessum est, nullo modo est concedenda nec expresse permittenda, si vtiliter prohiberi possit, ne fomentum & fauor pestilenti & hæretico errori præstetur. Ob similem enim causam olim Ecclesia prohibuit in pane azymo, & alio tempore in fermentato sacramentum hoc conficere. An autem adiectis conditionibus populo vtraque species permitti possit, tractatum fuit in Concilio Basiliensi in gratiam Bohæmorum, & propositis sex articulis, satis tolerabile videbatur, quòd sub vtraque specie communicarent. Horum primus erat, quòd crederent communionem sub vtraque specie non esse præceptam. Secundus, quòd credant & doceant laicos non peccare, qui sub vna specie communicant. Tertius, quòd credant & doceant non plus sumi sub duabus speciebus, quam sub vna. Quartus, quòd sub vna specie sumatur totus Christus, id est, tam corpus eius, quam sanguis. Quintus, quòd aduersarii in ecclesiis suis laico petenti alteram speciem non denegent. Sextus, quòd cura adhibeatur per vtramque potestatem, ne sacramento calicis irreuerentia exhibeatur. Quibus admisis, an ob communem pacem & tranquillitatem, & scismaticorum ad Ecclesiam catholicam reductionem, hæc permissio eis fieri possit, potissimum ad prudentiam pertinet. Ponderandum namque est periculum iniuriæ sacramento inferendæ, & mala quæ ex hac permissione verisimiliter sequentur. Ediuerso autem spectandum est & lucrum animarum, & ecclesiæ tranquillitas, quid horum alteri secundum veram æstimationem præponderet. Quam diu enim permanent in opinione necessitatis sumendi vtramque speciem contra ecclesiæ consuetudinem & Conciliorum definitiones, grauius peccarent, imò ad iudicium & animarum damnationem sacramentum suscipere, nec Sacerdos eis sacramentum istud sic ministrare posset, dicente Domino, Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras

*Responso ad
rationem sua-
dentes commu-
nionem vtri-
usque speciei.
Cardinalis
Caietani id
3. par. 4. 80.*

*Matth. 7.
ante*

ante porcos : & fomentum daretur hæretico errori, ex quo orta est huiusmodi commu-
nio. Et magnum est malum, quod in sacramento vnionis, per quod vnus panis & vnum
corpus sumus, ecclesiastici corporis vnitas, consensio & conformitas scinderetur. Renera
nimum suis indulgent affectibus, qui hæc mala considerantes, nihilominus solliciti sunt,
vt eis hæc commuio permittatur, id quod certum videtur esse argumentum, quod rem-
mordente conscientia ex opinione de huiusmodi communionis necessitate, ab ea abstin-
erent, & sub vnica specie susciperent. Diuinum sane esse iudicium videtur, quod scilicet
tici sint hodie populi sub vtraque specie communicantes.

Cap. de com-
munione.

Manifestum est igitur malum esse cõsiliu quod proponit author libri Casareæ Ma-
iestati Responsæ oblati, dum ait, Cum iam plurima in Germania plebs persuasa sit Chri-
sti mandatum & institutionem requirere, vt integra sacramenta suscipiat, & omnino ca-
uendum, ne quis ad hæc sacrosancta mysteria participanda cum mala conscientia acce-
dat, operæ precium videbitur, si Ecclesia ad medendum his malis, omnibus liberum fa-
ciat sub altera, vel vtraque specie communicare, sic tamen ne hinc cuiquã vlla ansa præ-
beat, receptam hæcenus in ecclesia consuetudinem temere damnandi, vel posthac in-
uicem iudicandi. Hæc namque rationes quod plebs persuasa est mandatum Christi requi-
rere integra sacramenta, & mala conscientia alteram tantum speciem suscipi, magis con-
cludunt non esse ei permittendam vtriusque speciei communionem, tum quod indignè
susciperet, tum quia in ea errorem firmaret, quo credit vniuersalem Ecclesiam facere cõ-
tra Christi mandatum atq; institutionem, item falsam eius sententiam roboraret, qua æ-
stimat laicos catholicos malè facere alteram speciem omittendo. Non enim sanctoru pa-
trum & Ecclesiæ hic mos est, quando errorem extirpare solent. Nam non extinguuntur
hæreses permissionibus, sed contrariis constitutionibus, vt dum Nestorius negaret Ma-
riam esse Dei matrem, sed Christi matrem tantu fateretur, prohibuit Concilium Ephe-
sinu, ne diceretur Christi mater, sed mater Dei. Sic cum Heboinitarum hæresis inuale-
ret de legalibus cum Euangelio seruandis, & negabat posse confici in fermento, eod quod
omnis oblatio quæ offertur domino secundum legem sit sine fermento : Non dissimulauit
hic Ecclesia, sed contrarium præcepit, vt in fermentato pane sacra conficeretur Eua-
charistia. In qua tamen re per se nihil refert, siue in azymo, siue in pane celebratur fermen-
tato. Sed an fructuosior & plus gratiæ adferat spiritalis communicatio sub vtraq; specie,
quàm sub altera tantu, non est sine difficultate : Primò quod alius sit effectus cibi, &
alius potus. Nam sitim potus, famem cibus sedat : Secundò, quod sub vtraque specie sa-
cra Eucharistia verè sacramentum est: nec minus efficax est Christus in sanguine suo sub
vini speciebus, quàm in corpore suo sub specie panis : Nec inutilis esse potest sanguinis
Christi potus sacramentalis, si dignè & legitime sumatur. Et quia sacramentum est spe-
cies vini : sacramenta autem omnia iuxta regulam communem ex opere operato gratiã
conferunt, potus sanguinis proprium habet effectum spiritalem, sitim sedando spiritali-
alem, vel augendo, aut confirmando gratiam acceptam in commuione corporis. Nam
quod d sacerdos celebrans nullum fructum percipiat ex calicis commuione, non videtur
probabile, cum inutiliter de calice participaret. Nec sufficiens est responsio, si dicitur sub
vtraque specie totus esse Christus, & ideo eundem operari effectũ per corpus & per san-
guinem. Vbi enim idem est agens, idem paries æqualiter vtrobiq; dispositum, eundem
oportet esse effectum, quia in hoc sacramento solum per concomitantiam, nõ ex virtute
consecrationis totus est Christus, & ita secundariò, & quasi per accidens. Nam si in tri-
dno mortis Christi facta fuisset cõsecratio, sub neutra specie totus Christus fuisset, eandẽ
tamẽ sacramentu contulisset gratiã. Quæ enim hoc modo sunt in sacrameto, sicut nõ va-
riant eius significatione, ita nec virtute, efficaciam, aut fructu. Non igitur alia est sub his
speciebus operatio sacramenti, quia Christus ibi est totus, quàm si solus esset sanguis sub
speciebus vini, vel corpus sub speciebus panis. Et quãuis sub vtraq; specie totus sit, ope-
ratur tamẽ secundũ earũ significatione, & vtitur sub vna corpore tanquã instrumeto: sub
altera, sanguine. Nec operatur in Eucharistia fructus sacramenti Penitentiæ aut Cõfirmationis.
Et caro Christi viuificatrix est, quia verbi caro, nõ quia caro humana, vt dicit Con-
ciliũ Ephesinu. Nã spiritus Dei est, qui in carne viuificat. Cũ igitur varia sint instrumeta,
varia significatio, alius videtur esse effectus. Et cũ sacrameta conferant gratiã quã signifi-
cãt, quando cõpletior & perfectior est significatio, plenior oportet esse effectus. Quæ si
vera sunt, iniuria laicis fieri videtur, quod à sanguinis Christi sacramentali commuione pro-
hibetur, quãuis præcepta nõ esset, nec ex Christi institutione necessaria. His tamẽ nõ ob-
stantibus cũ idẽ sit effectus cibi spiritalis & potus, carnis & sanguinis Domini in sacra-
mento

Ecdi. 2.

mento (Vtrumq; enim suscipiat, reparat, auget, & delectat. Nam potus hic est, vt Medici
loquuntur, cibalis) necessarium est, quod eadem sit gratia, quæ sub vtraque specie confer-
tur, sicut idem est quod esurimus & sitimus, vt diximus superius, & clarissimè testatur b.
Augustinus, Panis iste visibilis, inquit, stomachum confirmat, ventrem confirmat : est a-
lius panis qui cor confirmat, quia panis est cordis : & spirituale vinum est, quod lætificat
cor hominis. Ergo sic accipe de pane, quomodo accipis de vino : Intus esuri, intus siti.
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Panis ille iustitia est, vinum
illud iustitia est, veritas est, veritas Christus est, Ego sum, inquit, panis vitus qui de celo
descendi, & ego sum vitis, vos fermenta, & panis cor hominis confirmat. Iustitia itaque
sarpes & sitis est, quam sedat hoc sacramentum, confirmando & tribuendo virtutẽ iustit-
operandi, imò eiusdem iustitiæ maiorem esuriam excitando, sicut Sapientia dicit. Qui e-
dunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitiunt. Meus, inquit Saluator, cibus est,
vt faciam voluntatem eius qui misit me. Vtraque igitur specie conferitur roborũ iustit-
operandi, & accenditur voluntas & amor iustitiæ, qui non satiatur, nisi absoluta nostra pe-
reginatione, cuius figura præcessit in Helia propheta, de quo dicitur, quod comedit &
bibit & ambulauit in fortitudine cibilibus quadraginta diebus, & quadraginta nocti-
bus vsq; ad montẽ Dei Oreb. Et idẽ si solus sanguis sumeretur, vt aliquando olim factũ
est per sacra Eucharistia infusionem, eadem gratia conferretur quæ nunc conferitur so-
lum corpus suscipienti. Nec alia acquiritur gratia quãdo post corpus sumptum sacerdos
bibit sanguinem domini simul cũ corpore calici immisso, imò nec maior acquiritur gra-
tia, nisi maiori sumeretur deuotione, sicut in die Natiuitatis Christi, vel quando sacerdos
ex causa bis celebrat, non maiorem percipit gratiam ex secunda vel tertia corporis & san-
guinis commuione, nec ex quotidiana vel frequenti commuione. Et quando contingit
ex corporis commuione animum inflammarĩ, & siti iustitiæ ac amore erga Deum
suum accendi, sumptio calicis maiorem operatur gratiã, sed quem non minus efficeret
corpus sumptum, etiã si calicis potus non fuisset secutus. Non enim sacramentum corpo-
ris solum operatur, quando accipitur, sed quamdiu in homine manet, otiosum esse nõ po-
test, verũ perpetuò vegetat, confirmat & roborat cor hominis atque lætificat, modò non
desinerit iusta dispositio atq; preparatio, hoc est, si sancta meditatione, fide & amore cir-
ca Christi domini mortem, eiusq; erga nos charitatẽ communicans occuperet, & ex ea
accendatur desiderio iustitiæ & Dei faciendi voluntatem, sicuti cibus corporalis nutrit,
sustentat & alit, suosq; operatur effectus, magis quando sumptus est & in stomachũ tra-
iectus digeritur, cõcoquitur, atq; in hominis substantiam cõuertitur. Nam sacramentum
Eucharistiæ magis quàm eius perceptio & consecratio salutem operatur. Illud autem in
esse consistit permanente, vt superius diximus. Omnibus autẽ sacramentis hoc commu-
ne est, quod secundum preparationem & deuotionem suscipientis, maiorem vel mino-
rem operentur effectum. Nam & baptismus maiorem confert gratiam minus disposito,
sicut nullam in disposito: Sed dices fortassis, sacramẽto corporis dignè suscepto augetur
in suscipiente gratia, & ex consequenti deuotio actualis : Dum ergo sanguinem sumit,
magis ad gratiam est præparatus : Maior itaque gratia suscipitur per potum sanguinis.
Cui responderi potest, Cũ sacramentum corporis adhuc in homine maneat, imò diutius
quàm sanguinis sacramentu, & non solũ perceptio sacramenti, sed sacramentum sumptũ
salutem operetur, idem gratiæ augmentum sacramentum corporis operaretur, quamuis
sanguinis potus non accessisset.

Sed iterum obijcies, Sumendo sanguinem, expressa Christi mortis representatione, *epist. 2. lib. 1.*
inflammatum plerunq; animum suscipientis, & potu calicis munitur, & ad prælium arma-
tur. Loquens enim Cyprianus de lapsis tempore persecutionis ad pacem atque Eucharis-
tiam recipiendis, quando ad martyrium rapiuntur. At verò, inquit, nunc non infirmis,
sed fortibus pax necessaria est, nec morientibus, sed viuentibus cõmunicatio à nobis dan-
da est, vt quos excitamus & exhortamur ad præliũ, non inermes & nudos relinquamus,
sed protectione corporis & sanguinis Christi muniamus. Et cũ ad hoc fiat Eucharistia,
vt possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersariũ volumus munimen-
to dominicæ futuritatis armemus. Nam quomodo docemus aut pronocamus eos in con-
fessione nominis Christi sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinẽ de-
negemus: aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos ad bibendum
prius in Ecclesia poculum domini iure communicationis admittimus?

Respondemus vtramq; speciem armare, protegere, & munire inermes, & idoneos fa-
cere ad martyrii poculum, & vtramque speciem magis quàm alteram tantum virtutem

psal. 107. cir-
ca vespiculũ.
Panis cor ho-
minis confir-
mat, & vitũ
lætificat cor
hominis..
Matth. 5.

Ecclesiast. 24

3. Reg. 10.

sacramenti spectando, sed non sequi fructum maiorem, nisi in potu calicis maior fuerit ad huius sacramenti gratiam preparatio, quæ in populi multitudinè rarius contingit, propterea quod ad hæc gratiæ incrementa, vt diximus, se non disponat: Et ideo quauis considerando virtutem corporis & sanguinis sub propriis speciebus, plus gratiæ spiritalis sub vtraq; conferatur, quàm sub altera tantum specie, ob imperfectionem tamen & indispositionem multitudinis, & numeralem identitatem effectus specierum, qui pro augmento perfectiorem requirit dispositionem, non est populo vtilius, quod secundum se consideratum melius esset, sub vtraque videlicet specie communicare, quàm sub vnica.

Vnde calicis infructuositas est ex æquali dispositione communicantis, non ex sanguinis domini inefficacia. Dixi hæc inutilitatem calicis magis prouenire ex numerali identitate effectus sacramenti sub vtraq; specie, quàm ex idèitate rei contetæ, qui est Christus totus sub vtraq; specie latens, quia vt diximus, per diuersa hæc operatur instrumenta variè significantia, sanguinem videlicet & corpus suum, quæ sunt causæ immediatæ effectus sacramentalis: Ipse etiam diuersos operatur effectus, donaq; sua diuidit idem ipse sicut vult. Identitas igitur effectus est potior huius rei causa, quàm idem Christus sub vtraque specie contentus: Et eadem dispositio si ad alia sacramenta accommodetur, ad eorum effectus sufficet, vt si post corpus domini dignè sumptum quis confirmetur, vel sacramentum suscipiat Extremæ vnctionis: Horum enim effectus specie distinguuntur à gratia sacre Eucharistiæ. Atque ob hanc causam numeralis videlicet identitatis effectus, & indispositionem ad gratiæ augmentum, in prouinciis vbi sub vtraque specie communicant, non meliores sunt aliis qui in iisdem & ab aliis locis sub vnica tantum specie cõmunicant. Nec sacerdotes sub vtraque specie communicantes propterea aliis sunt meliores. Beatus tamen Cyprianus promiscuè loquitur de corporis & sanguinis Domini sacra Eucharistia, ad quam lapsos admitti volebat ante completum tempus pœnitentiæ, quando periculum erat quod ad martyrium raperentur: & eundem toti Eucharistiæ tribuit effectum, quauis per accommodationem & expressam mortis Christi significationem (quæ tamè cum suo effectum magis ad dispositionem pertineat suscipientis, quàm ad sacramenti operationem) peculiariter illum tribuat potui sanguinis: sicut B. Ambrosius alium effectum sacramenti corporis tribuit, alium sacramenti sanguinis, dum ait, Valet ad tuitionem corporis & animæ quod percipimus, quia caro Christi pro salute corporis, sanguis verò pro anima nostra offertur. Consideratione autem virtutis sacre Eucharistiæ sub ambabus speciebus Alexander de Hales ad questionem, An hoc sacramentum habeat eandem efficaciam sumptum sub vna specie, & sub duabus, responderet quod sumptum sub vtraq; specie est maioris efficaciam & complementi, imò & maioris meriti, tum ratione augmentationis deuotionis, tum ratione fidei dilationis actualis, tum ratione sumptionis completioris, Ecclesia tamen vtrū altera specie tantum propter certas causas, de quibus superius. Et beatus Thomas respiciens multitudinis imbecillitatem, dicit sine aliquo detrimento gratiæ, sub altera tantum specie populum communicare. Ex quibus patet quid respondendum sit ad ea quæ obijciuntur. Concludunt enim secundum quid vtilius esse, habito scilicet respectu ad efficaciam & virtutem sacramenti sub vtraque specie, quæ autè in contrarium adiecit simpliciter concludunt, non esse populo Christiano vtilius sub vtraque specie sumere sacramentum Eucharistiæ, propter eius in deuotionem, quæ faceret sine fructu potare de calice domini, quamuis tamen quibusdam esset vtilius, sed leges respiciunt ad bonum communis, quamuis ex eis sequatur quorundam iactura ac detrimentum. Quod tamen dicitur de perfectiori representatione mortis Christi per sacramentum sanguinis, non pertinet ad sacramentum, nec eius significationem, virtutem vel fructum, sed ad sacrificium magis, nihil autem ad communionem, vt dicit B. Thomas. Nam representatio, inquit, dominicæ passionis agitur in ipsa consecratione huius sacramenti, in qua non debet corpus à sanguine separari. Ipsum autem sacramentum significat realiter verum cibum & potum animæ substantialiter sub speciebus adesse, & ideo tanquam esurientes & sitientes iustitiam, & in Dei mandatis ambulare desiderantes, sacramentum Eucharistiæ suscipere oportet, vt cibo potuq; cœlesti reficiamur, atq; iustitiam faciamus. Et significatio ista expressior est rememoratio mortis à Christo in cruce perpessæ, & ideo non pertinet ad gratiam quam sacramentum operatur, sed causam eius tantummodo. Dixit enim dominus, Hoc facite in meam cõmemorationem: Non dixit, In mei cõmemorationem comedite & bibite. Nam hic panis cor hominis confirmat, & vinum lætificat ad hilariter currendum in cordis latitudine viam mandatorum Dei. Et hic est finis huius sacramenti & sacre communionis, non autem mortis Christi memoria.

In comment.
1. Corint. 11.

Part. 4. sum-
ma. quest. 53.
memb. 1.

part. 3. q. 80.
art. 12. ad 3.

hæc vt supra

ET iustus de causis ab ecclesia sancitum, vt laicis sub vna tantum panis specie sacramentum communicaretur. Quod sancitum est ab ecclesia magis consuetudine & generali vsu populi Christiani, quàm aliqua synodali aut præpositorum constitutione, quâ consuetudinem Oecumenicum Concilium Constantiense declarat, decernit, & definit esse rationabilem, diuinitimè obseruatam, & legitime introductam, atque vim legis habere, quam si antea forsitan non habuerit, illam ei iam tribuit. Et quia hæc consuetudo laicos solum respiciat, non clericos, nec religiosos, ideo de eis Concilium nihil decreuisse videtur, cum eam non extendat ad alios, apud quos nondum obtinuerat. Paulatim enim ista consuetudo spontanea populi Christiani voluntate & assensu irrepsit, & abolita est communio vtriusque speciei, & tandem extensa est ad vniuersos, qui sacramentum Eucharistiæ non consueuerunt, id est, etiam Sacerdotes & Episcopos, quando hoc sanctum mysterium non celebrant. Nam tempore Alexandri de Hales, qui scripsit circa annum 1240. & tempore B. Thomæ, qui post eum scripsit annis ferè triginta, nondum exoleuerat consuetudo communicandi sub vtraque specie. Ille enim ait, Corpus Christi sumitur à laicis ferè vbiq; in Ecclesia. Ille autè, Proinde in quibusdã ecclesiis obseruatur, vt populo sanguis sumendus non detur, sed solum à sacerdote sumatur. Et in cõment. super Ioan. Secundum antiquam ecclesiæ consuetudinem, inquit, omnes sicut cõmunicabant corpori, ita cõmunicabant & sanguini, quod etiam adhuc in quibusdã ecclesiis seruatur, vbi etiam ministri altaris continuè & corpore & sanguine communicant, sed propter periculum effusio- nis in aliquibus ecclesiis seruatur, vt solus Sacerdos communicet sanguine, reliqui verò corpore. Nec tamen est contra sententiam Domini, quia qui cõmunicat corpori, cõmunicat etiam sanguini, cum sub vtraq; specie totus Christus contineatur. Item venerabilis pater Thomas VValden, qui scripsit tempore Concilii Constantiensis, quod celebratū est anno 1430. & annis aliquot præcedentibus & sequentibus, dicit quod illo tempore Romæ ministri altaris adhuc sub vtraque specie cõmunicabant, qui etiam dicere videntur, quod personæ quedam laicæ admitti possent ad bibendum calicem Domini, quado periculum & scandalum præcauerentur: Sed, vt diximus, latior facta est consuetudo, vt nunc completatur vniuersos, qui non celebrant. Sicut autem in his quæ sunt per ecclesiam Christi sola obseruatione diuinitimè, vel quæ in Conciliis generalibus definiuntur, causæ obseruationis & definitionis non sunt requirendæ, ita nec rationes semper cogendæ, & efficaces haberi possunt. Diriguntur enim secundum spiritum Christi suggestione, qui apud ecclesiam semper manet, omnemq; docet veritatem, ac veram scripturarum suggestionem intelligentiam, de qua testatur Apostolus, quod sit columna & firmamentum veritatis: Nec in suis sententiis iudices exprimere solent quid eos mouerit ad pronunciamdum, & ideo simpliciter sequendum quod Ecclesia obseruat generaliter, vel Concilia decernunt circa sacramentorum administrationem, iuxta mandatum Domini, Facies quocumque dixerint qui præsumt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem ejus, sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis neque ad dexteram neq; ad sinistram. Concilium tamen Constantiense & Basiliense docent ad vitanda pericula & scandala hanc consuetudinem diuinitimè fuisse seruata & introductam, nimirum post multam horum experientiam. Non autem potest iustior esse causa omittendi etiam quod sanctum & vtile est, quàm scandala & pericula, potissimum irreuerentiæ & sacrilegii erga Christum in sacra Eucharistia. Nam ad euitandum scandalum faciendum est & omittendum quicquid fieri vel omitti potest salua veritate vitæ, vt docet B. Hieronymus. Est autè scandalum dictum vel factum præbens alteri occasionem ruinæ. Periculum hic est irreuerentiæ ex sanguinis Christi effusione, si passim & promiscuè multitudo populi Christiani ex calice cõmunicaretur, & hoc frequens, propter diuersitatem communicantium, & multorum inconsiderationem. Cui periculo prouideri non posset, nisi per calicis ablationem perquam plures nati sunt errores. Credebatur enim à quibusdam sanguis potus ad salutem necessarius, & dābantur quasi transgressores dominici præcepti, qui sub altera tantum specie cõmunicabant: Alii arbitrabantur alium esse corpus, alium sanguinis effectum, itè quod non totus Christus sub vtraq; continebatur specie. Et hinc scismata & dissidia inter fideles nascebantur. In sacramento autè vnitatis diuersitate esse non conuenit. Ob huiusmodi igitur pericula & eorum scandala, frequentemq; eorum experientiam recessum est ab antiqua consuetudine sub vtraq; specie communicandi, atq; introducta est consuetudo

Part. 4. q. 53.
memb. 1.
Part. 3. q. 80.
art. 12.

cap. 6.

De sacramentis
iii cap. 88.

De Hieron. 17

In commentis
Matth. 18.

alterius speciei, scilicet panis duntaxat, donec prior totaliter esset abolita iustissimis his causis. Et ideo non est dubitandum quin eodem spiritu suggerente & dirigente, quo Christus dominus sub duabus speciebus sacram Eucharistiam ministravit, & in Ecclesia Corinthiorum & aliis multis seculis sic dispensata est, eundem ritum resumserint fideles, quem Christus apud discipulos in Emaus, & Apostoli in Hierusalem apud deuotum illum coetum obseruauerant. Didicerant namque per multam experientiam magis hoc conuenire pro gloria & honore sponsi sui & animarum periculis vitandis. Nec nouum aut mirum videri debet, quod tanta sit facta mutatio in huius sacrosanctæ Eucharistiæ dispensatione, ubi domini ordinationem non habemus, quando aduertimus quod Iosias rex Iuda in scripturis est commendatus, quod confregit serpentem æneum quem ex iussu domini fecerat Moyses. Si quidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum.

4. Reg. 18.

Ca. Quia sancta. dist. 63

Cap. Non debet. De consanguinitate. et affinitate.

1.2. quæst. 97 art. 1.

Epist. 10. li. 2 ad Enagrin.

Serm. de penitentia.

Math. 7.

Epist. ad Euperium.

Cap. Admonere 53. quæst. 2 epist. 14. li. 3.

Lib. 6. ca. 34.

Cap. Si celebrat de clerici. excommunicati. et sub interdicto ministrante.

Hanc igitur ob causam, scandali videlicet, ipsum confregit, & testatur scriptura eum in hoc fecisse bonum coram domino. Huius exemplo concludunt sacri canones quod per hoc magna autoritas ista habenda est in Ecclesia, ut si nonnulli, inquit Stephanus papa, ex prædecessoribus & maioribus nostris fecerunt aliqua quæ illo tempore potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem & superstitionem, sine tarditate aliqua à posteris destruantur. Et Innocent. 3. in Concilio generali, Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque mutantur humana, præsertim cum virgens necessitas vel etidens utilitas id exposcit. (Eadem autem est ratio de consuetudine) quoniam ipse Deus ex his quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo. Atque huius mutationis clarissimum habemus exemplum in Canonibus penitentialibus, quæ vniuersi in diffuetudinem abierunt. Necessè est enim iuxta locorum, temporum & hominum diuersitates, mutari leges humanas & consuetudines, prout ex primo libro B. Augustini de libero arbit. docet Beatus Thomas.

Ad tollendum igitur & cauendum errorem circa effectum sacre Eucharistiæ, & rem in ea contentam, & circa sacramenti sanguinis necessitatem, conueniebat laicos tantum sub specie panis communicari. Nec mirandum est ob has causas vnam speciem sacre Eucharistiæ laicis esse ablatam, quando ob solam reuerentiam, quæ sacramento huic debetur, quibusdam totum sacramentum negatur. Nam abolita est consuetudo communicandi infantes, ob solam indispositionem naturalem, & periculum irreuerentiæ quæ circa sacramentum contingere potest. Eandem ob causam non communicantur morituri, quando ex vomitu laborant: nec amentes, qui omnes à toto hoc sacramento secluduntur, ecclesiæ atque fidelium antiqua consuetudine magis quam præpositorum constitutione: & semper exclusi sunt publici peccatores. Nam B. Cyprianus consultus, quid ei videretur de histrione quodam, an deberet ad sacram communionem admitti. Respondet. Puto ego non maiestati diuinæ, nec Evangelicæ doctrinæ congruere, ut pudor & honor ecclesiæ tam turpi & infami contagione scedatur. Et B. Augustinus, Nos à communionem, inquit, quenquam prohibere non possumus, nisi aut spontè confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico vel seculari nominatum & conuictum. Et aperta est sententia Domini, Nolite sanctum dare canibus. Olim etiam coercebantur à communionem ob disciplinam, & in aliorum exemplum lapsi in grauiora crimina, nec admitterentur nisi in mortis periculo, vel saltem post longi temporis expletam penitentiam, Imò Innocentius primus scribit de his, qui post baptismum turpiter vixerant, quod in fine penitentes ad penitentiam recipi soleant, non ad sacram communionem. Similiter loqui videtur Canon quidam Stephani papæ 5. Item B. Cyprianus grauius indignatur sacerdotibus, qui ante legitimum satisfactionem, lapsi sacram ministrabant Eucharistiam. Nam cum in minoribus peccatis, inquit, agant peccatores penitentiam iusto tempore, & secundum disciplinam ordinem, ad exomologesin veniant, & per manus impositionem episcopi & clerici communicationem accipiant, nunc crudo tempore persecutione adhuc perseuerant, nondum restituta ecclesiæ ipsius pace, ad communicationem admittuntur, & nondum penitentia facta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab episcopo aut clero imposta, Eucharistia illis datur. Id quod prosequitur sex epistolis sequentibus, & in sermone de lapsis. Ex quibus manifestum est, quod solū instantis mortis tempore lapsi in idololatriam, aut negationem nominis Christi, ad pacem & sacram communionem admittuntur, imò in multis ecclesiis tanta erat Episcoporum seueritas, vt nec imminens mortis tempore ad eam admitterentur. Nam citat Eusebius epistolam Dionysii Alexandrini Episcopi, in qua scribit se præceptum dedisse, vt lapsi in exitu nemo sacerdotum reconciliationis solatia denegaret. Et Beatus Ambrosius Theodosium penitentem ex animo à sacra

à sacra Eucharistia excludere ob scelus commissum. Excluduntur etiam secundum factos canones non solum excommunicati per maiorem excommunicationem, sed & per minorem. Nec tantum ob culpam propriam auctores criminis à sacramento isto repelluntur, verum etiam innocentibus propter interdictum ciuitatis ex culpa aliena, sacra Eucharistia negatur. Nam vnum membrum iacturam ferre oportet in salutem totius corporis & aliorum membrorum. Nam solū morientibus tempore interdicti sacra Eucharistia conceditur, de qua re multi sunt canones. Quod prolixè prosequitur & docet Philippus Francus in cap. Alma. Sunt plurimæ aliæ causæ propter quas, ob sacramenti reuerentiam, innocens prohibetur à sacra communionem, de quo beatus Hieronymus & beatus Ambrosius. Et Apostolus Paulus, Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Nam immundi prohibiti sunt comedere panes propositionis, & agnum paschalem, sed in alterum mensam differre cogebantur. Prohibentur etiam pransi & polluti. Nec tamen ministris semper negare licet, quibus sacra communicatio prohibetur. Multæ itaque sunt causæ propter quas à mensa patris filius excludi potest sine sua causa, nimirum ob sacramenti reuerentiam vel fratrum suorum salutem & disciplinam. Quæ autem sit causa iusta, & quo vsque se extendat, & quid quantum ex ea prohiberi vel constitui possit, magis docet prudencia et vnctio sancti spiritus, quam certa regula possit definiri. Hinc inter patres & ecclesiarum pastores non conueniebat, an ob criminum grauiter tempore mortis sacra communicatio negari possit: quibusdam ex disciplina seueritate eam criminosis negantibus, aliis ex clementiæ benignitate concedentibus: quod propterea eorum discretionis relinqui debet. Et locum hic habet quod dicit beatus Cyprianus de suis coepiscopis, Ostendi quod nos, quantum in nobis est sentimus, inquit, nemini præscribentes quo minus statuat quod putat vnusquisque prepositus, actus sui rationem domino redditurus, secundum quod B. Apostolus Paulus, Vnusquisque nostrum pro se rationem dabit. Nō ergo nos inuicem iudicemus. Mensæ namque & familiæ præpositis hoc officium impositum est, vt cibum & potum in tempore domesticis dispensent, & à mensa excludant ad tempus vel perpetuo, atque admittant ad totum sacramentum vel eius partem, prout conuenire videbitur reuerentiæ domini sui, & domesticorum edificationi atque saluti, quos propterea non respicere oportet in constituendo quod singulis congruit, sed quod magis conducit ad salutem communitatis populi Christiani. Cum tanta est plaga, inquit B. Augustinus, vt medicamenta corporis & sanguinis Domini differenda sint auctoritate antistitis, debet se quisque ab altario remouere ad agendam penitentiam, & eandem auctoritate reconciliari. Tantum autem se extendit præpositorum in hac dispensatione potestas, quantum causa & disciplina requirunt. Ait enim Apostolus Paulus: Dedit potestatem mihi dominus in edificationem, & non in destructionem. Et ideo homo Christianus, nec consuetudine, nec præpositorum constitutione passim excludi potest à toto sacramento, cum ius sit domesticis familiæ Christi pasci ex mensa patris familie, nec filius generaliter repelli potest à cibo & potu mensæ patris sui, nisi iusta subiecta causa, de qua diximus. Quapropter sacramentum ministrari debet petenti, quando cumque dispensator non habet causam ob quam iusta ei comperat exceptio. Et quando consuetudo erat sub vtraque specie communicare, non sine iniuria calix sanguinis negari poterat: & ideo dicit B. Cyprianus, quod lapsos in graue crimen iure communicationis ad poculum Domini bibendum admittimus. Et B. Chrysostomus. Non enim fas est non initiatis omnia detegere. Est autem ubi nihil differt sacerdos à subdito, vt quando fruendum est horrendis mysteriis. Similiter enim omnes vt illa percipiamus digni habemur, non sicut in veteri lege, partem quidem sacerdos commedebat, partem autem populus, & non licebat populo participem esse eorum, quorum particeps erat sacerdos: sed nunc non sic, verum omnibus vnum corpus proponitur, & poculum vnum. Intelligit autem B. Chrysostomus nullam esse differentiam ex Christi instituto & ordinatione, & mos Ecclesiæ tunc habebat vt sub vtraque specie omnibus sacramentum proponeretur, facta tamè prius per sacerdotem consecratione et oblatione, & vtramque speciem iure suo petebant laici, sicut nunc alteram tantum, nec eis tunc negari poterat: Lex verò Moyfi ordinabat quid in sacerdotum, quid in laicorum vsum cederet. Nec in sacerdotis, nec in laicorum vsum totum debebat sacrificium. Nunc autem lex Christi nihil distinguit, nec de toto, nec de parte nostri sacrificij aut sacramenti, sed relinquit vtrisque vel totum vel partem, secundum Præpositorum prudentem dispositionem, sicut diximus supra ex epistola Augustini ad Ianuarium.

Cap. Quod in re. de panu. & remiss. & cap. Si sentent. & c. si citui. de sent. excom. & c. Alma. lib. 6. de sent. excommunicat. in Apol. pro libris aduersus Iovinianum. & in comm. epist. ad Titum exponens hospitalium, pauperum, & c. Et in comen. ad Iohannem, circa locum, Di ligite vxores vestras. 4. Reg. epist. 7. lib. 4. & epist. lib. 2 Rom. 14.

hom. 50. que est de panu.

2. Cor. 1. et 13.

epist. 2. lib. 1.

hom. 18. in 2. epist. ad Cor.

IN sacramento esse carnem & sanguinem, totumque Christum ex natura divina & humana constantem, manifestum ex verbis euangelicis, quibus hoc sacramentum conficitur: Hoc, inquit Dominus, est corpus meum. & Hic est sanguis meus. Nam sicut sub speciebus panis totus est Christus, ita & sub speciebus vini. Tale namque in sacramento est eius corpus, talis & sanguis, qualia hæc sunt in Christo in calis. Ipso autem in cena consecrate viuum erat corpus, & viuo corpori sanguis commixtus, nec ab anima separatus erat sanguis aut corpus: Similiter & modò, illo eodem consecrate per nostrum ministerium. Quando autem aliqua sunt realiter coniuncta, ubicunque est vnum realiter, necesse est esse & aliud, cum sola animæ operatione separentur. Hæc autem omnia realiter, hypostaticè & inseparabiliter sunt coniuncta, nec mutantur priora mutatis posterioribus. Esse autem in sacramento, relationem dicit, quæ posterior est & accidit substantiæ, corpori videlicet & sanguini in Christo: Et Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, nec mors illi vltra dominabitur. Est igitur anima coniuncta corpori, ex quibus natura constat humana, & hæc verbo Dei personaliter est vnita, nec sanguis deesse potest, vbi vita est animalis. Non enim exangue est corpus in sacramento, & veluti mortuum cadaver, nec sanguis à corpore separatus. Totus igitur Christus sub vtraque specie continetur. Sciendum est autem, quòd aliquid Christi est in hoc sacramento dupliciter, Vno modo quasi ex vi sacramenti: Alio modo ex naturali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti sub singulis speciebus id duntaxat continetur, in quod directè conuertitur substantia panis & vini præexistens, proptèr verba formæ significatur quæ sunt effectiua in hoc sacramento, sicut & in cæteris, puta cum dicitur, Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus. Ex naturali autem concomitantia in hoc sacramento, est illud quod realiter est coniunctum ei, in quod prædicta conuersio terminatur. Si enim aliqua duo, inquit B. Thomas realiter sunt coniuncta, ubicunque est vnum realiter oportet esse & aliud: sicut generatione ignis sequuntur calor, siccitas, & aliæ ignis proprietates. Propter quod dicit Christus de manducante carnem suam quòd ipsum manducat, quòdque viuet propter ipsum. Nam caro Christi viuificatrix non est nisi ex spiritu & hypostatica vnione cum verbo Dei. Ideo B. Thomas ante conciliorum definitione dicit, quod omnino necesse est consisti secundum fidem catholicam totum Christum esse in hoc sacramento: Et concorditer hoc ipsum docuerunt omnes patres. Vnusquisque, inquit Augustinus, accipit partem suam & manet integer totus, & singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus est totus, nec per singulos minuitur, sed integrum se in singulis præbet, Citat & alios canones Gratianus. Quod & definitur vniversalia Ecclesiæ Concilia. Nam Concilium Constantiense: Firmissime, inquit, credendum & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem, tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri, quòdque à laicis tantum sub specie panis suscipitur quantum sub specie vtraque. Et Concilium Basiliense, Nec vllatenus ambigendum est, quòd non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integrè totus Christus. Item Florentinum ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem Christi conuertitur, ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie vini. Et addit, Sub qualibet quoque parte hostiæ consecrata, & vini consecrati, separatione facta totus est Christus. Et beatus Hieronymus, Nec Moyses dedit vobis panem verum, sed Dominus Iesus, ipse conuiuia & conuiuium, ipse comedens & qui comeditur. Rursum in Concilio generali tempore Innocentii 3. dicitur: Idem ipse sacerdos est & sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris, &c. Non igitur minus sub vna specie sacramenti sumitur, quam sub duabus, imò & plus sumitur quam vtraque; significatur, totus videlicet Iesus Christus secundum naturam humanam & diuinam, vt ad eum verè & substantia-liter præsentem in sacramento, in omni necessitate nostra recurramus. Et quamuis factis absoluta Dei potentia corpus & sanguis Domini esse possint etiam sacramentaliter, vbi nõ est natura eius humana, nec eius anima, & sine sanguine corpus, & extra corpus sanguis: sicut Ioannes hic sedere potest & Romæ ambulare, hic esse calidus vel albus. & alio loco frigidus & niger. (Istud namque à philosophis probabiliter in vtramque partem disputatur, vt hæc concomitantia videri possit non simpliciter necessaria, nec necessarium, vnum coniunctorum esse vbi aliud) Ecclesia tamen catholica non quid Deus absolute possit, sed quid scripturis & fidei nostræ magis sit consentaneum sequens, semper intellexit, quòd sicut Christus semel mortuus est in cruce ad multorum exhaurienda peccata, ita nunquam amplius sit moriturus, nec simpliciter, nec loco aliquo

Thom. par. 3. qu. 76. art. 1.

In ser. dominice 5. post epiphaniam. De conse. di. 2. ca. Qui manducat, ca. vbi pars. Sess. 33.

Quest. 1. ad Hebræos.

Cap. firmiter de sum. Trin.

aliquo, vel etiam sub sacramento: Certum est autem quòd vbi anima corpus non informaret, ibi ipsum mortuum esset, quamuis simpliciter esset viuum: quemadmodum si Ioannes careret visu Romæ, vel à corpore eius separata esset anima, ibi cæcus esset & mortuus, & loco alio possit habere visum & vitam. Hæc an fieri possint probabiliter pro vtraque parte disputantur. Christus autem resurgens ex mortuis amplius non moritur, nec corpus eius aliquo modo vel loco iam mortale est vel corruptioni obnoxium. Hanc ab Apostolorum temporibus fuisse Ecclesiæ catholicæ fidem, testatur etiam responsum b. Andreæ Apostoli ad Egeam iudicem, vt tradit Philaterus. Omnipotenti Deo, inquit b. Andreas, omni die sacrifico, non thuris fumum nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum agnū in altari crucis sacrifico, cuius carnes potest equam omnino populus manducauerit, et usque sanguinem biberit, agnus qui sacrificatus est integer perseuerat & viuus. Ex quibus omnibus consequens est, quòd non aliter secundum rei veritatè sanguis Christi est sub speciebus vini, quam sub forma panis. nec aliter corpus eius sub speciebus panis, quam sub forma vini, nisi tantum significatione diuersa, qua forma panis corpus Christi sub se contineri significat, & species vini tantum significat sub se contineri sanguinem. Hoc enim consequens est, si totus Christus immediate sub vtraque specie contineatur: propter quod sanguis Christi non est in sacramento quasi fluidus, sed est in venis & toto Christi corpore diffusus, quomodo est in corpore nostro, & in eodem corpore in cælis, sicut docet in Canonem Missæ Gabriel Biel. Quod tamen prius natura sub speciebus panis sit corpus domini, quam sanguis & Christus totus, & sub speciebus vini prius natura sanguis, doctè disputat & resoluit contra aliter opinantes VVilhelmus de Rubione ordinis fratrum minorum. Ex quo videtur, quòd in sacramento Eucharistiæ, quantum liquidus, non bibitur corporaliter sanguis domini, nisi habita consideratione specierum, earumque significatione, non autem habita ratione ad sanguinem, vt est in sacramento.

Leff. 53. r.

Dist. 3. li. 4. quest. 10.

In editio Martiani Imperatoris.

De toto igitur hoc articulo nihil nunc amplius disputandum nec dubitandum est post pronunciatam sententiam Ecclesiæ catholicæ in œcumenicis Conciliis. Verè impius & sacrilegus est, qui post Ecclesiæ & tot sacerdotum sententiam suæ opinioni aliquid tractandum relinquit. Prolixè de comunione sub panis specie tantum, & contra necessitatem communicandi sub vtraque specie, scribit reuerendus pater Ioannes Rossen, circa articulum 16. assertionis Lutheranae: Et in defensione Regiæ assertionis contra Babyloniam captiuitatem, vbi respondet septè rationibus quas robora appellat Martinus Lutherus, quibusque conatur Lutherus ostendere sacrilegam, & contra Christi institutum esse laicorum communionem sub specie panis tantum, & grauem fieri iniuriã quòd sanguis eis negatur. Ad hanc Apologiam lectorem remittimus. Lutheri igitur rationibus omnibus, expendimus ea quæ Martinus Bucerus contra eandem veritatem communionis sub altera specie tantum, panis videlicet, scribit aduersus dominum Bartolomeum Laronum, inter quos super dispensatione sacramenti Eucharistiæ acris fuit disputatio.

Bucerus.

Matth. 26.

Ad communionem integri sacramenti, inquit Bucerus, vget, & in ea detinet nos merito præceptum Christi, Accipite, manducate, Hoc est corpus meum, & accipite, bibite ex eo omnes, & Facite hoc in meam commemorationem: Hoc quod ego nunc facio, & facere vos inbeo. Ecclesia verò Christi ne angelum quidem de cælo audit, qui dixerit nisi à mandato Sponsi sui præcipiat, tantum abest vt ipsa per se aliud quid vsuper aut statuat. Lege quæso & expendite quæ sanctus martyr Cyprianus de hoc præcepto, Facite hoc, disserit, epistola 3. lib. 2. Cumque hoc sacramentum dominus instituerit tam diu celebrandum, dum videat gloriosus ad iudicium, is profecto ritus quem in eo obseruandum tradidit, nulla potuit humana negligentia, nec contraria constitutione abrogari.

Responsio.

Matth. 26.

Sint hæc verba, Accipite, comedite, bibite & facite, non inuitantis, sed Christi præcipientis, eos tamen duntaxat alloquebatur, qui mensæ alsidebant, & quibus loquebatur, duodecim scilicet Apostolis, his quibus dicebat: Vnius vestrum me traditurus est, & omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte. Quod autem in nouissima cena factum & mandatum est Apostolis, ad omnes fideles extendi non potest. Ratio enim erat specialis totum sacramentum eis ministrandi quos elegerat, vt mensæ suæ, suo nomine & vice faceret præpositos, eamque post se præpararent, aliique ex ea distribuerent. Nam hos suo exemplo docere oportebat, quid & quomodo eis in posterum esset agendum, non solum dispensando, sed & consecrando atque ipsam mensam instruendo. Tunc enim & potestatem eis erat daturus mensam istam parandi. Nam cum Christus sacramentum istud tum primo instituebat sub vtraque specie, continebat quod sub vtraque etiam eis ministraret: alioqui eum solum sanguinem fumere oportuisset, vnde

Causa peculiaris obgnas cūmeniebat a postolis dispe sari integritate sacramenti.

natus fuisset error, quod laici sanguine domini communicare non possent. Et quod dicit beatus Cyprianus de lapsis qui ad martyrium rapiuntur, quod sanguine domini communicari debeant, ad animandum eos ad proprium sanguinem effundendum, ita confortandi erant Apostoli potu calicis domini contra negationem & pericula quæ imminabant. Volebat etiam Christus singularis amoris argumenta eis exhibere, quorū & pedes lauit, & quos vsque in finem, vt inquit Euangelista, dilexit. Ob has causas hic locum non habet sententia Saluatoris, Quod vobis dico, omnibus dico. Intelligit enim eo loco charitatis & virtutum officia, & omnibus communia pericula. Ex paritate namque rationis quæ de huiusmodi quibusdam dicuntur ad omnes extenduntur, quale est, Vigilate ne dormientes opprimat vos aduentus domini. Nam quod dixit, Vos estis sal terre, Vos estis lux mundi, Quæcunque alligaueritis super terram, & quod Petro dictum est, Tu es Petrus & super hanc petram, &c. Pasce oves meas, non omnibus dicuntur, cū sint priuilegia quæ gratiosè quibusdā conceduntur, quos ad hæc dominus peculiariter elegit. Et quantis omnibus cōmunia sint quæ ad cibum & potum animæ pertinent, non tamen horum signa sacramentalia, maximè quando eundem effectum præstant cibus & potus. Quod autem verba ista, Manducate & bibite, sint domini præcipiētis & mandantis hæc omnibus fidelibus, nec Martinus Lutherus admittit, neque vllam habet probabilitatis rationem, & sine ratione, sine scriptura, sine vlla authoritate hoc asserit Bucerus. Nihil enim hæc verba, Accipite, comedite, bibite, facite, commune habent cum his qui mensæ non assidebant, quibus non loquebatur. Et secundum beatum Chrysostomum & Ioannem Damascenum, verbum, Hoc facite, est dantis potestatis consecrādi, & dispensandi sacramēta: sicut verba, Germinet terra herbam virentem. Item, Crescite multiplicamini, & implete terram. Et sicut hæc præcepta non sunt, ita nec, Hoc facite. Sed Christum dicere, ait Bucerus. Hoc quod ego nunc facio, & facere vos iubeo. Fallitur Bucerus & aliquid addit verbo domini, Non enim ira dominus, hoc quod ego nunc facio, & facere vos iubeo, sed simpliciter: Hoc facite in meā commemoratione. Fecerat autem Christus ex pane & vino corpus suum & sanguinē, Hoc, inquit, & vos facite per operis exercitium, dans eis facultatem hoc faciendi, secundum Beatum Chrysostomum, nihil autem præcipiens. Nam sacerdotibus præceptum esse, vt aliquando consecrent, non necessariò ex his verbis colligitur, sed magis ex eo (vt docet beatus Thomas) quod ait beatus Petrus, Vnusquisque sicut accepit gratiam in aliterutrum illam ministrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Sed nihil ad laicos pertinet, quando certa fide tenendum est, quod hi soli sacram Eucharistiā consecrare possunt, quos ad munus sacerdotii Deus vocauit. Et libenter suscipimus quod ait Bucerus. Ecclesia vera Christi ne angelum quidem de celo audit, qui diuersum à mandato sponsi sui præcipiat, tantum abest, vt ipsa per se aliud quid vsurpet aut statuat. Sed hic disputatur, an Christus mandauerit, vniuersis fidelibus sub vtraque specie sacram suscipere Eucharistiā. Concilia definiunt hoc non esse Christi mandatum, declarauit idem vsu & obseruatione sua vniuersalis Christi Ecclesia. Bucerus verò contrā, sine scriptura dicit hoc esse mandatum Ecclesiæ à sponso suo Christo. Certè æquum nō est, vt contemptis Conciliis, solius Buceri assertio sine vllis testimoniis credamus, Nā sicut in simili dicit August. Si Christum monuisset etiam sine præcepto, vt sub vtraque specie vniuersi fideles communicarent, nemo illum morè variasset. Prouocat deinde nos Bucerus ad S. Martyrem Cyprianum, quem sanè libenter in hac causa iudicem suscipimus, sed ad eum non sine magna impudentia hac in re appellat. Nihil enim in hac epistola agit Cyprianus, de vna vel vtraque specie percipiendā, sed contra Aquarios, qui ex aqua non ex vino sacramentum sanguinis conficiebant, interim tamen puerilem esse intelligentiam verborū Christi: Hoc facite, quam adserit Buc. in eadem ostendit, & in tota epistola ei aduersatur, tantum abest vt aliquid patrociniū suppeditet. Sed frons meretricia facta est Buc. et nō vult erubescere. Legamus itaq; & expendamus quod precatur Bucerus, quæ Cyprian. de hoc præcepto, Hoc facite, differit. Scribens autē cōtra quorundam consuetudine, qui in calice dominico solum aquam offerendam esse putauerunt. Quærendum est enim, inquit, ipsi quem secuti sunt. Nam si in sacrificio quod Christus est, non nisi Christus sequendus est, vtique id nos audire & facere oportet, quod Christus fecit & faciendum esse mandauit. Explians autem quid hoc sit, quod Christus fecit & nos facere iussit. Nam si Christus Iesus, inquit, Dominus & Deus noster ipse summus sacerdos Dei Patris, sacrificium Deo Patri ipse primus obtulit, & hoc fieri in suam commemorationem præcepit, vtique ille sacerdos, vice Christi verè fungitur, qui id quod Christus fecit imitatur, & sacrificiū ve-

Marc. 13.

Matth. 5.
Matth. 16.

Homi. 30. ad
populum Cō-
stātinopolita-
num.
Lib. 4. ca. 14

1. Pet. 4.

Epist. 18.

Hierem. 3.

Psal. 109.

rum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videt obtulisse. Audimus hic ex Cypriano, quod hoc facere, quod iussit Dominus, sit sacerdos panem & vinum aqua mixtum consecrare, & Deo patri offerre, sicut in nouissima cœna Christus obtulit (secundum vaticinium Dauidis, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech) panē & vinū, hoc est, corpus suū & sanguinem sub horum speciebus, in eo functus hoc sacerdotio in sua persona, Liceret certè & nobis cum Bucero expostulare, Lege & expende, quæ sanctus martyr Cyprianus de hoc præcepto, Facite hoc, differit. Si hunc martirem sequi velit eiusque doctrinam probare, recantare & anathematizare ipsum oportebat ea quæ magna cum blasphemia scripsit contra Messia sacrificium, quodque hoc facere, sit māducare & bibere, quorum ne meminit quidē Cyprianus. Item quod hoc Christi mandato omnes fideles sacrā Eucharistiā sub specie vini suscipere obligentur. Hanc autem Beati Cypriani sententiam quod facere sit offerre in Canonæ missæ, docet Ecclesia catholica, quæ legit post verba, Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis. Vnde & memores nos tui serui, & cæ. offerimus. Et nos ex Cypriano sic cōtra Bucerum argumentari possumus: Cū sacramentum hoc instituerit Dominus celebrādum, dum recedat gloriosus ad iudiciū, is profectò ritus, quem in eo obseruandum voluit, nulla potuit humana negligentia, nec contraria constitutione aut doctrina abrogari. Sed ritus hoc sacramentum celebrandi (secundum Beatum Cyprianum) est, vt offeramus corpus & sanguinem Domini sub speciebus panis & vini in sacrificium. Interpretatur enim, Hoc facite, consecrate & offerre. Hunc igitur sacrificandi ritum, nec Bucerus, nec Calvinus, nec quotquot sunt huius sacrificii altaris aduersarii, vnquam abrogare vel abolere poterunt, sed eum exercebit Ecclesia, donec Christus recedat gloriosus ad iudiciū. Ritum autem quo istud sacramētum sub vtraque specie dispensauit, seruauit quidē in nouissima cœna: sed obseruandum non tradidit, quem nec ipse semper obseruauit, nec etiam Apostoli in ecclesia Hierosolymitana. Multas enim caeremonias in cœna illa Christus seruauit, quas nunquam sequuti leguntur sancti Apostoli, nec ecclesia catholica. Exclamat Bucerus,

O irreligiosam & infelicem doctrinam, non patrum, sed puerorum paedagogorum, qua mutatum est, quod instituit Christus.

Non mutatum est quod instituit Christus, eius est institutum. Hoc facite in meam commemorationem, quod & facimus, non comedendo & bibendo corpus Domini & sanguinem, sed consecrando & patri offerendo, sicut se ipse (iuxta sententiam Beati Cypriani) in cœna obtulit. Non est eius institutum vt sub vtraque specie, vna vel altera, corporis scilicet vel sanguinis, fideles hoc sacramentum suscipiant, sed hoc liberum reliquit & mutandum secundum temporum & hominum condiciones, pro fidelium salute & sacramenti reuerentia. Bucerus hic Dominum locutum esse, & iussisse fingit, quæ locutus non est, & addit verbo Dei. Et valde mirandum, quod in eo verbo, Hoc facite, dicat mandatum esse Fidelibus, vt Eucharistiā suscipiant sub vtraq; specie, quādo nec satis cōstare possit ex istis verbis, quod sub vtraq; specie fieri debeat cōsecratio & oblatio, nec quod sacerdos celebrans sub vtraque specie cōmunicare obligetur. De quibus etiam propter rei difficultatem non cōuenit inter doctores Scholasticos. Nec in hoc Christi verbo se fundant, qui tradunt necessarium esse sacerdotem celebrantem hoc sacramentum sub vtraque specie sumere, sed magis nituntur perfectione sacramenti tanquā fundamentum, vt docet Caietanus. Nam Gabriel in Canonē Missæ docet quod celebrans nō tenetur ex iure diuino vtramque speciem consecrare: & ante eum Albertus Magnus. Et sanctissimus Adrianus sextus, post Alexandrum de Hales docet, quod ex iure diuino sacerdos neutra specie vt obligatur. Contrariam tamen sententiam, salua pace & vnitate fidei, docet B. Thomas sequēs doctrinā ca. Relatū, quod sumptū est ex 5. Canone Concilij Tolerani. 12. Et ca. Cōperimus, quod ascribitur Gelasio Papæ. Atq; huius sententiæ fundamentum est perfecta representatio mortis Christi, cuius personā gerūt & representant sacerdotes cōsecrantes. Adeo quidē difficile est ex scripturis docere, quod necessarium est laicis sacram sumere Eucharistiā sub aliqua specie, vt oēs ferè Scholastici opinētur, ex iure diuino nō esse necessariū vnquā cōmunicare. Sed b. Thomas ob materiæ obscuritate mutauit sententiā suam, & docet in Summa ex iure Euangelico necessariū esse cuiilibet Christiano aliquando sacram suscipere Eucharistiā, quem sequitur Sanctissimus Adrianus 6. & fortissimè eam opinionē tuetur Ioannes Rossensis. Quæ certè sententia multò est probabilior, quā docuisse quoq; videtur in suis cōmentariis in capite Ioan. 6. Christof. & Cyrillus. Nec præcepisset ecclesia in Paschate cōmunicare, tempus determinando, nisi credi-

261 Art. 15.

261 Art. 15.

Bucerus.

Responsio.

Part. 3. q. 80.

Leb. 53. D.

In 4. senten.

qu. 1. de Eucharisti.

part. 2. quæst.

vi supra.

De consecra.

dist. 2.

Eadem dist.

Part. 3. quæst.

80. art. 11.

Lib. 5. contra

O Ecclēpa. in

prefat. &

lib. 4. cap. 8.

credi-

credidisset diuinum esse præceptum de sumenda Eucharistia. Nobis igitur meliori ratione exclamare licet. O irreligiosam & sacrilegam pseudo magistrorum doctrinam, quæ non solum mutatur, sed plane violatur Christi institutum, & sanctæ Ecclesiæ aufertur sacrificium, quod Christus vsque ad suum reditum frequentandum, & ad suum patrem placandum, offerendum instituit.

Buceri.

A Theologis qui maxime laborauerunt comminiscendo causas huius mutationis, periculum effusionis memorant, & vt sacerdotum afferatur dignitas. At vero tempore sanctorum patrum periculum hoc magis metuendum erat, cum totæ, & longè frequentissima ecclesiæ calicem Domini singulis dominicis & festis diebus sumebant. Dignitatis vero sacerdotalis afferenda quanto amplior cura patres illos tenebat? Verum nec periculum hoc sanctissimi patres mouit, vt institutum immutarent Domini, adeoque non est illis visa dignitas sacerdotalis afferenda hac sacramenti diuiduatione, vt qui contrarij diserte docuerint, in his scilicet mysteriis nihil profus inter sacerdotem & plebem interesse. Nunc non sic, inquit Chryso- stomus, verum omnibus vnum corpus proponitur & vnum poculum.

Tom. 18. in
Eph. ad Co
1. 1.

Spanio.

Theologis opus non fuit huius mutationis causas comminisci, quando per totâ Ecclesiam obuium erat, & frequenter expertum huius effusionis periculum, nec periculum solum, sed & scandala: Nam dicit Concilium Constantiense, similiter & Basiliense, quod ad euitandum pericula & scandala, hæc consuetudo sub specie panis tantum communicandi, rationabiliter est introducta, & abolita species vini. Et sacerdotum officium & dignitas, quam Apostolis in nouissima cœna conferebat Christus, eos mensa illi vt eam apparerent, & tanquã prepositi ex ea dispensarent præficiendo, hoc exigebat vt formam viderent quam essent secuturi, quando fidelium ædificatio & Christi honor hoc postula- ret. Nec sanguinem ministrabat nisi iam cõsecratis sacerdotibus, si historiam seriem seruet B. Lucas. Hæc igitur causa cum alijs quas diximus, Christum mouit ad distribuendum Apostolis plenum sacramentum, quod tamen non plus continebat, quàm singulæ eius partes, quæ totum Christum sub se præsentem continent. Totamque hæc tempestas non super re aliqua, sed super solo sanguinis signo ab aduersarijs excitatur. Et si tempore patrum, ad quod producat Bucerus, tanta erat fidelium multitudo, & tam incircumspecta atque indeuota, quàm seculis sequentibus, idem erat etiam tunc metuentium periculum: sed post multos lapsus, multamq; effusionis sanguinis experientiam, istud periculum tãdem in- notuit. Et quia non leuiter mutanda est consuetudo diuturna, maxime quam Paulus approbauerat, & ferè tota obseruabat Ecclesia, quando nihil in se mali habebat, multo tẽ- pore à patribus super ea est dissimulatum. Nouerant enim quod ipsa consuetudinis mu- tatio adiuuat utilitate, nouitate tamen plurimum perturbat. Quo propter, inquit Augusti- nus, quæ utilis nõ est, perturbatione infructuosa, consequenter est noxia, cuius habemus ex- emplum in consuetudine apud Asianos celebrandi Pascha decima quarta luna, secundum legis Moysi constitutionem, quam propterea iusta ratione Victor Romanus Pontifex

Epist. 118. ad
Iannuarium.

Lib. 5. ca. 24.

abolere volebat: sed ob ecclesiarum turbationem non satis circumspectè, vt eum monet Irenæus. De quo Eusebius in Ecclesiastica historia. Est & aliud exemplum de rebapti- zando ab hæreticis baptizatos tẽpore B. Cypriani, quæ tamen consuetudo diuturna non fuerat, sed per suum præcessorem Agrippinum primum introducta: eam tamen S. Cy- prianus, quamuis scripturis aduerfaretur, relinquere non potuit. Nihil igitur hic miran- dum est, quod sancti patres etiam post experta pericula hanc sub vtraque specie comu- nicandi consuetudinem tolerabant, donec ab ea fideles, huius irreuerentiæ in Dominum suum horrore, sua sponte paulatim discederent. Nec solum hoc effusionis periculum, sed & scandala fideles mouerunt, vt relinquerent potum calicis Domini. Quod autem patres non mouit istud periculum, diuinando, sine ratione, & falso asserit Bucerus. Non enim fidelis est minister quem non mouet contra dominum suum tãta admilla irreuerenti- a. Maius verò periculum quod ex diuturnæ consuetudinis mutatione metuebatur, ne eam abolerent prohibebat. Docemus & nos Domini institutum mutari non posse, sed vtriusque speciei communicatio Domini institutum non est, quæ proinde mutata est & om- missa per Dominum ipsum, & per Apostolos vt diximus. Quod autem Chryso stomus dicit in his mysteriis nihil profus interesse inter sacerdotem & plebem, intelligit quãtum ad mysterij participationem, non quantum ad eius dispensationem & consecrationem, quæ solis ministris commissa est & sacerdotibus. His enim solis dicitur. Hoc facite in meam commemorationem: intelligit præterea nihil interesse, Christi dispositionem & ordinationem spectando. Hæc enim inter sacerdotes & laicos, quoad sacramenti par- ticipationem, nihil discreuit. Et tempore Beati Chryso stomi is vsus & consuetudo erat in eius Ecclesia, vt non minus per sacerdotum manus laici de mensa Domini perciperet, quàm

quàm sacerdotes, sed ob pericula & scandala vitanda, spiritus Christi suggestione ab eo more vniuersalis Ecclesia desciuit, & amplexa est vnicam speciem panis, sicuti per Apo- stolorum manus communicare soliti fuerant sancti in Hierusalẽ: quæ ritum & Ecclesiæ con- suetudinem sacra approbarunt Oecumenica concilia. Quid (precor) hic peccati est circa sacra Eucharistiæ mysterium, cuius vsus in Ecclesia liberum reliquit ipse eius institutor?

Cum ergo luce meridiana clarius pateat, quid in sacra cœna Dominus instituerit & nobis faciendum præceperit, & cum nullis omnino vel patribus, vel Concilijs vlla de causa liceat circa sacramenta, aut al- lias res quicquam statueri, contra id quod Dominus ipse & Apostoli aperte definierunt, quod & Con- cilia & Pontifices ipsi fecerunt, cerè sequitur & istam sacramenti mutilationem non posse tribui Eccle- siæ Christi, nec eos, qui vel innexerunt illam, aut defenderunt, representasse Ecclesiã Christi. Nec enim sine grandi illa sacrilegio admitti potest, vt papa Gelasius rectè pronunciauit his verbis. Cõperimus autem, De cõse. dist. quid quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calice sacri cruris abstinere: qui procul- tegris arceantur: quia diuisio vnius eiusdemq; mysterij, sive grandi sacrilegio, non potest peruenire.

Buceri.

De cõse. dist.
2. ca. Compe-
rimus.

Ex ipsius Buceri proprio testimonio locum in eo habet, quod apud Iob Eliphaz vnus ex eius amicis dicit, quod Deus apprehendit sapientes in astutia eorum, & concilium prauorum dissipat: per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in mè- ridie. Nam scribit Bucerus luce meridiana clarius esse, quid in sacra cœna dominus insti- tuerit, & nobis faciendum præceperit. Instituit autem secundum sententiam S. marryris Cypriani, quem huius disputationis ipse iudicem facit, nouum sacerdotium & sacrificium secundum ordinem Melchisedech. Ipse tamen Bucerus in hac luce meridiana errat & pal- pitat quasi in nocte. Dicit enim nulli concessam esse consecrandi & offerendi potestatem, nullum esse secundum ordinem Melchisedech sacerdotium, nullum nouæ legis esse sacrifi- cium, sed à Christo in cœna solum institutum esse, vt conueniamus & commemoremus mortem Christi, atque panem sumamus & vinum in eiusdem mortis recordationem. Facimus, inquit, vt ipse insit, quando edimus panem, & calicem bibimus in eius com- memorationem. Nec patribus consuetudinis vtriusque speciei abrogatio, nec Con- cilijs (vt falso asserit Bucerus) tribui potest, cum ante omnem constitutionem, per vsus ecclesiæ exoleuerit: & post introductam cõsuetudinem in Ecclesia speciei panis, appro- bauerunt Concilia Ecclesiam rectè fecisse, atque eam consuetudinem declarauerunt ra- tionabiliter introductam, nec quouis modo scripturis aduersari, nec quicquam admis- sum esse contra Christi aut Apostolorum definitionem vel institutum in huiusmodi ab- rogatione: Et vt diximus, in hoc Ecclesia secuta est Christi exemplum, non quidem in nouissima cœna exhibitum, quod multas requirebat pro ratione temporis & aliarum circumstantiarum cæremonias peculiare, sed id exemplum quod ostendit duobus disci- pulis in Emaus.

Responso.

Cap. 5.

In comment.
super Ioan.

Aboleuit itaque veterem consuetudinem, & nouam adduxit spiritus Christi, qui o- ziosus non est in templo quod inhabitat, viuificat, mouet & regit. Propter quod hæc cõ- suetudinem defendit post generalia Concilia quotquot sunt Ecclesiæ catholicæ Christi sponse filij germani. Sed & si nullum haberet Ecclesia exemplum, quia tamen liberum mo- dum communicandi in Ecclesia Christus reliquit sine speciali mandato, modus hic va- riarì poterat, exigente hoc fidelium ædificatione vel Christi reuerentia. Non enim præcepit quo ordine deinceps sumeretur, quo modo, quo tempore, quo loco, quibus adhibitis cæremoniis, publicè an priuatim, singulariter an in conuentu, alijs presentibus & simul cõmunicantibus, an statim ex manibus sacerdotis mysterium celebrantis, nec etiã an sub vtraque, an specie altera tantum, nec qua specie, item an ex patina suis manibus quisque esset sumpturus, an in pane azimo, an fermentato, an vino miscenda esset aqua. Omnia enim hæc libera reliquit pro fidelium salute, Christi q; honore, per ecclesiã eiusq; præ- positos ordinanda. Hoc enim docet Apostolus post quorundam huius sacramenti ordi- nationem, dicens, Cætera cum venero disponam, secundum facultatem prepositis Eccle- siæ à Christo relictam. Et diximus exemplum Christi eiusque institutionem non im- ponere imitandi necessitatem in his quæ libera reliquit. Non pudet Buceri hic Chri- stum facere sacrilegum, & sacramenti mutilatorem, qui ipse primus sub specie panis cõ- fecrauit, & discipulis in Emaus dispensauit secundum beatum Augustinum, diu Chry- so stomum & Theophylactum. Sententia aut Gelasij papæ, quæ in eius epistolis nusquã inuenitur, cui etiam nec Bucerus multum tribuit authoritatis, plurimum abutitur. Nam sententia illa quam ex Gratiani Decreto citat, de solis loquitur sacerdotibus, sicut & præcedens capitulum Relatum, quod ex Concilio Toletano 12. sumptum est.

Diximus

Diximus præterea Leonem pri. ad tollendum Manichæorum errorem, constituisse, vt ab vniuersis fidelibus sub vtraque specie communicaretur, cui Gelasius in episcopatu fucefsit. Eo autem tempore non sine hæretica superfluitate à calicis communione abstinebatur, nec sine sacrilegio, quod contingit ex indigna atque indebita huius sacramenti tractatione.

Bucerus.

Vnus indubitatus doctor veritatis est Christus Dominus, hunc insit pater audire, hunc audiri Ecclesia vniuersa Christi, sicut in cæteris sic etiam in hoc insituto, quamdiu illi veri Episcopi præfuerunt, & hodie audit eum, & integrum sacramentum administrat omnis Ecclesia cum Indica, tum Græca. Nulla igitur omnino causa adferri potest, quo minus imminuat Maiestatis Christi & Ecclesie eius ipsi nos obligemus, si tam manifestam sacramenti deprauationem, quæ eo tempore in Occidentibus Ecclesiis obrepfit, quo dominos habere ceperunt, qui Antichristo non Christo seruebant, vt Dnus Bernardus questus est, retinere audeamus doctriam pridem meliora. Audeas tu quidem scribere, (Ait ad Latomum) Ecclesiam multis seculis hanc deprauationem vsurpasse: verum hoc ipso Ecclesie Christi luculentam iniuriam facis. Constat enim ab Orientalibus Ecclesiis nunquam fuisse receptam, in Occidentibus aut ante quadringentos annos nondum vbiq; obtinuisse. Sed hæc esse quod multis seculis hæc mutilatio obtinuerit, quia tamen constat vsus huius ceremonie secus esse institutum à Christo, aliter traditum ab Apostolis, qui a domino acceperant, nonne concluditur hanc Christi institutionis deprauationem minime tribuendam esse ecclesie sponse Christi, quæ verbu eius per omnia sequitur, sed temeritati potius & superstitioni imperitorum & irreligiosorum sacerdotum?

Responsio.

Doctorem hunc vnicum audiuit & audiet semper vera Christi Ecclesia, nec solum eum audit per se loquentem, sed & in ministris & pastoribus Ecclesie præpositis, in quibus Christum loquentem libenter etiam audit & sequitur. Vera enim ouicula sui pastoris vocem audit semper & sequitur, alienos non sequitur, quia eorum vocem non nouit. Nouit enim illos positos esse à spiritu sancto ad regendum ecclesiam ad consummationem sanctorum, vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ: hos audit vsque ad seculi consummationem, quales quales etiam fuerint in moribus Episcopi. Nam & doctores in episcoporum subsidium in ecclesia posuit ad eius ædificationem ac instructionem. Secundum Bucerum doctrinam vera Christi ecclesia in India & Græcia quærenda est, & non in fidelibus qui Christi vicario Pontifici Romano obediunt, & consuetudinem sub specie panis duntaxat communicandi sequuntur: qualem communionis morem falsò & odiosè vocat sacramenti deprauationem, dimidiatationem, atque mutilationem. Nulla enim est hic sacramenti deprauatio, quando exemplum habet in Christo & in eius Apostolis. Quapropter non primò in ecclesiis Occidentibus irrepfit, sed initium habuit in Hierusalem apud Christum & eius Apostolos. Nec est mutilatio, aut dimidiatio sacramenti, si rem sub vnica specie contentam, eiusque efficaciam spectemus. Nihil enim minus singula continent species, quam amba simul, nec hæ effectum vllum amplius habet, quam altera: quamuis representatio nõ sit plena & perfecta. Sed hæc representatio ad sacramentum pertinet, vt sacrificium est, & à sacerdote conficitur, non autem vt cibus & potus est animæ. Facite hoc, inquit Dominus, in meam commemorationem, in quam non editur nec bibitur, sed in cordis confirmationem. Panis enim cor hominis confirmat, & vinum lætificat, vt inquit David. Hic siquidem est vsus cibi & potus. Et falsum est quod dicit Bucerus constare vsum huius ceremonie secus institutum esse à Christo, aliter traditum esse ab Apostolis. Nam de vsu huius ceremonie, vt vel sub vtraque vel altera specie sumatur, nihil instituit Christus. Ab Apostolo Paulo quidem in hac ceremonia disposita est communicatio, vel permixta apud Corinthios, sed à reliquis Apostolis sub altera ceremonia & ritu in Hierusalem. Quæ autem ab Apostolis sunt ordinata, ob iustas causas mutari possunt, cuius exemplum habemus in suo ipsorum Decreto de abstinendo ab immolaris simulachrorum, à sanguine & suffocato. Item in multis quæ Paulus constituit, vt de non ordinando bigamo, de ordinando velato & de cæto capite. Tribuenda est igitur communionis mutatio ipsò Christi verè ecclesie catholice, & sancto spiritui, qui eam regit, omnemq; docet veritatem, quæ etiam si nullum habuisset exemplum in Christo vel Apostolis, hanc tamen mutationem facere potuit, Christi sponsi sui reuerentia, vel fidelium salute hoc exigente.

Art. 15.

Bucerus.

Commentum illud, videlicet contineri tantum sub altera specie sacramenti, quantum sub vtraque, irreligiosa argumentationi merito est ascribendum. Ista corporis & sanguinis Domini exhibitio, quam Dominus nobis in sacra cæna sua offert, res sacramenti est, & operationis diuine. Quapropter ex phisica ratione de ea quicquam colligere velle, non minus à ratione, quam à religione alienum est. Exhibet hic se dominus, vt ipsi visum est, ratione nobis inexplicabili: & quamquam seorsum corpus, seorsum sanguinem

ipso tamen nephas est quicquam sectionis cogitare. Vera est & realis exhibitio, sed ad id, vt corpus & sanguinem Domini verè percipientes, viuamus penitus in ipso, & ille in nobis. In nostris enim cordibus habitare vult, eò se his sacramentis inseri, vt ipsum non in auro & argento, in quibus non habitat (vt Salomon testatur, Stephanus & Paulus testantur idonei testes) sed in nobis ipsis, quem tota vita nostra circumferre, & tanquam verè monstrantia, demonstrare & exhibere debemus omni pietate, sanctissima & beneficentia.

Non commentum est, sed certa atque infallibilis veritas, quam definiunt & declarant vniuersalia Ecclesie Concilia (ad quæ ambigua quæstiones olim semper referri solent) nec sine scripturarum testimonio eam pronunciauerunt. Et sicut irreligiosa nõ est argumentatio qua concludimus, in Christi corpore esse neruos & ossa quàm extra sacra mentu ta in sacramento, cù corpus humanum sine eis non consistat, ita nec ea qua colligimus animam esse in Christo corpore viuo, sine qua cadauer est, nec viuere potest: nec etiam ea qua concludimus in corpore eius esse sanguinem & diuinam naturam, à qua in verbo nunquam separatur. Et quamuis ea quæ fide ex Dei reuelatione credimus, non subsint ratiocinationi humanæ, in his tamen rebusq; diuinis, ex consequentibus & antecedentibus sanctè & religiose argumentamur, sicut in rebus naturalibus. Regulæ nãque argumentationum, quas tradit Dialectica, in omnibus rebus æqualiter locum habent: sicut Grammaticorum regulæ nullam respiciunt peculiarem materiam. Ista corporis & sanguinis Domini exhibitio, res quidem sacramenti est, & diuinæ operationis, & ideo nulla argumentatione cognosci potest, sicut nec personarum trinitas, vel verbi incarnatio, quæ tamen necessariò hinc dependent & antecedunt, argumentatione cognoscere possumus, sicut quod natura humana nec Deus est, nec est natura diuina, quamuis Christus homo sit & Deus: & ex trinitate cognoscitur, quòd pater non est filius, quodq; de eius substantia sit genitus vnusque sint in substantia & operatione. Exhibet quidem se hic dominus, vt sibi visum est, ratione nobis inexplicabili, quia tamen se in corpore viuo exhibet quale in cælis habet, necessariò est ipsum esse animatum, & non sine sanguine. Errorem est præterea quod dicit Bucerus, quòd nephas esset quicquam sectionis in Christo cogitare, quamuis seorsim corpus & seorsim sanguinem in sacramento exhiberet. Ex eo enim necessariò sequeretur diuisum esse corpus à sanguine, & ediuersò, sicut erat in triduo mortis. Et quando superius dixit dominus doctor Latomus, ad tollendum errorem simplicium, ne putarent à corpore seiunctum sanguinem, & in duobus sacramentis Christum esse diuisum, introducta esse sub specie panis communionem, obiicit Bucerus. Hunc errorem aliquando exitisse vbi legisti? Quem errorem nunquam, vt ipsemet scribit, auditum ipse palam nunc docet & profiteretur post magistrum suum Lutherum, qui scribens aduersus quoddam episcopi Misenfis mandatum, affirmat sub altera specie sacramenti, alteram tantum esse partem Christi, puta sub specie panis solum corpus, & sub specie vini solum Christi esse sanguinem, verà fidei relinquens sententiam, quam prius fuerat sequutus, sicut docet M. N. Ioannes Eckius. Habitat autem Christus in cordibus nostris, sed per sacramentum operatur, vt tota vita ipsum tanquam verè eius monstrantia, circumferamus in corporibus nostris, Hic enim finis & effectus est huius sacramenti. Et cù verè ac substantialiter corpus & sanguinem suu sub sacramento exhiberet, necessariò est tale corpus in eo adesse, quale patri asider in cælis, viuũ scilicet & gloriosum. Nec ingratum ei esse potest monstrantiam, in qua seruatur, auro & argento ornari, cuius iuuu arca testamenti omni ex parte erat auro circumcincta, aurea vna in qua erat manna, aureum thuribulum. Si enim quod euacuatur, in gloria est, multo magis quod manet, in gloria est, vt in simili dicit Apostolus Paulus. Quamuis autem hanc monstrantiam corporaliter non inhabitat, ea tamen substantialiter contineri, & in nostram omnium consolationem ibi manere dignatur. Ex concomitantia enim essentiali & naturali ac inseparabili vnione in ea continetur totus Christus secundum vtramque naturam.

Responsio.

Hom. 25. de Sacramentis.

Heb. 9.

2. Corin. 3.

Bucerus ad Latomum.

Quod subiectis, non venisse Dominum dispensari altera solum specie, quam & ipse in sacramento duobus discipulis Emmaui porrexerit, tantum momenti habet. Primum enim, an Dominus in ea fractione panis duobus discipulis sacramentum corporis sui dederit, incerta cõiectatio est: & vt certa sit, quomodo probabis non dedisse Dominum his discipulis pariter & sacramentum sanguinis sui? Quid enim hoc loco habetur aliud, quam hos discipulos apertis tandem ipsorum oculis agnouisse Dominum, cum eis acceptum benedictum, & fractionem panem porrexisset? Deinde si maximè constaret, Dominum in hac fractione panis exhibuisse sacramentum sui ipsius, & id simbolo panis tantum, licet ne propterea seruis immutare institutum Domini sui in hac sacra cæna, tam clarè & diseridè ab eo traditum? An verò non videtur?

videtur tibi Dominus satis vetuisse alteram tantum sacramenti speciem de mensa sua distendere: cum vtrumque dare & accipere, adeo sancte instituit & precepit? tu quamquam te hominem agnoscis, nec dignissimum iudicas, qui donus Dei profusus vitare, tamen si tuæ familiae diserte precepisses, ut ad prandium tibi pararet tria ciborum genera, cum duobus multo salubrius crederis, eo ipso tamen velles domesticos tuos arbitrari esse abs te veritum ipsi duo tantum tibi genera ciborum exhibere, quod precepisses illis distendere de tribus: Cur igitur putes vetitum nobis non esse, alteram solum Euchariæ partem de mensa domini distendere, cum Dominus tam clare instituerit & iusserit Apostolos primum, consequenter omnes homines administrare & sumere vramq; dum ait, Bibite ex eo omnes.

Responso.

Non potest incerta esse coniectatio, quam ex euangelio concorditer tradunt magni hi doctores, Augustinus, Chrysostomus, & Theophilactus. Et corporis duntaxat, non sanguinis sacramentum istis discipulis Christum porrexisset ipse testatur b. Lucas. Scribit enim quod post porrectum panem aperti sunt eorum oculi, ut ipsum iam cognoscerent, & euanuit ab oculis eorum. Quando autem constat in hac panis fractione sub symbolo & forma panis sacramentum Dominum exhibuisse, sine tamè sacramenti deprauatione, mutilatione, & suæ institutionis violatione, aliud videlicet ritum & caeremoniam in eius dispensatione hic ostendens, Ecclesia catholica hanc sequens caeremoniam non deprauat, non dimidiat sacramentum, nec eius violat institutum, quin potius magistrum & Dominum suum imitatur, intelligens ex eiusdem Christi sui spiritu ob varium istum dispensationis ritum, quem Christus prior obseruauit sibi relictam esse libertatem sacramentum hoc dispensandi, quemadmodum tempore, personis, & fidelium saluti conueniret. Iterum hic repetit (sicut & alias sæpe) quod planè falsum est, Dominum videlicet vetuisse alteram tantum speciem. Et quod dixit, Bibite ex eo omnes, simplici & imperito lectori manifestum est, præsentibus illis qui mensæ assidebant, & non aliis esse dictum, sicut nec alia quæ in eodem Euangelii contextu scribuntur.

Cap. vltimo.

Bucerus.

Ecclesia igitur Christi, quia sunt hominum cæcus, & labi possunt propter imperitiam ministrorum, & inopiã doctrinæ syncerioris, ferrè potuerunt cum aliqua ignorantis excusatione, spoliari se dispensatione & perceptione calicis domini, & nihilominus Ecclesie Christi esse. At quæ eruditæ sunt, quomodo mysterium huius sacramenti Dominus instituit, hæc non possunt esse Ecclesie Christi, si prætermittant quod traditum esse nouerunt à Christo sponso & capite suo. Adulteræ enim sunt, non sponse Christi, quæ mactati & præceptis Christi, auctoritatem creaturæ scientes præserunt.

Responso.

Ad rebellionem & disidia aduersus suos pastores hic excitat Bucerus fideles. Ipse homo apostata à sancta Christi religione & professione, quam Deo coram altari in ordine prædicatorum fecit, alios à Christo apostatare facit, & hæreses ac scismata seminare molitur. Non satis est ei quod erret ipse, sed & alios in errorem, imò in extremum pertrahit exterminium. Ecclesiam suam Christus super firmam petram edificauit, aduersus quam nec portæ inferi præualere poterunt. Nemo eam potu calicis spoliare (ut obiicit Bucerus) vltro ob sponi sui reuerentiã ab hoc potu destitit, sola corporis manducatione contenta. Quas hic dicit Ecclesias eruditæ, hæc sunt quas ipse mendaci & hæretica persuasione cum suis eiusdem impietatis collegis seduxit: Adulteræ sunt Ecclesie non Christi sponse, quæ Ecclesiam super Petrum fundatam (ut inquit Cyprianus) eiusq; doctrinã relinquunt & contemnunt. Vnica est Ecclesia, vnica fidelium domus, quicquid ab ea segregatus adulteræ se iungit, à promissis Ecclesie separatur: nec pertinet ad Christi præmia qui relinquit Ecclesiam Christi, alienus est, prophanus est, hostis est: Habere iam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Docet autem b. Cyprianus hanc esse veram Christi sponsam illam Ecclesiam, quæ agnoscit Petrum, Christiq; in terris Vicarium.

De simplicitate prelatiorum.

Bucerus.

D. Cyprianus contra eos nominatim scripsit: qui in calice dominico sanctificando, & plebi ministrando, non hoc faciebant, quod Iesus Christus Dominus & Deus noster, sacrificij huius auctor & doctor, fecit & docuit, videlicet quod aquam pro vino in calice ministrabant: Cum autem illud D. Martyr ideo tantopere damnarit, quod alienum esset ab instituto Domini: nec minus ab eo instituto disceditur, quando calix omnino plebi non ministratur, ac cum in eo pro vino exhibetur aqua, planum est omnia illa quæ D. Martyr hoc loco contra eos adfert, qui sacramentum Domini violabant, dum aquam in calice loco vini porrigebant: verissimè dici posse, & quadrare hodie in eos, qui idem sacramentum in eo mutilant, quod plebi calicem penitus subtrahunt.

Responso.

Qui aquam pro vino in calice ministrabant, sacramenti mutabant materiam nec verè consecrabant, nec Christi sanguis ibi in calice continebatur, sicut si in vino ministraretur baptismus, nullum esset sacramentum, nec vlla fieret regeneratio, nec peccatorum remissio. Longè autè diuersum est in ritu & caeremonia variare, quæ ad sacramentum eiusq; substantiã non pertinet, sed ad eius dispensationem & vsum duntaxat: Atqui hoc ritu sub specie panis

panis tantum sacramentum ministrandi, Christi habemus exemplum & Apostolorum. Merito igitur grauiter hoc damnat B. Cyprianus, quod in calice Domini loco vini offerbatur aqua, cum Christus materiam consecrationis huius sacramenti instituerit panem & vinum, non autem quod vel sub vtraque vel altera tantum specie fieret sacramenti dispensatio. Non igitur à Christi instituto hic receditur, quanuis tunc exhibitum eius exemplum non sequamur. Plurimum quoque refert in qua vel quali re eius exemplum non sequamur: quemadmodum ex iussu Ecclesie aliquando consecratum est in pane fermentato, cum tamen ex Euangelij manifestè constat Christum panem azimum consecrasse.

Concludo itaque hanc questionem cum D. Cypriano, videlicet, In sacrificio quod Christus est, non nisi Christum audiendum & sequendum esse. Hic omnibus Christianis tam accipientibus quam ministrantibus, idem corpus & idem poculum proposuit, iussitq; pariter omnes vtrumque sumere. Nihil enim in hoc sacramento interesse inter sacerdotem & plebem, catholicè & orthodoxè D. Chrysostomus testatur est: Ita obseruauit (quod veluti per manus acceptum à Domino Apostoli tradiderat) vniuersa Ecclesia Christi.

Bucerus.

Et nos Christum audimus, nec aliquid verbo eius addere audeamus, seruitutem Ecclesie imponendo in ea caeremonia, in qua libertatem ei reliquit, eius & sequimur exemplum coram duobus discipulis in Emaus exhibitum, sequimur & exemplum sanctorum discipulorum in Hierusalem, quibus Apostoli mensam parabant post acceptum spiritum sanctum in die Penthecostes, ob pericula & scandala. Caeremoniam quam in cœna seruauit Christus (cum eam non iusserit obseruari, sed liberam reliquerit) eodem Christi spiritu consulente sanctæ Ecclesie tandem reliquit: In cœna autem nouissima non omnibus fidelibus, sed Apostolis duntaxat idem corpus & idem poculum proposuit, in Emaus solum corpus. Quod iusserit pariter vtrumq; omnibus Christianis, falsum esse ostendimus, nec scriptura, nec ratione hoc probauit Bucerus. Nihil ex Christi institutione ac dispensatione quoad facerent perceptionem, interesse inter laicos & sacerdotes docuit B. Chrysostomus, sed ritum istum communicandi pro fidelium suorum edificatione & sacramenti reuerentia variandum reliquit. Vnde manifestum est quod nihil roboris, nihil firmitatis habent quæ adfert Bucerus contra dispensationem sacræ Euchariæ sub specie panis tantum. Suae igitur salutis prodigus est & spore se perdere eligit, ac in sempiternum exterminium præcipitare, qui relicta Conciliorum definitione, & generali ecclesie catholice cõsuetudine legitimè introducta, eius sequitur sententiam. Nos autem ex superioribus aliter concludere possumus: Cum Christus Dominus de hac caeremonia vtriusq; vel alterius speciei nihil disposuerit, sicuti nec de his quæ Apostolus Paulus ordinauit, & dispositurum se scribit in Ecclesia Corinthiorum, atque ita libertatem vtendi caeremonia, quæ magis pro tempore ad vitanda pericula & scandala conuenire videretur, reliquerit: habeamus præterea Christi exemplum & sancti Petri, aliorumq; Apostolorum, post abolitam consuetudinem sub vtraque specie communicandi, spontaneo consensu ecclesie catholice rectè definitum est & declaratum, quod huiusmodi consuetudo ob pericula & scandala legitimè sit introducta, quodque scripturis non aduersatur, & quod hæretici sint illi, qui eam quasi Christi institutioni atque Euangelio repugnantem improbant.

Responso.

Nec plus soliditatis habent quæ adducit Ioannes Caluinus in Antidoto articulorum facultatis sacræ Theologiæ Parisiensis, super materiis fidei nostræ hodie cõtrouersis, ubi scribit contra articulum septimum in quo idè dicitur, quod habet hic noster articulus.

Mandatum, inquit, est Christi, Bibite omnes. Quia etiam cum de pane simpliciter dixisset, Accipite, manducate, cum ad calicem ventum est, iuber nominatim vt omnes bibant.

Caluinus.

Si mandatum est, eos solos respicit qui presentes aderant, duodecim videlicet Apostolos, quibus solis loquebatur & quibus dicebat, omnes vos in me scandalum patimini in ista nocte, hos cum singulariter dilexisset, in finem eos dilexit & peculiaria amoris beneficia eis exhibuit, diximus & alias causas ob quas conueniebat eis corpus & sanguinem dispensare.

Responso.

Hoc se Apostolus Paulus tradidisse Corinthiis, sicut accepit à domino restatur. Ratio quæ adducit solet de concomitantia, locum hic non habet. Neque enim quid nobis det Christus intrinsecus solum conuenit, sed etiam qualiter, aut si manus, modus inspicieudus est, quo Dominus seipsum nobis vult communicare. Quemadmodum ergo sub pane dat nobis corpus, ita etiam sub calice sanguinem. Proinde nihil nobis aliud restat, nisi vt obedamus eius mandato, ex eius manu sumendo signa quæ porrigit nobis, vt verum veritate fruamur. Nam quia corporei sumus, quemadmodum Chrysostomus admonet, sub visibilibus, pro capiti moduli nostri spiritus alia nobis dispensat.

Caluinus. i. Cor. 11.

Non dicit Apostolus Paulus quod Christus omnibus Christianis locutus fuerit ac iusserit,

Responso.

iussit, Bibite ex eo omnes, & reclamat series historia: simplici autē lectori evidens erit, solis duodecim Apostolis Christum hoc dixisse: & hac concomitantia sequitur rerum naturas, quomodocumque corpus suum & sanguinem Christus dederit, siue sub forma propria, siue sacramentaliter sub panis & vini speciebus. Necessarii enim est adesse animam & sanguinem: item hominem ipsum eiusque personam, si deest corpus hominis viui. Sed quia Calvinus sola fide in sacramento corpus & sanguinem Domini, non reali præsentia apprehendi docet, & intelligentia per abstractionē hęc separari possunt, ideo secundum eius & aliorum sacramentatorum opinionem non habet locum ista concomitantia, quæ rerum sequitur naturas, non intellectus considerationem, quia sunt omnia maximē coniuncta separari possunt. Nec solum sub visibilibus quasi signis dantur in hoc sacramento corpus & sanguis Christi (vt docet Calvinus) sed seipsa, facta conuersione panis in corpus, & vini in sanguinem.

Calvinus.

Hon. 60. ad
populum De
resurrex. car
ni Li. 3. Ec-
clesiast. histo
vie ca. 8. In
Sophon. In 2.
Corin. cap. 9.

Responsio.
Art. 2.

Calvinus.
De cõser. dist.
2. ca. Comperi
mus.
epist. 2. de la
p̄s̄.
Responsio.

Elic ritus obseruatus fuit in Ecclesia vltra annos mille, sicut restantur omnium patrum scripta. Caro, inquit Terullianus, corpore & sanguine Christi patitur, vt anima de Deo fingitur. Et Theodorus verba Ambrosii refert ad Theodosium Imperatorem. Quomodo huiusmodi manibus sacri Domini corpus suscipies? qua audacia poculum præciosi sanguinis ori tuo admovebis? Hieronymus, Sacerdotes qui Eucharistiam constituunt, & sanguinem Domini populo distribuunt. Item Chrysolomus, non sicut in veteri lege partem comedit sacerdos, partem verò populus, sed ea que sunt Eucharistie, communia sunt omnia inter sacerdotem & populum. Omnibus vnum corpus proponitur & calix vnus. Sed de obseruatione non est controuersia, quam omnes talem fuisse fatentur.

Post hunc ritum aliam dispensationis sacramenti huius formam ostendit Christus apud discipulos in Emaus, obseruauerunt quoque aliam Petrus, reliquique Apostoli in Hierusalem. Et si nunquam alius ritus seruatus esset, quando à Domino vtriusque speciei communicatio præcepta non fuit, mutari hæc cæremonia potuit, exigente sacramenti reuerentia ac fidelium salute, periculis & scandalis. Atque hanc responsonem veram ad suam ratiocinationem obuiam videns, addit:

Quod autem sic fieri omnino oportere censuerint, constat ex decreto Gelasii, qui arceri iubet à toto sacramento, qui calice abstinet, quoniam diuisio huius mysterij, inquit, grandi sacrilegio non careat. Cyprianus verò fortiter contendit, nullo modo admittendum esse hoc sacrilegium.

Parum Calvinum mouet Gelasij, omniumque veterum autoritas, quos vniuersos contemnit, ideoque scripturam adducere oportebat, quando quasi destitutus & diffusus suis argumentis, extremam adiecit probationem, quod omnino sic fieri oportebat, sicut hic communicatio ritus sub vtraque specie à patribus fuit obseruatus. Gelasius papa epistola suas Ecclesiæ iudicio libèter subiecit. Et verum est in sacerdotibus quod ex decreto Gratiani ex eius epistola citatur, sed laicos non complectitur hæc eius sententia, ad quos tamen Calu. eam extendit. Aduertere hic oportet, quod Calvinus non meminit primarij fundamenti, quo potissimum nititur Mart. Bucerus contra speciem panis tantum, & pro necessitate vtriusque speciei, verbo videlicet Domini, Hoc facite in meam commemorationem. Nouit enim eius infirmitatē, & ideo ad alia eiusdē dominicæ cænæ verba recurrit, quæ propter vniuersalitatē, quandam apud populum habere apparentiam videntur, scilicet, Bibite ex eo omnes. Verùm legenti sacrum Euangelium quantumuis etiam imperito, manifestum erit, quod signum vniuersale solos complectitur duodecim Apostolos, qui aderant præsentēs.

Adem ferè argumenta cõtra communionem corporis sub specie panis tantum, proponit Confessio Augustana, & in eius Apologia Philippus Melancthon, quæ quia paulò plus momētū habere videntur, & maiori cum apparentia adferuntur, ostendemus etiam ea esse infirma.

Habet Confessio.

Confessio Au-
gustana.

Epist. 2. lib. 1.
in Zacharia
cap. 3.
De cõser.
dist. 2. cap. 20
primi.

Datur apud nos laicis vtraque pars sacramenti in cœna Domini, quia sacramentum institutum est non solum pro parte ecclesiæ, scilicet presbyteris, sed etiam & reliqua ecclesia: Igitur & populus vtriusque sacramento sicut Christus instituit. Et quidē Christus instituit Mathei 26. Bibite ex hoc omnes. Vbi manifestè ait de poculo, vt omnes bibant. Et ne quis cavillari possit, quod id tantum ad sacerdotes pertinet, Pauli ordinatio apud Corinthios testatur, totam Ecclesiam communiter vsam vtraque specie. Hic mos diu mansit etiam in Latinis Ecclesiis, nec constat quando, aut quo aurore mutatus sit. Cyprianus aliquot locis testatur, populo sanguinem datum esse, vt ad Cornelium Papam scribens. Et Beatus Hieronymus, Extat in decretis Canon Pontificis Gelasii. Item in historia tripartita, in oburgatione Theodosij Imperatoris, quem Ambrosius noluit ad communionē admittere sine penitentia, propterea quod Thessalonica paucorum militum necē, qui per tumultum interfecit fuerant, nimis acerbe vltus erat, trucidat-

trucidauerat, septem milia civium. Hic Ambrosius inquit, Quomodo his manibus suscipies sacrum Domini corpus, qua tēeritate ore tuo poculum sanguinis præciosi percipies? & cætera. Constat igitur veteris Ecclesiæ morem fuisse, dare populo vtramque sacramenti partem, tantum consuetudo non ita vetus adimī populo alteram partem. Non distulimus quid sentiendum sit de consuetudine recepta contra auctoritatem Apostolicæ scripturæ, contra Canones, contra exemplum veteris Ecclesiæ. intelligunt enim omnes pij, conscientias de doctrina Christiana verbum Dei consulere debere, nec approbandam esse consuetudinem contra verbum Dei. Quamquam autem consuetudo mutauerit in Latina Ecclesia veterem morem, tamen non improbat nec prohibet. Nec verò humana auctoritas prohibere ordinationem Christi & receptissimum veteris Ecclesiæ vsum debet. ideo nos non diximus prohibendum esse vsum integri sacramenti.

Quod contra generalem Ecclesiæ catholicæ consuetudinem, ob pericula & scandala vitanda, spiritus sancti suggestionē, legitime introductam, iuxta Concilij vniuersalis declarationem & decretum, ex perueria scripturarum intelligentia seducti, vos vestra auctoritate nouum erigitis altare contra domum Irahel, nemo sapiens probare poterit, cum reliquis Ecclesiæ membris vnitatem & cõformitatem vestro affectui & iudicio præferre oportebat. Sed dicitis, Scripturæ nos cogunt, nec aliter conscientias nostris satisfacere possumus. Quæ obsecro sunt hæc scripturæ, quæ rationes? Nempè istæ.

Sacramentum institutum est non pro parte Ecclesiæ, scilicet presbyteris, sed etiam pro reliqua Ecclesiâ, Bibite ex eo omnes.

Docemus quidem & nos pro tota Ecclesiâ esse institutum, videlicet vt sacrificium habeat quod sacerdotum ministerio patri repræsentet & offerat in victimę filij eius dilecti recordationem: sicut in lege agnus Paschalis offerebatur in commemorationem liberationis populi à seruitute Aegypti. Nam Euthimius in Cõmentar. Matthei, tractans ex Beato Luca, verba Domini, Hoc facite in mei recordationem. Hoc, inquit, nouum mysterium, & nō illud vetus. Si quidem vetus illud mysterium in recordationem inductum est salutis Hebræorum primogenitorum, hoc autem in recordationem Domini. Per tale enim sacrificium reminiscimur, quod corpus suum in mortem tradiderit, & sanguinem suum effuderit, ac ita continuatē memoriā renouamus. Vidisti quoque discipulos à veteri sacrificio in nouum transtulerit, de quo latius articulo sequente, & sicut agnus immolatus per familias & domos edebatur, secundū legis præscriptū, ita nunc corpore & sanguine vtriusque post oblationem, secundum prudentem Præpositorem dispositionē, quoque Ecclesiæ suo loco Christus gubernatores reliquit. Non enim (vt inquit beatus Augustinus) Dominus præcepit, quo deinceps ordine sumeretur sacra Eucharistia, vt Apostolis per quos Ecclesiæ dispositurus erat seruaret hunc locum. Est itaque sacramentum institutum, vt offeratur pro viuīs & mortuis: sicut panes propositionū in oblationem, & agnus paschalis in sacrificium. Deinde secundo loco, vt sit cibus & potus ministerio Apostolorum & sacerdotum (quos mensæ huic præfecit) fidelibus dispensandus pro eorū salute & edificatione: quibus & præcipitur, Nolite sanctū dare canibus: & vt ab ista mensa repellant, quando honori & reuerentiæ eius hoc conuenire viderent. Nō igitur inferri potest, quod populus vti debeat sacramento secundum vtramque eius partem, nisi intelligatur eo vtī tanquam sacrificio quod ipsa Ecclesiâ patri offert, secundum sententiam B. Augustini, In quotidiano, ait, Ecclesiæ sacrificio tam ipsa per ipsum Christum, quam ipse per ipsam fuerit offerri. Quod autem edendo & bibendo populus hoc sacrificio vtriusque, Christus non instituit. Et quidem Christus, inquit, Bibite ex hoc omnes, sed solis duodecim loquitur Apostolis, non populo, vt sæpe repetere cogimur. Ecclesiâ autem Corinthiorum vsa est vtraque specie, sed an Pauli, an alterius institutione, non satis constat: & fortassis exemplo cõmunicationis à Christo in vltima cœna ostēso. Est & mos iste in Ecclesiis Latinis seruatus. Sed quia mos solum erat populi Christiani, & Præpositorum ordinatio, non Christi mandatum, murari & aboleri per Ecclesiā poterat, maximè quando ex eius obseruatione nata sunt pericula & scādala, sicut diximus Ezechiam regem destruxisse serpentem aneum, quem Moyses fecerat ex iussu Dei. Soli autem sacerdotes ministri sunt consecrationis & dispensationis sacramenti, qui suo fungentes ministerio, Christum repræsentant, & plenam victimæ crucis tenentur facere memoriā, & propterea non sine grandi sacrilegio vnum idemque mysterium diuidere possunt, vt inquit Gelasius papa.

Quod verò dicit Confessio, quod consuetudo non ita vetus adimit populo alteram partem: certè tam vetus, vt dixerit ante annos centum & viginti conciliū Constantiense eam diuissimè obseruatam in Ecclesiâ catholica. Et hæc cõmunio sub specie panis tantū,

Responsio.

Cap. 26. circæ
Ioh. Qui pro
multis effundit
sanguinem.

Matth. 7.

Lib. 20. de cõ-
ser. Dei, cap.
20.

4. Reg. 18.

loco vt supra

apud sanctos in Hierusalem sub Petri aliorumque Apostolorum gubernatione vetustior est, quam ea quæ fit sub specie vtraque. Nec vlla Apostolica scripturæ autoritas prohibet, aut improbat nunc receptam consuetudinem in Hierusalem à fidelibus seruata. Et aboleri possunt sacri canones, item consuetudines & decreta quæ traduntur in scripturis sacris, quando sunt Apostolorum, & non diuinæ constitutionis: quemadmodum manifestum esse diximus de Apostolorum decreto, vt non vescamur suffocato & sanguine: & quod Paulus mandat de nõ ordinando bigamo. Nam vbi causa nõ hæret, vt inquit Ambrosius, vitium non imputatur. Ecclesiastica namque prohibitiones proprias habent causas, quibus cessantibus cessant & ipse. Suademus etiam & nos, conscientias de doctrina Christiana verbum Dei consulere debere, atque hic consulimus hoc verbum Dei, quod adducunt aduersarij, & nullum in eo inuenitur Christi præceptum, sed populo Christiano liberam esse relictam hanc cæremoniã deprehendimus, Consuetudine verò alterius speciei introductam, morem veterem in Latina Ecclesia non solum mutasse, verum etiam improbare & prohibere, aperte testatur generale Concilium, declaras eã obtinere vim legis & propterea debere seruari, sicuti mos vetus seruari debebat, quãdo vim legis obrinuit. Item quod populus mauult in integro sacramento vti, sine quo conscientia eius non pacantur, profectum est ex falsa magistrorum suorum, à quibus miserè est seductus, persuasione. Explicetur ei quod nulla est domini in hac communione sub vna vel vtraque specie, ordinario: item quod nihil patitur detrimenti, imò plus commodi & salutis, si sub altera tantum specie communicet, & quod sacramenti reuerentia hoc requirat, & hoc fortè gratius Deo. Quod si fiat, non diutius sollicitabit ad comunicandum sub vtraque specie.

Philippus Melancthon in Apologia huius confessionis Augustanæ aliquid melioris coloris ei addere, eamque exornare conatur, sed tantum est fucus meretricius qui nihil habet veritatis. Ait enim.

Non potest dubitari, quin pium sit & consentaneum institutioni Christi & verbis Pauli, vti vtraque parte in cæna Domini. Christus enim instituit vtramque partem, & instituit non pro parte Ecclesie, sed pro tota. Nam non presbyteri solum, sed tota Ecclesia auctoritate Christi, non auctoritate humana, vtiitur sacramento, id est, sacri aduersarios existimamus. Iam si Christus instituit pro tota Ecclesia, cur altera species admittitur parti Ecclesie? cur prohibetur vsus alterius speciei? cur mutatur ordinatio Christi, præsertim cum ipse vocet eam testamentum suum? Quod si hominis testamentum rescindere nõ licet, multo minus Christi testamentum rescindere licebit.

Aliquando pium erat erigere serpentem æneum, et percussos in eum aspiceret vt sanarentur, pium erat & ipsum seruare, ipsumque tanquam signum populo proponere. Hoc ipsum autem hominum & temporum mutatione factum est impium. Cõmendatur enim Rex Ezechias, quod ipsum detraxerit atque confregit, eò quod filij Israel adolerent ei incensum. Pium etiam erat legis tempore immolare agnum Paschalem, & secundum legis cæremoniã ipsum comedere, quod nunc impium factum est & irreligiosum atque Iudaismum reducit.

Dicit beatus Augustinus, Obiiciuntur Iacob quatuor uxores, quod quando mos erat peccatum non erat, nunc autem impium esset & graue crimen. Item alibi de coniugio fratris & sororis, & postea de connubijs confobrinarum, quæ olim fiebant, quia nec diuina, nec etiam tunc lex prohibuerat humana, peccata non erant, quæ tamè postea facta sunt iniqua & peccata, temporum mutatione & legis accessu: Ita piũ erat & sanctũ vti vtraque parte sacramenti, quando mos erat Ecclesiã, nunc aut contra consuetudinẽ legittimè introductam & declaratam habere vim legis, veterẽ illum & abolitum morem sequi est iniquum. Institutioni verò Christi in qua nihil de hac cæremonia dispositũ est, neuter mos propriè est consentaneus, eò quod vtrumque permittat: imò eidem institutioni aduersatur, qui Ecclesiam in hac cæremonia seruituti subiicit, in qua Christus eã liberam manere voluit: Et vt dicit Cardinalis Caietanus, licet communicatio sub vtraque specie sit fortassis magis consentanea per modũ assimilationis institutioni & integritati sacramenti, communicatio tamen populi sub specie panis tantum, magis cõsentanea est præcepto Christi, Hoc facite in meam cõmemorationem: Item & rectè rationi curam gerenti de reuerentia sacramenti. Quæ beatus Paulus de vtraque specie ad Corinthios differit, præsupponunt morem illum apud eos non diuinitus, sed à suis præpositis ordinatum, vel cœnæ dominicæ exemplo assumptum. Illa autem à Domino accepit, quæ per eum ad Apostolos dicta esse commemorat. Quomodo verò Christus pro tota Ecclesia vtramque speciem instituit, iam statim diximus, non vt calicem tota biberet, sed vt

patri

patri vna cum corpore offerretur. Et Christi quidem autoritate, non humana tota Ecclesia sacra Eucharistia vti, cæremonia tamen sub vtraque vel altera specie sumendi, non est ex autoritate vel dispositione Christi. Nam hunc locum Ecclesie Præpositis reliquit, sicut docet B. August. ex sententia Apostoli Pauli, Cætera cum venero disponam. Atque admittit parti ecclesie altera species ex consuetudine, spontanea eius voluntate, ob pericula & scandala vitanda, & introducta, Christi ordinatione penitus immutata, & ex omni parte inuiolato permanente eius testamento.

Et Paulus inquit se à Domino accepisse quod tradidit, tradiderat autem vsum vtriusque speciei, sicut clarè ostendit textus primæ Corinthiorum II. Hoc facite, inquit, primum de corpore. Postea eadem verba de poculo reperit: & deinde, Probat seipsum homo, & sic de pane edat, & de poculo bibat. Hæc sunt verba disponentis. Quare constat pro tota Ecclesia sacramentum institutum esse. Et manet mos adhuc in Ecclesijs Græcis, & fuit quondam etiam in Latinis Ecclesijs, sicut Cyprianus & Hieronymus, & Synodus Toletana testantur. Hic prudenti Lectori expendendum relinquimus quid censendum sit de diuina institutione.

Quid dicat se Apostolus à domino accepisse, & tradidisse Corinthiis, clarè ipsemet explicat prosequens verba Domini ad ipsos Apostolos. Ait enim, Quoniam Dominus Iesus in qua nocte, &c. quæ ad eos solos dirigitur, non ad Corinthios, vsque ad locum, Itaque quicumque manducauerit panem, &c. Ex quibus Domini verbis Corinthios hortatur ad reuerenter communicandum, & in primis ad se præparandum, atque probandum priusquam corpus manducet & calicem bibant, cum corpus Domini sit quod edunt, & sanguis eius quem bibunt. Ab eo igitur loco Pauli verba sunt, non quæ à Domino accepit. Non igitur Paulus à Domino accepit, quod Corinthiis vtriusque speciei vsum tradidit, sed vel sua autoritate Apostolica tradidit, vel ab aliis præpositis traditum inuenit. Et quod dicit, Probat seipsum homo, verba sunt Pauli, nõ tam disponentis, quàm ex verbis Christi, quia corpus eius est quod sumunt, exhortantis. Non negamus vtriusque speciei morem fuisse in Ecclesijs etiam Latinis, & quando mos erat, pium & sanctum erat secundum eam cæremoniã communicare, impium autem violare. Ius quoque tunc erat fidelibus vtramque speciem à suo pastore exigendi. Quando autem hunc morem ipsa Ecclesia abrogauit ob pericula & scandala vitanda, grande crimen est eandem consuetudinem in Ecclesiam reducere, quando iam mos alterius speciei inductus, vim & efficaciam legis obtinet, & Concilii generalis definitione est approbatus. Et nos hic prudentem lectorem oramus, vt expendat quid sentiendum sit de diuina circa has cæremoniã ordinatione, an ne Ecclesie libertati sint relicta. Nos hanc libertatem tuemur. Puto iam euidentis factum esse, quod nulla scriptura quam adferunt aduersarij harum cæremoniãrum seruitutem vel necessitatem imponit. Nam sub vtraque specie sacramentum Christus instituit, sed in sacrificium patri offerendum, in memoriam filij sibi charissimi, & vt post oblationem sacramento vtiatur secundum sanctæ Ecclesie dispositionem, quæ Christi sponsi sui spiritum semper habet.

Aduersarij in consutatione non hoc agunt vt excusent Ecclesiam, cui adempta est altera pars sacramenti, id decuit bonos & religiosos viros. Erat querenda firma ratio excusandæ Ecclesie, & docendarũ conscientiarum, quibus non potest contingere nisi pars sacramenti.

Nulla hic opus est excusatione, cum Christus Ecclesie reliquerit libertatem sacra Eucharistia vti eo ritu & more, qui magis conuenire videretur pro honore sponsi sui & fidelium salute. Quando autem hanc libertatem relictam esse Ecclesijs conscientijs persuaderet, tranquilla erunt & pacata, si sub sola panis specie sacramentum istud sumant.

Nunc ipsi descendunt rectè prohiberi alteram partem, & vetant cõcedere vsum vtriusque partis. Primum fingunt initio Ecclesie alicubi morem fuisse, vt vna pars tantum porrigeretur, nec tamen exemplum huius rei vetus vllum adferre possunt, sed allegant locos, in quibus sit mentio panis, vt apud Lucã, vbi scriptum est, quod Discipuli agnouerunt Christum in fractione panis: citant & alios locos de fractione panis. Quamquam autem non valde repugnamus, quò minus aliqui de sacramento accipiantur, tamen hoc non consequimur, vnam partem tantum datam esse, quia partis appellatione reliquum significatur cõmuni consuetudine sermone. Admittit de laica communione, quæ non erat vsus alterius tantũ speciei, sed vtriusque. Et si quando sacerdores laica communione vti inuentur, significatur quòd ministerio consecrationis remoti fuerint.

Diximus exoleuisse morem vtriusque speciei per alteram consuetudinem, quæ tantum vim legis obtinuit, ex qua vetatur populo, potius quàm ex constitutione aliqua scripta, vtriusque speciei vsus. Propter quam consuetudinem defendimus, reatè prohiberi vtrumque vtriusque partis. Nec fingimus initio Ecclesie alicubi morem fuisse, vt vna pars tan-

Art. 15.

Epist. ad Ver salenses.

Gratian. dist. 61. cap. Statuimus.

Melancthon.

Numer. 21.

Responsio.

4. Reg. 18.

Lib. 22. contra Faustum, ca. 47. & 48.

Lib. 15. de ciuit. dei c. 16.

Epist. 808. ad Iannarium.

Melancthon.

Responsio.

Melancthon.

Responsio.

Melancthon.

Responsio.

tum porrigeretur, sed ex scripturis secundum patrum interpretationem hoc docuimus. Et quod appellatio partis reliquum significetur, non patitur series historiarum, quam refert beatus Lucas. Ipse quoque Melancthon docet scripturam non esse ad tropum referendam, quando nihil incommodi habet sensus eius proprius. Intelligitur deinde laica communio, quia laici communicant, siue sub vna, siue sub vtraque specie. Fatetur igitur ex laica sacerdotum communione non probari alterius tantum speciei communione, nisi quando laici illa caeremonia communicabant.

Melancthon.

Allegant & periculum effusionis & similia quaedam, quae non habent tantam vim vt ordinationem Christi nunciet. Et fingunt sane liberum esse vti vna parte, aut ambabus, quomodo poterit prohibitio defendi: quanquam Ecclesia non sumit sibi hanc libertatem, vt ex ordinationibus Christi faciat res indifferentes. Nos quidem Ecclesiam excusamus, quae hanc iniuriam pertulit, cum vtraque pars ei contingere non posset: sed auctores qui defendunt recte prohiberi vsum integri sacramenti, quique nunc non solum prohibent, sed etiam videntes integro sacramento excommunicant, & vt persequuntur, non excusamus. Ipsi viderint quomodo Deo suorum consiliorum rationem reddiderint.

Responsio.

Iam diximus in his caeremoniis vtriusque vel alterius speciei, nullam esse Christi ordinationem, sed eas relictas esse Ecclesiae iudicio. Quod sentiens Philippus dicit, Fingamus sane liberum esse, quod rei veritas est, nec fictione opus habet. Quomodo (quaritur) poterit prohibitio defendi? Certè defendetur iure consuetudinis longæ, quam suis actibus, suoque consensu spontè Ecclesia induxit ob pericula, scandala, & reuerentiam sacramenti, vtens libertate qua Christus eam, suam inquam, Ecclesiam donauit, non vnquamque fidelium, qui se accommodare debet consuetudini loci in quo versatur. Et ideo nullam hic pertulit Ecclesia iniuriam, cum spontè ab vtraque specie recesserit. Et in generali Concilio Constantiensi mandatur ordinariis, vt puniant eos qui communicando populum sub vtraque specie panis & vini, exhortati fuerint, & sic faciendum esse docuerint. Item vt ad penitentiam redire nolentes, tanquam hereticos (quales verè sunt) coerceantur. Nam vt dicit B. Augustinus, In his rebus in quibus nihil certi statuit diuina scriptura, Nos populi Dei & instituta maiorum, pro lege tenenda sunt, & sicut præuicaciores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.

sess. 13.

Epist. 86. ad Casulanum.

EX his quæ diximus manifesta est responsio ad ea quæ præponit Confessio VVirttemberg. contra ritum communicandi sub specie panis. Supponit enim Christi esse ordinationem, quod vniuersa Ecclesia vtraque sacramenti parte vtatur, nullam adducens scripturam, nullam rationem, sed solum Gelasii papæ sententiam, quæ tamen nullam fidem vel auctoritatem apud eam habet. Air autem.

Confess. VVirtberg.

Quod autem ad Eucharistiam vsum attinet. Primum & si non negamus, quin totus Christus, tam pane quam vino Eucharistia dispensetur, tamen docemus vsum vtriusque partis debere vniuersæ Ecclesiae communem esse. Manifestum enim est quod Christus ipse nihil periculis, quæ postea humana superstitio excogitata sunt, aut aliis commentis deterritus, tradiderit Ecclesiae vtramque partem vtendam.

Responsio.

Bene habet, quod contra doctrinam Buceri, Lutheri, & Caluini, doceat hæc Confessio, totum Christum sub vtraque sacramenti parte dispensari. Quod verò vtraque pars vniuersæ Ecclesiae debeat esse communis, nunquam scripturis aut efficaci ratione probabit, nec etiam Christum Ecclesiae tradidisse vtramque partem esse vtendam. Nec excogitata sunt pericula effusionis sanguinis, sed frequentis experientia euidenter etiam comperta: nec pericula solum, sed & scandala, vt dicit Concilium Constantiense.

Confess.

Manifestum etiam est, quod vetus Ecclesia vsa sit vtraque parte multis annis, & testantur aliquot scriptores perspicue, eos qui solum panem accipiunt, non accipere plenum sacramentum sacramentaliter (sic enim loquuntur) & diuisionem vini eiusdemque mysterii sine grandi sacrilegio fieri non posse.

Responsio.

Docuimus superius ecclesiam etiam Romanam multis annis vsam fuisse vtraque specie. Sed quia hic vsus non erat ex diuina institutione vel præcepto, iustis ex causis aboleri potuit. Iustior autem abolendi causa contingere non potuit, quam sunt scandala & pericula sacrilegii. Et libenter confitemur, quod communicantes sub vna specie tantum, non plenum accipiunt sacramentum, quod ex duabus constat partibus, perfectam tamen & plenam accipiunt rem sub sacramento contentam, Christum videlicet totum, vt habet ipsa Confessio, plenam etiam sacramenti efficaciam & effectum. Diuisionem autem vini eiusdemque mysterii fieri non posse sine grandi sacrilegio, dicit Gelasius papa

papa in sacerdote, qui Christi vicem & personam gerens sacrosanctum hoc celebrat mysterium.

Quare scimus vsum vtriusque partis esse verè Catholicum & Apostolicum, nec licere vlli homini hanc Christi institutionem, & tam diuturnum veteris ac veræ Ecclesie ritum pro sua libidine mutare, & laicis, vt vocant, alteram partem Eucharistiae auferre.

Confess.

Fuit quidem vtriusque partis vsus verè Catholicus, hoc est, vniuersalis in plurimis saltem Ecclesiis, & ab Apostolis vel ordinatus vel permixtus: veruolentem tamen diximus alterius speciei vsum apud sanctos & primos discipulos in Hierusalem, & duos discipulos in Emaus. Vsum verò illum vtriusque partis aboleri conueniebat, quando scandala et pericula ex eo nascebantur, & ob has causas nulli homini, toti tamen Ecclesiae, eum mutare & aboleri licebat, cum non esset Christi institutio, sed ritus per Ecclesiarum Præpositos, vel ipsas Ecclesias introductus. Quando autem ob causas legitimas sacramenti vsus sub vnica specie est introductus, nulli homini, nullique Ecclesiae particulari hunc ritum nunc diuturnum pro sua libidine mutare, & vtramque speciem laicis ministrare licet, eò quod iam vim legis secundum generalis Concilii declarationem obtinuit.

Responsio.

Mirandum est quod hi qui profitentur se ritus veteris Ecclesie propugnare, tam proci hac in parte à veteri ecclesia recedant.

Confess.

Non ita ritus veteris Ecclesiae propugnamus ac profitemur, atque eius dogmata. Illi enim pro temporum & personarum conditione mutantur, sicut docet B. August. dogmata verò immobilia manent, nec mutantur per tempora.

Responsio. Li. 3. Confess. ca. 7. & 8. li. 1. de libero arbit. cap. 6.

CVM ex Aeneæ Syluij historia de origine Bohemorum reperimus Iacobellum quemdam hæresim de communione sub vtraque specie sacræ Eucharistiae inuenisse in Bohæmia, & ex sententia Saluatoris, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, persuasisse pastori Pragensi euangelio aduersari communionem sacramenti sub specie panis tantum, citatis pro sua sententia veterum commentariis, opere precium fuerit hanc Domini Saluatoris sententiam tractare, & explicare capitis sexti apud Ioannem germanum sensum, an videlicet intelligatur de sacramentali manducatione & potu, carnis & sanguinis Domini, an spiritali tantum.

Ioan. 6.

Nam doctores catholici super hoc variant, & salua pace atque fidei vnitatem plurimè differunt, & in suo sensu abundant. Nam Ioannes Episcopus Rossensis in prologo quintrilibri aduersus Oecolampadium docere contendit caput sextum apud Ioannem à sententia Saluatoris, Panis quem ego dabo caro mea est, quam dabo pro mundi vita, intelligendum esse de sacramento corporis & sanguinis Domini. Ab eo namque loco totus sermo est de pane qui est caro Domini, & de eius sanguine: Quæ verò præcedunt, nullam carnem vel sanguinis faciunt mentionem, sed panis qui de celo descendit, & quem pater dedit. Trifariam autem hoc probare conatur. Primò ex vnanimi patrum consensu, qui sic interpretantur. Secundò ex necessitate corporalis vsus sacramenti præter fidem. Tertio ex ipsius Christi verbis & scripturarum circumstantiis. Quam intelligentiam tribus etiam rationibus confirmat, & latissimè omnia prosequitur. Et quia ex hac intelligentia videri posset omnibus fidelibus necessaria huius sacramenti sub vtraque specie communio: item & infantibus, circa artic. 16. assertionis Martini Lutheri postquam ostendit Christum vitam multaque beneficia Ioan. 6. promississe pro esu panis, nulla vini vel calicis facta mentione, sibi obijcit: Inquit aliquis, An non Christus dicit, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis? Et respondet, Nihil dubitamus asserere, quod qui sub specie panis Christum sumit, eundem & carnem manducare & sanguinem bibere, cum & carnem integrè accipiat, cuius accipio efus dicitur, & sanguinem integrum, cuius sumptio portio dici potest. Secundò, ait, dicimus, quod nihil his verbis de vini specie traditur, sed de sanguine duntaxat, qui nunquam ab hoc pane separatur. Et de infantibus, Quibusdam, inquit, ob causam interdum pars vtraque sacramenti subducitur, nimirum ipsis morituris, quando ex vomitu laborant, & infantibus, qui non semper diglutiunt quod in os ingeritur, sed in gestum plerumque respiciunt. Responderi etiam potest, quod per modum præcepti proponitur. Nisi manducaueritis carnem, &c. præceptorum autem capaces non sunt infantes, quousque ad vsum venerint rationis, nec eis obligantur. Ex quibus patet quòd secundum hanc intelligentiam huius sententiæ Domini, sacræ Eucharistia hæc præcepta est, & ex itre Euangelico necessaria, sub altera sacramenti parte, neutra tamen simpliciter est necessaria, sed alternatiuè sub specie panis, vel sub specie vini, & sub vtralibet corpus Christi māducatur, & sanguis bibitur. Cardinalis verò Caietanus contra hunc intellectum sexti ca. apud

In Apol. regie assertionis contra captiuitatem Baby. ca. 2. parag. 18.

In libello de Communionem sub vtraque specie.

apud Ioannem fortiter pugnat, & magna libertate pronunciare audeat, quod salua fide non potest intelligi caput hoc & sententia citata, de sacramento Eucharistiæ. Olim, inquit, assumptum est à Bohæmis pro communione vtriusque speciei præceptum ex verbis Domini Ioan. 6. qui ait, nisi mâducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quid, inquit, clarius? Eodè enim modo necessitatè communicandi sub vtraque specie promulgat, quo promulgauerat necessitatem baptismi. Nam quemadmodum de baptismo dixerat Ioan. tertio, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, ita de Eucharistia dicit, Nisi comederitis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Nos autem dicimus hæc Christi verba secundum Germanum sensum non esse intelligenda de vsu Eucharistiæ, imò nec posse intelligi, salua Christiana fide, de cibo & potu sacramentali: Et hoc facile manifestatur ex eo, quod si intelligerentur de Eucharistia tolleretur baptismi sufficientia ad salutem. Pari siquidem modo hæc necessitatem sonant edendi carnem & bibendi sanguinem filii hominis, quo sonant alia illa Domini verba, necessitatem nascendi ex aqua & spiritu. Et propterea manifestè sequitur, quod si in istis verbis indicitur necessitas sumendi Eucharistiæ, non sufficit baptismus ad salutem, nec nisi simul Eucharistiæ sumat, vitam habere possit. Cuius contrarium non solum in symbolo fatemur consistentes vnum baptismum in remissionem peccatorum, sed Dominus in Euangelio dicit, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et Paulus Apostolus, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Quia igitur idem est asserere verba illa Christi Ioannis 6. intelligi de cibo & potu sacramenti Eucharistiæ, & negare baptismi sufficientiam ad salutem, clarè patet verba illa nec intelligi, nec intelligi posse de cibo & potu Eucharistiæ: & propterea ex eis non habetur præceptum sub vtraque specie Eucharistiæ sumendi. Et alio loco Scriptura inquit, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & cætera, intellecta de sacramentali manducatione, hæresim inducit manifestam, scilicet quod baptismus non sufficit infantibus ad vitam æternam, nisi simul sumperint sacramentum Eucharistiæ, & propterea eos non habere vitam æternam, si cum solo baptismo decederent: consequenter probans, quod Euangelico iure prohibitum est dare infantibus sacram Eucharistiæ. Probat autem sententiam hanc, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, &c. ad literam esse intelligendam de manducatione spiritali, quæ consistit in actibus internis fidei & charitatis, abstrahendo tam à manducatione sacramentali, quàm à manducatione spiritali sacramenti in re vel in voto, hoc est intelligendam esse de manducatione, nullo sacramenti habito respectu, quomodo patres veteris testamenti Christum spiritaliter manducabant, & animæ sanctæ nunc in cælis. Atque id probat Caietanus, tribus modis ac iisdem quibus Episcopus Rossensis stabilivit contrariam sententiam: Primò ex textu Euangelii: secundò ex contextu eiusdem: & tertio autoritate sanctorum, & præcipuè beati Augustini, quæ omnia ipse etiam larè profequitur: & in probatione ex contextu Euangelii, Explanans, inquit, Dominus de quo loquutus fuerat, ad carnem descendit, dicens, Et panis quem ego dabo caro mea est, &c. Quo audito, litigabant Iudæi ad inuicem, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? quibus tunc dixit Iesus, Nisi manducaueritis carnem, & cætera: ubi diligenter aduertenti clara luce patet, quod cum totus præcedens sermo fuerit de actibus purè spiritalibus, de spiritali quoque manducatione & potatione ipsius Christi carnis & sanguinis sermo præsens ad literam est, in cuius signum nunquam in toto isto capite fit mentio de speciebus sacramentalibus. Carnis quoque & sanguinis meminit, vt doceret non sufficere ad vitam nostram credere in ipsum Christum, panem qui de cælo descendit, hoc est, Deum & hominem, sed quod oporteat etiam credere ipsius pro mundi vita passionem & mortem, in qua sanguis separatus fuit à carne. Hoc enim est, quod aperte Dominus subdidit, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Caro enim eius pro mundi vita fuit caro passa & occisa. Morte enim sua mundum viuificauit. Vnde & litigantibus de hoc Iudæis, statim de carne & sanguine, & non de speciebus sacramentalibus subdidit, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & cætera. Consequens est igitur, vt textus iste de spiritali mâducaatione carnis Christi & sanguinis, hoc est, de fide in ipsum & mortem eius, & non de sacramenti Eucharistiæ spiritali aut sacramentali manducatione intelligatur. Deinde declarat quare Christus nostram in ipsum & mortem eius, fidem sub Metaphora manducationis & bibitionis docuerit, & qua ex causa à doctoribus sacris, quandoque extenditur caput 6. Ioannis ad sacramentum Eucharistiæ. Concludit autem Cardinalis Caietanus, Rationis ordo poscit, vt existentibus duabus

Marc. vii.

Tertia parte, quæst. 80. ar. iic. 12.

Part. 3. q. 80. ar. 11. q. 1.

duabus expositionibus, quarum vna sit indubiè vera, plana, & absque quaestionibus: alia verò dubia, & multas ingerens difficultates: illa quæ indubiè est vera & planè consonat absque glossis scripturæ, pro sensu scripturæ acceptetur, & tanto magis in proposito, quanto indubitata expositio vniuersalissimè vt sonat, saluat Christi legem, & totius Ecclesiæ catholicæ vsum: altera verò particularibus tantùm consonat scètis aut opinionibus. In hac magna & apparense sententiarum diuersitate, circa magnum hoc mysterium sacre Eucharistiæ, mihi videtur conformius textui Euangelico, quod ipsum intelligamus secundum propriam verborum, & sermonis Christi significationem. Loquitur enim in genere de manducanda carne, & bibendo sanguine filii hominis. Generale autem & absolutum Dei sermonem, non est nostrum restringere ad sacramentalè manducationem & potum, vel spiritalè tantùm, cum vtramq; suis verbis Dominus complectatur. Quòd itaque dicit Cardinalis Caietanus Dominum loqui de manducatione spiritali, abstrahendo tam à manducatione sacramentali, quàm à manducatione spiritali sacramenti in re vel voto: verius mihi dicendum videtur, quòd de manducatione spiritali loquitur, nõ abstrahendo, quin potius complectendo, sicut genus complectitur speciem, tam manducationem sacramentalem & spiritalè sacramenti in re, vel in voto, quàm merè spiritalè, nullo ad sacramentum respectu habito. Et secundum hæc intelligentiam (quam credo habuisse Cardinalem Caietanum) non oportet pro singulis his modis manducandi vniuersa quæ hic Dominus dicit verificari, sed sufficit quòd pro aliquo eorum, vniuersa verò de elu & potu in genere, Sancti quos citat Episcopus Rossensis interpretando accomodant verba Saluatoris ad esum & potum sacramentalem, maxime quia in eorum Ecclesiis mos obtinebat, quòd sub vtraque specie toti populo sacramentum ministraretur: & quia perfectissimus est hic modus manducandi carnem, & bibendi sanguinem substantialiter sub sacramento præsentem, & verba Saluatoris in sacramentali manducatione, plenius & perfectius implentur, atque cum fructu maiore. Frequens est, quod in homeliis scripturas accommodent doctores pro captu & ædificatione auditorum. Nam quod dicit Dominus, Panis quem ego dabo caro mea est, quam, inquam, dabo in cibum, illa est eadem mea caro, quam in cruce dabo pro mundi vita. Dat autem hanc carnem in cibum & refectionem edendam atque masticandam fide & charitate. Attenta namq; meditatio carnis pro nobis passæ & mortuæ, cor hominis plurimum confirmat, magis tamen si realiter edatur in sacramento. Quòd verò dicit Caietanus hæresim sequi, si intelligatur de sacramento, verù dicit, si generalis esset intelligentia, comprehendens omnes Christianos etiam infantes, & intelligeretur de manducando & bibendo sub propriis speciebus. Sed hoc modo non intelligit Rossensis Episcopus. Hæc tamen videtur realis inter has sententias esse differentia, quòd secundum Rossensem sub his verbis, Nisi manducaueritis carnem, &c. diuinum traditur præceptum sub altera specie, ad minus panis vel vini sacramentum suscipiendi. Secundum Caietanum verò ex verbis illis hoc colligi non potest. Sed hic difficultas in alio est non modica. Nam beatus Cyprianus & Innocentius in epistola ad Concilium Mileuitanum, & beatus Augustinus verba Domini Saluatoris, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. intelligunt vt etiam infantes complectantur, qui nec sacramentaliter manducare possunt, nec spiritaliter credendo & amando. Cui respõdetur, quòd verba hæc Domini intelligunt referenda esse ad rem sacramento Eucharistiæ signatam, quæ est societas siue vnitas in corpore Christi siue Ecclesiæ, non propriè ad signa sacramentalia, postea à Christo instituta. Quem effectum confert etiam baptismus, imò & sacramenta vniuersa, vt docet beatus Dionysius Areopagita in Hierarchia Ecclesiastica: Vnaquæq; inquit, sacramentalis institutio id agit, vt nostras vitas in plura diuisas in vicinum illum statum, quo Deo iungimus colligat, nobisque eius quod verè vnum est, societatem vnitatemque indiuiduam largiatur. Et Apostolus Paulus cum dixisset, Multi vnum corpus sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus: subiunxit in eadem epistola, Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, baptismus ostendere volens, quòd nemo ad regnum Dei accedat, nisi baptizatus, duas tantùm citat scripturas, scilicet, Nisi quis renatus fuerit, & cætera, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, insinuans hanc sententiam posteriorem non propriè ad signa, sed ad rem siue effectum sacramenti Eucharistiæ esse referendam, quem etiam confert sacramentum Baptismi. Hunc imitatus Innocentius Papa scribens ad Concilium Mileuitanum: Illud, inquit, quòd eos vestra fraternitas asserit, prædicare paruulos æternæ vitæ præmiis

Epist. 93. inter Epist. August.

Part. 1. cap. 3.

1. Cor. 10.

Li. 3. ad Quirinum cap. 25

præmiis etiam sine baptismatis gratia posse donari, perfectum est. Nisi enim manducauerint carnem filii hominis, & biberint eius sanguinem, non habebunt vitam in semet ipsis. Qui autem hanc eis sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum prædicant hos habere, quod in eis creditur, non nisi baptismate conferendum. Quam Innocentii sententiam valde celebrat & nominatim ac frequenter citat beatus Augustinus, vocans eam Apostolicum testimonium. Hos igitur secutus Augustinus cum dixisset Dominum in dicta sententia non de sacramento lauacri locutum, sed de sacramento sanctæ mensæ suæ, statim adiecit, An verò quisquam hoc dicere audebit, quòd ad paruulos hæc sententia non pertineat, non contendens species panis & vini infantibus, qui vix lac sumere queunt, debere distribui, sicut in multis locis imperiè in libris nostris notatum habemus, sed volens significare ideo se dixisse apud Ioannem de sacramento sanctæ mensæ suæ disserere, quia rei significatæ per ipsum, utilitatem atq; necessitatem expresserat, quod magnopere ad sacramenti intelligentiam & tractationem pertinet, simul etiam docens paruulos manducare carnem filii hominis, quia credunt, hoc est, imbuuntur fidei sacramento. Etenim credere infantibus, est ipsum baptizari, vt ait idem Augustinus capite præcedente. Et apud Ioannem quod dicit Dominus, Qui credit in me, non sitiet, quantum ad infantes, iuxta eundem beatum Augustinum nihil est aliud, quàm qui baptizatur, bibit vt amplius non sitiat. Hoc namque discriminis est inter baptismum & sacram Eucharistiam, quod vtriusque effectus est ad salutem necessarius, sed huius effectus non est ei proprius, verum etiam per alia sacramenta, & potissimum confertur per baptismum. Hinc est quòd beatus Augustinus citans verbum Saluatoris, Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Ac per hoc etiam, inquit, pro paruulorum vita caro data est, quæ data est pro seculi vita. Et si non manducauerint carnem filii hominis, nec ipsi habebunt vitam. Qui credit in filium habet vitam æternam: Qui autem incredulus est filio, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum: docens deinde quòd ecclesiastica regula baptizatos infantes fidelium numero adiungit. Item se clarissimè explicans, Nisi manducauerint homines carnem eius, hoc est, inquit, participes facti fuerint corporis eius, non habebunt vitam. Et concludit: Non igitur solum in regnum Dei non baptizati paruuli intrare non possunt, sed nec vitam æternam possunt habere præter Christi corpus, cui vt incorporentur sacramento baptismatis imbuuntur. Hoc enim agitur cum paruuli baptizantur, vt incorporentur Ecclesiæ, id est, Christi corpori membrisque socientur. Denique ipse Saluator dicens, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo: ostendit quid sit non sacramentotenus, sed reuera corpus Christi manducare, & eius sanguinem bibere. Hoc est enim in Christo manere, vt in illo maneat & Christus. Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia, cuius rei sacramentum, id est, vnitatis corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum, in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur, quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium: res verò ipsa, cuius & sacramentum est omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicumque eius parriceps fuerit. Et alio loco, Nulli est aliquatenus ambigendum tunc vnumquemque fidelem corporis sanguinisque Domini participem fieri, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiamsi antequam panem illum comedat & calicem bibat, de hoc seculo in vnitare corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc quod ipsum sacramentum est, inuenitur. Ex horum autem Patrum interpretatione, & Apostolico, vt inquit beatus Augustinus, testimonio, sententia Saluatoris, Nisi manducaueritis, & cætera, vniuersaliter accepta, vt comprehendat etiam infantes, nec de manducatione sacramentali, nec de spirituali, quæ fit per fidem & dilectionem actualem, sed de effectu solum huius manducationis, qui est Christo incorporari, atq; in corpore eius societate manere intelligitur: nec manducationis solum, sed & sacri baptismi hic est effectus. Est autem necessaria manducatio corporalis ad reparationem eius quod virtute caloris naturalis deperditum est, & confirmationem virtutis naturalis. Propter quod qui in eo statu sunt, vt iam nihil substantiæ corrumpatur, nec fluxus fiat substantialis, quales fuerunt septem dormientes, & quales futuri sunt sancti in calis gloriosi, illis cibus non est necessarius. Et quia nihil vitæ spiritualis, quam in baptismate acceperunt, in infantibus deperit aut deperditur, his nutrimentum cibi aut potus non est necessarium. Quod considerasse videntur isti patres, vt sententiam istam quantum ad paruulos

Epist. 106. post medium.
Lib. 2. c. 17. a. 2.
Epist. Pella. c. 4.
Li. 1. c. 17. a. 2.
Iulianus ca. 2.

Lib. 1. de peccatorum iactantia, cap. 20.

Lib. 3. de sacramentis, ca. 4.

Li. 21. de ciuitate Dei, cap. 25.

Tract. 26. super Ioannem.

Citatur à Beda 1. ad Cor. 10. circa locum Calicis benedictionis.

uulos præcipuè interpretarentur de effectu sacramenti, potius quàm de signis sacramentalibus, vel etiam de spirituali manducatione, quæ fit per malicationem fidei & charitatis. Nam sicut in manducatione naturali cibus mutatur in substantiam comedentis, ita in spirituali & sacramentali comedens in corpus Christi quod manducatur conuertitur. Cibus, inquit Dominus, sum grandium, cresce & manducabis me, nec tu me in te mutabis, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Et quia in baptismate (vt diximus) Christi corpori inferimur, vt viuamus in eo, non indigemus alicuius alterius cibi manducatione.

Videntur autem hi patres hanc Christi ordinationem, Nisi manducaueritis carnem, & cæc. interpretari maximè quoad infantes, vt sit constitutio ex causa, qua cessante ipsa etiam cesset, sicut dicit beatus Ambrosius de ordinatione Apostoli, qua prohibetur ne neophyti ordinentur. Non igitur principaliter & propriè caput sextum Ioannis dicitur de sacramento Eucharistiæ, nisi fortassis ratione rei, ad quam significandam postea est institutum. Loquitur namque Saluator de manducanda sua carne, quasi tunc quando loquebatur manducare licuisset. Qui manducat, inquit, meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: quasi eo tempore potuissent manducare carnem, & bibere sanguinem, quibus loquebatur.

Non enim verisimile est, quòd hic instituerit sacramentum Eucharistiæ ex necessitate huius manducationis, sicut prius instituerat baptismum, eius docens necessitatem, cum diceret, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, & cætera. Nam non est verisimile, quòd Christus sacramentum aliquod instituerit vel præceperit, nullam omnino vocem proferens, qua propria eius signa designaret, cuiusmodi sunt in hoc sacramento, panis, calix, benedictio, fractio, & voces similes. In nomine, siquidem panis non aliqua species intelligitur, sed Christus ipse, qui de cælo descendit, vt det vitam mundo. Non potest igitur intelligi hæc Domini sententia de sacramento, nisi fortè ratione rei ad quam efficiendam postea est instituta, sine qua nemini vt non contingit sic nec confertur vita, siue magnus, siue infans sit vnus diei. Quando autem diximus superius hanc sententiam intelligi in genere, & sine restrictione vt verba sonant, de manducatione spirituali, eam de adultis intelleximus, qui sine fide mortis Christi, & gratiarum actione nec viuere possunt, nec in vita permanere. De quibus Saluator loqui videtur, cum non dicat, Nisi quis manducauerit carnem filii hominis, sicut de baptismate, Qui non renatus fuerit: sed ait, Si non manducaueritis, velut eos alloquens, qui audire & intelligere poterant, quod vtiq; non valent paruuli. Quæ omnia dicta sunt, saluo semper iudicio sedis Apostolicæ.

Aug. li. 7. c. 10. f. 10.

Epist. ad Verulones li. 10. epist. 82.

Fines Articuli Decimi quinti.

Articulus Decimus Sextus.

Sacrificium Missæ ex institutione Christi, tam diuinis prodest quam defunctis.

*Ignatius in
epist. ad Smir-
ne nses, Et S.
Clemens in epi-
sto. 3. ca. 6. pa-
rag. 13.*



*Li. 2. de sacra-
ment. part. 18
cap. 4.*

Li. 4. dist. 13.

*Hebrae. 7.
Roman. 8.*

*Lib. 11. Offici-
cap. 43.*

*Christus se pa-
tri offert in
Eucharistia.*

*Hebr. 9.
Lib. 10. de ci-
uit. Dei ca. 6.*

*Roman. 21.
Hebr. 91.*

*22. quæst. 85.
arti. 3.*

*In solutioe 3.
argumenti.*

¶ **V**ocabulo Missa, quo etiam vsi sunt veteres, eiusq; origine, an Latina sit, an Hebræa, multa disserit Episcopus Rossensis in Defensione Regiæ assertionis. Secundum Venerabilem Hugonem de S. Victore, Missa dicitur quasi transmissa, eò quòd populus per ministerium sacerdotis, qui mediatoris vice fungitur inter Deum & homines, preces, vota, & oblationes Deo transmittit, hostiaque sacra Missa vocari potest, quia transmissa est prius à patre nobis, vt scilicet nobiscum esset,

& postea à nobis patri, vt apud patrem pro nobis esset. Et tertio secundum eundem, Missa ab emittendo dicitur, quia vt sacerdos consecrare hostiam incipit, per manus Diaconi & Ostiarii catechumenos, & non communicantes foras Ecclesiam mittit. Et in Sententia dicit Magister, Missam dici, eò quòd cælestis missus ad consecrãdum viuificum corpus adueniat, iuxta dictum sacerdotis, Omnipotens sempiternus Deus, iube hac perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum. Hic autem vbi de re ipsa agimus, nomine Missa intelligimus totum illum cæremoniãrum, lectiõnum, & orationũ decursum, quæ consecrationem & oblationem sacre Eucharistiæ præcedunt, & sequuntur vnã cum eius participatione. Nam diuidi solet Missa in præparationem populi, & materiam consecrandæ Eucharistiæ consecrationem & oblationem, & eius communionem, totiusque mysterii conclusionem. Intelligit itaque præfens Articulus, quòd in hac cæremoniali actione, ex Christi institutione sacrificatur & conficitur verum sacrificium, corpus videlicet & sanguis Christi, quòd sicut ipse semel in cruce obtulit in mortem, in odorem suauitatis apud patrem, pro omnium nostrãrum redemptione, ita & nos ipsum sacrificamus, & offerimus Deo patri in eiusdem sacrificii crucis recordationem. Non enim in missa cruentum sit sacrificium, nec oblatio cruenta: sed Deo patri sit præsentatio realis & substantialis eiusdem corporis, quòd pro nobis in mortem tradidit, eiusdemque sanguinis quẽ pro nobis in cruce effudit. Sicut enim semel sancta sanctorum ingressus perpetuò se vultui patris præsentat, ostendens vulnera & sanguinem suum in recordationem mortis suæ (sempiternum namque habet sacerdotium semper viuens ad interpellandum pro nobis) ita & nos corpus & sanguinem eius patri præsentamus, imò & ipse Christus per nostrũ ministerium se offert & præsentat, vt pater memor huius mortis, respiciat in facie Christi sui, nostrisq; misereatur. Ait enim beatus Ambrosius, Hic vmbra, hic imago, hic veritas: Vmbra in lege, imago in Euangelio, veritas in cælestibus: Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus, nunc Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, & offerri se ipse quasi sacerdos, vt peccata nostra dimittat, hic in imagine, ibi in veritate, vbi apud patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Per proprium enim sanguinẽ introiuit semel in sancta, in ipsum cælũ, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.

Est autem sacrificium verum, iuxta sententiam B. Augustini, omne opus quòd agitur, vt sancta societate inhaereamus Deo, relatum tamen ad illum finem bonum, quo veraciter beati esse possimus. Nec tamen opus tantum secundũ eum, est sacrificium, sed omne quòd in diuinã reuerentiam ordinatur, hoc est, quòd ad Deum tanquam finem vltimũ refertur. Exhibete, inquit Paulus, corpora vestra hostiam sanctam, Deo placentem. Item, Beneficentiam & hospitalitatẽ nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus. Et sacrificium Deo spiritus contribulatus: Omne denique opus virtutis, si ad Dei fiat reuerentiam, vt ei sancta societate vniamur, verum est sacrificium. Sunt tamen quidam actus, vt dicit B. Tho. qui ex alio laudem non habent, nisi quia fiunt propter reuerentiam diuinã, qui propriè sacrificia dicuntur, & ex sola virtute quẽ religio est proficiuntur. Alii autem qui immediate ex temperantia, iustitia, vel misericordia procedunt, rationem induunt sacrificii ex relatione ad diuinã reuerentiam. Idem etiam distinguit sacrificia ab oblationibus, quòd sacrificia propriè dicuntur, quando circa res Deo oblatas aliquid fit, sicut quòd animalia occidebantur, quòd panis frangitur, comeditur, benedicitur, aut alteratur. Atque hoc ipsum nomen sonat. Nam sacrificium dicitur ex eo, quòd homo facit aliquid sacrum: Oblatio verò directe dicitur cum Deo aliquid offertur, etiam si nihil circa ipsum fiat: sicut dicuntur offerre denarii vel panes in altari, circa quos nulla fit mutatio.

ratio. Vnde omne sacrificium, secundum Thom. est oblatio, sed non ediuersò. Alii definiunt sacrificium esse oblationem Deo factam in recognitionem summi dominii. Et secundum Melancthonem sacrificium est cæremonia vel opus quòd nos Deo reddimus, vt eum honore afficiamus. Caluinus verò dicit esse sacrificium, quicquid Deo offertur. Facimus autem in missa & consecramus ex pane corpus Christi sub eiusdem panis speciebus, & ex vino eius sanguinem, eius specie & accidentibus iisdem manibus: atq; hæc facimus in memoriam mortis eius, vt patri filium pro nostra redemptione mortuũ præferremus, vtq; sit cibus animas viuificans. Corpus verò & sanguinem Christi hoc modo esse in sacra Eucharistia, est aliquid nõn solum sanctum, sed & sanctissimum, quòd agitur in sancta societate, adhæreamus & vniamur Deo. Omnes enim vnũ corpus sumus, qui ex vno pane participamus. Oportet igitur corpus Christi, & similiter eius sanguinem, quando ex sacerdotis consecratione sunt in sacra Eucharistia, esse sacrificium, et sacerdotem consecrantem sacrificare secundum omnes has sacrificii definitiones. Hoc enim necessariò & euidenter sequitur ex nominum ipsorum rationibus. Et quamuis alia ratione sit in missa sacrificium, quàm in ara crucis, idem tamen est, qui in cruce dilectam animam ex patris obedientia in mortem tradidit pro omnium nostrãrum redemptione, & sanguinem similiter effudit: propter quòd cruentum erat ibi sacrificium, & ipse se tradendo sanguinolentè sacrificauit. Hic autem sacrificium est idem corpus & sanguis, imò idem totus Christus, sed ea ratione, quia ex panis transmutatione cepit esse sub speciebus panis & vini. In cælo quidem se non sacrificat, sed per proprium sanguinem ingressus in sancta sanctorum, id est, in ipsum cælum, apparet vultui Dei pro nobis, & patri mortem, & vulnera, ac se totum pro nobis præsentat. Et ideo similis est oblatio quæ fit in missa cũ ea quam Christus in calice facit. Missa namq; oblatio post consecrationem est filii & mortis eius apud patrem rememoratio & representatio. Esse autem in missa sacrificium ab Apostolorum temporibus, & ex Apostolorum traditionibus, semper docuit Ecclesia catholica. Noui testamenti, ait Irenæus, nouam Christus docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo. Et ideo mera est infania: imò vt inquit August. infania insolentissima, disputare an in missa sit sacrificium & oblatio, cum tota per orbem hoc frequenter Ecclesia. Sunt præterea plurima scripturarum testimonia, quibus clarè probatur à Christo institutum esse nouæ legis sacrificium, quòd in missa Deo patri offertur. Nam si Cyprianus hoc docet ex verbis cænæ dominicæ, Hoc facite in meam, &c. & ex vaticinio regis Dauid, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Si autem secundũ ordinẽ Melchisedech: & non iuxta ritũ Aaron iuramento patris Christus constitutus est sacerdos, oportet vt eisdẽ rebus sacrificauerit, quibus constat Melchisedech olim sacrificasse, de quo ex Genesi constat, quòd sacrificauit in pane & vino. Sic enim illic scriptũ est, Melchisedech rex Salem protulit panem. Erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixitque Abraham: Quam obrem in pane & vino Christus debuit sacrificare. At nusquam istud fecit, præterquam in cæna, quando sub specie panis & vini sacramentum corporis & sanguinis sui instituit. Quocirca palam est eum in hac cæna sacrificasse: Iussit autem vt id ipsum facerent Apostoli vsque ad reditum suum. Verè igitur ipsi in missa sacrificant, & sacrificium offerunt Deo patri. Melchisedech autem in pane consecrare consueuisse, ostendit Reuerendus Episcopus Rossensis, ex hoc textu Genesis concorditer patres docuisse, B. Cyprianum, sanctum Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, Chrysostomum, aliosque quorum citat sententias. Audiamus ipsum sanctum martyrem loquentem, In sacerdote Melchisedech, inquit, sacrificii dominici sacramentum præfiguratum videmus, secundum quòd scriptura diuina testatur & dicit, Ecce & Melchisedech rex Salem, protulit panem & vinum: Fuit autem sacerdos Dei summi, & benedixit Abraham. Quòd autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat spiritus sanctus in Psalmis ex persona patris ad filium dicens, Ante Luciferum genui te: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: Qui ordo vtique hic est de sacrificio illo, vtique veniens & inde discedens, quòd Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quòd panem & vinum obtulit, quòd Abraham benedixit. Nam quis magis sacerdos Dei summi, quàm Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit, & obtulit hoc idem quòd Melchisedech obtulerat, id est, panem & vinum, suum scilicet corpus & sanguinem? Et circa Abraham benedictio illa præcedens ad nostrum populum pertinebat. Nam dictum est Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes: quòd semen Apostolus interpretatur Christum esse.

*Gabriel post
Cancellariũ
Parisiens. Cer-
son alphabe-
to 85. l. 2. c. 83
Gabri.*

1. Corint. 10:

*Lib. 4. aduer-
sus heret. c. 32*

Epist. 118.

Psal. 109.

Cap. 14.

*In axiomat.
10. 2. congrega-
tus.*

*Epist. 3. lib. 2.
ad Celsinum.*

Galat. 3.

Vt ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotem benedictio circa Abraham possit rite celebrari, præcedit ante imago sacrificii in pane & vino scilicet constituta. Quam re periciens & adimplens Dominus panem & calicem mixtum vino obtulit, & qui est plenitudo veritatem præfigurata imaginis adimplevit. Et quibusdam interpositis, Quod si & à Domino præcipitur, & ab Apostolo eius idem confirmatur & traditur, vt quotiescunque biberimus, in memoriam eius faciamus, quod fecit & Dominus, inuenimus nõ obferuari à nobis quod mandatum est, nisi eadem quæ Dominus fecit, nos quoque faciamus. Et si in sacrificio quod Christus est, non nisi Christus sequendus est, vtique id nos obaudire & facere oportet quod Christus fecit, & quod faciendum esse mandauit, & si Iesus Christus Dominus & Deus noster ipse summus sacerdos Dei patris, & sacrificium Deo patri ipse primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit, vtique ille sacerdos vice Christi verè fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur: Et sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum videt obtulisse. Quotiescunq; ergo calicem in commemorationem domini & passionis eius offerimus, id quod constat dominum fecisse, faciamus. Et videris frater charissime, si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc obseruat, quod nos dominus exemplo & magisterio suo docuit, potest simplicitati eius de indulgentia Domini venia concedi. Nobis verò non poterit ignosci, qui nunc à Domino admoniti & instructi sumus, vt calicem dominicum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus. Vbiq; lex euangelica & traditio dominica feruetur, & ab eo quod Christus & docuit & fecit, non recedatur. Si ergo Christus iuxta Melchisedech ordinationem sacerdos fuit, oportuit eum & simile sacrificium offerre, quem admodum obtulit Melchisedech, iuxta argumentationem quam ex scripturis facit sanctus martyr Cyprianus: quod cum in pane simul & vino fuisse compertum sit, oportuit & Christum in pane simul & vino sacrificasse, in corpus & sanguinem suum ea transmutando, vt in sacra Eucharistia sacrificia sint non solum corpus & sanguis Christi, sed & panis & vinum. Et cum ordinauerit Christum, vt faciamus id quod ipse fecit, necesse sequitur in Missa fieri & esse verum sacrificium corporis & sanguinis Christi. Hanc autem Cypriani intelligentiam de verbis Domini, Hoc facite in meam commemorationem confirmant sententiæ Ioannis Chrysostomi & Damasceni in articulis præcedentibus citatæ, & clarissimè Ecclesia catholica in sacro canone Missæ, in quo etiam ante tempora Ambrosii facta consecratione post recitatam ordinationem Domini, Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis, obtemperans ipsius sui dispositioni & mandato, dicit. Vnde & memores nos tui serui, & c. offerimus præclaræ maiestati tuæ hostiam puram, & c. Et B. Ambrosius. Sacerdos inquit, dicit, Ergo memores gloriosæ eius passionis, ab inferis resurrectionis, & in cælum ascensionis, offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentâ hostiam, & petimus ac precamur, vt hanc oblationem suscipias in sublime altare tuum, & c. Sacrificiū etiam altaris multis aliis in locis meminit diuus Cyprianus, vt in epistola ad Felicem presbyterum, In ordinationibus sacerdotum immaculatos, inquit, eligere debemus, qui dignè & sanctè sacrificia offerentes Deo audiri in precibus possunt, quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate. Itè quia sacerdotes sacrificia quotidie celebramus, hostias Deo & victimas præparemus. Rursus in epistola ad plebem, Furnis prohibet oblationem pro eo fieri qui elegit sacerdotem tutorem. Et sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech eodem sensu cum beato Cypriano interpretatur b. August. In Melchisedech, inquit, qui erat sacerdos Dei excelsi, primum apparuit sacrificium quod nunc à Christianis offertur Deo roto orbe terrarum, impleturque illud quod longe post hoc factum per prophetam dicitur ad Christum, qui fuerat venturus in carnem, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui ordo fuerat auferendus illucescentibus rebus quæ illis vmbris prænotabantur.

Item tractans locum Ecclesiastæ, Non est bonum homini, nisi quod manducabit & biber. Quid, inquit, credibilis dicere intelligitur, quàm quod ad participationem mensæ huius pertinet, quam & sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore & sanguine suo? Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis veteris testamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri. Et quæ sequuntur. Et iterum loco alio, quando propheta Dauid dicit, Iurauit Dominus & non penitebit eum, quibus verbis immutabile futurum esse significat, quod adiungitur, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quis ambigere permittitur de quo

In homilia de prædicatione Iudei. Damasceni. li. 4. cap. 14.

li. 4. de sacramentis. ca. 6.

Lib. 2. epist. 4. in principio.

Lib. 2. epist. 9.

In libris de ciuit. Dei & aliis locis.

Li. 16. de ciuit. Dei cap. 22.

Li. 17. de ciuit. Dei cap. 20. Cap. 3.

Lib. 17. de ciuit. Dei. 17.

de quo ista dicantur, ex eo quod iam nusquam est sacerdotium & sacrificium secundum ordinem Aaron, & vbiq; offertur sub sacerdote Christo, quod protulit Melchisedech, quando benedixit Abraham? Item contra aduersarium legis & prophetarum, dictum est in Psalmis, Iurauit Dominus & non penitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: Nouerunt qui legunt quid protulerit Melchisedech quando benedixit Abraham. Et si iam sunt participes eius, vident tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum. Et quod Deum non penitebit, significatio est, quia hoc sacerdotium non mutabit. Mutauit quippe sacerdotium secundum ordinem Aaron. Vnde alius propheta dicit ad eum qui carnaliter est Israel. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & hostiam non accipiam de manibus vestris. Ecce quod est secundum ordinem Aaron. Cur autem hæc non accipiat, addit & dicit, Quia ab ortu solis vsque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia pura, quia magnum est nomen meum in gentibus. Ecce quod est secundum ordinem Melchisedech, ipse per hunc prophetam quod futurum erat, iam velut factum prædicans ait, Ab ortu solis vsque ad occasum, glorificatum est nomen meum in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia pura, quia magnum est nomen meum in gentibus. Et contra Cresconium Grammaticum, Quid de ipso corpore & sanguine Domini vnico sacrificio pro salute nostra? quantum ipse Dominus dicit, Nisi quis manducauerit carnem meam. Translato enim sacerdotio sicut necessarium est & legem transferri, ita & sacrificium. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Nulla vnquam lex absque sacerdotibus, neque sacerdotes absque sacrificio fuisse leguntur, vt late profequitur Reuerendus Episcopus Rossensis in Defensione contra captiuitatem Babylonicam. Translato itaque sacerdotio ad Christum & ministros qui eius nomine sacrificant, oportet sacrificium esse sempiternum, sicut sempiternum est sacerdotium. Quod declarans Theophylactus, Dicant, inquit, nobis Iudæi, quis nam fuerit alius sacerdos secundum ordinem Melchisedech præter Christum? Solus enim ille panem & vino sacrificium consecrauit, perinde ac Melchisedech. Qui verò dixit, In æternum? Tu es sacerdos in æternum? Quoniam etiam nunc vnà cum corpore quod pro nobis immolauit, apud Deum & patrem intercedit, hoc est, quas pro nobis pertulit afflictiones, vt multum commoueat, proponit etiam sine voce, re ipsa nimirum patri loquens, Pro humana natura filius tuus ego sustinui hæc: Miserere igitur horum pro quibus ego pati & mori sustinui. Vel: Quia quæ in singulos dies fit & futura est in perpetuum oblatio ipsum habet pontificem & sacerdotem Dominum, atque adeo ipsam hostiam qui seipsum pro nobis sanctificat, & frangitur & distribuitur. Quoties enim hæc sunt mors Domini annunciat. Et Oecumenius explicans locum Apostoli, Secundum ordinem Melchisedech. Hic, inquit, primus hostiam sine sanguine Deo obtulit, nempe panem & vinum. Et licet Christus non obrulerit carentem sanguine hostiam, siquidem suum ipsum corpus obtulit, atamè qui ab ipso fungentur sacerdotio, quorum Deus pontifex esse dignatus est, sine sanguine offerent: Nam hoc significat, In æternum. Neque enim de ea quæ à Deo semel facta est oblatio & hostia dixisset, In æternum, sed respiciens ad præsentem sacrificios, per quos medius Christus sacrificat & sacrificatur, qui etiam in mystica cœna modum illis tradidit huiusmodi sacrificii. Citat præterea Phociam dicentem, Quia sine sanguine hostiam obtulit, deinde postmodum suum ipsum etiam corpus: propterea ergo aptè dictum est, Christum esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedech.

Eandem fidei veritatē sanctus martyr & episcopus Irenæus ante annos mille & quadringentis ex vaticinio Malachiæ propheta docuit aduersus hereticos, ostendens videlicet sacram Eucharistiam nouæ legis, nouique sacerdotii secundum ordinem Melchisedech esse sacrificium. Air enim, Christus suis discipulis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint, eum qui ex creatione panis est, accepit & gratias egit, dicens, Hoc est corpus meum: & calicem similiter, qui est ex ea creatura quæ est secundum nos, suum sanguinem cõfessus est, & noui testamenti, nouam docuit oblationem: quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in vniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat primitias suorum munerum in nouo testamento, de quo in duodecim prophetis Malachias sic præsignauit, Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris, quoniam ab ortu solis vsque ad occasum nomen meum glorificatur

Lib. 1. cap. 29. Psal. 109.

Malach. 1.

Lib. 1. ca. 25.

Heb. 7.

Cap. 6.

In epistol. ad Heb. cap. 5.

In comment. ca. 5. ad Heb.

Lib. 4. c. 32.

Cap. 1.

inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo & sacrificium purum, quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens: manifestissimè per hæc significans, quoniam prior quidem populus cessabit offerre Deo, omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum: nomen autem eius glorificatur in gentibus. *Cap. 33. v. 34* Incensa autem Ioannes in Apocalypsi, orationes ait esse sanctorum. Igitur Ecclesia oblatio quam Dominus docuit offerre in vniuerso mundo, purum sacrificium reputatum est apud Deum, & accepta est ei, nõ quod indigeat à nobis sacrificio, sed quoniam is qui offert glorificatur in eo quod offert, si acceptetur munus eius: Et genus oblationum reprobaturum est. Oblationes enim & illic, oblationes autem & hic, sacrificia in populo, sacrificia & in Ecclesia: sed species immutata est tantum, quippe cum iam non à feruis, sed à liberis offeratur. Et in calce eiusdem capituli aggreditur Irenæus, & conuincit Valentinianos, & illius seculi hæreticorum portenta, negantium Christum creatoris mundi filium, & carnis ex mortuis resurrectionem, quam ex principio malo esse volebant, ex sacrificio sacræ Eucharistiæ quasi certissimo religionis dogmate, omnium consensus in Ecclesia celebrato. Quomodo, inquit, constabit eis eum panem in quo gratiæ actæ sunt, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est verbum eius? Et quomodo rursus dicitur carnem in corruptionem venire, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini & sanguine alitur? Ergo aut sententiam mutant, aut abstineant offerendo quæ prædicta sunt. Nostra autem consonans est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei quæ sunt eius, congruenter communicationem & vnitatè prædicantes carnis & spiritus. Quemadmodum enim qui est à terra panis percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus constans, terrena & caelesti, sic & corpora nostra percipientia Eucharistiæ, iam non sunt corruptibilia spem resurrectionis habentia. Offerimus autem ei non quasi indigenti, sed gratias agentes donationi eius & sanctificantis creaturam. Propheta Malachias de futuro ob certitudinem (vt ferè solent) in præsentia loquitur, Non est mihi, inquit, voluntas in vobis. Futurum namque erat, quod aboleretur verus illud sacerdotium cum suis sacrificiis, quod erat secundum ordinem Aaron, & nouum istud atque æternum sacerdotium succederet secundum ordinem Melchisedech, in Christo: Proinde, inquit, non est mihi voluntas in vobis Aaroniticis sacerdotibus (illos enim his verbis compellat) Præcedit enim, Ad vos ò sacerdotes, qui despicitis nomen meum: Quis in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Proinde, inquit, non est mihi voluntas in vobis perpetua, vestroque sacerdotio, nec vltra suscipiam munus aut sacrificia de manibus vestris, quoniam non tantum in vno hoc populo Israel, cui seruebat sacerdotium illud vetus, sed in omnibus gentibus ab ortu solis vsque ad occasum, magnum erit nomen meum, neque ex vna hac familia Aaron, sed ex omnibus gentibus nouos mihi sacerdotes deligam nouo ordine, veteri abrogato, nec vetera illa & in vno loco offerenda sacrificia suscipiam amplius de manu vestra, sed in omni orbis loco sacrificabitur, & offertur nomini meo oblatio munda. Oblatio autem hæc munda in omnium illarum veterum locum succedens, quam inter gentes in omni orbis loco sacrificandam & offerendam per prophetam dicit Dominus, non est ea qua Christus semetipsum semel in cruce obtulit, cum non inter gentes, nec in omni orbis loco, sed in vna Iudæa vnico loco orbis Christus in cruce se obrulerit: at ea de qua per prophetam, Sacrificatur in omni orbis loco: nec etiam esse potest sacrificium cordis contriti & humilitati, ieiunia, eleemosynæ, orationes, & quicquid ex nobis Deo offerre possumus. Hæc enim non merentur dici oblatio simpliciter munda, quam ita magnificè celebrat propheta, maximè apud aduersarios, qui docent vniuersa opera nostra immunda esse & polluta, omnesque nostras iustitias esse velut pannum sordidæ mulieris menstruatæ, imò peccata & plane damnabilia, si districto Dei iudicio ad diuinæ iustitiæ regulam exigerentur. Nec sacrificia cordis contriti, & alia quæ diximus propriè ad legem pertinet Euangelicam, sed communia sunt Ecclesiæ veteri, in qua fideles illis ipsis sacrificiis studebant reconciliari & placere Deo: Neque sacerdotibus sunt propria, sed communia fidelibus omnibus. At propheta de propria aliqua Christianæ Ecclesiæ in vniuersum orbem diffusa, oblatione loquitur, quæ veteribus omnibus sacrificiis succedit. Certè nec fingi potest alia hæc munda oblatio, quam ea quæ in Missa à sacerdotibus in altari offertur, secundum ordinem Melchisedech, cuius in pane & vino erat oblatio, corporis videlicet & sanguinis Christi, vt docet Irenæus. Quid enim, vt Augustini verbis vtat, tam mundum

Lib. 4. de Trinitate, cap. 14.

dum pro mundandis vitiis mortalium, quam sine vlla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero & ex vtero virginali? Et quid tam grate offerri à nobis, & ab illo suscipi posset, quam caro sacrificij nostri corpus effectum sacerdotis nostri? Nullam imaginari eucharistiæ sacramentum mundam aliam quæ per Ecclesiã offeratur in omni orbis loco, quam in Eucharistiæ sacramento, agni videlicet immaculati Iesu Christi carnem & sanguinem. Hoc ipsum sacrificij genus obrulit & instituit, vt diximus ex Irenæo & Cypriano, quando in nouissima cœna sub panis & vini speciebus suum corpus & sanguinem cum gratiarum actione Deo patri offerens, etiã discipulis fumenda distribuit, atque ita iam verè noui illud sacerdotiũ secundum ordinem Melchisedech exercens, & ad eundem ritum novos suos sacerdotes instituens, iisdem mandauit, vt ad suum quoque exemplum suo tempore similiter facerent. Et nouo instituit impleret figuram Phæse illius veteris, de quo ille catholicè Christi Ecclesiæ pōtifex Leo in sermone quodã Paschali. Vt vmbra, inquit, cederent corpori, & cessarent imagines: sub præsentia veritatis, antiqua obseruantia nouo sacramento tollitur, hostia in hostiam transit, sanguis sanguinem excludit, & legalis festiuitas dum mutatur, impletur. Certè vetus illud Pascha fuisse etiam figuram nouæ huius cœnæ dominicæ, & agni illius immaculati, vt est in sacramento Eucharistiæ, ipse Christus aperit indicat, eam ipsam Pascha appellans, dum ait, Desiderio desiderauit hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar: Hoc Pascha, inquit, nouum hoc & verum, in quo vt in veritate terminata sunt vmbra & figura illius veteris, non illud vetus typicum & veruecinum, in quo nihil dignum erat tanto Christi desiderio (quemadmodum aduersus Marcionè Tertullianus diligenter annotauit) quod cum iisdem discipulis iterum atque iterum manducauerat, vt de eo minimè locutum ipsum planè indubitatum sit. Hinc & Apostolus Paulus, Pascha nostrum immolatus est Christus, discriminans Pascha nouum à veteri, nostrum hoc est Christianorum à Iudaico, clarè etiam docens Iudæorum Pascha sic ad Christianum se habere, quemadmodum figura se habet ad veritatem, & ad corpus vmbra. Quamobrem vt illorum pascha legalis agni sacrificium fuit, ita nostrum, hoc est Christianorum pascha, veri agni est sacrificium. Et quantum is verus agnus pro nobis in cruce fuerat immolatus, non in cruce tamen edebatur, sed in altari duntaxat, in quo nostrum quoque fit Pascha. Et cum de mensa Domini, & de mensa dæmoniorum loquatur Apostolus, eadem rem satis insinuat. Videte, inquit, Israel secundum carnem, Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo, Dico quod idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid? Sed quæ immolantur gentes, dæmoniis immolant, & non Deo: nolo autem vos feruos fieri dæmoniorum: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensam Domini participes esse, & mensam dæmoniorum. Est ergo ratiocinatio Pauli ista, Sicut qui victimas iuxta legem veterem immolatas edebant, participes effecti sunt altaris, & consortium quoddam mibant cum eo cui sacrificabatur ipsæ victimæ, ita sit et passim vbi tales victimæ viuus offeruntur siue Deo siue dæmonibus. Nam vt in mensa dæmoniorum dæmonibus oblationes fiunt, & quisquis ex eis ederit, consortium habet cum dæmonibus, ita & in mensa Domini quod immolatur, immolatur Domino, & qui talibus oblati vescitur, communionem inquit cum Domino: Quamobrem omnino cavete ne gustetis quicquam ex his quæ dæmonibus immolantur. Molitur enim his verbis Paulus, quod omnes qui in mensa Domini sumimus Eucharistiæ, eius carni pariter & sanguini comunicamus. Nam proximè superius admonuerat Corinthios vt fugerent ab idolorum cultura, ac mox rationem subdit, Quoniam Christo comunicamus per victimam carnis & sanguinis sui, quibus in mensa vescimur. Quod probat, Quoniã, inquit, vt carnales Iudæos victimam quæ offerebant ipsos fecit participes altaris, ita & victimam quæ in mensa Domini vel dæmoniorum offertur, aut illius aut istorum constituit participem. Dilucidum igitur est & ex hoc loco Pauli corpus & sanguinem Domini victimam esse, & sacrificium oblatum in mensa Domini. Nec solum ex scripturis patres isti Irenæus, Cyprianus & Augustinus docent in missa esse sacrificium corporis & sanguinis Domini, verum etiam vniuersi scriptores catholici quos magno numero citat Episcopus Rossensis, & Albertus Pighius in sua hierarchia: item pater Alfonso de Castro circa primam hæresim de missa. Nec aduersarij hanc patrum sententiam ignorant. Scribit enim Ioannes Caluinus in hæc verba, Veteres cœnam sacrificium vocasse notum est: neque possum veteris ecclesiæ consuetudinem excusare, quod gustu ac ritu suo speciem quandam sacrificij figuraret, iisdem ferè cæremoniis, quæ sub veteri testamento in vsu erant, eo excepto quod panis hostia animalis loco utebatur: Quod cum nimis ad Iudaismum accedat, nec Domini in-

Sermone 7.

Lib. 4.

*1. Corinth. 10
Ex defensione
ne ex Rossensis
lib.*

*In defensione
Asseri. Regis
contra captiuitatē Babilonicam.
Lib. 2. cap. 5.
Lib. de cœna
domini.*

Epist. 7. que est de officio sacerdotis. Ecclesiastica Hierar. ca. 3. Epistola ad Smirnenfes. Cano. 14.

In opusculo de sacrificio missae.

Malach. 2.

3. part. q. 82. art. 4. ad primum 10. 80. artic. 2. ad tertium.

Cap. vlt.

stitutioni consentaneum sit, minimè probo. Quamuis autem in ea obseruatione aliquid offenderunt veteres, tamen impietas tanta non erat, quanta postea obrepit. haecenus Caluinus. Nam inter veteres S. Clemens papa & martyr, discipulus & successor beati Petri, aperte dicit quòd in aliis locis sacrificare, & missas celebrare non licet, nisi in quibus Episcopus proprius inierit. Et b. Dionysius scribit Pontificem rursus ad altare ipsum cõsummandi sacrificij causa remeare. Itè S. Ignatius, Non licet, inquit, sine Episcopo neq; offerre, neque sacrificium immolare. Rursus celeberrimum Concilium Nicenum, cuius auctoritas habita est semper quasi sancti euangelij, Hoc neque regula, inquit, neque cõsuetudo tradidit, vt hi qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt corpus Christi porrigant. Prætereo Tertulliani, b. Chrysostomi, Hieronymi ad Hedibiam, Augustini & Ambrosij, aliorumque sententias, quas quiuvis facile inueniet apud ipsos auctores superius citatas. Et nomè missa quo à temporibus Apostolorum vsi sunt scriptores Ecclesiastici, sonat Hebraicè oblationem, secundum Ioannem Capnionem, qui referente episcopo Rossensi, dicit hoc nomen neque Græcum esse neque Latinum, sed Hebraicum: sicut Pascha neque Græcum est neque Latinum, sed ab Hebrais mutatum, & docet missam significare oblationem spontaneam, Deuteron. 16. Hæbraicè legi missam, vbi noster interpres vertit, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Dei tui. Omitto hic subtilem argumentationem qua Cardinalis Caietanus, & pater Alfonso de Castro ex verbis Saluatoris, Hoc facite in meam commemorationem, & Hoc est corpus meum quod frangitur, &, Hic est sanguis meus qui effunditur, concludunt verum esse sacrificiũ in missa corporis & sanguinis Domini. Omitto & deductione patris Alfonso ex vaticinio Danielis de cessatione iugis sacrificij tempore Antichristi, per tempora, tempus & mediũ temporis, hoc est tres annos cum dimidio. Cum igitur tam sit cõcors super hac veritate & semper fuerit patrũ Ecclesiasticorũ & Conciliorum generalium doctrina, & ex consequenti totius ecclesiæ catholicæ, quam Apostolus prædicat esse columnam & firmamentum veritatis, intolerabilis est Caluini & aliorum arrogantia, qui populum seducentes contrarium scribere & promulgare audent. Ex his manifestum est in missa esse verum sacrificium & oblationem corporis & sanguinis Christi, sub speciebus panis & vini, ex diuina & Christi institutione. Dixit namque Dominus exercituum, In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Et Dominus Iesus, Hoc facite in meam commemorationem: vbi noui testamenti, secundum Irenæum, nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis percipiens in vniuerso mundo offert Deo. Sacra namque Eucharistia primò ex Christi institutione sacramentum est corporis & sanguinis Christi, deinde est & sacrificium, in quo sub speciebus panis & vini corpus eius & sanguis patri coelesti offeruntur: & tertio cibus est & potus, quibus cor hominis Christiani confirmatur. Nam substantia prior est eius vsu, & manducatio quæ ex altari ac mensa domini dispensatur, posterior est oblatio. Primum igitur est hic consecratio & consecratio sacramenti, in qua, secundum B. Thomam, consistit sacrificatio: secundo est oblatio, deinde sacrificata & oblata carnis manducatio. Sacrificij igitur oblatio primarius est sacræ Eucharistiæ vsus, & ideo in ordinatione sacerdotis oblationis fit mentio, non consecrationis quæ fit ad oblationem, secundum definitionem Concilij Floren. Manifestum est etiã quòd Christus in cena nõ solũ sacrificium vt offeratur instituit, sed & ipse sacrificauit & obtulit corpus & sanguinem suum sub panis & vini speciebus: imò fieri nequit, quòd verterit panem & vinum in corpus & sanguinem suum, nisi etiam sacrificauerit: quamuis fieri possit, vt sacrificium consecratum non offeratur. Nam ex consecratione Eucharistiæ necessariò sequitur sacrificatio & sacrificium. Sacrificare enim est facere sacrum, hoc est Deo, atque ad eius reuerentiam aliquid dedicare & deputare: sicut consecrare virginem vel sacerdotem, est eos Deo offerre & dedere. Et in Leuitico dicit scriptura, quòd Domino sanctificatur quicquid ei vouemus. Christus autem seipsum, hoc est corpus & sanguinem suum (consecrando) patri exhibebat vt sanctificaret, patrique coniungeret sanctos Apostolos esu & potu sacræ Eucharistiæ, ad patris gloriam ac reuerentiam. Nihil enim magis ad patris cultum & honorem fieri potest, quàm quòd ex patris mandato & obedientia secundũ corpus & sanguinem velit contineri sub vili tegumento specierũ panis & vini, vt nos sanctificet. Facere igitur se esse in sacramento, iuxta B. Augustini & aliorum definitionem, est verè sacrificare. Eadem quoque ratione, quando cõque in missa fit consecratio s. Eucharistiæ fit sacrificium. Agitur enim opus, vt sancta societas inhæreamus Deo, cum Eucharistia sit sacramentum vnionis, institutum vt cum Deo vnus simus spiritus. Nihil etenim magis conducit

conducit vt sancta societas, imò & vnione Deo inhæreamus, atque in eũ totaliter transformemur, quàm s. hæc Eucharistia. Christus igitur seipsum sacrificauit & patri obtulit, vt mensæ asidens, & vt in sacramento latebat, ad patris reuerentiam, in sacrificium à suis etiam ministris vsque ad seculi consummationem offerendum, in precium redemptionis nostræ, atque in cibum & potum animarum fidelium. Totius namque vitæ suæ decursu fecit quæ patri placita erant, se offerens in omnem eius voluntatem, & maximè quando in cena nouissima sacerdotio fungebatur secundum ordinem Melchisedech. Hoc sensu interpretatur Theophyl. & Euthym. verbum Saluatoris, Pater sanctifica eos in veritate, & pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate, hoc est, vt ipsi sint sacrificium tibi acceptum, & ideo ego sanctifico meipsum, id est, me pro eis offero. Scribunt enim victimam hoc loco dici sanctificationem, vt immolationem sub sacramento inchoauerit, quam consummavit in cruce, quamuis tota eius vita, perpetua fuerit immolatio pro nostris peccatis & salute impetranda. Per totam namque vitam exhibuit patri in hostiam viuentem, sanctam & Deo placentem, nõ solum corpus suum, sed & animam, ac se totum. Sed vt dicit B. Bernardus de oblatione facta in templo, quando & ipse se obtulit, quòd satis delicata videtur, vbi tantum siltitur domino, redimitur aibus, & ilicò reportatur, ita & oblatio quæ fit in sacramento. Nec solum Christus consecrãdo se patri obtulit, sed semper offert quàm diu sub speciebus panis & vini manebat. Cui sententiæ subscribit B. Hierony. interpretas versic. Psal. Tu es sacerdos in aeternum & car. & in epist. ad Hedibiam: Eusebius Casariensis: Venera. Beda & Rupertus, quorum sententias & verba refert pater Alfonso. Nec tantum in sacra Eucharistia vera est oblatio, sed & verum sacrificium proprie dictum, quòd fit, quando id quòd offertur intrinsecus afficitur aliqua qualitate, vel noua dispositione. Nam in sacra Eucharistia non solum panis & vinum tanquam verum sacrificium transeunt in corpus & sanguinem Christi, sed & Christus accipit ibi nouum esse sacramentale, quale in cœlis non habet, & fit secundũ phrasim sermonis b. Ambrosij, quòd prius erat panis & vinũ, corpus & sanguis Domini. Est igitur ex Christi institutione (vt diximus) in Missa verum & proprie dictum sacrificiũ, quòd Deo patri offertur. Et quamuis Christus expressè non meminerit oblationis sacrificij, quia tamen non fit sacrificium nisi ad hoc, vt Deo præsentetur & offeratur, sicut ex eius institutione sacrificium habemus, ita & oblationem. Quomodo ecclesia catholica intelligit, quæ in sacro canone post consecrationem & verba Christi, videlicet, Hæc quotiescunq; feceritis, & car. statim addit, Vnde & memores, & car. offerimus, & car. quamuis tamen si non esset ex Christi institutione sacrificij oblatio, nec Christus ipse obtulisset post consecrationem, nos tamen ipsum offerre possemus, quãdo ex Dei patris munificetia nobis donata in omnem vsum salutis nostræ habemus præsens Christi corpus ac sanguinem. Cum enim res ipsa, hoc est Christus Dominus, acceptissimus sit Deo patri, eiq; beneplacita hostia, quæ est agnus immaculatus tollens peccata mundi, quid prohibere posset, quo minus offeratur, & diuinæ maiestatis oculis, vt nostri miseretur, præsentetur. Quid inquit B. Augustin. tam grãtè offerri à nobis, & ab illo suscipi possit, quàm immaculata caro nata ex vero virginali! An impediatur quòd ex patris gratia seipsum ipse nobis donat, & propterea eundè ipsum Deo offerre nõ possumus. Sed ait rex Dauid, rui sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. An quia semel in cruce oblatu, à nobis offerri non possit, quando ita se dimittit, vt in manibus nostris sub panis & vini speciebus contineatur, quando semel oblatum nobis integrum se reddit? Non alia est nostra oblatio, quàm victimæ huius & oblationis imago, exeplar, atque memoria, vt loquuntur Ambrosius, Chrysol. Manifestum est etiam ex superioribus, quòd Missa est ex Christi institutione quoad eius substantialia, quæ sunt consecratio sub duabus speciebus, oblatio, & oblato sumptio: quamuis (vt diximus) omnino certum non sit, quòd hæc Christi institutio vim & efficaciam habeat præceptiuam. Ordinè autem & modum sacrificandi in Missa, ordinauerunt Apostoli, quem pontifices postea auxerunt ad custodiam & lucrum fidei & charitatis, atque promotione deuotionis populi Christiani, & ad ampliandam reuerentiam erga sacramentum. Atque hac parte ordinata est Missa à præpositis ecclesiæ ex inspiratione spiritus Christi, Ex quo sequitur, quòd celebrantes cenam dominicam sine oblatione, & cum sola fidelium communiõne, Christi violant institutionem, qui mandat vt hoc faciamus quòd ipse fecit, hoc est sacrificemus & offeramus, iuxta Cypriani & sanctorum interpretationem. Sequitur etiam quòd in Missa non tantum est commemoratio sacrificij in cruce peracti, sed verum sacrificium, quòd consecratur & offertur in commemorationem mortis Christi Domini, atque

10an. 7.

Ser. de purificacione.

Lib. 1. de vnificatione enã gelic. c. 10. li. 2. cõmentar. in Leuit. c. 6.

Levit. 16.

Heb. 9.

Homil. 9. super
per Leuit.

Li. 1. officio-
rum cap. 10.

Homil. 7. e-
pistol. ad Heb.

Li. 17. deci-
mit. de c. 20.
Et lib. 1. con-
tra aduersa-
rium legis &
prophetarum
cap. 20.

Serm. 6. de
Paschate.

Leit. 85. e. f.
alphe. 89.
7. 14. 3. 4. 5.

Heb. 5.

arque ita est sacrificium commemoratum sacrificii crucis, sicut agnus Paschalis & sacrificia legis verè sacrificia erant prænostica eiusdem crucis sacrificij: sed & in cōmemorationem liberationis filiorū Irahel à seruitute Aegypti cōstitutus erat agnus paschalis. Ut autem intelligatur quomodo fiat sacræ Eucharistiæ oblatio, ad memoriam reuocandum est, quòd summus sacerdos in festo Expiationis cum sanguine intrabat in sancta sanctorum, & sanguinem vituli & hirci, qui prius immolati & occisi erant in altari sacrificij, septies aspergebat contra propitiatorium. Quibus cæremoniis Apostolus Paulus tanquam ymbris veritatem, applicat consummationem victimæ crucis. Air enim, quòd Christus suo sanguine in cruce per proprium sanguinem ingressus est nō in manufacta sancta, sed in ipsum cælum, vt appareat vultui Dei quasi propitiatorio pro nobis, donec secundo sine peccato appareat omnibus se expectantibus in salutē. Id quod latè prosequitur Orige. qui & interpretatur diem propitiationis nobis manere, donec sol occidat, id est, vsque quo mundus finem accipiat, quod Apostolus dicit, Donec secundo appareat omnibus, & cæter. Qua Apostoli Pauli doctrina instructus beatus Ambrosius: Nunc, inquit, Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, sed offert se ipse quasi sacerdos, hic in imagine, ibi in veritate, vbi apud patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit: Hic autem se offert etiam vt sacramento existens per suos ministros, in cælis verò, per seipsum, Et B. Chrysostomus: Nonne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed ad recordationē facientes mortis eius. Et vna est hæc hostia, non multæ, quia semel oblata est in sancta sanctorum: nostrum autē sacrificium exemplar est illius: Illius, inquam, quod ipse nunc in cælis offert, hoc enim per nos præsentari & offerri iussit, sicut in cælis se presentat. Fungitur namque sacerdotis officio vbiunque corporaliter adest. Sempiternum enim habet sacerdotium semper viuens ad interpellandum pro nobis, etiam vbi sub aliena specie, sicut in sacramento occultus latet. In quo functionē sacerdotij secundum ordinē Melchisedech, quod sempiternū ait Apostolus Paulus, cōsistere diximus secundū Theophylactū et Oecumenium.

Manifesta est ex superioribus secunda huius articuli pars, videlicet, quòd ex Christi institutione istud sacrificium Missæ pro aliis offertur, & oblatum viuus prodest & defunctis. Cum enim iusserit Dominus sacrificare & offerre, dum dixit, Hoc facite in meam commemorationem, iuxta beati Cypriani reliquorūque patrū interpretationem: & hoc dixerit indefinitè ac simpliciter sine vlla restrictione causæ ob quam, vel personarum pro quibus offeratur: & nec loci vel temporis, imò nec communicantiū, nec quod priuatim vel publicè offeratur faciat mentionem, omnia hæc libera reliquit Ecclesiæ ac salutis conuenire, arque ministrorum dispensationi, & arbitrio. Qua argumentatione vti diximus beatū Augustinum in simili materia ex verbo beati Pauli Apostoli. Cætera cum venero disponam. Offerri igitur potest sacra Eucharistia in omnem vsum & finem, ad quem sacrificia offerri possunt, & ad quem legis sacrificia diuinitus sunt instituta. Successit enim in locum omnium veterum sacrificiorum. Nam docet beatus Augustinus sacrificium secundum ordinē Melchisedech quod Christus exhibuit hic de corpore & sanguine suo, successe illi omnibus sacrificijs veteris testamenti, quæ immolabantur in ymbra futuri: Propter quod etiam vocem illam eiusdem mediatoris per prophetiam loquentis Psalm. 39. agnoscimus, sacrificium, inquit, & oblationem noluisse, corpus autem perfecti mihi, quia pro omnibus illis sacrificijs & oblationibus corpus eius offertur, & participantibus ministratur. Perfectissimum namque esse conueniebat sacrificium quod secundum ordinem Melchisedech in lege sua noua Christus institueret. Beatissim. Leo.

Vt ymbra, inquit, cederent corpori antiqua obseruatio, nouo tollitur sacramento, hostia in hostiam transit, tanto meliorē quanto agnus immaculatus, Christus videlicet præstat sanguinē agni Paschalis, & legalis festiuitas dum mutatur impletur. Est igitur sacra Eucharistia holocaustū sacrificium pacificum & propitiatorium siue pro peccatis: Et omnium horum vsum habet, veritatem & virtutem, imò in immensum excedentem, vt etiam docet Gabriel in canonem missæ post Ioannem Gerfonem. Cum ergo in Leuitico dicat Dominus, quòd oblato sacrificio ab eo qui peccauerat, sacerdote pro eo & peccato eius rogante dimittetur ei, quis dubitare potest, quin hoc oblato sacrificio in quo solo beneplacitum est patri, & orante sacerdote peccata dimittantur? Et certè sacerdotis officium est offerre dona & sacrificia pro peccatis. Certum est autem quod olim ad oblationem sacrificij, & sacerdotis oblationem, reatus peccatorum remittebatur post dimissam culpam remanens, et propterea nihil dubitandū quin ad huiusmodi peccatorum remissio-

remissionem valeat: Sed an culpa mortalis & reatus penæ æternæ per nostrum præcipuè sacrificium remittantur, non est consentiens scholasticorum doctorum sententia. Quidam enim interpretantur dicta sanctorum doctum sacrificia oblata ad remissionem criminum valere, de reliquiis eorum quæ in nobis remanent post culpæ indulgentiam. Verum scripturis & patribus magis est consentanea sententia contraria. Nam Leuiticus dicit simpliciter quòd oblato sacrificio & orate sacerdote peccata dimittentur. Et Apost. Paul. quòd sacerdotis est offerre sacrificia pro peccatis: Peccata autē propriè vocantur culpæ, & non earum reatus, nisi secundum tropum quo effectus significatur nomine causæ. Et cū idē sit sacrificiū altaris & victima crucis, idemq; Christus patri offeratur in altari, qui in cælis: sicut oblatio quæ sancta sanctorū ingressus vultui patris pro nobis apparens, operatur remissionem peccatorum mortaliū, ita & ea quæ fit in altari. Ad omnia namque valere videtur sacrificium altaris, & oblatio quæ Christus facit in cælis, ad eadē scilicet ad quæ valebat victima crucis. Atq; hæc videtur patrū sententia. Nam Alexander quintus à B. Petro pontifex scribit, quòd crimina atque peccata oblatiis his domino sacrificijs delentur, quòdque talibus hostiis delectabitur & placabitur dominus, & peccata dimittet ingentia. Nihil enim, inquit in sacrificijs maius esse potest, quàm corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est: eadem scribit Iulius primus. Et beatus Cyprianus dicit sacram Eucharistiæ esse holocaustum ad purgandum iniquitates. Idem quoque habet Ambros. & Chrysostomus, Sacerdos, inquit, pro vniuerso orbe legatus intercedit, est quæ apud Deum deprecator, vt omnium non vniuersum modò, sed etiam mortuorum peccatis fiat propitius, Modum autem quo mortalia peccata per sacrificij nostri oblationem remittuntur, declarat B. Thomas: Eucharistia, inquit, non solum est sacramentum, sed etiam sacrificium: In quantum autem sacramentum est in solo viuento effectum habet. Requirit enim vitam præexistere, sed in quatum est sacrificium effectum habet etiam in aliis pro quibus offertur, in quibus non præexistit vitam spiritualem in actu sed in potentia tantum: & ideo si eos dispositos inueniat, gratiam eis obtinet virtute illius veri sacrificij, à quo omnis gratia in nos influxit: & per consequens peccata mortalia in eis delet, non sicut causa proxima, sed in quantum gratiam contritionis impetrat. Proxima namque causa remissionis peccatorum, est baptismus & poenitentia, saltem desiderata: Quo modo peccata mortalia delet etiam oblatio sacrificij crucis. Vnde manifestum fit quòd hoc sacrificium non solum est Eucharisticum, sed verè expiatorium & propitiatorium super reatu peccatorum etiam mortalium: imò probabile est quod super remissione culpæ mortalis, & reatus penæ æternæ. Non tamen desinere auderem, quod quasi ex opere operato ex Dei ordinatione semper peccata remittantur ei pro quo sacra Eucharistia offertur etiam si dispositus sit, sicut per sacramenta baptismi & poenitentiae remittuntur.

Certum est enim nulla peccata mortalia remitti sine horum sacramentorum desiderio. Esse autem varios modos expiandi peccata mortalia tempore euangelij docet Origenes ex scripturis. Videtur autem discrimen inter sacrificium crucis & altaris, quod Christus patri illud obtulit, vt solis electis esset efficax, his videlicet quos dederat ei pater. Ait enim, Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Et, Quos dedisti mihi pater ego custodiri, nemo ex eis perijt nisi filius perditionis. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt, & pro eis ego sacrifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Item vt omne quod dedisti ei der eis vitam æternam: Et ideo eis solis & omnibus ob victimam filij pater peccata remittit, & vitam largitur æternam, atq; baptismum aliaque salutis remedia eis prouidet, Sacerdos autem cum patris nesciat voluntatem, promiscuè pro omnibus offerre potest, pro his etiam quos pater cælestis filio suo non dedit. Quapropter non oportet vniuersis pro quibus offert efficacem esse sacerdotis oblationem. Oblatio enim altaris est consummatio, imago & memoria ex Christi institutione victimæ & oblationis factæ in cruce: sicut & ea quæ in cælis facit Christus vultui patris pro nobis apparens. Et ideo non latius se extendere potest eius efficacia, quàm Christi patientis erat voluntas, hoc est patris electio: & ad eadem valet ex oblationis efficacia, & quasi ex opere operato: Ad temporalia verò obtinenda solum valet per modum interpretationis quæ per sacrificium multum gratiæ & efficaciam accipit apud patrem. Pro reatu peccatorū sacrificium ipsum satisfacit per exhibitionem & solutionem æquiualentis. Vt autem sacra Eucharistia sacramentum est non propriè victimæ crucis memoria est & imago, ex opere operato viuificat, confortat, & omnem effectum in spiritu

Martinus Pe-
resius adia-
de diuinis &
aposto. traditio-
nibus.

Epist. ad oec.
orthodoxos.

Epist. ad egi-
scopos per
Aegyptum.
lib. 1. officio-
rum cap. 4. 8.
li. 6. de sacra-
mentis.
dist. 12. q. 2.
art. 2. in solut.
4. argum.

Hom. 2. in Le-
uiticum.

Ioan. 4.

Ioan. 7.

ritu operatur, quem in corpore cibis & potus corporalis: Ex merito tamē victimæ crucis, sicut baptisimus regenerat, & penitentia lapsos reparat. Quod enim per sacrificium Missæ, & sacram Eucharistiam, sine respectu mortis Christi, impius post baptisimū iustificetur, aut ei propitiatur Deus non est scripturis consentaneum. Ait enim Apostolus Paulus, quod pater posuit Christum propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, qui traditus est propter delicta nostra, Et, Iustificati in sanguine eius reconciliati per mortem eius, & lauit nos in sanguine suo à peccatis nostris. Et ideo improbabilis est opinio Ambrosii Catharini, quod peccata ante baptisimū admittā, dimittuntur per sacrificiū crucis: & post baptisimū admittā, per sacrificiū altaris. Nec solum pro peccatis remittendis valet hoc sacrificiū, verum etiam pro qualibet necessitate. Ait enim b. Chryostomus, communes in sacrificio preces effundimus pro non initiatis & infirmis, & pro terræ, marisque, & vniuersi orbis fructibus sacrificamus. Et beatus Augustinus dicit per oblationem sacrificij domum quandam liberatam esse à virtute noxia malignorum spirituum. Vir, inquit, tribunicius cum afflictiōe animalium & seruorum suorum domū suam spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset, rogauit nostros me absente presbyteros, vt aliquis eorum illo pergeret cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtulit ibi sacrificiū corporis Christi, orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio. Deo que protinus miserente, cessauit. Quod etiam sacrificiū offerri possit, pro defunctis, ex Apostolica quoque traditione frequenter docet in homiliis ad populū B. Chryostomus. Ait enim ad populū Antiochenum, Non temerè ab Apostolis hæc sancita fuerunt, vt in tremendis mysteriis defunctorum agatur memoria. Sciebant enim multū illis fructum, multamque vtilitatem inde provenire. Cum enim torus conlitterit populū extensis manibus, & sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponitur sacrificiū, quomodo Deum pro his supplicantes non exorabimus? Idē prolixè docet in ritu Missæ à se edito, quem longè prosequitur Reuerendus pater Alfonso de Castro, & B. August. In Machabæorum, inquit, libris legimus oblatū pro mortuis sacrificiū. Sed etsi nusquā in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua hæc consuetudine claret auctoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet commendatio etiam mortuorum. Item in Enchyrid. Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificiū mediatoris offertur, vel elemosynæ in ecclesia pro eis sunt. Et post pauca: Cum ergo sacrificia, siue altaris, siue quarumcunque elemosinarū pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis, propitiations sunt. Quibus autem profunt, aut ad hoc profunt: vt sit plena remissio, aut certè tolerabilior fiat ipsa damnatio. Rursum libro Confessionum, matrem suam commendat, quod instante resolutionis suæ die, non de sepulchri honore, sed de hoc vno solum esset sollicita, vt frequens ipsius ad altare fieret memoria, in qua sciret dispensari victimam illam sanctam, qua deletum est peccati chyrographum quod erat nobis contrarium. Ad precii enim nostri sacramentū ligauerat animam suam vinculo fidei, hoc est sacrificiū altaris: Vbi modū præscribit, quo sacrificiū istud prodest mortuis, quia scilicet dispensatur eis & applicatur victima sanctæ oblationis crucis. Et B. August. & ante eum Epiphanius, inter alia prophana dogmata Aerij hæretici & hoc ponunt, quod non oportet orare vel offerre pro mortuis oblationem, cum sacrificia tēpore legis pro mortuis fuerint oblata. Nam Iudas Machabæus facta collatione duodecim drachmas argenti misit Hierosolimā offerri pro peccatis mortuorū. Nihil ergo dubitandū est, quin nouæ legis sacrificiū pro iisdem (cum sint eiusdem corporis nobiscum membra) offerri possit, quum non deterior sit modò eorum conditio, nec inferius, aut inefficacius nostrum sacrificiū. Plurimas patrum sententias, in quibus docent sacra Eucharistia sacrificiū prodest defunctis, citant Albertus Pighius, & pater Alfonso de Castro: venerab. Ioannes Bundeus. Si contra dicta obiiciatur, quod sacra Eucharistia instituta est in esum & potū, ergo non vt offeratur, sed in gratiarum actionem, quum Dominus dicit, Hoc facite in meam commemorationē, hoc est, vt memores mortis meæ grati sitis pro beneficio redemptionis vestræ. Respondetur quod primus finis institutionis sacra Eucharistia est, vt offeratur, sicut declarauimus ex B. Cypriano & reliquis patribus. Et cōmemoratio mortis, sacrificij & oblationis finis est, siue pro peccatis, siue pro beneficiis impetrandis fiat oblatio. Non autem de eius est ratione, nec materia vel causa ob quam sacrificatur vel offertur. Est enim præsentatio mortis, quam ante oculos eius exhibemus, & eum illius quasi memorem facimus, vt rectè intelligi possit. Hoc facite in meā cōmemorationem non

Rom. 3.

Roman. 5. In comment. epist. ad Hebr. cap. 10.

Homi. 77. in Ioannem.

li. 22. de ciui. Dei cap. 8.

Missæ primitiua.

Hom. 69. in primæ epist. ad Corinths.

Hebr. 3. de Missæ. De cura pro mortuis agentis, cap. 1. cap. 110.

Lib. 9. ca. 11. & 28.

De hæres. ca. 53.

2. Machab. 12.

Lib. 5. Hebr. 3. de missæ. In compendio suo.

non solum apud vos, sed & apud patrem, apud quem offerentes mortem meam annuncietis. Et ideo, vt diximus, consecratio huius sacrificij eiusque oblatio magis est in commemorationem, quàm ipsū sacrificiū, quod institutū est in præsidium animarū nostrarū, & in omnē vsum in quem sacrificiū offerri solet. Nō igitur materia vel vsum specifiatur, sed finis vel modus tantum, cum ait Dominus, Hoc facite in meam commemorationē. Nā simpliciter & absolute dicit dominus, Hoc facite, id est, sacrificate & offerre siue pro peccatis, siue pro gratia & salute impetranda, siue in gratiarum actionem, vel vt honor, & reuerentia Deo deferatur, siue pro viuīs siue pro mortuis, semper tamē in mortis meæ commemorationē, quā patri offerendo præsentetis. Et ideo cum dicit Dominus Hoc facite in meam cōmemorationem, potius ipsū facere, quàm quod factū est, in eius commemorationem est referendum. Ex quibus patet quod sacra Eucharistia & pro peccatis est sacrificiū, est & eucharisticum simul & holocaustum, dignitate & virtute includens, imò in infinitum superans omnium generum cuiuscunque legis sacrificia, quod & in omnes sacrificiorum vsum semper in Missa offertur, pro spe scilicet salutis & incolumitatis, & animarum redemptionem. Tria autem hæc sacrificiorum genera diligenter explicat Beatus Thomas, qui etiam docet Christum fuisse omnis generis sacrificiū, & peccatorum expiationem, eumque tota vita sua suo functum esse sacerdotio. An autem Christi institutio patiat, vt offeratur tanquam holocaustum tantum, in gloriam scilicet & cultum Dei, sine applicatione ad viuos vel mortuos, aut pro peccatis tantum, vel solum in gratiarum actionem, hoc est, vt vel solum sit holocaustum, vel expiatorium pro peccatis tantum, vel pacificum tantum, non requirit præsens disputatio. Nam proprie videtur esse holocaustum, vt consecratur, & ratione subsequens oblationis induit omnium generum sacrificij rationem. Quantum autem sit discrimen si à nobis fiat oblatio corporis & sanguinis Christi, quasi in celo se vultui patris præsentantis, vel quasi in cruce pendens, vt in vnione mortis & passionis eius preces & opera nostra patri offeramus, ab oblatione illa reali sub sacramento substantialiter præsentis, item quantum differat hæc ipsa vt fit à populo circumstante, & vna cum sacerdote offerente, ab eadem, vt in missa fit à sacerdote consecrante (si tamen distingui possunt) & oblatio Christi vt in custodia seruetur, quid efficacia habeat. Item Christi in templo præsentatio, & oblatio, quod in quā, & quantum inter istas oblationes sit discrimen, articuli nostri tractatio nō requirit: item cum nostrum sacrificiū, vt in altari consecratur & offertur, habeat gratiam apud patrem & valorem infinitum, sicut victima crucis & oblatio quam facit ingressus sancta sanctorum, cum victimæ crucis vtraque oblatio, quæ fit in altari, & quæ in caelis, sit consummatio (sicut docet post B. Thomam Cardinal. Caietanum) quomodo non tota pena remittitur ei pro quo fit oblatio, sicut per baptisimū remittitur? Nam de gratia & charitatis infusione minor est difficultas, cum infundatur secundum proportionē conatus nostri siue paciuiæ dispositionis. Cui respondetur quod & oblatio sacrificij similiter operatur secundum deuotionem offerentium, sicut docent b. Thom. & Caietanus. Vnicuique enim nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, hoc est vt Christo dare libet, atque secundum eam mensuram. Quando autē dicunt Ioannes Eckius & Gabriel Biel, valorem missæ & oblationis quæ in ea fit esse finitum, considerant hanc oblationem prout fit & à sacerdote, & Christū vt personam hic tantummodo oblatam, & non vt imaginem repræsentantem crucifixum: vt respectū habent ad nostram dispositionem siue deuotionem. An autem omnis fructus salutaris, temporalis & spiritualis, quem poterit largiri, referri debeat ad mortem & passionem Christi, sicut nostra redemptionem, an potius ad totam eius vitam, quam diximus fuisse perpetuam oblationem, tractat B. Thomas, Quæ omnia hic tractare prolixius esset, Ex his igitur quæ diximus manifestum est, quod Christi institutionem temerant, qui docent sacram Eucharistiam non posse aliis applicari, neque pro aliis offerri. Tunc enim solum holocaustum esset, non pacificum neque propitiatorium sacrificiū. Omnis namque pontifex & sacerdos pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Nec simile est de aliis sacramentis, quæ solum sacramenta sunt, non sacrificia: & ideo percipiens sacram Eucharistiam, cum ea solum vt sacramento vtatur, hoc est vt cibo & potu, sumenti tantum hæc perceptio prodest non aliis. Aduersantur quoque & violant Christi institutionem, qui illicitas atque abrogandas esse dicunt missas priuatas, hoc est, in quibus solus sacerdos consecrat & solus communicat. Has enim Missas vocant priuatas, etiā si mille adsint auditores. Isti & huiusmodi similes errores proficiuntur ex peruerso & erroneo verborum institutionem

Thom. qu. 20. art. 22. ad 3.

1. 2. q. 102. art. 3. ad 3. ubi dicitur, quod 22. art. 2. & 3. eiusdem qu. artic. 1.

Part. 3. q. 67. art. 5. In qualib.

Epist. 4.

Circa li. 2. Co. 2. s. 1. Ratiōne oblationis.

Part. 3. q. 68. art. 1.

Hebr. 5.

Cap. 16.

Controvers.

lib. 22. de civ. Dei cap. 3.

Epist. ad Iniquarium.

In actis Comitiarum R. v. p.

Roffen. in de fensione Regie Asserionis.

Calvinus.

Responsio.

huius sacramenti intellectu, quod videlicet facere, quod insit Dominus dicens, Hoc facite in meam commemorationem, sit manducare & bibere, non cōsecrare, sacrificare & offerre: quo tamen sensu B. Cyprianus, Irenæus, Chrysoftomus, & alij scriptores Ecclesiastici, & canon Missæ ea interpretantur. Et ideo cū hic primarius eius vsus sit, nec mādret Christus, vt vel publicè, vel priuatim, aut aliis simul communicantibus hoc faciant, liberum Ecclesiæ istud reliquit. Cū igitur sacerdos Missam celebrans Deo sacrificium offerat, & cum solo Deo agat causam totius Ecclesiæ, & suam, atque hoc priuatim extra hominum turbam deuotius peragatur, magis secreta silentia in Missæ celebratione quærere conuenit, quàm in hominum frequentia loca publica, exēplo summi sacerdotis legalis, qui in die expiationis abditissima loca, hoc est sancta sanctorum, ingrediebatur sacrificiū consummaturus. Legitur namq; in Leuitico, Nullus homo sit in tabernaculo, quādo pontifex sanctuariū ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur tabernaculū. Fortassis obiicietur quod inter ea quæ fecit Iesus, suis etiā distribuit corpus & calicē, & nos idē facere oportet ex eius mādato, quando consecramus & missam celebramus? Cui respondetur, quod hoc verū, Facite, dicit Christus non fidelibus, sed solis mensæ prapostis, vt illi dispensent vt diximus, secundum quod eis honori Domini & saluti populi Christiani expedire videtur. Et præceptum hoc (si tamen præceptum est) est affirmatiuum, qualia non pro semper obligant. Et secundum sanctorum patrum interpretationem Facere non complectitur distribuere, sed solum consecrare ex pane & vino corpus & sanguinē Domini. De missis autē priuatis, & de earum vsu quod sit antiquissimus, item earundem applicatione, docet in auctario Enchirid. Ioannes Eckius: item in Apologia aduersus Bucerum circa scripturam protestantiū in Colloquio Ratisponensi. Et de sacrificio missæ scribit tres libros, quibus exactissimè aduersariorum dogmata conuincit, in quorum primo ex scripturis docet & probat in missa verum fieri sacrificium: in secundo ex Patribus & conciliis: tertio eorum respondet argumētis. Virtutem quoq; & efficaciam huius nostri sacrificij ex Patribus docet Albertus Pighius. Hi latissimè tractant quicquid adhuc de missæ sacrificio desiderari possit. Tēpore beati Aug. missas fuisse priuatas demonstratur ex eo quod superius ex ipso citauimus, & quod Gregor. Nazian. inuentus est in paruo oratorio celebrare, quādo communi Episcoporum consensu in Episcopum fuit assumptus: & vt diximus, quia Christus hic nihil ordinauit: nisi de faciendo, hoc est sacrificando, & absolute dixit, Hoc facite & offerre, liberum reliquit vt vel priuatim, vel publicè istud faciamus cum aliorū communione, & etiam sine ea, pro viuīs vel mortuis, iuxta regulam b. Aug. cuius frequēter in superioribus meminimus. Quod autem Deum honore & cultu debito priuāt, qui in missa ei defertur, toramq; Ecclesiam ac fidelium defunctorum animas multa vtilitate, fructu & præsidio fraudant, qui tanquam Christi institutioni contrarias, missas priuatas abolendas docent, rectè declarat Ioannes Eckius, in annota. circa librum oblatum. Et quidam sanctorum dicit, quod quisquis hoc sacrificium ab Ecclesia tollere molitur, nihilo minorem ei iacturam intentabit, quàm si mundo solem eripere studuerit.

EX hac articuli declaratione & probatione non erit difficile aduersariorū argumentis respondere. Falsa enim assumunt, vel ex erronea scripturarum argumentantur intelligentia. Quod primum ostendamus de Ioanne Caluino, qui in Antidoto articulorum facultatis sacræ Theologiæ Parisien. circa articulū 6. missæ sacrificiū impugnat, & succinctè adducit, eaq; ei validissima vīs sunt ad fidē nostrā euertendā. Relinquo eius institutionē, quæ hac in re proluxa est, sed argumēta Antidoti tantū proponemus. Ait enim. *Institutio Christi sic habet, Accipite & manducate, non autem Offerre: Ergo sacrificium missæ non est institutum Christi est, sed palam eunre pugnat.*

Quid precor, apparentia habet hæc argumentatio, vt propter eam relinquamus cōsentientem scriptorum Ecclesiasticorum, & catholicæ fidei doctrinam de Missæ sacrificio? Verè huic homini Deus spiritum cōpunctionis dedit: oculos vt non videat, & aures vt non audiat. Diximus enim non esse institutionem sacrificij, imò nec sacræ Eucharistiæ in his verbis, Accipite & manducate, Nisi enim addidisset, Hoc facite in meam cōmemorationem, nullum haberemus in Ecclesia sacrificium, nullam Eucharistiam, nullum corporis & sanguinis Christi sacramentum, nec facultatē consecrandi. Hoc autem facere, apertissimè (vt diximus) B. Cypri. Patres & Ecclesia catholica Græca & Latina, à temporibus Ambrosij & Chrysoftomi in Canone Missæ, interpretantur sacrificare & offerre. Quamuis igitur in his verbis, Accipite & manducate, non sit institutum sacrificium, in eo tamen quod addit, Hoc facite in meam commemorationem, vera est & perpe-

perpetua sacrificij Missæ institutio, Nihil igitur habet soliditatis, sed merè sophistica est hæc Caluini argumentatio.

Præterea constat ex scripturis hoc peculiare & proprium fuisse Christi officium, seipsum offerre, si- calvinus. cut dicit Apost. ipsum vna oblatione in perpetuum sanctificasse suos: Itē semel apparuisse per oblationem sui. Nam & in hunc finem consecratus fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech, sine successore vel socio. Sacerdotij itaque honore spoliatur Christus, cum ius ipsum offerendi transferretur ad alios. Postremo nemo usurpare debet hunc honorem, nisi à Deo vocatus, teste Apostolo, Nemo autem præter Christum vocatus legitur. Rursus cum promissio ad eos solos desinetur, qui sacramento communicant, quo iure ad mortuos pertinebit?

Est quidem officium Christo proprium & peculiare, seipsum pro mundo offerre in mortem, & animam suam dare in redemptionem pro multis, & per proprium sanguinem post factam cruentam hanc oblationem in ara crucis, intrare sancta sanctorum, & vultui patris se præsentare, atque pro nobis interpellare, nec cuiquam hoc officium cōmunicat, vt tamen sancta sanctorum ingressus offert & patri præsentat, nō solum per se in vna persona, sed etiam pro nostro & sacerdotum ministerium, sicut de Christo dicit Ioannes Baptista ex verbo Dei. Hic est qui baptizat in spiritu sancto, quasi hoc sit ei, vt etiam verè est, peculiare. Apostoli tamen & sacerdotes suum baptizando præstāt ministerium, & per eos in spiritu ipse Christus baptizat: Ita sacrificando & offerendo ipse se sacrificat & offert sacerdotum ministerio: sed & se patri præsentare vbicunq; est in sacramento etiam velatus per ministerium sacerdotum. Non enim minus in sacramento, quam tunc libet tectus humillima & quasi fordida veste, vultui patris pro nobis apparet, quia in cœlis sedes ad dexterā eiusdē patris, in hoc funges sacerdotio sempiterno secundum ordinē Melchisedech. Licet Christus, inquit OEcum. non obtulerit carentem sanguine hostiam: siquidē corpus suum obtulit, attamen qui ab illo funguntur sacerdotio, quorū Deus pontifex esse dignatus est, sine sanguine offerent. Nā hoc significat. In æternum, Neque enim de ea quæ semel à Deo facta est oblatio & hostia, dixisset in æternum, sed respiciēs ad præsentēs sacrificios, per quos medios Christus sacrificat & sacrificatur, qui etiā in mystica cena modū illis tradidit huiusmodi sacrificij. Et Theop. explicās quomodo Christus sit sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech: Manifestissimè igitur, inquit, de Christo hoc dictū est. Solus enim ille pane & vino sacrificium consecrauit, inquit, ac Melchisedech. Qui verò dixit in æternum? Quoniam etiā nunc vna cum corpore quod pro nobis immolauit, apud Deum & patrem intercedit, hoc est, quas pro nobis pertulit afflictiones, vt multum cōmoueat, proponit etiam sine voce, re ipsa nimirum patri loquens, Pro humana natura filius tuus ego sustinui hæc: Miserere igitur horum, pro quibus ego pati & mori sustinui. Vel quia quæ in singulos dies fit & futura est in perpetuum oblatio per Dei ministros, ipsum habet pontificem & sacerdotem dominum, atque ad eō ipsam hostiam, qui seipsum pro nobis sanctificat & frangitur, & distribuitur. Quoties enim hæc fiunt, mors domini annuntiatur. Et Beatus Ambrosius, vt supra citauimus, Nunc Christus, inquit, offert se ipse quasi sacerdos, vt peccata nostra dimittat, hic, videlicet in sacramento, in imagine, ibi in veritate, vbi apud patrem quasi aduocatus interuenit. Atque hæc eadem quæ veritati hic obiicit Ioannes Caluinus, proponit sibi beatus Ioannes Chrysoftomus, & diligenter explicat circa locum, per singulos annos iisdem ipsis hostiis quas offerunt indefinenter: Quid ergo nos, inquit, nonne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed ad recordationem facientes mortis eius. Et vna est hæc hostia, non multæ. Quomodo vna est, & non multæ? Quia semel oblata est illa, oblata est in sancta sanctorum: Hoc autem sacrificium exemplar est illius, id ipsum semper offerimus. Nec nunc quidem alium agnū, crastina alium, sed semper id ipsum. Proinde vnum est hoc sacrificium, alioquin hæc ratio, quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt: Nequaquam, sed vnus vbique est Christus: Pontifex nonster hostiam mundantem non obtulit, ipsam offerimus & nunc: hoc autem quod nos facimus, in commemorationem quidem fit eius quod factum est. Hoc enim facite, inquit, in meam commemorationem. Non aliud sacrificium, sicut pontifex, sed id ipsum semper facimus, magis autem recordationem sacrificij operamur. Mirum est quod Ioannes Caluinus & reliqui aduersarij nostri non videant eandem has Pauli sententias, nō minus facere aduersus oblationem quam Christus in cœlis facit vultui patris semper pro nobis apparens (ad quam stabiendam eas Paulus adducit) quam contra oblationem altaris. Et multa quæ Christo sunt propria, ipse in Apostolos suosque ministros trasfundit. Tractas enim beatus Chrysoftomus verbum Domini, Quodcunq; solueris, & quodcunq;

calvinus.

Heb. 9. et 10.

Responsio.

Matth. 20.

Ioan. 1.

Zacha. 3.

Hebr. 5.

Heb. 5.

Quomodo filius apud patrem intercedat quid dicat.

Li. 1. officiorum cap. 48.

Hom. 7. in epiistolam ad Hebr.

Matth. 16. ligaueris super terram, & cæt. Hæc, inquit, promittit se Petro daturum quæ sunt propria Dei solius, scilicet peccata soluere, & Ecclesiam immutabilem facere inter tot persecutionum & tentationum procellas. Et b. Hieronymus circa locū, Super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam. Sicut ipse lumen inquit, Apollolis donauit, vt lumē mundi appellarentur, cæteraque ex Domino sortiti sunt vocabula, ita & Symoni qui credebatur in patrē Christum Petri largitus est nomen, ac secundū Metaphoram petræ, rectè dicitur ei, Ædificabo Ecclesiam meam super te. Et vna quidem oblatione crucis in perpetuum suos sanctificauit, vnde omnis nostra sanctificatio, & omnis peccatorum remissio derivatur: sed hæc oblatio in cruce facta cum sanguinis effusione perpetuò patri præsentatur, & idem ipse in sancta sanctorum ingressus per proprium sanguinem, se patri offert, sua vulnera, suam passionem, eius vultui pro nobis apprensens, & semper viuens ad interpellandū pro nobis, re ipsa patri loquens, Pro humana natura filius tuus ego sustinui hæc: Misere igitur horū pro quibus ego pati & mori sustinui. Atque hanc duplicem, secundum modum, sed re ipsa eandem oblationē sanguinolentam in cruce & incrementam in cœlis mirificè prosequitur Apostolus Paulus, vmbra legis in die expiationis comparans veritatem, videlicet ingressum Christi in sancta sanctorum. Hæc autem oblatio quam in cælis facit, durabit quàm diu locum habebit expiatio, hoc est, vt interpretatur B. Paulus, donec secundò appareat, quasi ex sanctis sanctorum rediens, omnibus expectantibus se in salutem. Non enim suorum sanctificatio perficeretur, donec tradiderit regnum Deo & patri. Et Christus quidem à patre consecratus est sacerdos sine socio, sine successore (Sacerdotium enim habet sempiternū) non tamen vt in sua tantum persona sacerdotio fungatur. Nam & ipse vocauit Apostolos suos quos mitteret ad easdem functiones ad quas ipsum miserat pater. Sicut, inquit, me misit pater, & ego mitto vos. Ministros itaque habet Christus in hac sui incruenta oblatione, quos vocauit ipse, & quibus non successorem, nec socium. Dei, inquit, adiutores sumus, & ministri eius cui credidistis. Nec in hoc Christus honore suo spoliatur, quando vt nos honoret, nostra dignatur vti cooperatione. Et vsurpare potest hunc honorem, quem filius ad eum vocat, qui & duodecim Apostolos vocauit, ad hunc sacerdotii honorem, sicut ipsum vocauit pater. Ait enim Apostolis, Hoc facite in meam commemorationem quod feci ego: Maior est filii honor, maiorque prædicatur eius potestas, quando alijs ipsam communicat, & sui sacerdotij facit consortes, sicut dici solet de potestate miraculorum concessa Apostolis. Maior enim est Christi gloria quòd miracula faciat per alios, quàm si ipsa per se solum operaretur. Idem obiiciebat Nouatus Ecclesiæ catho. contra alteram sacerdotij potestatem, vt refert B. Ambrosius, Aitunt se Domino, inquit, deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem referunt, imò nulli maiorem iniuriam faciunt, quàm qui volunt mandata eius rescindere. Nam cum ipse in Euangelio suo dixerit, Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Quis est qui magis honorat, vtrum qui in mandatis obtemperat, an qui resistit? Hic autem eius etiam habemus mandatū, Hoc facite in meâ cōmemorationem. Et forma ordinationis sacerdotū, secundū Conciliū Florentinū, solū oblationis meminit quæ est, Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuus & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Quare licet promissio & institutio sacerdotij non sit facta mortuis, sed ad solos pertineat sacerdotes, nec sacra Eucharistia ad mortuos pertineat vt sacramentum est, siue vt est cibus ac potus, non tamen exclusi sunt à sacrificio, quasi pro eis offerri non possit. Nam Iudas Machabæus legis etiâ sacrificia offerri curauit pro mortuis. Et omnis pontifex atque sacerdos constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis non solum viuorum, sed & mortuorum. Nec hoc loquitur Apostolus de solo sacerdote legali, cum per hanc sententiam ostendat Christum sacerdotem à patre cōstitutum, habere aliquid quod patri offerat. Nisi à Deo derelictus esset Caluinus, & in reprobum sensum datus, non potuisset ob argumenta tam infirma, catholicâ deserere veritatem quam non ignorat à temporibus Apostolorum concorditer semper esse traditam, & doctrinam in sancta Christi Ecclesia.

Expendamus etiam quid momēti habeant quæ adducit Confessio VVirtemberg. & inueniemus æquè infirma esse. Ait enim.

Confessio VVirtemb. Cum sacrificij nomen latissimè pateat, ac generaliter significet sacrum cultum, libenter concedimus, verum & legitimum vsus Eucharistie posse hoc modo sacrificium dici.

Responsio. Probauimus sacram Eucharistiam esse sacrificium, secundum definitiones B. August. Philippi, & Caluini, quas supra citauimus, ex quibus patet propriè esse sacrificium, & non solū generali significatione, qua verū & legitimum eius vsus, hoc est manduca-

tionem corporis & potum sanguinis Confessio dicit esse sacrificiū. Non enim facta Eucharistia tantum est quadam caremonia, sicut eius aliorumque sacramentorum vsus & administratio, eò quòd ad Dei cultum ordinantur. Hoc enim commune est omnibus caremoniis veteris & noui testamenti. Sed hoc habet peculiare, quòd sit & sacrificiū, quòd Deo exhibetur, omnibus sacrificiis veteribus succedens, sicut docuimus ex beato Augustino, & alijs vetustis scriptoribus. Consistit enim in esse permanente, cum reliqua sacramenta cum ipsa actione in qua consistunt transeant. Distinguntur namque caremoniæ in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantias, vt docet Beatus Thomas. Eucharistia autem sacramentum est, & vera ac propria ratione sacrificium. Reliqua verò nouæ legis sacramenta tantum sunt sacramenta.

Confessio. Etsi Eucharistia iuxta institutionem Christi celebratur, vt in ea annuncietur mors Christi, & dispensetur Ecclesiæ sacramentum corporis & sanguinis Christi, rectè vocatur applicatio meriti passionis Christi, his videlicet qui sacramentum sumunt.

Sacra Eucharistia iuxta institutionem Christi celebratur, quando corpus & sanguis Christi sub panis & vini speciebus consecrantur, & patri offeruntur in memoriam mortis filij eius, sicut ipse in cœlis se patri offert & præsentat, vt propterea rectè dicat beatus Cyprianus, quia passionis eius mentio in sacrificiis omnibus facimus (passio est enim Domini sacrificium quod offerimus) nihil aliud quàm quòd ille fecit, facere debemus. Ipse autem primus sacrificium Deo obrulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit. Quem sensum verborum Christi, Hoc facite, & cæt. semper secuta est Ecclesia catholica tam Græca quàm Latina: post ea addens in Canone Missæ, Vnde & memores, & cæt. offerimus, & cæt. Et semper in eius consecratione mors Christi annunciatum apud patrem cui sit oblatio, eique præsentatur, cuius mortis ministrum consecrationem etiam memorem esse oportet. Nam mortis memoria propriè respicit facientem siue consecratem, sitque hæc annunciatio magis per sacramentum corporis & sanguinis, quàm lingua, vt docet B. Augustinus. Fallitur Confessio in eo quòd dicit: Iuxta institutionem Christi sacramentum corporis & sanguinis dispensandum esse Ecclesiæ quando cumque celebratur. Hæc est enim radix multorum errorum quos circa Eucharistiam docet. Debebat aduertere, quòd dominus dixit nulla facta restrictione, nulla mentione communicantium, sed simpliciter, Hoc facite in meâ cōmemorationem. Ex eadē radice dicit eam rectè vocari applicationem meriti passionis Christi his qui sacramentū sumunt, & suppones solum sacramentū esse, & non propriè dictū sacrificiū: intelligens nimirum, quòd, Hoc facite, sit accipere, manducare, & bibere: & non, sacrificare & offerre: quo tamen sensu ostendimus vniuersam Ecclesiam verba illa Christi semper intellexisse. Non igitur meritum passionis Christi solis sumentibus applicatur, quo modo fit eius applicatio in baptismo cæterisque sacramentis, sed & his pro quibus offertur. Hoc enim præ cæteris sacramentis ei est peculiare, quòd sit etiâ sacrificiū. Ratio autē sacrificii hoc habet, quòd proficit & alijs. Omnis namque pontifex, inquit, Apostolus, pro hominibus constituitur, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Offerre enim debet pro populo, sicut pro semetipso pro peccatis.

Confessio. Nec dammande sunt pie lectiones, & prædicationes, quæ consecrationem, vt vocant, & dispensationem Eucharistie præcedere & sequi solent. Sed interea non licet nobis errores, qui ad hoc sacrum imperita magis prinatorum hominum, quàm legitimo consensu veræ catholicæ Ecclesiæ, accesserunt, dissimulare & approbare.

Quæ missæ accesserunt probat confessio, & damnat eius substantiam, nempe sacrificium & oblationem, sine quibus missa constare non potest. Et consecrationem damnare videtur, cum dicat, Quæ consecrationem, vt vocat, &c. Sed quomodo sub speciebus incipit esse corpus & sanguis Christi, si nō fiat mystica benedictio siue consecratio? Clare hic docet Eucharistia oblationem missæ accessisse priuatorū hominū imperitia, non autē legitimo veræ Ecclesiæ consensu, vbi B. Augustin. & vniuersos patres imperitiæ dānat, qui hanc oblationē testati sunt & probauerunt. Et quæ, precor, est veræ Ecclesiæ catholica, si non Latina & Græca, quæ vtraque, ab hinc mille annis tradidit sacra Eucharistiam esse sacrificium & oblationem? Et quis magis legitimus esse posset consensus, quàm est ex tam longa & diutina obseruatione in solenni & publico missæ officio?

Confessio. Vnus error est quid ex cultu qui debet Ecclesiæ esse communis, fiat priuata vnus sacrificij actio, qui sit solus sibi legit verba canone dominice, ita etiam solus panem & vinum sumit.

Responsio. Summus sacerdos cum sanguine sancta sanctorum ingressus secretè omnia solus agebat corā propitiatorio, hoc est Deo propitiatorio insidete, totius tamē populi causam

1.2. quæst. 101 art. 2. 11.

1.2. epist. 31

1.3. de Trin. cap. 4.

Heb. 5.

Confessio.

Responsio.

Responsio.

agebat, atque propterea vt publica erat persona in causa communi, publica etiam erat & actio, quamuis secreta sine testibus perageretur. Diximus enim ex Apostolo, quod sacerdos pro hominibus constituitur, vt offerat & deprecetur pro peccatis totius populi. Sacerdos inquit, B. Chrysof. pro vniuerso orbe legatus intercedit, deprecaturq; est apud Deum, vt omnium non viuentium modò, sed & mortuorum peccatis fiat propitijs. Nec mirum quòd sacerdos solus verba cenæ dominicæ legit, cum per ea in Christi persona consecret & transmutet panem & vinum in corpus & sanguinem Domini. Hic enim primarius est horum verborum vsus, non intelligentia astantiù, cum populi causam cum solo Deo agat consecrando & offerendo. Et solus sacramentum sumere potest, cum Dominus nihil mādauerit quòd alii simul cōmunicare debeāt. Magna sanè fieret iactura in Ecclesia apud viuos & defunctos, si celebrare missam nō posset sine aliorum communicatione, imò nec licet ei aliis sacramentum ministrare, nisi præpositus fuerit familiaræ Christi, vt ei in tempore dispenfet, hoc est curam habuerit pastoralem.

Confessio.

Nam Christus instituit Ecclesiam, non vt esset priuata vnius actio, sed vt esset Ecclesie communio.

Responsio.

Christus sacram Eucharistiam instituit, vt nomine Ecclesie sacerdos patri corpus & sanguinem eius offerat in mortis apud eisdem memoriam, quomodò ipse in cœlis se offert & sistit, patri latus et vulnera ostendēs, hoc est, vt in nouo testamento nobis esset sacrificium quod secundum B. Augustini & Leonis papæ sententiam, omnibus veteribus sacrificijs succederet: hicq; primarius eius esset vsus: & secundarius, vt sit fidelibus cibus & potus, sicut diximus institutum fuisse agnum Paschalem ad immolandum, & secundo loco ad edendum. Instituit autem Christus Eucharistiam, non vt esset actio priuata, hoc est, quæ secretò fieret, nec vt publica, quæ multis fieret præsentibus. Neutrum enim ad eius pertinere institutionem. Nam potest & publicè fieri, & etiam potest secretò, quia tamen fit à publica persona, hoc est, à sacerdote, qui Christi mediatoris Dei & hominum, id est, pontificis magni qui cœlos penetrauit, gerit personam, & pro tota offert Ecclesia tam viuentibus quàm mortuis, & ad hoc publica missa est authoritate, actio eius in his mysterijs celebrandis nō priuata, sed verè est publica, siue authoritatem spectemus, siue causam ac finem actionis, siue eorum actio quæ in die expiationis summus sacerdos operabatur in sanctis sanctorum. Nisi in primis religionis nostræ principijs erraret hæc Confessio & alij omnes aduersarij, tam absurda tradere non possent, nec tam aliena à consentiente patrum doctrina.

Confessio.

Itaque ad rectam Eucharistie actionem requiruntur ad minus duo, videlicet minister Eucharistie benedicens, & is cui Eucharistia sacramentum dispensetur. Cum enim Christus hoc sacramentum institueret, non ipse solus vescebatur, sed dispensabat Ecclesie suæ quam tum præsentem habebat: Accipite, inquit, manducate, & bibite ex eo omnes.

Responsio.

Christus duodecim Apostolis quos præsentēs habebat, sacram dispensabat Eucharistiam, ex eius inuitatione ad eam suscipiendam paratis: Ita & præfectus mensæ dominicæ petentibus, & paratis eandem dispensare debet: inuitis & his qui eam non desiderabant non obrustit. Et speciales fuisse causas ob quas abiturus corpus sumum & sanguinem discipulis ministrabat, diximus superius. Cum autem vnus non faciat Ecclesiam, & consecrari nō possit sacra Eucharistia, nisi Ecclesie præsentī dispensetur, quare præter ministrū benedicentem non oportet adesse saltē duos, quibus dispensetur? Nam Christus, vt habet Confessio, dispensabat Ecclesie suæ quam tum præsentem habebat. Nos igitur dicimus, quòd hoc Christi exemplum non obligabat ad imitandum, vt in Eucharistie actione vel duodecim aliquibus ipsam dispensemus. Nam primarius eius vsus, vt diximus, pendere non debet à sine secundario.

Confessio.

Hoc Christi institutum, vetus & vera catholica Ecclesia tam seueriter seruauit, vt eos qui in hoc sacro præsentēs non communicarent excommunicauerit.

Responsio.

Verusior & primitiua Ecclesia non distribuit sacram Eucharistiam fidelibus vnà in cœtu congregatis, sed panem sacrum frangebatur per domos: Nec vnquam Ecclesia vera tanquam Christi institutum transgressos eos excommunicauit, qui in hoc sacro præsentēs non communicarent. Diximus enim frequenter Christum nihil expressè de communicatione mandasse, sed tantum de sacrificiatione & oblatione in sui memoriam. Non enim verba sunt institutionis, Accipite, Comedite & bibite: sed paternæ inuitationis, & ad solos referuntur Apostolos. Et cum Christi præceptum eiusque institutio sit immutabilis, nulla consuetudine aboleri posset, quòd præsentēs in sacra hac actione possent non communicare, si à Christo esset institutum. Ait papa Anacletus.

Peracta

Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis cavere liminibus. Et addit, Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia.

Confessio. Anacletus in prim. epist. Responsio.

Hunc morem tunc seruabat Ecclesia ex Apostolorum, vt dicit Anacletus papa, constitutione. Sed quia Christi non erat præceptum, ex causa per præpositos, & per Ecclesiam contraria consuetudine tolli & mutari poterat, sicut muratum est & abrogatum solemne hoc Apostolorum decretum de abstinentia à suffocato & sanguine, quod in Actis refert B. Lucas. Et series sententiæ Anacleti insinuat ipsum loqui, non de omnibus præsentibus in sacra actione, sed de ministris duntaxat altari assistentibus. Ait enim, In solemnioribus diebus episcopus Deo sacrificans, aut septem, aut quinque, aut tres diaconos & subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis in fronte & à tergo, & presbyteri è regione contrito corde & humiliato spiritu ac pro no stent vultu, custodientes eum à maleuolis hominibus, & consensum eius præbeant sacrificio. Peracta autem consecratione omnes communicent, hi videlicet ministri, non autem omnes qui missa interfunt. Ex quo patet quòd nihil probant Concilium Antiochenum, & B. Dionysius, quæ citat Confessio. Referunt enim morē, qui eo tempore in Ecclesia obseruabatur, non autem Christi institutum vel mandatum.

Act. 5.

Cap. 2. in Hierarch. Eccl.

Arbitrariū igitur necessarium esse vt ad conseruandam in celebratione Eucharistie institutionem Christi, & ad sectandum veteris ac veræ catholicæ Ecclesie exemplum abrogentur priuata sacrificiorum missæ, & restituantur Ecclesie publicæ cenæ Dominicæ communio.

Confessio.

Fallitur Confessio quòd credat ex Christi institutione missam debere celebrari solum cum præsentium communionem. Non enim institutionis verba, Hoc facite in meam commemorationem, vllam communionis faciunt mentionem. Quare verbo Dei addit Confessio & maledictionem incurrit, dum addit, Hoc facite, quando ad sunt communicantes. Exemplum autem veteris Ecclesie si tale fuerit quale proponit Confessio, quia ex Christi non erat institutio, temporis progressu potuit mutari, sicut mutata est consuetudo quotidie communicandi, quam in Ecclesia Romana fuisse docet beatus Hieronymus. Et iniquissimum, atque perniciosum est consilium, quo nec magis noxium Ecclesie dari potest, vt missa priuatæ penitus abrogentur, Maiorem namque per hoc Ecclesia pateretur iacturam, quam si mundo sol tolleretur. Studet hæc Confessio cum Antichristi ministris etiam nobis iuge hoc sacrificium auferre, quod iam in suis ciuitatibus sustulerunt, de quo vaticinatus est Propheta Daniel, A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, dies mille ducenti nonaginta, hoc tempus & tempora & dimidium temporis.

Responsio.

Epist. ad Lucianum.

Cap. 22.

Alius error est quòd Eucharistia sit tale sacrificium, quod debeat ingeri in Ecclesia, ad expianda peccata viuorum & mortuorum, & pro impetrandis alijs beneficijs tam corporalibus, quam spiritualibus offerri.

Confessio.

Non esse errorem, sed catholicam & certissimam fidei Christianæ veritatem, sacram Eucharistiam esse tale sacrificium quod, &c. à temporibus Apostolorum testati sunt, & ex scripturis canonicis docuerunt vniuersi scriptores Ecclesiastici, atque hoc esse iuge & perpetuum sacrificium, quod temporibus Antichristi duntaxat intermittetur, secundum prophetiam Danielis prophætæ, ipsumque esse propitiationem pro peccatis etiam mortuorum, virtute & merito sacrificii crucis, doctum ex B. August. & B. Chrysofotom. & plurimis patribus quos antea citauimus. Et Alexander primus palam docet crimina atque peccata oblati his Domino sacrificijs deleri: & causam addit, Idcirco & passio eius in his commemoranda est qua redempti sumus, & sapius recitanda, atque hæc Domino offerenda. Talibus hostijs placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia. Omnis namque efficacia sacra Eucharistia, eiusque in altari oblationis, deriuatur à vitima crucis quam patri representamus, vt eius apud ipsum quasi renouemus memoriã. Et apertissime B. Chrysofotomus docet nos pro infirmis, pro terræ, marisque, & vniuersi orbis fructibus sacrificare, vt supra prolixè declarauimus. Valet enim noxium sacrificium ad vniuersa impetranda, & quidem incomparabiliter efficacius, quam ab orbe condito vllum profuit sacrificium. Omnibus namque vt frequenter diximus, veteribus succedit sacrificijs, omniumque adducit fructum & vtilitatem. Magna igitur est cœcitas & arrogantia Confessionis, quòd veritatem hanc catholicam in Ecclesia Christi semper annunciatam, audeat vocare errorem, nullo allato scripturæ aut rationis testimonio.

Responsio.

In Euch. cap. 110. Hom. 69. ad populum Antiochenum.

Hic error manifestè pugnat cum Euangelio Christi, quod testificatur Christum vna oblatione semel tantum facta, consummasse in sempiternum sacrificatus.

Confessio.

Responsio.
Hebr. 10.

Et nos confitemur atque docemus Christum vna oblatione qua se in cruce ex patris obedientia in mortem pro nobis obtulit, semel tantum facta, in sempiternum consummatisse sanctificatos: & hanc oblationem fontem esse, ex quo omnis nostra iustitia & sanctitas proficitur, quam solum patri proponimus in nostro sacrificio & oblatione, cuius etiam figura est, imago & exemplar, sicut oblatio quam Christus in calice apud patrem facit: & hanc representationem & apud patrem rememorationem facimus in sacrificio quod Christus ad hoc ipsum instituit. Nam sicut agnus paschalis eiusque immolatio & realis oblatio, figura erat & ymbra agni pro totius mundi peccatis immolandi, ita Christus in sacramento verum est sacrificium eiusdem victimae crucis recordatiuum, omnem suam efficaciam iustificandi & remittendi peccata ab eadem crucis victima suscipiens,

Epist. ad Ceterum.

ut audeat dicere B. Cyprianus, quod passio Domini sacrificium est quod offerimus. Hunc enim praesentamus agnum qui tollit peccata mundi, passum, & crucifixum, patri exhibendo, & in nostro sacrificio sistendo, ut in faciem eius pro nobis crucifixi respiciat, nostrisq; misereatur, ac beneficia sua conferat.

Confessio.

Et quia Christus passione ac morte sua impetravit nobis remissionem peccatorum, qua & nobis per euangelium in nouo testamento annuntiatur, idcirco non licet amplius pro peccato sacrificare. Dicit enim epistola ad Hebr. 10, ubi est peccatorum remissio, iam non est oblatio pro peccato.

Hebr. 10.

Responsio.

Hanc peccatorum remissionem solum assequimur, apud patrem pro ea supplicantes & poenitentes: Et sicut eam consequimur per sacrum baptismum & sacramentum poenitentiae, ita per sacrae Eucharistiae oblationem: solius tamen victimae crucis efficacia & virtute. Et quae apparentia quod propterea non liceat amplius pro peccatis sacrificare & offerre? Eadem namque consecratione, nec Christo caelum ingresso se patris vultui pro nobis liceret praesentare, nec in veteri lege sacrificia offerre, nec eius parentibus ipsum in templo Domino sistere licuisset. Nam ubi est peccatorum remissio vel reuera, vel in causa sufficiente, iam non est oblatio alia, cuius merito vel virtute propria, peccata remittantur: Sed potest esse oblatio, quae praecipua & vnica hanc crucis victimam spectet, eiusq; faciat memoria ac recordationem, per quam quasi canalem eius virtus in nos deriuetur.

Confessio.

Nam quod dicit Christus, Hoc facite in mei commemorationem, non iubet corpus & sanguinem suum in cena Deo, sed Ecclesiae offerre, ut ecclesia edendo corpus & bibendo sanguinem Christi, ac praedicando beneficium mortis eius, adiuuatur de ea corporis & sanguinis Christi oblatione, qua semel tantum in cruce, in expiationem peccatorum nostrorum facta est. Sic enim Paulus hoc dictum Christi interpretatur, Quotiescunque, inquit, manducabitis (non aut obruleritis) panem hunc, & bibetis calicem, mortem Domini praedicat, donec veniat.

Responsio.

Hic Confessio pestilentem fontem & originem aperit omnium ferè errorum suorum quos circa sacram Eucharistiam proponit, quod Christus dicens, Hoc facite in mei commemorationem, non iubet corpus & sanguinem in cena Deo, sed Ecclesiae offerre. Quae, obsecro, scriptura, quis doctor catholicus hoc sensu scripturam hanc est interpretatus, quod Christus dicens, Hoc facite in mei commemorationem, mander non Deo de ferri corpus suum & sanguinem, sed Ecclesiae tantum, ut edat & bibat? Oportebat hunc intellectum certa & euidenti scriptura stabilire, quando non ignorat Confessio omnes scriptores Ecclesiasticos concorditer hic docere, quod in sacramento altaris Christi patri offeramus in memoriam illius oblationis, quae in cruce semel tantum in peccatorum nostrorum expiationem facta est, in qua omnem nostram spem collocamus, omnem salutem, omniumq; peccatorum remissionem inde expectantes. Vnica enim hac oblatione in sempiternum a mundo condito vsque ad eius consummationem perfecit & consummauit eos qui sanctificantur. Est siquidem fons gratiarum perennis nunquam desiturus, qui ut in omne tempus efficax est & sufficiens, ita & quoad personas omnes & peccata vniuersa. Ex hoc fonte per sacramenta, baptismum scilicet & poenitentiam, & sacrae Eucharistiae oblationem, in nos proflunt omnia dona, & gratiarum charismata. Fallitur Confessio credens Apost. Paulum interpretari, Facere, esse manducare & bibere. Nam solum explicat ibi Apost. quod Dominus dixit, In meam commemorationem: Hoc enim interpretatur. In mortis meae memoriam, dum ait, Mortem Domini annuntiabitis, declarans non totum quod intelligebat Dominus, sed quod erat principale. Volebat enim Dominus, quod in totius vitae suae, omnium laborum & fatigationum, praecipue tamen aeternae mortis & passionis suae memoriam faceremus, quod prior fecerat ipse: & secundum interpretationem Ecclesiae, volebat nos hoc ipsum facere in memoria etiam resurrectionis & ascensionis eius: Mortem Domini annuntiabitis, inquit idem Apost. in qua consummata est eius erga patrem obedientia; Sacramento tamen corporis & sanguinis annuntiabitis

ciabitis magis, quam sermone. Sicut enim verba Christi, quae hic Apost. interpretatur, ad solos diriguntur Apostolos, ita & eorum interpretatio: Et ideo post interpretationem mutat personam, sermonem dirigens ad ipsos Corinthios. Et intelligit quod morte Domini annuntiabunt, non tam manducando & bibendo, quam faciendo quod fecerat ipse Christus. Dixit enim dominus. Hoc facite in mea commemorationem, quotiescunq; manducabitis & biberis. Et quamuis non ait Apostolis, Quotiescunq; obtuleritis, hoc tamen dicere intelligitur, cum eis iusserit, ut hoc facerent & offerrent quoties biberent. Et quia re ipsa mors domini representatur ex significatione sanguinis a corpore separari, quotiescunq; manducamus & bibimus calicem Domini, signis ipsis annunciamus mortem Domini.

Ac fatemur quidem quod veteres Ecclesiastici scriptores venerunt Eucharistiam sacrificium & oblationem, sed se ipsi exponunt, quod nomine sacrificij intelligant memoriam, annunciationem, seu praedicationem sacrificij, quod Christus semel in cruce peregit: sicut & memoriam Paschae & Pentecostes vocat Pascha & Pentecosten.

Aperitior est & clarior veterum scriptorum sermo, quam ut in alienum sensum torqueri possit. Dicit enim B. Irenaeus tractans verba cenae Dominicae. Noui testamenti, inquit, nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis percipiens in vniuerso mundo offert Deo. Et B. August. Sacerdos ille, inquit, mediator testamenti noui exhibet secundum ordinem Melchisedech, de corpore & sanguine suo sacrificium quod succedit omnibus illis sacrificijs veteris testamenti. Quo sensu loquitur vniuersi patres, quorum sententias etiam superiores citauimus, adeo ut Ioannes Caluinus libere fateatur, quod ad Iudaismum quendam deflexerunt, nec possint excusari. Docent enim illi sacram Eucharistiam tanquam sacrificium Deo, exhiberi pro peccatis, ad eum propitiandum: atque etiam aperte tradunt verum esse sacrificium, quod tamen memoria est eius sacrificij quod Christus semel in cruce peregit. Et quamuis dicat B. Augustinus, quod sicut secundum quendam modum sacramentum corporis Christi, corpus Christi est, & sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est, secundum tropum scilicet quo sacramenta earum rerum quarum sunt accipiunt nomina, ita Christus, inquit, semel immolatus est in seipso, & tamen in sacramento non solum per omnes Pascha solemnitates, sed omni die populis immolatur: Nec vtiq; mentitur qui interrogatus, eum responderit immolari. Et ipso die dominico dicimus, hodie Dominus resurrexit, crastino die erit Domini passio, cum ante multos annos passus sit, & a mortuis resurrexerit. Haec quidem est communis fidelium secundum tropum locutio, non tamen propterea nomine sacrificij altaris scriptores Ecclesiastici eius intelligunt memoriam seu sacrificij crucis praedicationem. Nam verba eorum plurimis in locis nullo modo hunc sensum patiuntur, sicut iam statim ostendimus. Det igitur Confessio vna cum Ioanne Caluino gloriam Deo, & confiteatur patribus & Ecclesiae catholicae ignotam fuisse suam doctrinam, imò eam damnasse tanquam haeresim pestilentissimam. Latius respondet huic Confessioni Reuerendus pater Petrus à Soto, Cae. M. Confessionarius. Argumentis autem Ioannis Caluini, quibus in sua Institutione perniciosissima impugnat sacrificium missae: item argumentis quibusdam Lutheri doctè responderet venerabilis Alfonsus de Castro haeres. 2. de missa: Argumentis autem Confessionis Augustinae eiusque apologia Albertus Pighius: Et horum atque omnium hostium sacrificij missae obiectionibus, rationibus & scripturis absolutissimè satis facit clarissimus doctor Ioannes Eckius lib. 3. de sacramentis, quae hic praeterimus, quod omnia ferè eadem sunt quae proposuimus ex Antidoto Caluini & Confessione VVirtembergensi: & quia ex his quae diximus non difficile erit respondere omnibus quae circa hanc materiam aduersus veritatem catholicam obijci poterunt.

Confessio.

Responsio.

Li. 4. cap. 31.

Li. 7. de ciui. Deicap. 10.

Epist. 23. ad Bonificium.

Controvers. 5. & li. 2. ritarum. cap. 5.

Finis Articuli Decimi Sexti.

ARTI-

Articulus Decimus Septimus.

Solis Sacerdotibus secundum Ecclesie ritum ordinatis, data est à Christo potestas consecrandi verum corpus Christi & sanguinem.



Aff. 13. Ad. 14.

Ad Titum 1.

1. Timoth. 4.

2. Timoth. 1.

Epist. ad Eua- gium.

Epist. ad Ma- gnum.

Epist. 3.

Epist. ad Phy- ladelph. loco vi sup.

De summa Trini. & fide cath. cap. Fir- miter.

Aff. 20.

Thom. 3. par. q. 68. art. 1.

Ad Euagriu

Lib. 3. de sa- cerdotio, c. 5.

ST hic ritus, quod ab Episcopo similiter consecrato hanc potestatem accipiant, seruata materia & forma quibus Ecclesia vti consuevit. Ordinis namque & sacerdotii sacramentum, sicut alia sacramenta, propriam requirit materiam, formam atque ministrum, quæ admodum clarissime docet Concilium Florentinum, Episcopum autem esse eius ministrum aperte testantur scripturæ, quæ de Paulo & Barnaba narrant, quod ordinati sunt impositione manuum eorum, qui maiores erant in Ecclesia Antiochena, qui & ipsi per singulas ecclesias Episcopos constituebant. Et Tito mandat Apostolus Paulus, ut per singulas ciuitates presbyteros constituat. Item ad Timotheum, Noli, inquit, negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi cum impositione manuum presbyteri, hoc est (ut alii vertunt) autoritate sacerdotii. Et alio loco, Admoneo te ut resuscites gratiam quæ est in te per impositionem manuum mearum. Nam ad præpositum domus pertinet ordinare familiam, & vnumquemque in suo gradu atque officio constituere, ac præcipua domus officia conferre: sicut seculares dignitates, & functiones in ciuitatibus distribuuntur ab eo, qui potestate præcellit, siue à magistratu aut rege. Episcopus verò Ecclesiæ Dei præest, secundum Apostolum Paulum, sicut domui suæ. Est enim primus Hierarcha & rector suæ ciuitatis, in qua facere potest quicquid ad gradum & officium pertinet Episcopale, hoc est, quicquid est rectoris & gubernatoris primarii: Et ideo dicit B. Hieronymus, Vbiunquam fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubii, siue Constantinopoli, siue Rhegi, siue Alexandriæ, siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotii. Et B. Cyprianus, Nemini, scilicet Episcoporum præscribentes, quod minus vnusquisque præpositus statuat quod putat & arbitratur, actus sui rationem domino redditurus. Item B. Clemens, Cunctis fidelibus, inquit, & summo opere omnibus presbyteris, & diaconis, & reliquis clericis, attendendum est, ut nihil absque licentia proprii episcopi agant, non vtiq; missas sine eius iussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quicquam sine eius permisso faciat. In eandem sententiam loquitur S. Ignatius. Et B. Hieron. Quid facit, inquit, excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat? insinuans ordinationem ad solum pertinere episcopum. De his & toto hoc articulo est definitio generalis Concilii sub Innocentio tertio, quod ait, Hoc vtiq; sacramentum corporis & sanguinis nemo conficere potest nisi sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum clausas Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis eorumque successoribus Iesus Christus. Florentinum quoque Concilium definiuit, quod ordinarius minister sacramenti ordinis est Episcopus. Cum enim hæc potestas non sit humana, nec ciuilis, sed omnem naturæ virtutem excedens, nemini confertur, nisi eorum ministerio, quos familiæ suæ Christus præposuit. Et ideo Apostolus Paulus ad maiores natu ecclesiæ Ephesinæ, Attendite, inquit, vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei. Et Christus ipse est qui dedit quosdam pastores, doctores, & sacerdotes. Potestas namque consecrandi, ex pane & vino corpus & sanguinem Domini, omnem superat facultatem creatam.

Hos autem solos & vniuersos hanc habere potestatem ex eo probatur, quod hoc sacramentum tantæ est dignitatis, ut non conficiatur, nisi in persona Christi. Quicumque autem aliquid agit in persona alterius, oportet hoc fieri per potestatem ab illo concessam. Sicut autem baptizato conceditur potestas sumendi hoc sacramentum, ita sacerdoti cum ordinatur, confertur potestas hoc sacramentum consecrandi in persona Christi. Per hoc enim ponitur in gradu eorum quibus dictum est à domino, Hoc facite in meam commemorationem, quando eis in consecratione dicitur, Accipite potestatem offerendi sacrificia in Ecclesia pro viuus & mortuis, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Quod, ut diximus, definitum est in generali Concilio tempore Innocentii tertii. Et ideo B. Hieron. Quid patitur mensarum & viduarum minister, ut super eos tumidus se efferat, ad quorum preces Christi corpus & sanguis conficitur? Et B. Chrysostomus. Qui non manducat carnem Domini, nec bibit eius sanguinem, non habebit vitam æternam: quæ nullius alterius, quam solis efficiuntur manibus sacerdotum.

Item

Item in Concilio Niceno dicitur, Diaconi non habent potestatem offerendi, sed sacerdotes soli, Item B. Hieronymus: Hilarius, cum diaconus ab ecclesia recellerit, neque Eucharistiam conficere potest, episcopos & presbyteros non habens, neque baptisma sine Eucharistia tradere: & cum iam homo mortuus sit, cum homine pariter interit & secunda, quia post se nullum clericum diaconus potuit ordinare: Ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotem. Ex quibus manifestum est, quod hæc potestas consecrandi verum Christi corpus & sanguinem, non consequitur baptismum, nec omnibus Christianis est communis, sed iis solis cõpetit, quibus peculiariter est cõmissa. Nam priusquam diceretur Apostolis, Hoc facite in meam cõmemorationem, hanc potestatem non habebant, neque ante facultatem remittendi & retinendi peccata, quam dictum eis fuit, Quorum remiseritis peccata, &c. sed tunc eam his ipsis verbis acceperunt: sicut docet B. Chrysostomus de potestate consecrandi: & Ioannes Damascenus, quorum sententias citauimus articulo 13. Nam sicut terra virtutem germinandi accipit, dicente Domino, Germinet terra, & producat herbam virentem: ita dicente Christo, Hoc facite in meam commemorationem, data est potestas mensam hanc præparandi & instruendi. De potestate autem remittendi peccata, & aliis quæ hunc articulum illustrant & explicant, diximus circa finem articuli 5. Est quidem sacerdotium quoddam omnibus commune, de quo Apostolus Petrus, & Ioannes in Apocal. quod est ad offerendas hostias spirituales, acceptabiles Deo per Iesum Christum, ut dicit B. Petrus: quales sunt elemosinæ, orationes, ieiunia, corpus purum & contritum. Huiusmodi namque hostias quotidie vniuersos Christianos Deo offerre oportet, & corpora sua exhibere hostiam viam, Deo placentem: non autem ad conficiendum & ministrandum sacramenta. Reges enim Christus nos esse fecit in sacro baptismate, sicut sacerdotes: Sed quemadmodum non reges qui temporali sunt præditi potestate, sed vt secundum Deum viuendo in iustitia, nos ipsos regamus, quomodo dicit Apolto. Paulus, Rom. 14. Non est regnum Dei esca, & porus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus, & verè rex est & seruo regnat: ita nec proprie sacerdotes, sed vt Deum colamus fide, spe, & charitate, in quibus huius sacerdotii functio consistit, atque in virtutum aliarum exercitio, quando ad Dei cultum referuntur. Opera autem virtutum cõmunia sunt omnibus baptizatis, sicut regnum Dei. Alterum verò sacerdotium de quo articulus, consistit in ministerio ad aliorum salutem & edificationem. Ministratum autem secundum Apostolum Paulum, multa est diuisio. Diuisiones, inquit, ministratum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idè verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Sicut igitur in corpore diuersa membra, diuersa habent officia, non autem idem omnia, ita fieri non potest, vt omnibus baptizatis commune sit hoc sacerdotium. Nunquid omnes Apostoli? ait Paulus, Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes sacerdotes? Distinguit autem hoc duplex sacerdotium B. Hieron. aduersus Luciferianos, qui laicum redeuntem ab hæresi Ariana, docebant non esse rebaptizandum, sed per solam penitentiam recipiendum ad Ecclesiam: Episcopum autem & sacerdotem reordinandos, nec suscipi posse, nisi deposito sacerdotio. Ait enim Luciferianus. Recipio laicum qui errasse se confitetur, & Dominus manum penitentiam peccatoris, quam mortem. Et respondet Orthodoxus, Recipe ergo & episcopum qui errasse se confitetur, cur episcopus perseuerat? Deponat sacerdotium, concedo veniam penitentiam. Orthodoxus. Respondeo tibi & ego sermonibus tuis: Si laicus se errasse confitetur, quomodo laicus perseuerat? deponat sacerdotium laici, id est, baptisma, & ego do veniam penitentiam. Scriptum est enim: Regnum quippe nos & sacerdotes Deo patri suo fecit. Et iterum: Genem sanctam, regale sacerdotium. Omne quod non licet Christiano, commune est tam Episcopo, quam laico, qui penitentiam agit, priora contemnit. Si non licet episcopo penitenti perseuerare, quod fuerat: non licet & laico penitenti permanere in eo propter quod penitentiam confitetur. Sacerdotium autem quod sacramenta consecrat & dispensat, consistere in ministerio, palam docet idem B. Hieronymus, cum dicit, Episcopus, presbyter, & diaconus non sunt meritorum nomina, sed officiorum. Et B. Augustinus. Neg; enim Episcopi propter nos sumus, sed propter eos quibus verbum & sacramentum dominicum ministramus. Cum igitur ministeria non sint omnibus Ecclesiæ membris communia, sed vnicuique secundum mensuram fidei diuidantur, fieri non potest omnes fideles sacerdotio hoc ministeriali esse sacerdotes. Quod verò sacramentorum & sacre Eucharistiæ dispensatio sacerdoti sit propria, sicut eius consecratio & oblatio: Itè quod minister malus, hæreticus, schismaticus, & degradatus, potestatem seruet consecrandi, & verè

Serm. de prodigio Iude li. 4. cap. 14.

1. Cor. 2. cap. 22. 5. Cor. 20.

Rom. 14.

1. Cor. 12.

Rom. 12.

Sacerdotium laici quid.

Lib. 1. contra Iovinianum. Lib. 2. contra Crescon. Gromatici ca. 11.

Rom. 12.

Lib. 1. contra
epist. Parme.
part. 3. q. 32.

7. Polyti. c. 3.

Epist. 3. lib. 1.

Cap. 6.

Dist. 63. cap.
Hadriani.

Dist. 63.
epist. 37.

Lib. 5. Hier.
cap. 13.

Lib. 2. cap. 3.
cap. 9.

Epist. ad Mi-
chaëlem Im-
peratorem, e-
pist. 67.

De potestate
Ecclesiasticæ. cõ-
siderat. 22. in
fine.

In epist. syno-
dot. Concilii
Florent.

Lib. 2. contra
epist. Parme.
cap. 13.

verè consecret, clarè docet B. August. & B. Tho. Ex quibus etiam manifestum est, quòd
 ij qui constituuntur à magistratu seculari in cura pastorali, vel sacramentorum admini-
 stratione, vel presbyteratu, accedente etiam manu impositione, aliorum qui non sunt
 secundum Ecclesiæ ritum ordinati, nullam habent consecrandi, dispensandi corpus & san-
 guinem Domini, vel remittendi peccata potestatem, & quòd perniciose populum decipi-
 unt eiusmodi facultatem vendicantes. Credit enim corpus & sanguinem Domini sus-
 cipere, cum merum panem accipiat & vinum. Proprium namq; esse Apostolis & Epi-
 scopis scriptura docet per civitatem constituere Episcopos & presbyteros. Nam divina
 est hæc potestas, quæ nullo modo pendet à magistratu polytico, sicut pendebat sacerdo-
 tium Ethnicorum, de quo Aristoteles, qui inter partes civitatis polytica ponit sacerdo-
 tes, qui occupentur in sacrificiis, & cultu circa rem divinam. Plurima namq; divina, ad-
 uersarii & præcipue de sacerdotio tractat ethnicè & gentiliter. Hoc tamen aduertendum,
 quòd electio episcoporum, & pastorum, atque diaconorum, aliquando in Ecclesia facta
 est suffragio plebis. & B. Cyp. divina traditione & Apostolica obseruatione sic esse obser-
 uandum docet: Ex diuina, ait, descendit autoritate, quòd sacerdos, plebe præsentè, sub
 omnium oculis deligatur, & dignus atq; idoneus publico iudicio ac testimonio cõpro-
 betur: Aliquando à clero solo: item ab vtriusq; aliquando. In ordinatione aut Pauli & Bar-
 nabæ, & quando per civitates isti constituebat presbyteros, nulla fit plebis vel cleri men-
 tio. In Actibus verò propter murmur Græcorum, multitudinè delata fuit electio septuaginta
 conorù. Sed quos constituamus, inquit Apostoli, super hoc opus. Et ideo electos sta-
 tuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes, eis imposuerunt manus. Hoc modo
 permilla est aliquando tempore Adriani pontificis, Carolo Imperatori electio Romani põ-
 tificis, & dispositio sedis Apostolicæ, & permilla inuestitio episcoporum. Constitutio ta-
 men, ordinatio, & consecratio semper fuit apud solum episcopum: de quibus multas sen-
 tentias citat Gratianus in Decretis. Ait enim B. Leo, Vota ciuium, testimonia populorù,
 honoratorù arbitrium, electio clericorum, in ordinationibus sacerdotum constituatur.
 Et idem Leo papa, is inter duos electos præferatur, qui maioribus iuuatur studiis & me-
 ritum, ita tamen vt nullis detur inuitis & nõ petentibus, ne plebs inuita episcopu non opta-
 tum contemnat aut odiat. De quo Albertus Pigius latissime tractat. Variè namq; obser-
 uata est hæc pastorù electio & assumptio. Temporibus enim B. August. Episcopos mori-
 tuos apud cleru & populum successore sibi designabat. Ipse enim in successorem & co-
 adiutorè populo acclamante assumpsit Eradium, & Valerius Episcopus Augustinù sum-
 psit coepiscopum ignoranter, cõtra Canones Niceni Concilii, quemadmodum citat idẽ
 ipse B. Aug. actus publicos, qui habentur loco epist. 110. Nec huius rei causam tacet. Scie-
 bant enim, inquit, per ambiciosos & cõrentiosos ecclesiæ solere perturbari. Et scribit fa-
 ctam esse turbationem post obitum Seueri episcopi Mileuitani, eò quòd apud solum cla-
 rum successorem sibi designauerat. Cum enim in lege euangelica nullum præscripsit
 Christum certum modum assumendi prælatos ecclesiæ, liberum hoc reliquit prudenti di-
 spensationi præpositorum: Et variè, vt diximus, fuerunt super hoc consuetudines pro-
 diuersitate & qualitate temporum, negotiorù, & personarum. Nec tamen à seculari ma-
 gistratu vlla iurisdicctio vel administratio in ecclesiæ pastores transfundi potest, cum hæc
 merè sint spiritualia, ordinata ad salutem animarum tanquam finem ad quem referenda
 est tranquillitas & pax Reip. ciuilis, & ad quam tanquam scopum spectat gubernatio po-
 testatis secularis: Sed sequitur ipsum episcopatum, vel potius à capite Romano pontificè
 in ipsum promanat. Et docent sacri canones, & Nicolaus papa & Leo pontifex. De hac
 autem diuersitate constitutionis episcoporum & pastorum ecclesiæ, ait Cancellarius Pa-
 risiensis Ioannes Gerson, Prælati ecclesiastici maiores & minores quadoq; sunt instituti
 à toto populo & clero, quandoq; à clero solum, quandoque à solis canonicis cathedrali
 ecclesiæ, nonisimè crebrius per Romanum pontificem. Ideo namque ita variatum est,
 quia nihil de hoc Christus constituit.

Est autem hæc potestas data sacerdotibus, inabdicabilis, & ab eis inauferibilis, sicut
 Baptismus & Confirmatio. Imprimunt namque hæc sacramenta caracterem indelebi-
 lem, & ideo sicut solis conuenit sacerdotibus, ita & omnibus, eò quòd datur per conse-
 crationem, & nõ per nudam commissionem. Ait enim B. Aug. Nulla ostenditur causa, cur
 ille ipsum baptisma amittere nõ potest, ius dandi amittere potest. Vtriusq; enim sacramentù
 est, & quadà consecratione homini datur vtriusq; illud cũ baptizatur, istud cũ ordinatur;
 ideoq; in ecclesia catholica neutru iterare licet. Itè alio loco, Sacramentum Baptismi est,
 quod habet qui baptizatur; & sacramentù dandi baptisimi est, quod habet qui ordinatur.

Sicut

Lib. 1. de ba-
ptismo cap. 2.

De præscrip-
tionibus
hereticorum

Contra epist.
Parmen. c. 13

Epist. 1. de ba-
ptismo cõtra
Donat. cap. 10

Grego. de præ-
fata. dist. 49.
in principio.

1. i. quæst. 10
in cõ. veter.
quæst. 92.

Timot. 4.

Roman. 16.

Greg. Nazian.
in quodã car-
mine.

De sacerdot.
lib. 3. cap. 5.

1. quæst. 1. ca-
p. vltimus.

Sicut autem baptizatus, si ab vnitate recesserit sacramentum baptisimi non amittit: sic et-
 iam ordinatus si ab vnitate recesserit, sacramentum dandi baptisimi non amittit. Nam
 sicut redeuntes qui priusquam recederent, baptizati sunt, non rebaptizantur: ita redeun-
 tes qui priusquam recederent, ordinati sunt, non vtrique rursus ordinantur. Et idem B.
 Hieronymus contra Luciferianos. Hæreticorum verò ordinationes, vt scribit Tertullia-
 nus, temerariae sunt, leues, & inconstantes, nunc neophytos collocant, nunc apostatas no-
 stros, vt gloria eos obligent, quia veritate nõ possunt. Nusquam facilius proficitur, quàm
 in castris rebellium, vbi ipsum esse promereri est. Ideoq; alius hodie episcopus, cras alius:
 hodie diaconus, qui cras lector: hodie presbyter, qui cras laicus. Nam & laici sacerdo-
 talia munera iungunt. Ex B. Augustini verbis pater ordinem, siue sacerdotis ordinatio-
 nem, veru esse sacramentum ecclesiæ catholicæ. Vtrumq; enim baptismum & ordinem di-
 cit sacramentum esse, & quadam cõsecratione conferri illud, cum quis baptizatur, istud
 cum ordinatur. Ideoq; in Ecclesia catholica neutrum posse iterari. Est enim signum sen-
 sibile ex materia visibili & verbis consistens, & gratiã confert, qua is qui ordinatur, ido-
 neus fiat minister Christi in functione sacerdotii, hoc est, in exercitio potestatis consecra-
 di & offerendi corpus & sanguinẽ Domini, & remittendi ac retinendi peccata. In hac e-
 nim potestate propriè consistit sacerdotium, non in autoritate verbum Dei, vel sacra-
 menta ministrandi. Sacramentorum namq; administratio, & ministerium verbi, ad Ec-
 clesiarum pastores magis pertinent, quàm ad sacerdotes. Cui enim diuinitus datur po-
 testas, conferuntur & ea, sine quibus vtiliter & dignè exercere non potest, & seruis suis
 Deus largitur talenta secundum negotiationem quam committit & mandat. Nam & in
 naturalibus hoc fieri videmus, quòd dantur instrumenta & dispositiones idoneæ, quibus
 opus est ad exercitium potentia acceptæ. Ad sacramentorum verò administrationem ne-
 cessaria est gratia, quemadmodum & ad eorum perceptionem: Sacerdotium autem facit
 eorum dispensatorem. Et ideo Apostolus requirit, vt episcopus imò & diaconus sit sine
 crimine: & qui vocatus est, vt inter Deum iratù & homines, medius sit ad eum placan-
 dum, gratus ei esse debet, cuius ira est placaturus. Cui enim is qui displicet ad interceden-
 dum mittitur, irati animus magis ad deteriora prouocatur. Omnis naque sacerdos à Deo
 constituitur, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis: & Tanti regis ministros, inquit
 B. Augustinus, sanctos esse oportet. Per hoc namq; sacramentum idoneos nos facit mini-
 stros noui testamenti. Hæc docet Augustinus tractans verba Domini, Accipite spiritum
 sanctum, quæ locutus est postquam insufflauit super Apostolos. In spiratio hæc, inquit,
 gratia quadam est, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatio-
 nes habeantur. Vnde Apostolus dicit ad Timoth. Noli negligere gratiam quæ est in te,
 quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri. Semel ergo fieri oportuit, vt de
 cætero traditio ista non sine dono spiritus sancti esse crederetur, qua ratione visibiliter
 apparuit spiritus sanctus in baptismo Christi. Sicut enim in Salvatore forma data est vi-
 sibiliter, vt post baptismum spiritus sanctus credentibus de cætero inuisibiliter dari non
 ambigeretur, ita & in supra dicta causa forma data est in principio, vt ex eo traditioni ec-
 clesiasticæ spiritus sanctus infusus crederetur. Vbi aduertendum est Augustinum inrelli-
 gere gratiam, de qua Paulus. Noli negligere gratiam quæ est in te, non de gratia episcopa-
 tus, vel dignitatis pastoralis, sed de ea quæ gratum facit, & Deo commendat. Pastoralis
 namque dignitas & officium, pertinet secundum Apostolum ad ministeria, & est magis
 omne ac facina, quàm gratia: nec intelligitur nomine gratiarum apud Apost. Ait enim:
 Honorificabo ministerium meum: maximè autem quando hic habemus verbum Sal-
 uatoris, Accipite spiritum sanctum, & eius in spiratione, quando potestatem ordinis con-
 tulit in remittendis peccatis: Et quia dignissimum confertur ministeriũ, quo maius esse
 non potest, vt videlicet legatione apud Deum fungatur pro tota Ecclesia; in causa vitæ
 & mortis æternæ, & persona Christi fungatur in consecrando corpus & sanguinem eius,
 & sponsæ ipsius Ecclesiæ catholicæ, apud patrem offerendo filium, in quo beneplacitum
 est ei. Ait enim quidam sanctorum, O sacrificia mittentes in cruce sacerdotes, O anima-
 rum custodes gloriosi. O magni signum Dei veltris in manibus ferentes: intelligenda
 est gratia gratum faciens in dictis verbis Apostoli. Commissum est præterea sacerdotibus
 iudicium quod pater dedit filio. Omne, inquit Chrysol. iudicium filio dedit pater: at hoc
 video totum esse in sacerdotibus transfusum. Oportet igitur in hoc sacramento nõ quam-
 liber conferri gratiam, sed excellentem, & gratiæ augmentum, vt sicut is qui ordinatur
 gradu super plebem constituitur, ita sit & superior merito sanctitatis. Symachus enim pa-
 pa, Villsimus, inquit cõpurandus est, nisi præcellat scientia & sanctitate, qui est honore

cc præ-

præstantior. Nam sicut iis quos pastores constituit, comunicat charitatē, gratiam, patientiam, & alia dona, sine quibus populū Dei cōmodē pascere nō potest, ita his quos facit sacrificare & offerre, & remittere peccata, virtutes, puritatē & sanctimoniā conferit & dona, quæ conducunt ad tantæ rei exercitium. Sancti, inquit B. Diony. sacerdotilibus virtutibus ita vti debent, vt ipsos ministeriorū author diuinitus mouerit. Hæc definita sunt in generali Conc. Florent. vbi dicitur sextum sacramentū esse ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem ordo confertur, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino: & patenæ, cum pane porrectionem: diaconatus verō per libri euangeliorum dationem: subdiaconatus per calicis vacui cū patena vacua superposita traditionem. Et similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotii talis est. Accipe potestatem offerendi sacrificiū in Ecclesia pro viuīs & mortuis, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Ordinarius minister huius sacramētī est episcopus, Effectus argumentū gratiæ, vt quis sit idoneus minister. Nec mirū quod nunc gratia confertur in consecratione sacerdotū, quando tēpore legis per vnctiōē & manu impositionem datus est spiritus Regibus ad gubernationem populi, atq; ad perficienda munera officii sui, Nā de Saule legimus, quod postquā vnctus est à Samuele, prophetauit, & mutatus est in virū alterū. Et de Dauide, quod idē Samuel eum vnxit in medio fratrū, & directus est spiritus Domini à die illo in Dauide, & deinceps. Irē ad Moysen ait Dominus, Pone manū tuā super Iosue, & dabis ei partē gloriæ tuæ. Quæ autē hæc pars fuerit, legitur in Deuteron. Repletus, namq; est Iosue spiritu sapientiæ, vt ibi dicitur, quia Moyses posuit super eū manus suas. Et in genere ostēdit Dominus fructum & efficaciam benedictionis sacerdotalis, quando locutus est ad Moysen, dicens, Loqueris filiis Aaron, & dices ad eos. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis, Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui: Cōuertat Dominus vultum suum ad te, & det pacē tibi. Inuocabunt nomen meū super filios Israel, & ego benedicam eis. Vbi discimus sacerdotalis muneris esse, benedicere populo, & inuocare nomen Domini super eū. Discimus præterea Deū neq; hac parte deesse sacerdotū suorum functioni, neq; inefficax, aut vanū destituere sacerdotiū suum: quin potius, vt teste & sponsore fideli ad sacerdotale benedictionem etiam diuinā benedictionē subsequi. Inuocabunt, inquit, nomen meū super filios Israel, & ego benedicā eis. Quāto autē sacerdotiū nostrum excellentius est, tantō efficacior est & benedictio. Hinc B. Thomas audeat scribere, quod in consecratione virginū, sicut in vnctiōe regū, in aliisq; huiusmodi benedictionibus datur gratia, nisi sit impedimentum ex parte sulcipientis, & tamen sacramenta non dicuntur, quia non sunt instituta ad curationem morbi peccati.

De materia autem & forma huius sacramenti eadē est difficultas quæ tractata est circa sacramentum Confirmationis. Nam manū impositione ordinauerunt Apostoli diaconos, sacerdotes & apostolos, qua etiam baptizatos confirmabant, sicut patet ex Actibus & epistolis ad Timoth. nec verbis vsi leguntur. Christus hanc potestatem Apostolis dedisse videtur exhibendo patenā & calicem cum corpore & sanguine suo. Nunc autem post Apostolorum tempora confertur exhibitionē patenæ cum pane, & calicis cum vino, secundum definitionem Concilii Florentini. Et declarat sacri Canones, quod manuum impositio non est necessaria in ordinatione diaconi vel sacerdotis. Aiunt enim, Presbyter & diaconus cum ordinantur, manuum impositionem tactū corporali, ritu ab Apostolis introducto recipiunt: quod si omisium fuit, non est aliquatenus iterandū, sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferēdos cautē supplendū, quod per errorē extitit prætermisium: Nec sola manū impositione sacerdotium nunc conferretur. Forma autem qua nunc ecclesia vtitur, maximē cōuenit cum verbis, quibus vtebatur Christus, & similiter, materia, in qua hoc est differentia, quod Christus patenam cum corpore suo & calicem porrigebat cum sanguine: nunc autem patenam cum pane & vino quasi cōsecrandis. Et verba Christi, Hoc facite in meam commemorationem, quoad sententiam, eadem sunt cum forma qua nunc vtimur. Accipe potestatem offerendi, & c. loco consecrationis, quā significat verbum, Facere, exprimens oblationem tanquam hæc in consecratione & ordinatione sacerdotis principaliter spectetur. In hac autem forma & materia consistit substantia sacramenti ordinationis sacerdotum, reliqua verō vt benedictio, manuum impositio & vnctio, ad solennitatem tantū, vel ad præparationem ordinandi pertinent. Ait enim B. Thomas quod episcopus in collatione ordinum duo facit. Præparat enim ordinandos ad ordinis susceptionem, & ordinis potestatem tradit: Quæ quidem præparatio in tribus consistit, scilicet benedictione, manu impositione, & vnctiōe bene-

1. Reg. 10.
1. Reg. 16.
Nume. 27.
Cap. 71.
Nume. 6.

In sent. qu. 1.
art. 71. in so
lutione 2.

1. Timoth. 4.
2. Timoth. 1.

Cap. final. de
sacramēt. nō
iterandis.

dist. 14. in 4.
q. 2. art. 4.

benedictionē diuinis obsequiis mancipatur, & ideo benedictio omnibus datur: sed per manus impositionem datur plenitudo gratiæ, per quam ad magna officia sint idonei, & ita solis diaconis & sacerdotibus sit manus impositio, quia eius competit dispensatio sacramentorum, quamuis vni vt principali, & alteri sicut ministro, sed vnctiōe ad ali- quod sacramentum tractandum consecrantur: & ideo soli sacerdoti, qui proprijs manibus corpus Christi tangunt, vnguntur, sicut & calix inungitur qui continet sanguinē, & patenā quæ continet corpus. Sed potestatis collatio fit per hoc quod datur eis aliquid, quod ad proprium sacerdotii actum pertinet: & quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus & sanguinē, ideo in ipsa datione calicis sub forma verborū determinata, character sacerdotalis imprimitur. Sequitur autem B. Thomam Richardus, hoc tamen annorans, quod per manus impositionē magis significatur gratia danda, quam qua per eam iam datur. Quæ doctrina confirmata est in generali Concilio Florentino, quod inter substantialia huius sacramenti nullius istorum facit mentionem, nec illorum quidem ritum, quos tradit B. Dionysius in Hierarch. Ecclesiast. Factæ sunt autem in forma & materia hæc mutationes ex Apostolica traditione & spiritus Christi suggestione. Sicut enim Apostoli sine expresso in scripturis iussu Christi, imponebant baptizatis manus ad spiritum sanctum accipiendum, eodemq; ritu presbyteros ordinabant. Ita eodem spiritu docente ritum quem nunc obseruat ecclesia, maximē consentientē ritui quem seruauit Christus, tradiderunt, nisi fortē dicatur hoc relictum fuisse Ecclesiæ, qua forma, quæve materia istud sacramentū conferretur, modō significatio quæ in sacramentis principaliter attenditur, qua scilicet significetur quæ potestas tradatur, seruetur. Nā in sacramētis quorū materia & formā Christus nō determinauit, hæc dispositioni & arbitrio reliquit familiæ suæ præfatis, cuius exemplum habemus in pœnitentia & matrimonio: imō & forma baptisimi, magnam admittit mutationem, modō seruetur eadem significatio. Nam liberum Ecclesiæ relictum est, quod non est per Christum determinatum.

De ordinibus minoribus an sint à Christo instituti, an ab Ecclesia, an ab Apostolis: itē an sint sacramenta quæ gratiam conferunt, quæ faciat idoneos ministros suorum officiorum, an magis sint sacramentalia tantum, non conuenit inter scholasticos. Nam Durandus magis opinatur quod ordo qui sacramentum est, solum sit sacerdotium, comprehendendo episcopatum, qui est sacerdotium completum & perfectum: cæteri autē, inquit, non sunt sacramēta, sed quædam sacramentalia antecedentia ad sacerdotium, de cōgruitate pro solemnitate cultus diuini, quemadmodum sacramento baptisimi adiuncti sunt exorcismus & catechismus. Hunc sequitur Cardinalis Caietanus, qui addit quod diaconi quorum meminit scriptura in Actis, ministri fuerunt mensarum tantū, & non altaris, nec in mysteriis diuinis: sed alterius generis, altaris videlicet fuisse ministros, de quibus Apostolus Paulus loquitur in suis epistolis. Cuius sententiæ etiam fuisse videtur Oecumenius in Scolijs, imō & B. Hieronymus, vocans diaconem vidualum & mensarum ministrum, & Concilium Constantinopolitanum 6. Idem sensisse videtur de ordinibus minoribus, imō & diaconatu Magister in sententijs, dicens quod leuitas, id est diaconos Apostoli ordinauerunt, quorum maximus fuit B. Stephanus: subdiaconos verō & acolitos procedente tēpore ecclesia sibi constituit. Similiter & Gratianus, imō & Cyprianus, Meminisse, inquit, diaconi debent, quoniā Apostolos, id est, episcopos & præpositos Dominus elegit, diaconos autem post ascensum Domini in cælos Apostoli sibi constituerunt episcopos sui & Ecclesiæ ministros. Beatus Thomas docet non solum diaconatum à Christo institutum, quamuis per Apostolorum ministerium, verū etiam omnes ordines inferiores: Item & esse sacramenta ad sacram Eucharistiam & sacerdotium ordinata. Sicut enim in scripturis nomine episcoporū intelliguntur principales siue præfidentes, & ita etiam presbyteri, qui cum eis gubernare solebant Ecclesiam, ita nomine diaconorum omnes ordines ministrantium. Ait enim B. Ambrosius, post episcopum diaconatus ordinē subiecit, quia presbyteri & episcopi vna ordinatio est. Vterque enim sacerdos est, sed episcopus primus est, vt omnis episcopus presbyter sit, non tamen omnis presbyter episcopus. Hic enim episcopus est, qui inter presbyteros primus est. Et quia nomen diaconus ministerii nomen est, nihil mirandum si diaconatus nomine vniuersa intelligatur ministeria, quæ ad sacram Eucharistiam ordinantur, quæ dō Apostolus Paulus dicit, Diaconos similiter pudicos, non bilingues, & c. esse oportet. Omnes namq; altaris ministros tales esse oportet propter sublimitatē mysterii & sanctitatem cui subseruiunt. Sancti, inquit scriptura, estote qui portatis etiam vasa Domini. Et B. Dionysius, Immundis nefas est vel sacra tractare, vel tangere, ad quæ saltem diaconi & subdiaconi deputantur.

Dist. 24. q. 2.

In q. additio
3. part.

Art. 6.
Epist. ad Eua
gryum.
Cap. 16.
Dist. 17. 21.
epist. 9. lib. 3.

In comment.
1. Timoth. 3.

1. Timoth. 3.
Lenit. 10.
Ecc. Hieron.
cap. 3.

Confertur igitur salte eis gratia virtute ordinationis, iuxta ea que diximus, vt Deo grati fiant, & ministri idonei officio ad quod vocantur: Nec enim ita diligenter Apost. diaconorum conditiones descripsisset, nisi ipsi cum diaconatu ex Christi essent institutione: late prosequitur hanc B. Thomæ sententiam Albertus Pighius in sua Hierarch. & approbata est in Concilio Florent. quod definiuit diaconatum & subdiaconatum, & alios ordines conferre gratiam, qua fit vt quis sit idoneus minister. Et ante hoc Concilium, imò ante annos ducentos in Summa R.P. Guido episcopus, de hæresibus VValdensium dicit VValden. qui ordines quinque negant damnandos esse tanquam hæreticos. Argumentis Durandi respondet Ioannes Capreolus, & Caietano Albertus Pighius. Gratiano autem & Magistro responderetur, quòd sacramentorum institutio, modo quòdam, vt & ipsi docent, fieri potest ab ecclesia & ab Apostolis, quoad formam videlicet & materiam determinationem, vt diximus circa articulum primum & 12. Et ideo ordines minores possunt vera esse sacramenta & gratiam conferre, quamuis Apostoli & Ecclesia leuitas, subdiaconos, & alios precedente tempore sibi constituerunt, eos in ministerio prius instituit affumendo. Diaconus autem, de quibus in Actis non solum fuisse mensæ ministros palam docet B. Ignatius, qui de diaconis loquens dicit, non in cibo & potu eos fuisse ministros, sed in ministerio Ecclesiæ Dei. Et Leo papa, Leuita Laurentius, non solum ministerio sacramentorum, sed & dispensatione ecclesiastica substantiæ præminebat. Et testatur scriptura, quòd eorum officium erat etiã prædicare & baptizare. Prædicabant enim & baptizabant Stephanus & Philippus: & in mensis fidelium eo tempore frangebatur & dispensabatur panis sacre Eucharistiæ: Prædicti tamen erant mensæ prophæ, tanquam super intendentes, ad quos natæ difficultates referretur, de quo late agit Albertus Pighius. Intelligit autem B. Cyprianus Apostolos sibi constituisse diaconos, qui solum diaconi essent, episcopatus sui ministros, non sua autoritate, sed ex Christi institutione & institutione: quòd Apostolos Dominus per se constituit: diaconos verò per Apostolos. Ex dictis manifestum est quòd sacerdotium nouæ legis à Christo institutum est ad consecrandum, offerendum, remittendum, ac retinendum peccata. Ipse enim dixit, Hoc facite in meam commemorationem: & quorum remiseritis peccata, &c. Et non solum ad ministerium verbi & sacramentorum, vt docent aduersarii, quorum sententiam cum validissimis argumentis, scripturis aduersari, demonstrent Ioannes Episcopus Ross. libello de sacerdotio contra eam edito, & Albertus Pighius controuersia 5. Item Reuerend. Pater Alfonso de Castro, de sacerdotio scribens, superuacaneum esset nos hic esse prolixiores. Non est tamen hoc sacerdotium sine ministerio verbi & sacramentorum (excepta confirmatione & ordine) saltem in habitu & radice, vt sola vocatione, missione, & iurisdictione accedentibus exercere possit, & his reuocatis exercere non liceret. An verò vna & eadem sit re ipsa potestas consecrandi, remittendi peccata, sacramenta omniumque ordinum minorum officia, & verbum Dei administrandi, variè sentiunt Doctores Scholastici, & quæstio est fidei impertinens. Sentit enim B. Thomas, quòd sacerdotium virtute omnia officia Ecclesiastica comprehendit, quòdque propterea eadem est potestas consecrandi, offerendi, remittendi peccata, omniaque ordinum officia exercendi. Non enim in ordinatione sacerdotis alia datur potestas quam consecrandi & offerendi sacrificium in Ecclesia Dei: Et potestas circa corpus Christi mysticum deriuatur, vel potius eadem est cum potestate circa corpus Christi verum: Imò & potestas consecrandi sanguinem Christi esse videtur à potestate corpus consecrandi. Nam Christus solum dixisse legitur in euangelio post corporis consecrationem, Hoc facite in meam commemorationem. Alii verò doctores, inter quos est Ioannes Scotus docent realiter distinctos esse characteres, & potestates consecrandi corpus, & consecrandi sanguinem: item remittendi peccata, & retinendi: aliam etiam potestatem super peccatis accipien di cognitionem, aliam sententiam pronuncian di, vt alia sit re ipsa clavis scientiæ & potestatis, quòdque singula ab aliis separari possunt. Sed quia hæc ad finem non pertinent, omnia ista hic præterimus. Secundò ex dictis manifestum est, quòd episcopus non solum iurisdictione, sed gradu, dignitate, & potestate superior est presbytero. Annotat etiam B. August. inter hæreses Arrii, quòd dicebat presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni. Cum enim esset presbyter doluisse fertur, vt scribit, quòd episcopus non potuit ordinari, & ideo in Arrianorum hæresim lapsus, propria dogmata addidit. Idem B. August. scribit ad beatum Hieron. Quanquam secundum honorum vocabula, inquit, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, episcopatus presbyterio maior sit: tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. De quo latissimè tractant doctores Scholastici distinctione 24. Sentent. ex scripturis demonstrantes, quòd

Lib. 2. cap. 4.

De errore Pvaldensium.

dist. 2. 4. 4. sententia.

Epistol. ad Thymotheum. ser. de S. Leuita.

Hierarc. eccl. lib. 4. cap. 4.

In 4. dist. 18. q. 1. art. 1. dist. 24. q. 2. art. 1. ad 3.

Lib. 4. sententia dist. 19.

De her. ca. 55

Epistol. 19.

Lib. 4.

quòd in Ecclesia aliqua est potestas super sacerdotium, quamuis tamen omnes Episcopi pares sint gradu & potestate: sola autè iurisdictione & administratione differant, vt docent Albertus Pighius, Item Alfonso de Castro, ac Thomas VValden. quos studiose lector consulere poterit.

Contra hunc Articulum conformiter scripturis in Ecclesia catholica à temporibus Apostolorum semper traditum & obseruatum, & in Conciliis OEcumenicis definitum, audet se opponere Ioannes Caluinus in Antidoto articulorum Facultatis Parisiensis. Omnis autem argumentis Institutionis eius, expendemus ipsius Antidotum quòd cõpendio complectitur totam Institutionis sententiam, vbi sic scribit.

Sacerdotes fatemur dispensatores esse mysteriorum Dei, ideoque legitimos ræne administratores, sed ordinatos Christi, & Apostolorum ritu, atque etiam veteris ecclesiæ, in qua sola manuum impositio vsu. et a c. rat. sine vnctione & alijs nunciis.

Sacerdotes non solum dispensatores sunt mysteriorum Dei, hoc est, verbi sancti Euangelii, ad quod proprie pertinent hæc mysteria, sed & cõsecratores in Christi persona corporis & sanguinis eius sub speciebus panis & vini. Non enim homo est qui proposita de consecratione mensæ Domini, corpus Christi facit & sanguinem: sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur & gratia: quòd superius late ostendimus. Et ideo non solum sunt cõne administrati, sed etiam ipsi instruunt & parant, Christi tamen virtute & in eius persona. Sunt & iudices à Christo constituti in remittendis & retinendis peccatis. Quorum remissionis, inquit, peccata, remittuntur, & cetera. Nam in eos, vt inquit Chrysof. omne iudicium quòd à patre accepit, transfudit; De quo in superioribus, Artic. 4. imò & medios eos constituit inter homines & Deum, vt placent iram eius. Hoc enim ratio habet sacerdotis, vt constituatur pro hominibus in his quæ sunt ad Deum, & offerat dona & sacrificia pro peccatis. Ritus autem quo vsus est Christus, alius erat, quam quo vsi sunt Apostoli. Non enim manuum impositione Christus Apostolos suos ordinauit sacerdotes, quia solum Apostoli vsi leguntur, sed ritu ferè simili, quo nunc vtitur Ecclesia, & vsa est ab Apostolorum temporibus. Ipse porrigen do calicem cum sanguine suo, & patinam cum corpore dicens, Hoc facite in meam commemorationem, & postquam insufflauit dicendo, Accipite spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata, &c. Apostolos suos consecrauit sacerdotes. Nunc igitur ecclesia catholica magis accedit ad ritum quem Christus seruauit, quam Apostoli, qui sola manuum impositione presbyteros ordinasse leguntur. Hinc autem discimus ob varium hunc ritum à Christo & Apostolis seruatum, non tam cõmunionem & verba in sacramentis attendi, quam significationem, ex qua suam habent virtutem & efficaciam. Nec tamen manuum impositio in ordinatione sacerdotis negligitur, quamuis eam non habeamus necessariam, quando alia ad sunt signa, quibus euidentius huius sacramenti effectus significatur: quomodo etiam vtimur vnctione chris matis, quam etsi nugas vocet Ioannes Caluinus omnium contemp tor & irrisor, quæ eius non placent palato, magnificè tamen ipsam vnã cum sacro chris mato celebrant scriptores Ecclesiastici, Christi que discipuli. Ait enim D. Dionysius Episcopus vti vnguento ad omnem ferme sacerdotalis officii functionem. Quod præterea diuinius est ad omnis sacre cõsecrationem, vtitur vnguento diuino, idcirco sacre regenerationis perficiens donum, & gratia vnguenti sacratissima consummatione perficitur. Item diuini quoque altaris consecratione sanctorum mysteriorum lex, sacratissimi vnguenti castissimis infusionibus perficit. Et Fabianus papa & martyr, ante annos mille trecetos, scribit quòd ex iussu Christi, & eo docente chrisma cõficiendum est in cœna Domini, & præcælores suos hoc accepit à sanctis Apostolis. Item Cyprianus, Cessantibus his, inquit, que ritu antiquo veteris testamenti inoleuerant, religionem Christianam vnctionis mysterium non contempsisse, sed ceteris generali sanctorum consensu damnatis non solum in regibus & sacerdotibus vnctionis honore permansisse, sed in omni populo catholico. Et addit, virtutem diuinam in hac vnctione potentius operari: de qua Albertus Pighius & Antididagma Ecclesiæ Colonien. Hanc igitur sacratissimã vnctionem quã Apostoli à Christo, & ab Apostolis Ecclesia accepit, Ioannes Caluinus non veretur contemp tum vocare nugas. Vt, inquit propheta, qui spernis, nonne & ipse sperneris?

Quamquam in ordinatione finis potissimum spectandus est, atque officium cui destinantur sacerdotes: Constitui porro ex Dei mandato & regula scripturæ debent, non ad immolandum, sed ad regendam Ecclesiam, pascedumque gregem verbo Domini, & sacramenta administranda.

Quid igitur tanti astimar ritum & cõmunionem ordinationis, quando finis est quem potissimum in ordinatione spectare oportet? in quo sine grauiter errat Caluinus: qui

cc iij promi-

Li. 2. Hierarc. eccl. dist. ca. 9. 10.

Caluinus.

Responsio.

Chrysof. de prodii. iudæ.

De sacerdotia lib. 3. ca. 3.

Fol. 191.

Eccles. Hier. cap. 4. part. 2. idem part. 3. cap. 3. Epistol. 2. ad oēs orientales episcopos.

De vnctione chris matis.

Li. 2. Hierarc. cap. 6. in lib. de Sacram. confirmatio nis.

Esaiæ 33.

Caluinus.

Responsio.

promiscuè etiam loquitur de sacerdotibus & Ecclesiæ præpositis ac Episcopis. Hi nâque soli constituuntur ad regendam Ecclesiam, & pascendam verbo Dei & sacramentorum administratione: quamvis sacramentorum ministerium magis pertineat ad pastores inferiores. Testatur enim B. Paulus, quod ipse paucos baptizauerit, quodq; Christus eum miserit non baptizare, sed euangelizare. Bene habet quod Calvinus per scripturâ cõuictus, hic dicat præpositos Ecclesiæ non solum esse ministros verbi & sacramentorum, verum etiam regere Ecclesiam, vt præcipere possint, statuere, & excommunicare, quibus propterea debeat obedientia iuxta doctrinam & mandatum Apostoli, Obedite præpositis vestris & subiaccete eis. Quod autem sacerdotes ex Dei mandato & regula scripturæ ad immolandum, hoc est, ad offerendum constituuntur, ex scripturis ostendimus. Vtiq; ille sacerdos, inquit B. Cyprianus, vice Christi verè fungitur, qui id quod Christus fecit imitatur, & sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum videt obtulisse. Et B. Dionysius Apostolorum discipulus interpretatur Facere, dum dicit Dominus, Hoc facite, &c. salutarem hostiam litare.

De absoluendi potestate sic habendum est, datum quidem ministerium reconciliationis veris pastoribus, vt sua doctrina, hoc est euangelij prædicatione, homines reducendo cum Deo in gratiam, à peccatis absoluant.

Responsio. Ostendimus circa articulum 4. quod iudiciaria est hæc potestas, sicut & nomina ipsa sonant, absolvere, remittere, retinere, & ligare: pro quo etiam concordēs patrum citauimus sententias. Ideo euangelio aduersatur quod hæc absolutio per solam fiat euangelij prædicationem, & in ea consistat. Docet enim euangelium, Dominum dixisse Apostolis, Quorum remiseritis peccata, &c. & B. Petro, Quodcūq; ligaueris super terram, &c. Nec priuilegium esset Ecclesiæ super Petrum fundatæ, quod acceperit clauēs regni cælorum, cum omni legi communis sit euangelij prædicatione, sed huic Ecclesiæ propriæ sunt clauēs regni cælorum.

Hoc tamen non alligatum esse personis, sed verborum adeoque verbo potius quam hominibus esse datum, vt à quocunq; proferatur gratia remissio, certam absolutionem in fora conscientie adserat. Tamen etiam peculiariter Apostolis dicitur, Quorum remiseritis peccata, remittentur, tamen clauēs uniuersæ Ecclesiæ datas esse agnoscunt sancti patres, nominatim Cyprianus, & Augustinus, quibus alij assentiunt. Nam remissio peccatorum in Christo, per quemcunq; annuncietur, vera est absolutio.

Solos sacerdotes potestatem consecrandi, offerendi, & peccata remittendi habere, clarissimè testatur euangelium, in quo solis Apostolis dictum esse legitur, Hos facite, &c. & Quorum remiseritis peccata, &c. sicut supra præsentis articulo, & 4. satis ostendimus. Illis itaque personis, quibus hæc potestas à Christo collata est, alligatur & conuenit: Et absurdissimum est quod clauēs regni cælorum, & potestatem absoluendi à peccatis omnes hi homines habeant, à quibus profertur gratiæ remissio. Haberent enim pueri & mulieres clauēs Ecclesiæ, & potestatem à peccatis absoluendi, & essent iudices à Christo constituti. Et quando agnoscit Calvinus peculiariter dictum esse Apostolis, Quorum remiseritis peccata, &c. quomodo omni homini à quocunq; profertur gratiæ remissio, clauium istarum & absoluendi conuenit potestas? Dicunt patres, & in primis B. Augustinus, clauēs datas Ecclesiæ, sed in Apostolis, & sacerdotibus quibus Christus loquutus est, non in quolibet ecclesiæ membro. Absurdissima est sententia, quod remissio peccatorum in Christo, per quemcunq; annuncietur, vera est absolutio. Attendat hic lector & iudicet, quam parum sollicitatis habeant argumenta Caluini, propter quæ concordem Ecclesiæ catholicæ sententiam deserit.

Fine Articuli Decimi Septimi.

ARTI-

Articulus Decimus Octauus.

Matrimonium contractum & consummatum inter Christianos, est indissolubile, qualiscunq; fiat alter coniugum, sine adulter, sine sterilitate, sine hereticus.



Matrimonium solui non posse demonstrat Dominus Saluator in Euangelio ex eius institutione. Quærentibus enim Phariseis, Si licet homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa? Respondit nulla ex causa licere. Non legistis, inquit, quia qui fecit ab initio masculum & feminam fecit eos? & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Et subsumit, itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Ex quibus institutionis matrimonij verbis & propositione subsumpta, concludit, Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Efficax enim est sermo Dei, & statim sequitur quod dicit: Dicit autem quod erunt duo in carne vna. Infinitum enim non sine causa; de solo homine dictum esse, quod masculum & feminam creauit eos, cum & in aliis animalibus masculum & feminam ea creauerit, in quibus tamen hoc scriptura non expressit. Significat itaque scriptura Deum his verbis instituisse coniugium, quod in solo homine locum habet. Propter quod, quia scilicet masculum & feminam creauit eos; hoc est, propter coniugium dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit simpliciter, & in omne tempus vsque ad mortem vxori suæ, & erunt duo in carne vna simpliciter, vt vtriusque caro alteri sit communis. Quod ergo Deus coniunxit, nexum videlicet coniugalem, nec homo, nec vlla creatura separare aut dissoluere potest. Hunc sensum intelligentes Pharisei, quod videlicet Christus diceret coniugium ex Dei institutione, ac proinde omne coniugium esse indissolubile, obiciunt, Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? Respondet Christus, Moyses hoc fecit malitia vestra cogitatis; sed alia erat coniugij in paradiso ratio; & alia Dei institutio, quæ semper salua & integra manet. Super eius autem vsu & exercitio ob vestram duritiam est dissimulatum, cuius exemplum habemus in sacris canonibus, quod multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in iudicium exigente iustitia non debeant tolerari. Atque hic modus probandi inseparabilitatem matrimonij ex eius institutione certissimus est: & securissimus, quem sequitur Bonifacius 8. Matrimonij, inquit, vinculum ab ipso Ecclesiæ capite rerum omnium conditore, ipsum in paradiso & in statu innocentiæ instituit, vnionem & indissolubilitatem accepit. Vbi loqui videtur de matrimonio etiam non consummato. Et Innocent. 3. hanc spectasse videtur, dum ait, Et si possit, inquit, non inconsulte videri quod ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de presenti contrahitur, illis viuentibus in nullo casu possit dissolui, vt viuentem reliquo alter ad secunda vota transigret: etiam si vnus fidelium, inter quos est ratum coniugium, fieret hæreticus &c. Et alio Canone videtur hæc Dei institutio aliquid roboris & firmitatis addere coniugio, supra eam quam habet ex natura aut sine contractu, sine ex solo iure naturæ. Refert enim saluator matrimonij inseparabilitatem ad verbum Dei, & ad hoc quia ipse coniunxit, quasi per se, mediante tamen contractu, ius naturæ magis stabilis & perficiens. Nec mirum videri debet, quod matrimonij perfectio aliqua, positiua Dei institutione, supra eius naturam accesserit, quæ naturam ipsam perficit, quando consideratur quod homo institutus est in iustitia originali, quæ naturæ perfectio est, nec eius principia sequitur. Instituit namq; Deus omnia in sua perfectione. Contractui autem coniugali eiusque fini consentanea est omnimoda inseparabilitas, adeo vt doctores plurimj doceant necessariò eam concludi ex fine & ratione contractus coniugalis: Supplet autem hic institutio in quo deficit natura. Aug. eandem hanc inseparabilitatem probat ex ratione sacramenti, hoc est ob sacratoris rei huic copulæ diuinitus inditam significationem. Ait enim, Quem non faciat intentum quid sibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis, vt scilicet nec causa fornicationis, nec procreanda proles solui possit? cum causa procreandi colligetur, quod nequaquam puto tantum valere potuisse, nisi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate quoddam sacramentum adhiberetur, quod deserentibus hominibus, atque id dissoluere cupientibus in cõcessum illis maneat ad poenâ. Siquidem internente diuortio, non aboletur illa confederatio nuptialis, ita vt sibi coniuges sint etiam separati, cum illis autem adulterium committat, quibus fuerint etiam post suum repudiū copulati, vel illaviro, vel ille mulieri. Nec tamen

Mat. 19.

Ex institutio ne matrimonij est indissolubile.

Ca. cum in d. dum de prebendis & dignis

Li. 6. de verba et voti red. cap. vnico.

cap. Ex parte tua de conu. coniugat.

c. Gaudemus de diort.

B. Tho. in 4.

Ex ratione sacramenti. Augustinus probat matrimonij indissolubilitatem.

De bono coniugali cap. 7. in ciuit. De habetur ratio sacramenti coniugalis.

nisi in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, talis est causa cum vxore. Et vsque adeo fœdus illud nuptiale inutum dicit rem esse cuiusdam sacramenti, vt nec ipsa separatione irritum fiat: Item semel inutum connubium in ciuitate Dei nostri, vbi etiã ex prima duorum hominũ copula quoddam sacramentũ nuptiarũ gerũt, nullo modo potest, nisi alicuius eorum morte, dissolui. Manet enim vinculum nuptiale, etiam si proles, cuius causa inutum est, mortis sterilitate non subsequitur, ita vt iam scientibus coniugibus non se filios habituros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum, atque aliis copulare non liceat. Nec causa ergo numerosioris prolis fecerunt patres nostri, quod Cato dicitur fecisse Romanis, vt traderet viuis vxorem, etiam alterius domum filiis impleturam. In nescitarum quippe nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quã fecunditas veteri. Item, Bonũ igitur nuptiarum per omnes gentes atque omnes homines in causa generandi est, & in fide castitatis. Quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate sacramenti, per quã nephas est etiam repudio intercedente, alteri nubere dum vir eius viuunt, nec saltem ipsa causa pariendi, quã cum sola sit qua nuptiã fiunt, nec ea re non subsequente propter quã fiunt, non soluitur vinculum nuptiale nisi coniugis morte: quemadmodum si fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiam si plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramentum ordinationis. Et si aliqua culpa quisquam ab officio remoueat, sacramento Domini semel imposito non carebit, quamuis ad iudicium permanente. Generationis itaq; causa fieri nuptias Apostolus ita testis est, Volo, inquit, iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse. Ad fidem autẽ castitatis illud pertinet. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir: vir nõ habet potestatem corporis sui, sed mulier: Ad sacramenti sanctitatem illud, Vxorem à viro nõ discedere: quod si discesserit manere in nuptam, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem suam non dimittat. Hęc omnia bona sunt propter quã nuptiã bona sunt, proles, fides, sacramentum. Idem de fide & operibus, in ciuitate Domini in monte sancto eius, hoc est in Ecclesia, vbi nuptiarum non solum vinculum, verũ etiam sacramentum ita commendatur, vt non liceat viro vxorem suam alteri tradere: quod in Repub. tunc Romã nõ solum minime culpabiliter, verũ etiam laudabiliter Cato fecisse perhibetur. Cuius autem rei sacramentum intelligat esse coniugium, explicat in lib. de nuptiis & concupiscẽt. Quoniã, inquit, non tantum fecunditas, nec tantum pudicitia, cuius vinculum est fides, verũ etiã quoddam sacramentum nuptiarum cõmendatur fidelibus coniugatis, vnde dicit Apostolus, Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, huius proculdubio sacramenti res est, hoc est, effectus, vt mas & femina connubio copulati, quam diu viuunt, inseparabiliter perseuerent, nec liceat (excepta causa fornicationis) à coniuge coniugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo & Ecclesia, vt viuens à viuente in æternum nullo diuortio separatur: cuius sacramenti tanta obseruatio est in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, hoc est in Ecclesia Christi, quibusq; fidelibus coniugatis, qui sine dubio membra sunt Christi, vt cum filiorum procreandorum causa vel nubant feminae, vel ducantur vxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere, vt alia fecunda ducatur: Quod si quisquam fecerit, non lege huius seculi, vbi interueniente repudio sine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia, quod etiam sanctum Moysen Dominus propter duritiam cordis illorum Israelitis permisisse testatur, sed lege euangelii reus est adulterii, sicut etiam illa si alteri nupserit: Et post pauca, Ita inter viuentes manet quoddam vinculum coniugale, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre, manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum fœderis, sicut apostata anima velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perditã, sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accipit. Redderetur enim proculdubio redeunti, si amisisset abscedens. Est igitur matrimonium secundum Beati Augustini sententiam, simpliciter in dissolubile ex significatione Christi cum Ecclesia, vt sicut Christus viuens ab ecclesia viuente nullo diuortio in æternũ separatur, ita & mas & femina cõnubio copulati, quam diu viuunt, inseparabiliter perseuerant. Et hęc est ratio sacramenti, cui tribuit Augustinus matrimonii in dissolubilitatem, per quam occasionem videamus an ex eadem significatione matrimonium sit sacramentum, nouã legis gratiam conferens ex opere operato. Ipsum enim nouã legis esse sacramentum, & gratiam conferre, apertè definiunt œcumenica Concilia, & patrum sacri canones: sed non ita manifestum est qua significatione. Nam Concilium Florentinũ præsentibus & approbantibus Armenis (qui tamẽ prius aliter crediderat) tanquam dogma fidei matrimonium numerat inter septem nouã legis sacramenta, quã gratiam continent quã dignè suscipientibus cõferunt: & eandem dicit

dicit esse eius significationem, ob quam Beatus Augustinus dicit coniugium esse inseparabile. Ait enim, Septimum est sacramentum matrimonii, quod est signum coniunctionis Christi & Ecclesie, secundum Apostolum dicentem, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Et paucis interiectis, Tertium bonum matrimonii, est eius indiuisibilitas propter hoc, quod significat indiuisibilem coniunctionem Christi & Ecclesie. Item habet Concilium Tridentinũ, Si quis dixerit sacramenta nouã legis esse plura vel pauciora quã septem, videlicet Baptismũ, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vñtionem, Ordinem & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse verè & propriè sacramentum, anathema sit. Item: Si quis dixerit non dari gratiã per huiusmodi sacramenta semper & omnibus, quantum est ex parte Dei etiam si ritè ea suscipiat, sed aliquando & aliquibus, anathema sit. Item: Si quis dixerit eadem sacramenta gratiam ex opere operato non conferre, anathema sit. Constantiensẽ quoque Conciliũ dicit septem esse sacramenta. Et Lucius papa Matrimonium etiam numerat inter Ecclesie sacramenta. Firma igitur fide credendũ est matrimonium esse sacramentum nouã legis gratiam conferens ex opere operato. Nam si in terris vsquam veritas reperitur, illam est inuenire in Ecclesia catholica, quam Apostolus Paulus prædicat esse columnam & fundamentum veritatis. Pro horum intelligentia obseruandum est quod dicit Apostolus ad Ephesios scribens, dicit matrimonium in Christo translatum esse in ordinem spiritualium & mysteriorum. Nam de coniugio loquens, Sacramentum hoc magnum est, inquit, ego autem dico in Christo & Ecclesia: Nec tantum significando magnum est mysterium, sed ipsum etiam in se magnum est, & multis sacris secretis, quã in se continet fœcundum: ex significatione tamen Christi & Ecclesie. Magnum namque mysterium est coniugium, quod sit coniunctio mutua ad prolem Christo generandam, educandam, Christoque Domino constituendam, hoc est in fide & religione eius, quod coniuges item simul Christianè viuunt, copulaque carnali Christianè vtantur, & vxor subiecta sit marito, non vt marito tantum, secundum legem naturalem, quam in Politicis tradit Aristoteles, sed vt Christo Domino, hoc est, quasi tyro & figura eius, id est Christo in marito. Nam coniunctio ista coniugalis & coniugii officium ex institutione sunt vera imago, & expressa representatio officii & coniunctionis Christi cum sua Ecclesia, quæ violatur, imò & iniuriam patitur, per adulterium, aut alium aliquem abusum. Maritus typus est Christi, vxor Ecclesie. Ait enim Apostolus Paulus quod vir caput est mulieris, sicut Christus caput Ecclesie: & ideo sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite, inquit, vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Obligantur igitur coniuges Christiani ex coniugio, ad multò sublimiora (imò & ad diuina officia) quã coniuges ethnici siue infideles. Vxor namque Christiana ex cõiugii qualitate & dignitate, marito subesse debet, vt Christo Ecclesia subest, & maritus diligere vxorem, non solum amore naturali, sed sicut Christus Ecclesiam, vt seipsum etiã tradat pro sua vxore. Vult enim Apostolus Paulus quod hęc omnia sibi mutuo respõdeant, non solum per accommodationem, sed ex institutione, vir Christo, vxor Ecclesie, copula copula, quemadmodum & origo mulieris est ex viro, & Ecclesie ex Christo, ex ossibus & carne eius, Et ideo non sufficit Beato Paulo qualiscunque dilectio viri ad mulierem, sed requirit spirituallem & gratuitum amorem, quo Christus persecutus est Ecclesiam. Sacramentum igitur matrimonii hæc omnia operatur per gratiam quam confert. Non enim destituit Christus coniuges fideles gratia qua indigent, vt in Christo sua præstet officia. Vnusquisque, inquit Paulus, proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic: loquens etiam de coniugatis. Ex hoc igitur quod matrimonium tale mysterium est: quale declaratur esse Apostolus Paulus, sequitur quod inducit obligationem ad officium quod naturæ vires excedit, & proinde gratiam requirit: sequitur etiam quod verum est sacramentum gratiam conferens. Nam vnusquisque applicatus & studens propagationi in Repub. propagare & conseruare debet ciuitatem in qua agit. Cũ autem coniunx Christianus in celesti & Christiana viuat ciuitate, & non solum Polyrica illam conseruare ex coniugio suo obligatur, ad quod præcipuè & primariò sacramentum matrimonii ordinatur. Et ideo verba consensum explicantia secundum propriam significationem, habent obligationem solum naturalem: ex institutione autem eam significant, vt sacramentum & sanctificantem, dispositiuè tamen ad officia coniugii Christiani, vt docent doctores catholici. Hęc enim obligatio iungit mulierem viro, vt Ecclesiam vel partem Ecclesie Christi, & ad actum generandi atq; educandi prolem Christianè, vt cum marito Christianè viuat,

Ephes. 5.

De sacram. in genere c. 1.

Cano. 7. et 8.

Sess. 15. ar. 8. Iuan. 1. 14. cap. 4. d. abo l. l. am de hæreticis.

Cap. 5.

Ephes. 3.

1. Cor. 7.

Post. B. Thom. Iuan. c. 1. argum. diuid. dist. 26. li. 4. sent.

viuat, & vas suum possideat in honore & sanctificatione, non in passione desiderij. Officium enim ad quod ordinatur sacramentum matrimonij, se habet ad actum matrimoniale, vt est officium naturæ, sicut actus temperantiæ, quæ virtus est infusa, se habet ad actum temperantiæ moralis, & amor charitatis ad naturalem vel polyticum. Cum enim in nouo testamento eleuatum sit matrimonium in ordinem spirituum & mysteriorum, officium eius quod erat naturæ, nunc factum est gratiæ & ordinis gratuiti ex genere & natura sua: Quæ autem ordinatur ad actum qui exerceri non potest ex naturalibus, non committuntur nisi simul gratia conferatur, per quam exercentur secundum eam dignitatem quam requirunt. Si obiciatur quod hac ratione tempore legis, imò à tempore institutionis matrimonij fuisse sacramentum, & gratiam contulisset, cum tunc etiam fuerit ad prolem religiosè in fide Christi venturi educandam, & ideo de genere &

10. an. Ross. in
Rex Angli. in
Assert. 7. sa-
cramentorū.
Albert. Epiph.
Alfonso.

Cap. 6.

11. 12. Confess.
cap. 24.

part. 1. qu. 72.
ad 4. Et in 4
dist. 26. q. 2.
art. 3.

Alexand. de
Hales par. 4.
qu. 2.
Bonaventura
dist. 16. 4. sen.

ca. Debitum
de bigamis.

1. Cor. 6.

1. an. 1.

ordine gratuitorum & supernaturalium. Ad hoc doctores plurimi respondent, admittendo matrimonium semper à sua in paradiso institutione verè sacramentum fuisse, & gratiā contulisse, cum ex hac institutione semper obligati fuerint coniuges fideles ad ea quæ sunt super naturam, videlicet generare atque educare prolem ad Dei cultum, in fide vnus Dei & mediatoris Iesu Christi, ipsumque coniugium ab initio fuisse sacramentum futuræ coniunctionis Christi cum Ecclesia, & in ordine mysteriorum, intelligentes benedictionē, de qua Genes. 1. & 9. Benedixit eis Deus dicens, Crescite & multiplicamini, esse collationem gratiæ ad viuendum religiosè in statu coniugali: quam tamen benedictionē probabilis alij doctores referunt ad vim generatiuam homini collatā. Nam atibus & piscibus similiter benedixit & ait, Crescite & multiplicamini: & apud Tobiam angelus ita eam intelligere videtur, dum dicit, Tertia autem nocte benedictionē consequeris, vt filij ex vobis procreentur. Et beatus Augustinus, Ecce, inquit, quid est hoc, & quale mysterium? ecce benedictis homines vt crescant & multiplicentur, & impleant terras. Diceret te hoc donū benedictionis homini propriè voluisse largiri, nisi hoc modo benedixisses pisces & cetos, vt crescerent & multiplicarentur, & impleant terras. Similiter eam interpretatur beatus Thomas, qui etiam scribit matrimonium fuisse quidem in veteri lege, prout erat in officium naturæ, non autem vt est sacramentum Christi & Ecclesiæ, quæ nondum erat facta: Vnde & in veteri, inquit, lege dabatur libellus repudiij, quod est contra sacramenti rationem. Certum est autem quod non significabat hanc coniunctionem quasi præsentem: sed disputatur apud doctores an eam repræsentabat quasi futuram, an potius per abstractionem à tempore, quemadmodum doctores quidam sentire videntur, & verba Genesios, & Apostoli Pauli ad Ephesios pro se citant.

Sed aduersatur Apostolus Paulus, qui dicit hoc sacramentum magnum esse in Christo & Ecclesia, non autem fuisse magnum: & in Christo Ecclesiæ iam coniuncto, atque in eis realiter coniunctis secundum influentiam capitis in membra, & non fide sola. Nam Christus propriè caput est Ecclesiæ realiter & non solum per fidem influendo, hoc est, postquam ex Maria est conceptus. Et Adam videbat matrimonium tempore aduentus Christi futurum signum huiusmodi coniunctionis, non autem esse, nec antea fore, Ego autem dico, inquit Apostolus Paulus, in Christo & Ecclesia, non solum significatis, sed realiter coniunctis tanquam capite cum suis membris: Nec solum in Ecclesia secundum se totam, verum etiam secundum eius membra, quæ vniuntur per hoc sacramentum secundum dilectionem capiti Christo. Ea enim dilectio facit Christum in marito diligenti quasi sua imagine, & Christi dilectionem extendit & auget. Nec consequens est, quod tempore legis & antea, apud fideles matrimonium fuerit sacramentum, ex eo quod erat ad prolem in fide Christi religiosè educandam, quia hic finis erat extraneus matrimonio legali, sed intrinsecus & per se finis est matrimonij Christiani, quod est magnum mysterium in Christo & Ecclesia. Nam tempore legis cultus Dei siue religio, erat extra rationem matrimonij, ad quam referebatur, sicut actus temperantiæ ad charitatem: Est autem intra rationem & definitionem, matrimonij Christiani & Evangelici, Distinguit Innocentius tertius duplicem matrimonij significationem, duplicemque coniunctionem, Dei videlicet cum anima iusta, & Christi cum Ecclesia, & vtriusque sacramentum dicit esse matrimonij. Ait enim, Cum duo sint in coniugio, videlicet consensus animorum, & commixtio corporum, quorum alterum significat charitatem quæ consistit in spiritu inter Deum & iustam animam, ad quod pertinet illud quod dicit Apostolus, Qui ad hæret Deo, vnus spiritus est cum eo: reliquum verò designat conformitatem quæ consistit in carne inter Christum & Ecclesiam, ad quod pertinet illud quod euangelista testatur, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, profectò coniugium illud quod non est commixti-

mixtione corporum consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandū, quod inter Christum & Ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum: Iuxta quod Paulus exponens illud quod dixerat protoplastus, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: statim subiungit, Hoc autem dico magnum sacramentum in Christo & Ecclesia. Ex quo concludit: Cum ergo propter sacramenti defectum inhiberetur sit, ne bigamus, aut maritus viduæ præsumat, ad sacros ordines promoueri, quoniam nec illa est vnica vnici, nec iste vnus vnus, profectò vbi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio corporum, non deest huiusmodi signaculum sacramenti. Sicut itaque ex primæ significationis defectu, non contrahitur bigamia, sed ex secundæ duntaxat: ita nec ex prima significatione est matrimonij insolubilitas, sed ex secundæ, vt nec diuinitus quidem dispensari possit super matrimonij solutione, vel vxorum pluralitate, significatione permanente. Non enim sine grandi sacrilegio huius mysterij fieret violatio. Concilium verò Florentinum aliter loquitur, & dicit post Magistram Sententiarum sacramentum matrimonij esse signum coniunctionis Christi cum Ecclesia: Ecclesia, inquam, in genere, nihil distinguens, imò nec mentionem facies significationis qua matrimonij significat coniunctionē Dei cum anima iusta, quemadmodum distinguit Innocentius, qui respiciens ad ea quæ per se pertinebant ad quæstionem sibi propositam, intelligit quamlibet animam iustam sigillatim, vt locum habeat eius respectio quod hæc significatio non violatur in bigamo. Nā reuera primo loco coniugium quæ est per charitatem, est inter Deum & Ecclesia totam, quæ vnica Deo vnice & inseparabiliter per amorem adhæret, tametsi qualibet eius pars separari possit. Ait enim Dominus, Non te deseram, neque derelinquam. Huius autē significationis consideratione mysterium siue sacramentum in bigamo violaretur: hacque contemplatione dicit Magister in Sentent. Bigamum esse, vt verè est, qui duas habuit vxores, quamuis alteram in cognitam. (Nam Maria dicitur in euangelio vxor Ioseph) quia secundum contrahit matrimonium primo consummato, & impediri à sacris ordinibus: qui hoc fallitur quod credit quamlibet bigamiam siue sacramenti defectum prohibere à sacris ordinibus. Nam Innocentius tertius declarat sacros canones solum attendisse coniunctionem siue coniugium, quod inter Christum & Ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum, atque ob huius significationis defectum prohibuisse bigamos à sacris, non autem an hæc coniugij faceret inseparabilitatem: quantum reuera ex priori significatione, cuius meminit Innocentius, matrimonium non habeat inseparabilitatem, sed ex secunda. An verò ex hac sola, videlicet quæ est per incarnationem, an etiam ex alia parte, quæ est secundum charitatem inter Ecclesiam & Deum, vel etiam Christum caput Ecclesiæ, ista matrimonij insolubilitas nascatur, non pertinebat ad quæstionem Innocentio propositam. Florentinum Concilium propriè explicat significationem quam habet matrimonium, vt est sacramentum Ecclesiæ. Hac enim ratione dicit ipsum absolutè & indeterminate significare coniunctionem Christi cum Ecclesia, primò secundum se totam (ait enim b. Iohannes, Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendentem de celo, à Deo paratam sicut sponsam viro suo) deinde secundum quamlibet particularem Ecclesiam considerata, Despondi enim vos vni viro, inquit Apostolus, virginem castam exhibere Christo: & tertio quoad quamlibet animam iustam: atque huius solius meminit Innocentius 3. eiusque coniugij, quod est secundum carnis conformitatem, cum hanc coniunctionem solum spectauerint sacri Canones, dum prohibent Bigamos à ministerio Ecclesiastico. Complectitur etiam hæc indeterminata coniunctio vnionem hypostaticam verbi cū natura humana, à qua propriè est matrimonij inseparabilitas, quamuis sit etiam quodam modo ab ea quæ est secundum charitatem Dei & Ecclesiæ: & si interim sacramentorum significatio Christum hominem magis respiciat. Est & ab ea quoque vnione quæ est inter Christum & Ecclesiam secundum charitatem inseparabilis, hoc est à coniunctione membrorum & capitis ad inuicem: Supereminet, inquit Apostolus, scientiæ charitas Christi erga Ecclesiam. Item, Quis nos separabit à charitate Christi? Matrimonium autem, id est contractus coniugalis in quo sacramentum consistit, cum in genere significet coniunctionem Christi & Ecclesiæ (iuxta Florentinum concilium) quæ est inseparabilis, oportet quoque ipsum esse inseparabile, etiam nondū consummatum. Sacri tamen Canones de Bigamis loquentes, quoad effectū impedimenti ministerij Ecclesiæ, respiciunt solum (vt diximus) coniunctionem Christi cum natura humana, quam non primo significat contractus coniugalis, qui sacramentum est vnus ex septem, sed

Genes. 1.
Ephes. 5.

Heb. 13.

Li. 3. dist. 27.

Matth. 8.

Apost. 22.

2. Corin. 11.

Ephes. 5.
Roma. 8.

fed primò significat confensum animorum, per quem vir accepit potestatem corporis mulieris, & ediuersò mulier viri corporis potestatem: & ex Christi institutione significat confensum Christi, quo spontè & ex summa charitate hypostaticè se cõiungere dignatus est naturæ humanæ: & inicum est coniugium inseparabile cum natura assumpta, per quam Christus factus est noster totus, & nos Christi. Irè & illud quod est secundum charitatem cum Ecclesia tota, & cum singulis electis. Nam cõsensus coniugalis propriè loquendo, non significat cõiunctionem Christi & ecclesiæ, sed voluntatè eius qua factum est, vt ecclesiæ cõiungeretur. Significat igitur matrimonium nondum consummatum inseparabile mysterium, Christi videlicet cõiunctionem cum Ecclesia in genere, atq; ita indissolubile est ex hac etiam significatione, vt dicere videtur Concilium Florentinum. Sed vt docet B. Augustinus locis iam statim citatis, solum in ciuitate Dei, & in monte sancto eius, in quo solo ostendit esse bonum sacramentum, atque istam significationem: & ideo non impedit solutionem matrimonij inter Ethnicos cõtracti, vbi nõ est hoc sacramentum, nec violatur in professione religionis, cū ibi non tam dissoluatur, quàm in melius cõmutatur, in cõiunctionem nimirum diuiniorum atque mysterium ordinis superioris, hoc est, mutatur vinculum minus spirituale in aliud magis spirituale. Contractus itaque coniugalis, qui est sacramentum matrimonij, primo significat confensum animorum quo coniuges coniunguntur: deinde significat vinculum permanens inter ipsos coniuges, atque per hoc vnionem inter Deum & animam, item inter Christum & Ecclesiam: sed solum in causa, & quemadmodum causa suam significat effectum: & Apostolus Paulus dicens, Sacramentum hoc magnum est, intelligit vinculum istud quod fecurum est coniugalem contractum, id est, quod vna caro est in coniugibus, non quod ipsi sunt vna caro.

4. cõtra Gentes cap. 7.

Est ergo matrimonium sacramentum nouæ legis gratiam conferens, per quam fit cõiunctio animæ cum Deo, quam secundum Innocentium papam ipsum coniugium significat, vt coniuges non solum naturali, sed diuino effectu, quo modo Christus suam diligit Ecclesiam, & hæc vicissim Christum, se mutuo complectantur. Facit enim huius sacramenti gratia cõiuges sese mutuo diuino amore in Christo complecti. Vnde beatus Thomas, Nubetibus, inquit, per istud sacramentum gratia confertur, per qua ad vnionem Christi & Ecclesiæ pertineant, quod eis maximè necessarium est, vt sic carnalibus & terrenis intendant, vt à Christo & Ecclesia non distungantur, Cõiunctionem autem Christi & Ecclesiæ secundum naturæ conformitatè, matrimonium non facit, sed semel factæ, sacramentum est. Solum enim facit cõiunctionem, qua est secundum charitatem. Porrò sicut vinculum istud coniugale diuinum est in Christianis, ita & contractus vt sacramentum est, Dei est instrumentum, quo coniuges cõiungit vinculo diuino & fortiori quàm contractus coniugalis ex sua natura inducere possit. Ex quibus patet, quod matrimonium ratum & non consummatum, per papam nulla ex causa dissolui potest per dispensationem, tum ob Dei in paradiso institutionem, tum ob rationem sacramenti Christi & Ecclesiæ, quorum vnio quæ per charitatem est, solui non potest: In charitate dilexi te, ideo attraxi te miserans, ait Dominus. Pro quo facere videtur aperta sententia in cap. Vnico: & cap. Ex publico, superius citatis. Et Concilium Florentinum tribuit matrimonij inseparabilitatem contractui coniugali. Quæ si diligenter expendisset Cardinalis Caietanus, non ita contra cõmunem theologorum & B. Thomæ sententiam scripsisset, quod videlicet summus p̄fex disp̄sare potest super matrimonio rato, sed nondum cõsummato.

Hier. 31. De voto & voti redemp. lib. 6. De conuers. coning. quæ. quotli.

Cap. 3.

Ex lege Christi positiua et euangelica est matrimonij indissolubilitas.

Matth. 5.

Matth. 10. 1. Cor. 7.

Vehementer dolendum est, quod tantus doctor circa materiam matrimonij in hunc & alios varios incidit errores, de quibus alias latius. Eius argumentis facillè responderi potest ex his quæ diximus, atq; eis respondet Magister Iacobus Almain doctor Parisien. in libello qui inscribitur, Concertatio acutissima, & cæt.

Probat etiam beatus Augustinus in libris posterioribus, his maximè quos scribit ad Pollentium, matrimonium esse inseparabile ex speciali & positiua lege, quam Christus in sua familia obseruandam disposuit, & per quam constituit matrimonij inseparabilitatem, atque vxorum excludit pluralitatem. Ait enim, Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorẽ suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit adulterat. Item Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit mœcharur. Rursus, Præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere in nuptam, aut viro suo reconciliari. De quibus dicemus articulo sequente, ad quem propriè pertinet.

Præterea

Præterea probant etiam doctores scholastici indissolubile esse matrimonium ex fine & natura contractus: ex fine inquam, secundario, vt videlicet parentes filii thesaurizent, & per hæreditatis & bonorum dimissionem provideant, quod facere nequeunt, nisi ad mortem vsque simul permaneant: quemadmodum docet sanctus Thomas. Nam si matrimonij principalis plerumque magis requirit separationem, vt si sterilis sit vxor, vel ex viro concipere non possit, adeo vt nulla sit spes prolis nascituræ (ex quo fine, Philosophi appaerens sumptierunt argumentum pro matrimonij solutione, & vxorum pluralitate) Cùm enim matrimonium principaliter ordinetur ad bonum prolis, quando indissolubilitas matrimonij prolis generationem impedit, vt si vir aliquis ex aliqua scœnina non possit prolem suscipere, qui tamen ex alia possit eam suscitare, & scœnina ex alio viro concipere, matrimonij huiusmodi indissolubilitas magis esse videtur contra legem naturæ, & finem contractus, quàm ei consentanea. Hinc insignes quidam Philosophi vxores suas reliquerunt, & plures duxerunt vxores, sicut diximus ex Beato Augustino de Catone Romano. Et Beatus Hieronymus contra Iouinianum scribit Ciceronem reliquisse Terentiam vxorem, & hanc post repudium nupsisse Saluatio Ciceronis inimico, vt ei panderet Ciceronis arcana. Et Socrates Xantippem & Myron duas habebat vxores. Atque ex consilio sapientum Astuerus Rex dimisit Vasti reginam suam vxorem. Cùm enim omnimoda matrimonij indissolubilitas sit ex diuina institutione, naturæ perscificente, ex ratione sacramenti, ac lege Christi positiua, & obscurum hic sit ius naturæ, nihil admiratione dignum quod ipsa hominibus ethnicis fuerit incognita. Et verisimile est quod per ignorantiam inuincibilem ipsi excusati fuerunt, ex causa prolis vxores dimittentes & cum pluribus contrahentes. Cognoscebant tamen hoc indecorum & indecens esse, vt docet Aristoteles & Valerius Maximus, Cùm, inquit, inter virum & vxorem à condita vrbe vsque ad vigesimum quingentesimum annum, nullum intercesserit repudium: Primus autem spurius Carbilus vxorem sterilitatis causa dimisit, qui quamquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit, quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei præponi debuisse arbitrabatur. De eodem similiter Aulus Gellius. Argumento huic Philosophorum contra matrimonij inseparabilitatem responderet beatus Thomas, quod matrimonium principaliter ordinarur ad bonum commune, ratione principalis finis, qui est bonum prolis, & ideo in legibus matrimonij magis attenditur quid omnibus expediat, quàm quod vni competere possit. Quamuis igitur matrimonij inseparabilitas bonum prolis in aliquo homine impediatur, simpliciter tamen & per se loquendo, ad ipsum est conueniens.

Ex natura et sine contrahentis coniugalis est eius indissolubilitas

In 4. distict. 35. q. 2. art. 1. et 2. Item. 4. contra gentiles ca. 123.

Lib. 1.

7. Pollitic. lib. 2. cap. 34.

lib. 4. cap. 3. loco vi supra.

Pro dictorum declaratione sequentes obserua propositiones.

¶ Prima propositio.

Primaria & potissima causa indissolubilitatis matrimonij, est significatio mysterij incarnationis, hoc est cõiunctionis Christi & Ecclesiæ, secundum carnis conformitatem, de qua iuxta Innocentium papam, propriè intelligitur quod Apostolus dicit, Sacramentum hoc magnum est, ego autè dico in Christo & Ecclesia, quæ significatio solum respicit matrimonium consummatum, vt dicit sacri canones. Ob hoc enim sacramentum, matrimonium omni casu est indissolubile, nec manente significatione, vlla ratione nec Dei quidem dispensatione solui potest. Atque huius significationis defectum respiciunt sacri canones, qui loquuntur de Bigamia. Causat enim Bigamia irregularitatem, vt dicit beatus Thomas, in quantum tollit perfectam, hoc est totam & omnimodam matrimonij significationem, quæ consistit in animorum & corporum cõiunctione. Quemadmodum eaim non solus sufficit consensus coniugalis, nec sola commixtio corporum, sed vtrunque in matrimonij perfecta significatione esse oportet, ita vtriusque requiritur defectus ad constituendam bigamiam. Sed hæc significatio ac ratio sacramenti, solum est in Ecclesia, & in ciuitate sancta Dei.

Dis. 27. q. 3. art. 2. 3.

¶ Secunda propositio.

Est & indissolubilitas matrimonij ex sui institutione quam Deus fecit in paradiso, quæ communis est toti naturæ humanæ, infidelibus & ethnicis pariter & fidelibus. Nam ex ea concludit Innocentius tertius non esse cõiugium quod ab ethnicis contrahitur viuente & repudiata vxore prima, nec licitam esse apud eos vxorum pluralitatem. Item secundò ductam non esse vxorem. Hæc autem institutio patitur Dei dispensationem qua patres habuerunt plures vxores, & permissus est libellus repudij tempore legis: similiter & tempore Euangelij ingressus religionis post contractum coniugium consultus.

ad Et ideo

4. contra GE. siles cap. 78.

Et ideo ex ratione sacramenti magis inseparabile est coniugium, quam ex Dei in paradiso institutione. Nam ut dicit Beatus Thomas, Lex diuina supernaturalem quandam rationem addit inseparabilitati iuris naturæ, ex significatione inseparabilis coniunctionis Christi & Ecclesiæ, quæ est vna vnus. Item, Separatio matrimonij, inquit, magis directè repugnat significationi, quam prolis bono, ideo inseparabilitas eius magis in bono sacramenti intelligitur, quam in bono prolis. Ratio itaque hæc sacramenti simpliciter insolubile facit matrimonium consummatum. Si enim spectetur natura contractus conjugalis & vinculi post consummationem, nihil maioris firmitatis habere videtur aut indissolubilitatis quam ante consummationem. Nam contractus perficitur rei traditione non vsu rei traditæ: sicut donatio, emptio ac venditio, traditione rei perficiuntur: ita & perfectus est contractus conjugalis annuli traditione, & verum fit quod dicit Apostolus, Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Sacramentum autem matrimonij cum sit in genere signorum, non sola traditione contrahentium perficitur, sed commixtione, per quam contrahitur affinitas ex commiscentiis etiam fornicaria coniunctione. Qui enim adheret meretrici, secundum Apostolum, vnum corpus fit cum ea. Et ob hanc potissimum sacramenti rationem, in fidelibus matrimonium fit ratum & indissolubile, quod ante baptismum solui poterat. Nam per baptismum incipit esse sacramentum Christi & Ecclesiæ, idemque vinculum propterea fit insolubile, quod ante baptismum tale non erat. De hac institutione coniugij disputant doctores scholastici, an sine ea, & sine Dei speciali concessione mutus consensus per verba de præsentibus expressus, sufficeret ad matrimonium contrahendum. Plurimi autem putant sine speciali Dei concessione, mutuo consensu non effici matrimonium. Cum enim homo non sit Dominus corporis sui aut membrorum, quæ Deo pleno iure subiecta sunt, non potest sui corporis potestatem in alium transferre. Alij contrariam sequuntur sententiam, quod non requiritur specialis Dei concessio, cū sine ea homo possit se vendere & seruū facere, ac res suas cōmutare.

2. Cor. 6.

cap. 9. quanto. De diuor. iis.

Richard. dist. 27. li. 4. dr. 2. que 1. 2. Et durand. eadem dist. qu. 1. in solu. 1. arg. Scotus dist. 2. q. 1. Heb. 2.

Varia est coniunctio Christi cum Ecclesia, sed alia est Dei cōiunctio cum Ecclesia vel cum anima fidelis: Quæ autem est cum Ecclesia in genere, complectitur eam quæ est secundum charitatem, & eam quæ est secundum naturæ conformitatem, item & quæ est cum parte Ecclesiæ: & alia est coniunctio Christi hypostatica cum natura assumpta, ratione cuius cum Ecclesia coniungitur secundum naturæ conformitatem, secundum quam non vocat fratres, & sicut cōmunicamus carni & sanguini, ipse similiter participat iisdem.

Tertia propositio.

Quarta propositio.

Omnium harum coniunctionum sacramentum est coniugium Christianum, quod secundum earum diuersitatem varios etiam parit effectus. Quia autem hæresis, adulteriū & sterilitas non variant Dei institutionem, nec sacramenti significationem, nec Christi legem, facere non possunt, ut matrimonij, quod omnibus his rationibus semper est indissolubile, solui possit. Et quod Augustinus superius dixit de hæresi & sterilitate: ite & de adulterio, clarissimè probat in libris quos ad Pollentium scribit: de quo dicemus articulo sequenti. De hæresi aperta est sententia sedis Apostolicæ, de qua hoc interim dicimus, quod ipsa & adulterium legitimæ sunt causæ, ob quas quoad thorum fiat inter coniugatos separatio.

cap. Quanto de diuor.

6. Gaudemus de diuor.

Li. 2. de penit. sent. ca. 2.

CVM ex dictis sit manifestum, matrimonium ex suo genere esse indissolubile, saltem ex Dei institutione, quæ omni nationi communis est, & ex postiuua Christi lege (quæuis in sola eius familia seruetur: nam Innocentius tertius ex hac lege improbat vxorum pluralitatem) quare articulus restrictè loquitur de matrimonio contracto & consummato inter Christianos, quasi inter ethnicos consummatū solui possit, vel etiam inter fideles contractum.

Cui respondendum, quod reuera solui potest, & aliquando soluitur matrimonium inter ethnicos consummatum, quanuis ex sua natura sit indissolubile: Soluitur etiam quandoque inter Christianos contractum. Et locum hic habet quod dicit Beatus Ambrosius, Naamã Syrus lepram mundari per aquã posse non credidit, sed quod impossibile erat, fecit Deus possibile esse, qui tantam nobis donauit gratiam. Similiter impossibile videbatur per penitentiam peccata dimitti, concessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab Apostolis ad sacerdotum officia transmissum est. Factum est igitur possibile, quod impossibile videbatur. Et Beatus Augustinus ex Platone ostendit quod Deus facit impossibilia. Nam Deos ponit factos à Deo summo immortales, & tamen naturales

Li. 22. de ciu. Dei ca. 26.

tales esse non possunt, ut idem Plato fatetur. Sic, inquit, resurrectionem carnis impossibilem, credant possibilem factam, Deo promittente. Omne quidem matrimonium naturæ institutione & Christi lege, est indissolubile, estque vnus cum vna: factum est tamè Dei indulgentia, ut patres tempore legis & ante legem irreprehensibiliter plures haberint vxores, & solueretur matrimonium, quando vxor dimissa cum libello repudiij alteri viro nubebat, ut docet plurimi doctores. Ac tempore Euangelij matrimonij inter ethnicos contractum soluitur, vno facto fideli aut baptizato, nolente altero eidem cohabitare sine creatoris contumelia: item altero coniuge ante consummationem proficiente religionem. Factum est igitur apud Deum possibile, atque etiã solubile, quod prius erat impossibile & insolubile. An autem hoc fiat dispensatione eius cuius est institutio & postiuua ordinatio de matrimonij indissolubilitate, quique naturæ est author: an potius ex rerum natura & qualitate, vt non tam dissoluatur matrimonium, quam transferatur & commutetur in melius, Deoque gratius coniugium, nempe matrimonium ethnicum & prophatum in Christianum & spirituale, & huius seculi matrimonium in alterum cum domino auctore coniugium, sicut vota omnia commutantur in votum religionis, tamen tertij magnum concurrat præiudicium, dubium est de quo omnino cerrò constare non potest. Nam Apostolus Paulus nullius meminit dispensationis, sed legis communis, in pace, inquit, vocauit eos Deus, & ideo si fidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. Nec Innocentius tertius qui potius reuelationem specialem & dispensationem diuinam reiicit, & secundum legem communem consultationi responderet, prædecessorū suorum vestigia esse sequenda: Neque ite beatus Thomas, neque veteres doctores scholastici hanc facultatem transeundi ad religionem referunt ad Dei dispensationem, quemadmodum pascim neoterici, sed ad naturam matrimonij non consummati, & naturam solennis professionis in sancta religione. Insinuant enim sacri canones obscure esse hunc casum secundum scripturas, atque ex sanctorum vita hic colligendam esse veram scripturarum intelligentiam, sicut ait Beatus Augustinus, quod pleraque in verbis scripturarum intelligere non valentes, in factis sanctorum colligimus quemadmodum oportet accipi, quod facile in aliam partem duceretur, nisi exemplo reuocaremur. Item B. Gregorius, Rora, inquit, animalia sequuntur, quia in sanctorum parū vita cognoscimus, quid in sacre scripturæ volumine intelligere debeamus. Illorum quippe actio nobis aperit hoc quod in suis prædicationibus pagina testamentorum dicit. Per motum igitur cōmutationis siue transitus vnius societatis in aliam meliorem, soluitur matrimonium infidelium: item per professionem religionis, sine qua solui non potest matrimonium, videlicet Christianorū, sine actuali professione, & infidelium coniugium sine contractu Christiani matrimonij. An verò pari voto religionē profiteri possint & manere coniuges, cum solum in ipsorum fauorē vinculum soluarur, quando hoc eis placet proposito nostro est impertinens. Sicut enim in voto religionis dissolutionis priorum votorum causa est religio: ita & hic, vel Christianū coniugium. Non enim possunt sibi remittere, nec per alterum matrimonium etiã consummatū solvere prius contractū, sed quemadmodum in voto causam rationabilè adesse oportet, ita & hic causam religionis, vel coniugij Christiani. Vt cunq; tamen ista se habeant, certum est & indubitatum quod istis duobus modis, & nullis alijs, solui potest matrimonium semel contractum: Et quod per religionis ingressum matrimonium non consummatum soluitur, vt remanent in seculo liceat alterum inire coniugium, magis ex maiorum habetur traditioe, & sedis Apostolicæ doctrina, quam expressis scripturis, ut dicit Innocentius papa, qui interrogatus super hoc casu responderet, Et si possit non incōsultè videri quod ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de præsentibus contrahitur illis viuennibus, id nullo casu possit dissolui, vt viuente reliquo, alter ad secunda vota transmigrat, nisi forte secus fieret ex reuelatione diuina, quæ superat omnem legem, sicut à quibusdam sanctis legitur esse factum: Nos tamen nolentes à prædecessorum nostrorum vestigijs declinare, qui responderunt consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri coniugium reliquo incōsulto ad religionem transire, ita quod reliquus ex tunc legitime poterit alteri copulari. Hoc ipsum consulimus & tibi obseruandum. Et Alexander 3. clarissimè idem docet & definit, Post consensum, inquit, de præsentibus licitum est alteri, altero etiã repugnante, eligere monasterium, sicut sancti quidem de nuptiis vocati fuerunt, dummodò carnalis commixtio non interuenit inter eos, & alteri remanenti (si communitus continentiam seruare noluerit) licitū est ad secūda vota transire, quia cum nō fuissent vna caro

1. Cor. 7.

Cap. ex parte 2. de conuers. coniugata.

De mendatio ad Consentū cap. 15. Homil. 20. super Ezech.

Cap. ex parte de conuers. coniugata.

cap. Verū de conuers. cōm.

C. ex publico de conuer. cō.

Math. 5.

Cap. Verū de conuerf. con. c. Mari- nus de cog- na. fpi.

dist. 31. li. 4. sentent.

De voto cō. voti redemp. ca. Scriptura. c.

simul effectis, satis potest vnus ad Deum transire, & alter in seculo remanere. Et retractari mandat tanquam iniquam sententiam Episcopi Veronen. qua mulieri M. præcepit vt ad virū A. rediēs exhiberet eidē coniugale affectū, & reuenerēt parēre excōmunicauit. Mandamus, inquit, quatenus si prædictus vir ipsam carnaliter non cognouerit, & eandē ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficiente cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire infra duorum mensium spatium debeat, ipsam a sententia qua tenetur, absoluas, & car. Et addit, Sanē quod Dominus in euangelio dicit non licere viro, nisi ob causam fornicationis, vxorem suam dimittere, intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquii, de his quorum matrimonii carnali copula est consummatū, sine qua cōfirmare nō potest. Intelligit autem interpretationē, quæ ex aliis scripturæ locis, quæ de coniugibus loquuntur, quādo sunt facti vna caro, colligitur. Qui enim cognoscit, siue adhæret meretrici, vna efficitur caro, vnum corpus cum ea. Fiunt igitur vna caro per copulam carnalem. Nam & alii sacri canones clarissimē testantur virum & mulierem fieri vnam carnē solū per carnalem seminationem ac commixtionem. Atque hoc sensu accipienda est Domini sententia, vt vera sit vniuersaliter. Sed diligenter inquirunt doctores scholastici huius veritatis (de qua dubitare non licet) cū sit a suis Principis remotissima, veram & germanam rationē. Nam Durādus improbat opinio- nibus tribus, sequitur B. Thomā, Bonauenturā, & alios veteres. Ante carnalem copulam inquit B. Thomas, est inter coniuges tantū spirituale vinculum, hoc est solo animorum consensu cōtractum, quamuis ad actum carnalem; sed post est inter eos etiam vinculum carnale, & ideo sicut post carnalem copulam matrimonii soluitur per mortē carnalem, ita per ingressum religionis ante carnalem copulam soluitur, quia religio est mors quæ- dam spiritualis, qua quis seculo moriens, viuūt Deo, & moritur politia: ciuili, ad quam solum pertinet coniugium: sicut si sine morte trāferretur in vitam cælestem, Matrimo- nium solueretur, & transferens se ad familiā Christi eiq; incorporatus non amplius obli- gabatur, secundum argumentationem Apostoli Pauli legibus Moysi: Nec enim obli- gamur legibus ciuitatis quā reliquimus. Vinculū nāq; matrimonii etiam nō cōsummati, aduersatur vitæ religionis, & morti ciuili, in qua fit renunciatio officij coniugalis, & ad castitatem obligatio. Propter mutationem igitur status in eum statum qui matrimonio repugnat, & vitæ ciuili secundum sui exercitium & vsu, matrimonii rumpitur ex cō- ditione & qualitate operis: sicut mutatio status infidelitatis in Christianismum, si alter cohabitare nolit sine cōtumelia creatoris, &c. quæ repugnant vitæ Christianæ, soluit ma- trimonium etiam consummatum. Domino namq; vocante ad religionem vel Christia- nismū, hoc est suū seruitiū, rumpuntur omnia quæ impediunt. Et quāuis nō sit repugnā- tia secundum matrimonij essentia, sed vsu duntaxat, sine quo cum frustra maneret vin- culum, imō & cum alterius præiudicio, æquum est quod ipsum soluatur. Nec simile est de matrimonio consummato cum secunda coniuge, quod prior repugnat, & tamen nō soluit, quia hic contrahitur & consummatur non domino vocante, sed cum peccato: Et eiusdem est rationis matrimonium primō & secundō contractum, nec posterius adde- rer aliud vinculum, sed prioris solam consummationem. Scotus verō recitatis opinio- nibus Alexandri de Hales, & Henrici de Gandauo circa rationē huius veritatis, In ma- trimonio, inquit, rato, etiam si contrahens intendat non consentire in carnalem copu- lam, sed statim ad religionem auolare, ante consummationem non est accommodatio, sed permutatio potestatis, non ad tempus, sed pro vsu perpetuo, alioquin non esset verē matrimonii nouæ legis: Et ex datione ista oritur vinculum indissolubile, nisi per mortē naturalem alterius coniugium, vel per reuocationem seu relaxationem illius qui statuit hoc esse sic indissolubile. Christus autem qui istam indissolubilitatem induxit Matthæi 19. reprobans pro lege sua repudium Mosaiicum, ipse relaxauit istam indissolubilitatem, quando alter coniugum conuertitur ad religionem: & iusta ratione, quia rationabile est obligationē ad minus bonum commutari in obligationem ad maius bonum, ab eo qui habet auctoritatem commutandi: Professio autē in religione, est obligatio ad maius bonum. Verū secundum nunc dicta, nō est hic opus speciali auctoritate Christi, sed ob- ligationū habita ratione, minor transire potest in maiorem, sicut propria cuiusque au- thoritate omnia vota commutantur in votum religionis. Reus enim fracti voti aliqua- tenus non habetur, inquit Alexander 3. qui temporale obsequiū in perpetuā noscitur re- ligionis obseruantiam commutare. Nam præmium in præsentem quidem cētuplum, in fu- turo autē vitā sempiternā pollicetur Dominus relinquēti vxorē, quam propterea lauda- biliter relinquere contingit, sed in altero horum casu duntaxat, ante cōsummationem videli-

videlicet altero religionē amplectente, vel infideli nolēte ad fidē conuerti. In huiusmodi enim quæstionibus obscuris recurrere oportet ad sententiam sedis Apostolicæ, cui Petro permilla est in officio assistentia, ne fallatur, quādo Christi vicarius ex animo quarit veritatem. Ego, inquit, pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua: Et tu aliquando con- uerfus, confirma fratres tuos, confirma fratres nutantes, doce dubitantes, fungere tu of- ficio tuo, ego pro te rogavi, non deficies in alicuius muneris tui functione.

Multum lucis accedit huius veritatis declarationi ex Apostolo Paulo, qui docet causa religionis Christianæ solui matrimonium consummatum altero infidelium ad fidē con- uerso. Ex sanctorum quoque exemplis, de quibus Gratianus & Magister ex B. Hierony- scribunt. Et quia sanctus Macharius & Alexius quorum meminerunt, nō leguntur pro- fessi vitæ religionis, sed hæremiticam, per quam renunciatur huic seculo, sicut per religi- onem B. Thom. Bonauent. Petrus de Palude, & plures alii docent matrimonii nō con- summati solui per vitæ hæremiticæ professionē: sed moderni Canones declarant solam professionē religionis secundum regulam approbatā soluere huiusmodi matrimonium. Et quamuis alii viri sancti reliquerint vxores etiam carnaliter cognitās, sicut Theonas religionis causa cognitam suam vxorem dimisit. Et Paulus Simplex vxorē videns adul- terantem sine Ecclesiæ iudicio, eam reliquit, ambo hæremū ingressi: horū tamen exempla nunquam sequenda esse, Ecclesia docuit, sed vel dānaui, vel priuata lege eos ductos esse credidit. Quisquis autem priuata lege ducitur, nulla ratio exigit (quemadmodum scribit Vrbanus papa) vt lege publica cōstringatur. Dignior est enim lex priuata quam publica. Item Imperator Theodosius religionis causa matrimonia consummata solui constituit, imō & Romani quidam pontifices matrimonia non consummata tolli crediderunt per sequens consummatum. Omnia tamen ista semper improbauit Ecclesia, & eorum dum- taxat qui seculo renunciauerunt, exempla probauit, atque scripturis docet esse consen- tanea.

Ex quibus manifestē sequitur, quōd non statim post contractum matrimonium con- iuges debitum reddere obligantur, si meditatur de religionis ingressu. An tamē sit sim- pliciter transfata potestas corporum cum facultate excipiendi contra exigentem, ad cer- tum tempus, quod Canones dicunt esse duorū mensium, an solū transfata sit sub modo & conditione, quasi in ipso contractu contentis atque intellectis, manente scilicet statu ciuili, vt docent B. Thomas & Bonauentura, non multum in ipsa re adfert differentia. Quōd autem matrimonium huiusmodi nō saluatur per susceptionē ordinis sacri, quāuis annexum habeat votum cōtinentiæ, sicut soluitur per professionē religionis approbatā, declarauit Ioann. 22. in extrauagante, Antiquæ concertationi.

Quōd matrimonium inter infideles, hoc est non baptizatos contractum soluitur, v- nō ad fidem conuerso, si alter nolit cohabitare, vel non sine contumelia creatoris, docet Apostolus Paulus, Si quis frater, inquit, habet vxorem infidelem, & hæc consen- tit habitare cum illo, non dimittat illā: Et si qua mulier habet virū infidelem, & hic cō- sentit habitare cum illa, non dimittat illum, Quōd si infidelis discedit, nolens scilicet co- habitare vt oportet (Nam opponitur ei quod dixit prius, Et hic consentit habitare cum illa) discedat, non moueas ei litem ad retinendum, quamuis iure hoc facere possis. Nam in pace vos vocauit dominus, non ad litem. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi, supple, euentu. Intelligit autem Apostolus eum fidelem qui baptiza- tus est vt fidelis dicatur ad fidei sacramento, non ad fide catholica: & infidelem eum vo- cat, qui baptizatus non est, quamuis instructus plenē sit fidelis & credat. Nā matrimo- nium inter cathecuminos contractum si alter baptizetur, & alter nolit cohabitare, ma- trimonium dissoluitur, vt indicat cap. Quanto, de diuortiis: Sed contractum inter hære- ticos altero ad fidem conuerso, solui non potest. Propter quod maior hic respectus ha- betur baptisimi, quā propriē infidelitatis: & ideo dicit Innocentius 3. Et si matrimo- nium verum inter fideles existat, non tamen est ratum: inter fideles autem verum & ra- tum existit, quia sacramentum fidei quod semel est admissum nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugii sacramentū, vt ipsum in coniugibus illo durante perducet. Quan- do autem soluatur hoc matrimonii, an tunc primū quando secundū inuitur coniugium quod est verisimilius, an antea, in vtramque partem disputant doctores scholastici. Hoc sensu interpretatur Apostolus Paulum B. Ambrosius: Si infidelis, inquit, odio Dei disce- dit, fidelis non erit reus dissoluti matrimonii. Maior enim causa Dei est quā matri- monii. Non debetur reuerentiā coniugii ei qui horret authorem coniugii. Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei deuotione est, ac per hoc nō est peccatum ei, qui

Lucæ 22.

1. Corinth. 7.

dist. 27. q. 2. c. scribit dist. 27. li. 4.

ca. Ex Parte cap. Ex publi- co de conuer- sion. coniuga. cap. vnico de voto cō. voti redemp.

Ioan. Cassia- nus collat. 21. cap. 9. c. 10. 19. quæst. 2. c. Dux sum.

cap. Licet de sponsa duorū dist. 10. ca. 16. ge Imperator

27. q. 2. c. Sū- qui dicunt cō. Agatosa.

cap. Ex publi- co de conuer- sio. coniug. de voto et 70. ti redemp.

1. Corinth. 7.

Ca. Quærio de diuortiis.

Dist. 19. li. 4. sentent.

In comment. 1. Corinth. 7.

Dist. 20. li. 4. 28. quæst. 2. Calicatus et Gisparrimino rita.

Lib. 1. li. 1. ca. 13. 18. 20. dist. 36.

In institutio. cap. 19. para. 39.

Caluini.

Responsio.

Ephes. 5. Cap. 2.

de bono con. iug. cap. 7.

dimittitur propter Deum si alii se nupserit. Contumelia enim creatoris, soluit ius matrimonii circa eum qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus. Nam si Esdra dimitti facit vxores aut viros infideles, vt p̄cipit fieri Deus nec iratus si alias ex genere suo acciperent. (Non enim ita præceptum his est, vt remissis istis alias minimè ducerent) quãtò magis si infidelis discesserit, liberum habebit arbitrium, si voluerit nubere legis suæ viro. Tractant hanc sententiam Magister Sentent. & Crarianus. Qui autem dicunt ex verbis Pauli non clarè haberi hunc sensum, videlicet quod ad fidem conuerso aliam vxorem ducere liceat dimissa priori infideli, non satis penetrare videntur deductionem & collationem sententiæ eius cum præcedentibus. Præmittit enim se hæc dicere consulendo, non dominum præcipiendo, cum ait, Cæteris ego dico non dominus, vt vxor maneat apud infidelem volentem cohabitare: quod si discesserit nolens cohabitare, iam nõ dicit, Maneat innupta, sed quod foror non est subiecta seruituti, illi nimirum quæ relatiuè respicit potestatem, de qua superius dixerat. Mulier sui corporis potestatem non habet. Si enim intelligeretur de seruitute sequendi virum, ei cohabitandi, vel officia coniugalium præstandi, hæc etiam non obligatur viro infideli cohabitare volenti, quia dominus hoc non præcipit, sed Apostolus duntaxat consulit. Intelligitur igitur seruituti vinculi coniugalium, qua corpus suum viro communicare tenetur. Nulla itaque tenetur seruitute, nullo vinculo, quod rumpere non possit, si matrimonium cum Christiano contrahere velit. Æquivalent enim, Nulli seruituti subiecta est, & Nõ est subiecta seruituti. Nec dubitatio aliqua, vel scrupulus haberi debet de hac intelligentia verborum Apostoli, quãdo hæc ipsa in sacris canonibus est approbata & cõfirmata. Dicit enim Innocentius 3. Qui secundum ritum suum legitimam repudiavit vxorem, cum tale repudiũ veritas in Euãgelio reprobauerit, nunquam ea viuente licitè poterit aliam etiam ad fidem Christi conuersus habere, nisi post conuersione ipsius illa renuat habitare cũ ipso, aut etiam si cõsentiat, non tamen absq; cõtumelia creatoris, vel vt eũ pertrahat ad mortale peccatũ. In quo casu restitutione pereri, quãuis de iniusta spoliacione cõstaret, restitutio negatur, quia secundũ Apostolum frater aut foror non est in huiusmodi subiectus seruituti. Ex quibus & ex Apostoli Pauli deductione patet, quod soluitur matrimonium, quãdo aliquis fidelium baptizatus aliud contrahit cum Christiana, cum coniunx infidelis cohabitare recusat, prophano matrimonio transeunte in Christianum, quod est sacramentum ac typus coniunctionis Christi & Ecclesiæ. Si autè cohabitare velit quemadmodum oportet, quãuis baptizari vel Christi fidem suscipere nolit, cum alio cõtrahere non potest: nec tamen cohabitare obligatur, quia de eo non est præceptũ Domini, fed tantũ consiliũ Apostoli Pauli, quemadmodum docet Augustinus circa ferm. domini in monte, & in lib. ad Polilentium, & concorditer beatus Thomas cum doctoribus scholasticis. Et si quis esset de hac Apostoli intelligentia scrupulus, eum eximunt sacri Canones, qui hoc sensu eadè hac Apostoli sententia vtuntur.

Aduersus hunc articulum multa obiiciunt aduersarii, & inter eos Ioannes Caluinus probare conatur matrimonium non esse sacramentum cõtrahentibus gratiam conferens. Ait enim.

Postremum est matrimonium (quo inter sacramenta noue legis numerant) quod vt à Deo institutum fatentur omnes, ita pro sacramento datum nemo vsque ad Gregorii tempora viderat. Et cui vnquam sobrio in mentem venisset? Ordinatio Dei bona est & sancta. Et agricultura, architectura, tonsura, sutura, ordinationes sunt Dei legitima, nec tamen sacramenta sunt. Id enim non tantum in sacramento quaeritur, vt Dei sit opus, sed vt sit ceremonia exterior, à Deo posita ad confirmandam promissionem. Nihil tale est in matrimonio, pueri quoque indicantur.

Matrimonium & coniunctionem Adæ & Eua, id est, viri & mulieris, institutam esse, vt tempore nouæ legis esset sacramentum magnum, docet Apostolus Paulus ex verbis Genesios, ac propterea vxorem debere viro suo subiecta esse quasi Christo, viros autem diligere vxores sicut Christus dilexit Ecclesiam, vt verus typus Ecclesiæ sit vxor, & Christi maritus, sicuti eorum coniugium magnum est mysterium, magnisq; typus coniunctionis Christi cum Ecclesia: Nec Christianis sufficit subiectio aut amor coniugalium, qualis est apud æthnicos. Et ante tempora Beati Gregorii ducentis annis, multa scripsit Beatus Augustinus ex verbis Aposto. Pauli de sacramento quod est in matrimonio: Quem, inquit, non faciat intentum quid sibi velit tanta firmitas vinculi coniugalium, vt nec causa fornicationis, nec procreandi solui possit, nisi quoddam sacramentum adhiberetur? Super quo plures eius sententias supra citauimus ex libro de bono coniuga. & de nup. & concupis. Hoc autem sacramentum de quo Apostolus Paul. & B. August.

Aug. multa scribunt, & si propriè non sit vnum ex septem sacramentis quæ gratiam conferunt, sed vinculum siue coniunctio maritalis quæ cõtractum sequitur coniugalem, qui est vnus ex septem sacramentis gratiæ conferentibus, quia tamen ex hoc cõtractu nascitur hæc obligatio, vinculum & coniunctio coniugalium quæ est sacramentum magnum in Christo & Ecclesia, ideo hunc cõtractum esse oportet ex Christi institutione sacramentum gratiam conferens, cum obligationem inducat ad ea quæ sunt supra naturã, & magnũ istud mysterium efficiat: Quemadmodum autè efficit coniunctione maritali, quæ significat coniunctione Christi cum Ecclesia secundũ affectũ, quamdiu non est consummatum, ita accedente copula efficit coniugium, quod significat coniunctione Christi cũ natura hypostaticè assumpta. De hoc sacramento cũ multa scripserit B. Aug. & Apost. Paulus, nec dubiũ quin & sobrij, mirandũ quod Caluinus dicat nulli sobrio vnquam in mētem venisse matrimonium datum esse pro sacramento. Omnes enim veteres interpretantur sacramentum hoc magnum, de quo Apostolus, esse coniunctionem maritalem viri & vxoris. Ex quo ostendimus necessariò sequi cõtractum coniugalem verè esse sacramentum nouæ legis conferens gratiam. Nec matrimonium, vt cauillatur Caluinus, solũ est ordinatio Dei bona & sancta, sicut agricultura, sutura, & tonsura Dei sunt ordinationes legitima, sed peculiarem habet institutionem, vt esset, nõ solum in officium prolis multiplicandæ, de quo, Crescite & multiplicamini: & Non est bonum hominem esse solum: verum vt aliquando esset mysterium magnum, de quo Adam secundum Apost. Paulum prophetauit, Hoc nunc os ex osibus meis, &c. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, vt sint duo in carne vna, quod Apostolus interpretatur non solum sacramentum esse, sed magnum esse in Christo sacramentum & Ecclesia. Quid tale scriptura dicit de tonsura, vel sutura? Nõ videtur Caluinus agnoscere aliud matrimonium, quàm ethnicum, quod est in naturæ officium. Agricultura & tonsura facultates sunt, non officia quæ obligationem ex Dei institutione ad obsequia diuina ac mystica adducunt, sicut cõtractus coniugalium ad proles Christianæ educandas, Christianoq; affectu se complectendos. Absurdum igitur esset si illa dicerentur esse sacramenta. Scripturis autem maximè est consentaneum matrimonium esse sacramentũ, cum sit officium nature sublimatum, vt iam magnum sit sacramentum, ex quo consequenter factum est, vt simul sit etiam ceremonia exterior, quæ ceremonia sit quicquid ad Dei cultum pertinet. Est ergo cõtractus matrimonialis inter Christianos celebratus, ceremonia exterior à Deo instituta ad obligandum coniuges, vt Christi ciuitatem eiusq; reprob. conferunt & propagent, prolemq; soli Christo generent atq; instituunt: Quo quidem cõtractu eorum animi inter sese iunguntur, non tantũ affectu maritali, sed diuino, vt in viro subiecta sit mulier Christo, & in Christo amet maritus vxorem, & sic sint vna caro, vnus homo, cor vnus & caro vna in Christo Domino. Est igitur verè sacramentũ vnus ex septem quæ gratiam conferunt. Repetit hic suum errorem Caluinus, quod sacramenta sunt ad confirmandam promissionem, cum sint potius ad præstandam gratiam ea ipsa suscipientibus promissam. De quo errore multa diximus articulo primo, & alibi.

Sed signum est, inquit, sacræ rei, hoc est, spiritualis coniunctionis Christi cum Ecclesia. Si verbo Signi symbolum intelligunt à Deo nobis in hoc propositum, vt fidei nostræ certitudinem erigat, longè à scopo aberrant. Si Signum simpliciter accipiunt, quod in similitudinem adductum sit, ostendam quàm acutè ratiocinentur. Paulus ait, Sicut stella à stella differit in claritate, sic erit resurrectio mortuorum: En vnus sacramentum. Christus ait, Simile est regnum celorum grano sinapis: En alterum.

Non sophista, vt ait Caluinus, hoc dicitur, sed Apostolus Paulus dicit matrimonium esse signum sacræ rei, imò & magnum signum magnumq; sacramentum: nec solum spirituales, verum etiam carnalis siue corporalis coniunctionis Christi cum Ecclesia, de qua Ioannes Apostolus, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nam plenitudo diuinitatis corporaliter ipsum inhabitat, estque verum symbolum & sacramentum, in hoc à Christo propositum, vt erigat fidei nostræ certitudinem de coniunctione Christi & Ecclesia per amorem inexplicabilem & naturæ conformitatem. Fidem quoq; erigit, quod sancto & sincero amore per gratiam huius sacramenti coniuges inter se vincuntur & colligantur, sicut naturali amore per cõtractum coniugum naturalem. Et quia est sacramentum magnum, & cõtractus est à Christo institutus, vt hoc ipsum representaret, & amore Christiano coniugum animos coniungeret, nihil cum eo simile habent, quorũ hic meminit Caluinus, quæ in similitudinem & secundum tropum in scripturis dicuntur. Nec sacramenta appellari possunt quæ ex sua institutione gratiam non conferunt, vt in

Gene. 2. 1. Cor. 7.

Caluini.

Responsio.

Cap. 7.

Christo sancte viuamus. Coniugibus autem Dominus talentum largitur, quo vas suū in honore & sanctificatione possideant, & nuptiæ sint honorabiles, ac thorus immaculatus. Alia est significatio parabolarum & similitudinum quibus scriptura vititur, quam matrimonii atq; baptismatis, reliquorumq; sacramentorum. De quo M. N. Ioannes Driedo prolixè agit, lib. de Ecclesiast. dogmat.

Cap. de multitudine sententiarum scripturae sacrae. Calvinus.

Verba tamen Pauli obrudant, quibus sacramenti nomen matrimonio attribui dicitur magnum hoc mysterium, si ne quis Amphibologia salueretur, exprimit se non de carnali viri & mulieris coniunctione loqui, sed de spirituali Christi & Ecclesie coniugio. Et sane verè magnum mysterium, quod sibi Christus sum detrabi passus est, vnde sermone dicitur, hoc est, cum fortis esset, debilis esse voluit, quo sua sortis nomen inuocabatur.

Responsio.

Torquet hic Calvinus Apostolum Paulum, vt verba, Sacramentum hoc magnum est, referantur ad ea quæ sequuntur contra omnium veterum interpretationem, B. Hieronymi, Nazianzeni, Chrysostomi, OEcumenii & Theophylacti, Græcorum pariter & Latinorum, qui concorditer interpretantur magnum esse sacramentum in eo, quod maritus relictis parentibus perpetua consuetudine domestica sic agglutinetur vxori suæ, vt sint duo in carne vna, & duo fiant quasi vnus homo, tum propter animorum concordantiã, tum propter corporum commixtionem. Hoc interpretatur D. Paulus magnum esse sacramentum coniunctionis Christi & Ecclesie, huiusq; fuisse prophetiam. Nam eundem hunc locum interpretans Theophylactus, Hoc esse, inquit, magnum quiddam & admirandum D. Moyses indicauit. Reuerã enim mysteriū est, vt eos qui ipsum genuerint, qui ob ipsum multas erumnas passi fuerint, quiq; in ipsum innumera beneficia contulerint, deserat quispiam, & agglutinetur ei, quam nunquam antea contempserit, neque quicquid boni antea sit orsa, vel in ipsum contulerit. Ingēs enim reuerã hoc mysterium est, interim tamē ad Christum, inquit, ego hoc refero, quippe quod propheticis spiritu de eo dictum sit. Etenim & ipse dimisit patrem, non locali transitu, sed condescensu ad carnē, venitq; ad puellam, ad sponfam quæ ipsum nunquam agnouerat, factusq; est cum ipsa vnus spiritus. Qua igitur ratione matrimonium culpatur, vbi Paulus ipsum ad mysteriū Christum concernentis exemplum producit, ipsum etiam mysterium vel sacramentum nominās?

In comment. ad Ephes.

Quod B. Augustinus sacramentū hoc magnum dicat esse matrimonium, ex locis iam supra citatis est manifestum. Peruertit igitur Ioannes Calvinus sententiam Pauli, quando dicit eum loqui de spirituali Christi & Ecclesie coniugio, ipsumq; demonstrare eum dicit, Sacramentum hoc magnum est, & non quod præcedit ex Genesi siue carnalem viri & mulieris coniunctionem.

Calvinus.

Matrimonium sacramenti titulo commendatum, immunditiam postea & pollutionē, & carnales sordes vocare, quā veriginosa est lenitas. Quam absurdum est arceri ad sacramentum sacerdotes. Si ad sacramentum se arceri negent, sed à coitu tantum libidine, non ita mibi elabuntur. Nam & coitum ipsum partem esse sacramenti tradunt, eog. demum figurari vniōnem quæ nobis est cum Christo, in naturæ conformitate, quia vir & mulier non nisi carnali copula vna caro fiant.

Responsio.

Non matrimonium nec eius sacramentum, immunditiam vel carnales sordes vocamus. Non enim sacramentum esse potest, quod pollutum est, quodq; sanctum non est: sed sequendo scripturas actum venereum immunditiam, pollutionem, & carnales sordes vocamus, propter admixtam libidinem, quæ rationem absorbet. Ait enim B. Augustinus, Non esse sentio quod magis ex arce deiciat animum virilem, quā blandimenta feminae, & contactus ille corporum. Et de ciuitate Dei, Ea, inquit, sequitur voluptas, quando partes corporis excitantur, qua maior in corporis voluptate nulla est, ita vt momēto ipso temporis, quo ad eius peruenitur extremum, penē omnis acies & quasi vigilia cogitationis obruatur. Et Aristoteles dicit in actu venereo tantam esse delectationē, quæ rationem ita absorbebat, vt impossibile sit in ea aliquid intelligere: Quod ipsum vt docet B. Augustinus, pœna esse peccati, non culpa, Et immunditiam esse actum venereum etiam in coniugatis probat B. Hieronymus, Ad Dauid, inquit, fugientem ab Achimelec sacerdote dictum est, Si mundi sunt pueri ab vxoribus: & ille respondit, Ab heri & nudius tertius.

Lib. 1. Soliloquiorū ca. 10.

Li. 14. ca. 16.

6. Eibico.

Lib. 1. aduersus Iovinianum. 2. Reg. 21.

Panes enim propositionis quasi corpus Christi, de vxorum cubilibus surgentes edere non poterant. Et nobis in transitu, inquit, est cōtemplandum quod dixit, Si mundi sunt pueri ab vxoribus, videlicet quod ad mūditiā corporis Christi omnis coitus immūdus sit. Item Augustinus explicans locum Apostoli, Quæ inhonesta sunt nostra. Absit, inquit, vt in sit membris sanctorum etiam genitalibus aliqua turpido: Dicuntur quidem inhonesta, propter legem in membris repugnantem legi mentis quæ de peccato accidit, non de prima nostræ institutione naturæ. Illicitus itaque & temperantia legibus non

non subiectus membrorum illorum vsus est turpis, non ipsa membra. Hinc & Apostolus Paulus, Virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Et in Leuit. actum venereum vocat scriptura turpitudinem eiusq; organum, quando dicit, Turpitudinem matererā & ampera tua non discooperies. Omnis namq; inordinatio & immoderatio actus venerei eius est turpido. A matrimonio itaque arcentur sacerdotes, vt sine impedimento Dominum obsecrare possint, & absque sollicitudine eorum quæ mūditi sunt, liberi viuant & placeant soli Deo. Ait enim B. Apostolus Paulus. Volo vos sine sollicitudine esse: Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. Ad id quod honestum est vos prouocum, & quod facultatem præbet sine impedimēto Dominum obsecrandi. Vnde B. Hieronymus, Si laicus & quicumq; fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali, sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est: Si semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio. Nam & in veteri lege, qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erāt, sed purificabantur ad tempus ab vxoribus separati. Et B. Ambrosius, Si plebis hominibus, inquit, orationis causa abstinere se præcipit, vt vacent orationi, quāto magis Leuitis, aut Sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi commissa oportet orare. Mūdiores ergo esse debent cæteris, quia actores Dei sunt. Propter quæ non solum à coitu libidine, sed à sacramento ipso matrimonii arcentur sacerdotes, vt non liceat eis contrahere: & contrahentes quamuis nulliter, excommunicatū. Et quid, obsecro, incommodi quod coitus sit pars sacramenti, & sine eo non sit perfecta significatio? Hoc enim clarissimè docet Sanctissimus Leo Pontifex, Cū societas nuptiarum ita à principio sit instituta, vt præter cōmixtionem sexuum non habeat in se Christi & Ecclesie sacramentum, non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Citant & alias patrū sententias Magister Sentent. & Gratianus pro hac sententia. Et cum opere perficiatur in sexuum commixtione societas cōiugalis carnali copula, qui prius coniuncti erant, perfectus sunt vnus, & quasi vna caro. Ita enim vnā carnē coniuges fieri interpretantur sacri canones.

1. Corinth. 7. Lib. 29. contra Faustū ca. 4. Et. 2. contra Iovinianū. c. 7. 1. Corinth. 7. ca. 18. et 20.

Lib. 1. aduersus Iovinianum.

In comment. ad Timot.

Clement. pri. de consen. & assensu.

Epist. 70. ad Rusticum diaconum. episc.

Dist. 17. lib. 4. 27. quæst. 2.

Calvinus.

Quoniam duo sacramenta quidam eorum hic repperunt, alterum Dei & anime in sponso & sponfa, alterum Christi & Ecclesie in marito & vxore: Vt inque, coitus tamen sacramentum est, à quo vlti Christianum arceri nefas fuit. Nisi forte Christianorum sacramenta adeo male conueniunt, stare vt simul non possint. Est & altera in eorum dogmatibus absurditas, in sacramento conferri gratiam spiritus sancti affirmant: coitum tradunt esse sacramentum, in coitu negant vnquam spiritum sanctum adesse.

Responsio.

Non tam duo dicimus hic esse sacramenta, quā idem sacramētum consummatum. Et cum in Ecclesia ministeriorum magna sit diuisio, & vnus aliud impedire possit, dicente Apostolo Petro, Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, & sacramentum matrimonii obligationem inducat ad cogitandum quæ sunt mūditi, de quibus facit maritum sollicitum, atque in seipso diuisum, non conuenit sacerdotibus, qui inter Deum & homines sunt constituti, vt offerant dona & sacrificia pro peccatis, orentq; perpetuo pro populo. Nec vlla est absurditas in eo quod docemus gratiam spiritus sancti conferri in sacramento matrimonii, hoc est, in contractu coniugali. Ea enim necessaria est, vt coniuges legitime suo fungantur officio, & sese mutuo in Christo amment. Fallitur hic Calvinus, quod coitum credat esse sacramentū, in quo spiritus sancti gratia conferitur. Diximus enim sacramētum matrimonii esse contractū coniugalem, nō coitum nec vinculum: quemadmodum etiam sacramentum baptismi consistit in lotione cum verbis Euangelicis: sic matrimonii sacramentum in ipso coniugum contractu, hoc est, in verbis, quibus suo consensu transferunt muruam corporū potestatem ad proli generationem. Nec nos primi negamus spiritum sanctum in coitu conferri, sed ante nos Origenes, & reliqui patres. Et quid mirum quod tunc non conferatur gratia, quando ratio hominis omnino est absorpta? Odiōse tamen refert Origenis sententiam Calvinus, qui non negat in coitu spiritum sanctū adesse, sed negat eum dari. Ait enim, Coniugia quidem legitima carent quidem peccato, nec tamen tempore illo quo coniugales actus geruntur, præsentia sancti spiritus dabitur, etiam si propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur, Adest enim spiritus sanctus coniugibus, quando sola spe proli conueniunt.

Art. 6.

Hom. 6. super Nume.

Esco vs sup.

Calvinus.

Dum ex matrimonio sacramentum secerunt, nihil aliud quā abominationum latebram quæserunt. Vbi enim id semel obtinere, coniugaliū carnis cognitionem ad se traxerunt, quippe res spirituales erat prophatis iudiciis non attractanda. Tum leges sanxerunt, quibus pyramidem suam firmarunt, sed partim in Deum manifeste impias, partim in homines iniquissimas: quales sunt, vt coniugia inter adulescentulos

Secularis parentum iniussu contracta, firma rataq; maneat: ne inter cognatos ad septimum usque gradum legitima sint matrimonia, & quae contracta sunt dissolvantur.

Responsio.

Docet Origenes suo tempore ad Episcopos pertinuisse cognitionem in causa matrimonii. Scio enim, inquit, quosdam qui praesunt Ecclesiis, extra scripturam permisisse aliquam nubere, viro priore vivente: Et contra scripturam quidem fecerunt, dicentem, Mulier ligata est quanto tempore vivit vir eius. Et secularem potestatem habere cognitionem in causa sacramenti & mysterii regni caelorum, aut Christi & Ecclesiae, omnino absurdum est. Naturalis namque est eius potestas & iurisdicatio: & ideo se extendere non potest ad causas quae naturam eiusque facultatem superant. Quid tamen in causa matrimoniali facultas secularis possit, tractat B. Thomas lib. 4. Sentent. & lib. 4. contra Gentiles, ubi ait, Considerandum est quod quando aliquid ad diversos fines ordinatur, indiget habere diversa dirigentia in finem, quia finis est proportionatus agenti: Generatio autem humana ad multa ordinatur, scilicet ad perpetuitatem speciei, & ad perpetuitatem alicuius boni politici, puta populi in aliqua civitate: ordinatur etiam ad perpetuitatem Ecclesiae, quae in fidelium collectione consistit. Vnde oportet quod huiusmodi generatio a diversis dirigatur. In quantum igitur ordinatur ad bonum naturae, quod est perpetuitas speciei, dirigitur in finem a natura inclinante in hunc finem, & sic dicitur esse naturae officium: In quantum vero ordinatur ad bonum politicum, subiacet ordinationi civilis legis: In quantum autem ordinatur ad bonum Ecclesiae, oportet quod subiaceat regimini Ecclesiastico. Ex quibus patet quatenus coniugalium causarum cognitio ad iudicium pertinet Ecclesiasticum, & quatenus ad potestatem secularem. Nam Honorius tertius definit natalium cognitionem ad forum Ecclesiasticum pertinere. Leges autem quas Calvinus hic dicit esse impias, imò & tyrannides, ostendemus circa artic. 20. scripturis maxime esse consentaneas.

Dist. 34. quaest. art. 1. ad 4. argumentum. Et dist. 39. q. 1. art. 2. ad 3. lib. 4. ca. 79.

De ordine cognitionum c. Tuam.

In comment. Evangelii secundum Mattheum cap. 19.

Contra matrimonii indissolubilitatem multa scribit Martinus Bucerus, docens matrimonium per magistratum secularem solvi posse, quandocumque vir non vult se commo- dum praestare maritum, vel mulier commodam se exhibere uxorem: si ad hoc in dicit non possunt, hoc est, quacumque ex causa vxor displicet marito, vel contra vxori maritus, nec possunt conciliari, legemque diuortii quam tulit Moyses, tempore euangelii esse obseruandam, & solui matrimonium. Et haec docet nulla habita ratione sacramenti nec institutionis Dei, nec praecipii euangelici, quod suae familiae praescripsit Christus, vt eius sententia facilius rescindantur matrimonia quam contractus civiles, qui solum ob iusta causam rescindi possunt: matrimonia autem ob solam malitiam & intractabilitatem mariti vel vxoris.

Bucerus.

Ait enim. Ex eo quod Moyses iussit dare libellum repudii, non colligitur vxorem licere repudiare, sed si quis ob duritiam cordis nolit illi commodum maritum exhibere, iussit vt dato libello repudii eum dimittat, quo illa possit nubere alij, ne scilicet duplici iniuria miseram afficiat, & ipse officium mariti illi negans, & prohibens simul ne ab alio ipsam percipere possit.

Responsio. Cap. 24.

In Deuteronomio legitur, Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenit gratiam ante oculos eius propter aliquam foeditatem, scribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Moyses hic requirit in vxore foeditatem, quam Hebraei interpretantur turpitudinem, de qua in Leuitico, quando agit de adulterio & incestuoso coitu, quomodo etiam in causa repudii Dominus eam interpretatur in Euangelio: Ex quo infert Paulus Burgensis, quod nullo modo licebat repudiare vxorem, nisi propter huiusmodi turpitudinem, quae fornicationem includit, Thalmudici vero ait, qui Pharisaeam doctrinam sectantes, saepe irritabant mandata Dei propter traditiones suas, in tantum deuauerunt a veritate in hoc loco, vt docerent quod pro solo libitu voluntatis vir possit repudiare vxorem, & sic, inquit inoleuit vsus vel abusus perniciosus inter eos usque ad diem hodiernum, quod constat manifeste esse contra diuinam legem. Bucerus autem horum sequitur doctrinam, & eam docet seruandam tempore etiam Euangelii, & ad vxores extendit. Si tamen aliae fuerint tempore legis causae repudii, Christus eas ad solam reduxit fornicationem. Ait enim, Dicitum est autem, Quicumque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudii: Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Hinc B. Augustinus, Multae erant, inquit, in lege causae dimittendi vxorem, Christus solam fornicationis causam excipit, caeteras molestias inbet pro fide & castitate coniugii sustineri. Tam absurda, imò & impia est haec Bucerii sententia, vt alii sectarii ei concorditer aduersentur. Nam Ioannes Brentius tractans verba Domini, Quis-

In additionibus cap. 24.

Deuteronomio Math. 5.

Math. 5.

Lib. 1. de serdom, in mone

quis dimittit vxorem suam, & alteram ducit, adulterium committit, & qui dimissam a viro ducit, adulterium committit. Lex, inquit, Dei est, Non committas adulterium, quam Pharisei ita intelligebant, vt sentirent eum tantum contra hanc legem peccare, qui designaret externum adulterium cum alterius vxore nondum repudiata: Qui autem eam, quae propter aliam quam adulterij causam repudiata erat, in vxorem ducebat, sentiebant hunc non designare adulterium. Christus autem ferre non potest, vt lex Dei tenebris humanarum opinionum obscureretur, quare exponit hanc legem de adulterio, & docet per eam prohiberi, ne quis quauis causa vxorem suam repudiet, nec eam quae ob aliam quam adulterij causam repudiata est, in vxorem ducat, quia & hoc est adulterium lege domini prohibitum. Quid ergo (inquiunt pharisei) Moyses iussit dari libellum repudii, & dimittere eam? Hanc legem Moysi Christus disertè exponit ac reuocat atque; reducit ad rectam legis naturae sententiam, dicens, Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis repudiare vxores vestras, ceterum ab initio non erat sic: hoc est Moyses cum permisit, vt non solum adulterij, sed etiam quauis alia causa liceat vobis in Rep. vestra vxores repudiare, paululum recessit a naturali iustitia vinculi coniugalis propter vestram duritiam. Nam cum videret mutua vestra odia in coniugio inuicta esse, maluit prudentissimus legislator indulgentia sua vnum & alterum malum ordinarij permittere, quam seueritate sua innumeris, adeoque crudelissimis quibusque sceleribus occasionem praebere. Haec enim est vera, naturalis & diuina matrimonii iustitia, vt vinculum eius perpetuo, dum coniuges non committunt adulterium & viuunt, constet. Is enim, inquit, qui fecit ab initio, masculinum & foeminam fecit eos: & dixit, Propterea deseret homo patrem & matrem, & adhaerebit vxori suae, & erunt duo in carne vnam: Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus conpulauit, homo non separet. Vides naturalem esse legem diuinitus ordinatam, vt coniuges, quamdiu sunt vna caro (hoc est, quamdiu non soluuntur adulterio vel morte) non separentur nec diuertant: quare cum haec lex, Non committas adulterium, sit lex naturae, perspicuum est, quod in ea non prohibeatur tantum externum adulterium, quod fit cum vxore alterius nondum repudiata, sed prohibeatur etiam, ne quis etiam suam vxorem, nisi adulterij causa, repudiet, neque repudiatam in vxorem ducat. Haec tenent Brentius. Ex quibus verbis manifestum est, quod ipse & alii sectarii in omnibus comprobant articulum de omnimoda indissolubilitate matrimonii, excepta causa adulterij, de qua circa articulum sequentem dicemus. Et clarissime eam probant ex naturali iustitia & diuina ordinatione. Viderunt enim errorem Bucerii in matrimonium impium esse, ac contra naturalem iustitiam, Dei que in paradyso institutione. Atque propterea docent ob solam causam adulterij ipsum solui, vt aliud contrahere liceat. Clarissima enim esse hanc Domini Saluatoris sententiam aduerterunt, Omnis qui dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, moechatur: & Omnis qui dimissam duxerit, moechatur. Adulterij autem exceptionem colligunt ex apostolo Mattheo, sed quod non rectè, declarabimus articulo sequente.

Cap. 5.

Hinc satis patet apud pios nihil loci esse diuortio, cum & maritus vxorem tanquam carnem suam diligat, & vxor vt caput suum maritum obseruet, vt neque ille velit, neque haec mereatur repudium. At ubi impij sunt, vt aequa est hodie cordium eorum duritia, ita non minus miseris vxoribus per magistratum oportebat consuli, quam olim. Neque enim minor quam Moyses potestate, hac quidem in re vsingitur magistratus quilibet.

Bucerus.

Hanc Moysi permissionem Saluator interpretatur de sola causa fornicationis esse intelligendam: vel si generalius Moyses permisit, Christus reduxit, & reuocauit ad rectam legis naturae regulam, primaeuamque institutionem, dum ait: Dicitum est autem, Quicumque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudii: Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem, excepta causa fornicationis, facit eam moechari: & qui dimissam duxerit, adulterat, dato etiam libello repudii. Quamuis igitur licuisset ex alia quam fornicationis causa vxorem dimittere, & dimissam alteri nubere, ob Christi tamen dispositionem, qua ad naturalem iustitiam reuocat matrimonium, illicitum est, & moechatur tam ipsa dimissa, quam ipse qui eam ducit. At secundum Bucerum, sed contra Christi interpretationem, quicumque ob cordis duritiam nolit se commo- dum exhibere maritum, dato libello dimittere vxorem, & priori contractu per magistratum rescisso, alteram ducere licebit, & patrocinabitur ei sua malitia, vt dimissa ea quam habet, ducat secundam, ducat & tertiam, imò quorocumque velit: & legitimum verumque constabit matrimonium cum posteriori. Nec solum hoc permittit marito, sed & mulieri, si non commodam velit se exhibere vxorem: Quis hanc absurdissimam insaniam, qua ius naturae violatur, non detestetur? Non consulendum est vxoribus miseris contra dominum eiusque mandatum, qui gene-

Responsio. Math. 5.

Math. 5.
Hebr. 3.

generaliter ait, Qui dimissam duxerit adulterat: quod fieri nequit, nisi & ipsa sit adultera. Moyses fidelis erat in tota domo Dei, tanquam famulus in testimonium eorum quæ dicenda erant, nec tulit leges aut iudicia, nisi ex Dei præscripto & consilio, & quia utraq; in eo erat potestas, spiritualis scilicet & politica. Erat enim iudex, & dux populi Dei, cui Iosue successit, erat & sacerdos. Nam Moyses, inquit propheta, & Samuel in sacerdotibus eius. Minore igitur potestate hac etiam in re fungitur magistratus, quam Moyses. Est præterea matrimonium nunc sacramentum: Sacramentorum autem & mysteriorum cognitionem non habet potestas secularis: potest tamen & Ecclesiastica & secularis potestas intendendo communi utilitati, statuere & ordinare, ex quibus per occasionem quorundam foueantur peccata, modò hoc conducatur ad pacificum subditorum conuictum, vt docet Sanctiss. Adrianus sextus.

Quæst. quoniam
6. artic. 3.
Bucerus.

Utrumque enim propter duritiam cordium malorum lex repudiata fuit Iudeis, statuta tamen hæc tenens existit, quod ea periculis alius gratius vixoribus subueniebatur, quare cum gratia Dei ea hodie & magistratus & possit & deberet vti.

Responsio.
Math. 5.

Manifestè reclamatione Christus, dictum est inquit, Quicumque dimiserit uxorem suam, &c. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem excepta fornicationis causa, &c.

Bucerus.

Neque ed peccaret contra hoc Christi dictum, Quos Deus coniunxit, homo ne separet, quod non ipse, sed Deus per dictam legem istos separet. Ad hæc istud, Homo ne separet, contra repudiam eius iustas uxores dicitur, non magistratum, qui non tam separet quam animo iam separatam grauiori periculo eximit.

Responsio.

Quòd non Deus coniugium per lege diuortii separet, respondet & declarat ipse Christus. Nam eum interrogabant Pharisei, Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque, ex causa? quibus respondet hoc non licere, ed quòd esset contra Deum institutum, Moysen autem permisisse vt uxores dimitterent ob cordis Iudeorum duritiam. Quæ Christi responsio locum non haberet, si per legem diuortii Deus separet quod prius coniunxerat. Et animo separatam coniugem & vxorè grauiori periculo eximere debet magistratus legum suarum seueritate, sed non matrimonii solutione, quod Christus voluit, & initio Deus instituit, vt esset perpetuò insolubile.

Bucerus.

Certe magistratus est curare, vt commodè & tranquille viuatur. Si iam aliquorum obstat cordis duritia, quo minus coniungatis in matrimonio id liceat, non debet indignum se ducere vti remedijs quæ Deus ipse instituit.

Responsio.

Magistratus Christianus ob politia & populi diuersitatem, vti non potest remedijs quibus Dei famulus vsus est Moyses, eademq; permittere, quæ ille ob cordis Iudeorum duritiam permisit: Et si permittere cogitur, ne contingant deteriora, non excusantur qui contra Domini sui præceptum, remedijs istis istaq; permissione vtuntur, coniuge superstitite secundas nuptias contrahendo.

Bucerus.

Neque credendum est quòd Christus quicquam damnarit eorum quæ pater præcepit. Tam duris corde ille præcepit si nolent mariti æquitate uxores tractare, vt libertatem illis facerent libello repudiij nubedi alijs: quamquam istam illorum cordis duritiam nunquam non damnauerit, qui ante omnia semper exigit dilectionem mutuanam.

Responsio.

Præcepit Deus Abraham & populo Israel circumcisionem, præcepit agnum paschalem decima quarta luna ad vesperam immolari, ac varia sacrificia, agnos & vitulos offerri. An non Christus hæc omnia damnauit, quæ pater aliquando præcepit? Clamat Apost. Paulus, Nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Nolo, inquit Deus, holocaustomata, abominatio sunt mihi. Et si illud prius testamentum culpa vacasset, non vtiq; secundus locus inquireret. Vituperans enim eis dicit, &c. Et ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem nolui, holocaustomata & pro peccato non tibi placuerit. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Cum essemus paruuli, inquit Paulus, sub elementis mundi huius eramus seruientes. De quibus multa disserit B. August. in epistola ad Volusianum. Dimittere autem uxorem qualibet ex causa ob quam marito displicet, manifestè per Christum prohibitum est. Et si legem repudiij Mosaiici in casu implacabilis odii Dominus non reuo cauerit, damnauit tamen secundas nuptias vxoris dimissa qualibet ex causa, item & ob solum mariti aduersus eam odium: ac vniuersaliter extra casum fornicationis, in quo, vt diximus, aduersarii nobiscum sentiunt, & docent contra Mart. Bucerum, non solum matrimonium extra causam fornicationis.

Bucerus.

Cum itaque in duris cor de separatio in potiore parte facta est, simulatque odire & execrari uxores ceperunt, nempe in corde magistratus eximens odio & sententia mariti mali uxorem innocentem, permittens illi

illi diuortium, non solum separet à Deo coniunctos, sed animo iam repudiatam & separatam seruat à periculo grauiori, conceditq; vt verè imagatur cui Dominus iunctam voluit. Interim autem adulterij reus est qui animo suo illam ob duritiam cordis sui abiecit.

Quamuis officium magistratus sit seruare à grauiori periculo per disciplinae coercionem, non tamen vxori concedere potest, vt contra expressam domini sui prohibitionem alteri nubat, nec viro vt dimissam ducens non admittat adulterium.

Hinc nequaquam aduersatur quod postea Dominus inquit, Et qui repudiatam duxerit, adulterij com mittitur. Nam non nisi de eo qui in fraudem prioris matrimonij repudiatam duxerit, hoc intelligendum est. Etenim si ob alias quam suprum causas dissidium inter coniuges oriatur, vt vel ablegat vxorè maritus, vel dimittat vxor, debent omnia tentari, quo reconciliantur. Et hac quidem causa Paulus inuictam manere vult vxorem quæ à viro discesserit, indubie non repulsam ex legitima causa.

Verba Saluatoris manifestè reluctantur, nec se ad hanc restrictionem detorquent si nunt. Nam in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum, vt referi Marcus Euangelista, quibus ait, Quicumque, inquit, dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam, & si vxor dimiserit virum suum, & alii nuperit, moechatur. Non aliquis, inquit B. Augustinus, qui vxorem suam dimiserit, & aliam duxerit, adulterium committit, & aliquis qui dimiserit, & aliam duxerit, adulterium non committit: sed quicumque, ait Saluator, dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. De quo latius articulo sequente.

Hic aduersus Martinum Bucerum extendere ad vxorem ea quæ antè dixit de marito, videlicet, Si nolit se commodam exhibere vxorem, vel odio ac displicentia mariti diuer tit ab eo, sine causa fornicationis, si placari nequeat, quòd tum solui poterit matrimonium per magistratum, vt alteri nubat secundo & tertio marito, quoribus libuerit. Discimus hic à Bucerò, verum esse quod docet Tertullianus, non esse ex scripturis disputandum cū hæreticis. Nihil, inquit, proficies congressu scripturarum, quas adiectionibus & detracta tionibus ad dispositionem instituti sui interuertunt, & diuersas expositiones commenti eas peruertunt.

Cum Dominus marem & feminam condiderit hominem, neque seorsim virum, seorsim mulierem vi nere voluerit, sed dixerit, Non est bonum homini esse soli, ex quo Paulus statuit vnumquemq; debere suæ vxorem, & manumque suam maritum habere propter vitandam fornicationem, nemo pius inficiari potest, quin semper Deo gratum, & nunquam peccatum habeatur, vt quilibet suam, & quilibet habeat suam. Si ergo qui aut quæ existat cui nullus sit coniunx, coniugem illi concedere oportet. Si quidem effici possit, vt quisque eam quam semel duxit, retineat, aut si facta discessio sit recipiat, & quilibet ei, cui primum nupsit, adhaereat, aut factò dissidio ad ipsam redeat, commendabilis est, debentq; ad id conari pij. Si autem alterius obtulerit cordis duritiam, & obstinato animo reconciliationem nolit admittere, non poterit ob id iniungi verbum Domini, vniquisq; suam, & vnaqueque habeat suam.

Prodit Bucerus hic fontem ex quo proficiscitur impura, impia & Epicurea hæc doctrina, nempe ex schola Epicuri voluptatum corporis magistri. Damnatur enim cælibatum & virginitatem, docens Paulum statuere, vnumquemque debere suam vxorem, & vnamquamque suum maritum habere: cum circumstantia huius scripturæ apud Apostolum Paulum (sicut demonstrat B. Hieronymus) requiratur, vt intelligatur de coniugibus, de quibus dicit, Bonum est homini mulierem non tangere, propter fornicationem tamè eam tangat & vtatur, atque ita secundum vsum habeat: non autem de vxore ducenda. Nam vertit Erasmus, Bonum est homini vxorem non tangere. Et Paulus, Dico autè, inquit, non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanferint, sicut & ego. Item, De virginitate præceptum Domini non habeo, consilium autem do, &c. Et de vidua, Beatorum inquit, erit, si sic permanferint secundum meum consilium. Apertissime igitur peruertit Bucerus sententiam Apostoli Pauli, contra ipsa eius verba & mentem quam eodem capite clarè explicat. Peruertit & sententiam Domini quam citat ex Genesi, Non est bonum homini esse soli, quasi ibi præcipiatur habere vxorem, cum teste Apostolo Paulo, Bonum est homini mulierem non tangere. Verus autem & germanus illius dicti sensus est, Non est vtile, non conducit ad propositum nostrum hominem esse solū, vt interpretatur Rupertus Abbas Tuitien. Proposuius enim, inquit, præscitos & prædestinatos de primo homine propagare, sanctos imagini ac similitudini nostræ conformes futuros: Ergo vt propositum istud impleatur, factiamus ei adiutorium simile sui, ad multiplicandam prædestinatam progeniem sanctorum.

Omnino itaque ei qui æquiorè causam habet, secundæ nuptiæ concedende sunt, neque admittit adulterium, qui repulsam duxerit, postquàm imperari reconciliatio nequinerit. Non enim ducit eam in fraudem

Responsio.

Responsio.

Cap. 10.

Lib. de præ-
scriptionibus
hereticorum.

Bucerus.

1. Cor. 7.

Responsio.

1. Cor. 7.

Lib. 27. in Ge-
nesim, cap. 32.

prioris connubij, sed suscipit derelictam. Certum est Christum nulli necessarius atque laudatus divinitus nuptiis voluisse negare, quia stat firmam Dei verbum, Non est bonum homini esse soli. Lex denique charitatis quia omnia metienda & dispensanda sunt, qui seruat innocenti ob improbitatem alterius necessitate inungi peccati? Iam non est datum omnibus ut vivant celibes.

Responso. 1. Cor. 7.

Firmissimum stat Dei verbum, Bonum est homini mulierem non tangere. Item, De virginibus præceptum Domini non habeo. Et, Qui potest capere capiat. Et si maritus multo tempore vel vita tota captivus detineatur, vel impotens factus sit ad reddendum vxori debitum, an necessitas peccati ei iniiciatur, si non alteri viro nubat, priore adhuc vivente? De eo prolixius articulo sequente, & articulo ultimo, vbi agetur de voto ca-

stitatis. Alia multa absurda in suis commentariis docet Martinus Bucerus, vt quòd non minus matrimonium contrahitur per verba de futuro, quam per verba de presenti, imò quòd per solam copulam carnalem, in qua fiunt vna caro, firmum est matrimonium, item quòd expediret ordinatum esse per magistratus, vt pacta nuptialia vsque ad copulam coniuges sibi mutuo remittere possint.

Sed hæc præterimus tanquam proposito nostro impertinentia.

Finis Articuli Decimi octavi.

Articulus Decimus Nonus.

Nunquam licet Christiano post diuortium contrahere matrimonium, vivente eo cum quo prius legitime contraxerat.



ARTICVLVS iste præsupponit, quòd aliqua ex causa liceat vxorem dimittere, id quòd manifestum est licere ob eius fornicationem. Ait enim Saluator, Ego autè dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœcham: & plurimorum sanctorum sententia, maritus vxorẽ fornicantem dimittere obligatur. Sicut, inquit Chrysostr. crudelis & iniquus est, qui castam dimittit: sic factus est & iniustus, qui retinet meretricẽ. Patronus enim

turpitudinis eius est, qui celat crimen vxoris. Et B. Hieronymus, Cùm mulier vnam carnem in aliam diuiderit, & se fornicatione à marito separauerit, nõ debet teneri, ne virum quoq; sub maledictio faciat, dicente scriptura, Qui tenet adulteram stultus est & insipies. Quæ Magister in Sententiis intelligenda esse dicit, de illa quæ ab adulterio recedere noluit. Nam secundum sententiam B. Augustini, non erit turpis nec difficilis etiam post patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugii, vbi per clauis regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. De quo etiã latè tractat Gratianus. Et verisimile est quòd non ex euangelio solum, sed & ex iuris naturæ concessione est hæc facultas fornicariam dimittendi, iuxta responsionem Innocentii 3. ad Archiepiscopum Genuensem. Quemadmodum, inquit, si vir mulieri iurasset, quando contraxit cum illa, quòd eam semper pro legitima vxore teneret, pro fornicatione quam mulier antea cõmississet, non posset eam dimittere, sed pro fornicatione quam postea perpetraret, eam dimittere posset, nõ obstante huiusmodi iuramento, quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio, si videlicet illa in legem coniugii non peccaret, &c. quæ sequuntur. Et alio loco, Iuramentum quod Ioannes se asserit præstitisse, si de assensu factum est vtriusque, eum non ligat qui præstitit, dum ille cui præstitum fuerit, seruare negligit quod promisit. Non enim fides seruanda est ei, qui fidem non seruat. Quorundam tamen est opinio, quòd ex sola iuris naturæ dispositione, nisi simul adesset Christi ordinatio, non liceret vxorem dimittere, eò quòd hic nõ fit reciproca fidei promissio ob solam promittentium vtilitatem, sed ob procreationem & bonam proles. Nec in matrimonio fit sola promissio, sed mutua corporum potestatis veta donatio & translatio. Et tempore legis vxori licuisset dimittere virum, sicut eccltario vir dabat libellum repudiij vxori, si ex solo iure naturæ esset par facultas ob adulteriũ in cõiugibus: Quãuis dici posset, quòd mulieri hæc facultas competebar, sed ex lege nõ dabatur actio ex hoc iure aduersus maritum. Vt cõg; aut istud se habere, indubitatum est quòd ob fornicationem liceat viro vxorem dimittere, nec solũ nunc tempore Euãgelij vir vxorẽ, sed

Matth. 5.

Homil. 32. in Matth. in opere imperfecto.

In comment. Matth. ca. 19 dist. 35 lib. 4. Proverb. 18. de adulterio coniugis lib. 2 cap. 9. 32. q. 1. cap. si cui crudelis. Et quemadmodum de inveniando.

Cap. sicul.

sed & vxor virum adulterantem dimittere potest. Eadem namque sermonis forma loquitur Dominus apud Marcum, Quicumq; dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam: Et si vxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur. Et Apostolus Paulus, His qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Nam cõ recedere, inquit Augustinus, & manere innupta, nisi ab adultero viro non debeat, ne recedendo ab eo qui adulter non est, faciat eum mœcham, reconciliari autem viro, vel tolerando, si se ipsa continere non potest, vel correcta forsitan iuste potest. Quomodo autem viro possit esse licentia ducendæ alterius, si adulteram reliquerit, cùm mulieri non sit nubendi alteri, si adulterum reliquerit, non video. Cùm ergo mulier dimisso viro innupta manere possit, necessarium est quòd secundum legem Euãgelij ob fornicationem virum dimittere potest. Pari igitur forma, ait idem Augustinus, & vir alligatus est, quamdiu mulier eius in corpore est: vnde si vult dimittere adulteram, non ducat alteram, ne quod in illa culpata, ipse committat. Similiter & mulier si dimittit, non sibi copulet alterum. Item B. Hieronymus, Præcipit Dominus, inquit, vxorem non debere dimitti, excepta causa fornicationis: & si dimissa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris iubetur, hoc consequenter redundat in foeminas. Neque enim adultera vxor dimittenda est, & vir mœchus tenendus. Si qui meretrici iungitur, vnum corpus facit, ergo & quæ scortatori impuroque sociatur, vnum cum eo corpus efficitur. Aliæ sunt leges Casarum, aliæ Christi: Aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit: apud illos impudicitia frena laxantur, & solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur, quasi culpam dignitas faciat, non voluntas: apud nos quod non licet foeminis, æquè non licet viris, & eadem fertur pari conditione censetur. Latè istud prosequitur Augustinus libro de adulterinis coniug. Cui, inquit, dixisti Apostole, Quòd si discesserit, manere innuptam: licet ne discedere, an non licet? Si omnino non licet, cur præcipis discedenti, vt maneat innupta? Si autem licet, profectò est aliqua causa qua licet, hæc autem inquisita, non inuenitur nisi fornicatio: Quis est qui dicat, si discesserit mulier à viro non fornicare, innupta permaneat, cùm ei nisi à viro fornicante discedere omnino non liceat. Et B. Chrysostr. Multis, inquit, in locis magnam scriptura tribuit prærogatiuam viro super mulierem: hoc autem loco, Vxori vir debetur reddat, &c. neq; maius, neq; minus est, sed vna potestas, magna hic paritas, & prærogatiua nulla. Magister Sentent. & Doctores scholastici hanc paritatem prolixè docent, & prosequuntur, & similiter in decretis Gratianus.

Vxor virum adulterantem dimittere potest. Cap. 10.

Ca. 2. de adul. te. cõiug. ca. 5

In epitaphio Fabiole ad Oceanum.

Lib. 2. c. 8. & li. 1. ca. 23. & 4. & 8.

Hom. 19. 1. & pist. ad Cor.

Lib. 4. dist. 35. & 32. quasi 5.

HOC igitur supposito tanquam apud omnes indubitato, quòd secundum Euangelium ob fornicationem dimittere quis potest vxorem, dicit Articulus, quòd post diuortium siue fornicationem, nullo casu liceat Christiano aliud matrimonium contrahere, vivente vxore, cum qua ante legitime contraxerat, nec vxori Christianæ vivente priori marito: imo nec Ethnicò licet post diuortium, quamcumque ob causam etiam fornicationis celebratum, viuento coniuge dimisso, aliud inire matrimonium, quòd si contrahatur, inualidum est & irritum. Intelliguntur autem semper excepti casus professionis in religione, & conuersionis hominis infidelis ad fidem. De quibus diximus articulo præcedente: quamuis non propriè habeat ibi locum diuortium. Quando verò sponsa relinquatur ob fornicationem à sponso religionem profitente, an ipsa in seculo manens alteri viro nubere possit, sicut infideli ad fidem conuerso, relicta vxore propter adulterium, nolente tamen cohabitare, ista alteri viro nubere potest, omnino certum non est, & pendere videtur à voluntate profitentis.

SEQUITUR hic articulus ex præcedente: nam cùm matrimonium consummatum inter Christianos, imò & inter Ethnicos, sed & non consummatum sit iuxta præcedentem articulum indissolubile, exceptis duobus casibus, vinculum fœderis sit iuxta præcedentem articulum etiam cum adultero coniuge, atque etiam infideli, & ideo neuter sui corporis habere potestatem, nec in alium eam transferre potest. Non igitur licet nouum contrahere matrimonium, neque validum est si conantur. Hanc doctrinam apertè tradit Apostolus, Quæ sub viro est mulier, inquit, viuento viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri: Igitur viuetis viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autè mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Vbi beatus Ambrosius: Hæc lex, inquit, de Euangelio est, non ex Moysè, neque ex iustitia terrena. Item, Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege, cui autem vult, nubat, tantum in Domino: beatorum

Vxor virum adulterantem dimittere potest. Cap. 10.

Ca. 2. de adul. te. cõiug. ca. 5

In epitaphio Fabiole ad Oceanum.

Lib. 2. c. 8. & li. 1. ca. 23. & 4. & 8.

Hom. 19. 1. & pist. ad Cor.

Lib. 4. dist. 35. & 32. quasi 5.

Rom. 7.

Cor. 7.

autem erit, si sic permanferit secundum meum consilium. Cum autem Paulus Apostolus qui euangelium suum didicit non ab hominibus, sed per reuelationem Iesu Christi, Euangelicum Domini præceptum clarissimè explicet, quis illud in alio sensu interpretari audebit, maximè cum non obscura sint Domini verba, quæ domi interrogatus super sensu sermonis quem ad Phariseos habuerat respondit, Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur: Et si vxor dimiserit virum suum, & alium duxerit, mœchatur: Item apud Lucam: Omnis qui dimittit uxorem suam & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Qui ergo nos sumus vt dicamus inquit August. Est qui mœchatur, vxore sua dimissa, alteram ducens, & est qui hoc faciens non mœchatur, cum Euangelium dicat omnem mœchari qui hoc facit. Proinde si quicumque hoc fecerit, vt vxore sua dimissa alteram ducat, mœchatur, sine dubio ibi sunt ambo, & qui præter, & qui propter causam fornicationis dimittit vxorem, hoc est enim, quicumque dimiserit, hoc est, omnis qui dimittit. Quod & repetit cap. 22. ad eundem. Hinc idem tractans verba Apost. ad Roman. 7. Quæ sub viro est mulier, &c. Hæc verba Apostoli, inquit, toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viua sunt, sana sunt, plana sunt, nullius viri posterioris mulier esse incipit, nisi prioris esse desierit: esse autem prioris desinet, si moriatur vir eius, non si fornicetur. Licet itaque dimittitur coniunx ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod sit reus adulterii, qui dimissam duxerit etiam ob causam fornicationis. Quem sensum verborum Christi & Apostoli concorditer explicant & sequuntur à temporibus Apostolorum doctores Ecclesiastici, sacri Canones, & Ecclesiæ Concilia generalia. Et quomuis propter verba B. Matthæi, quæ exceptionem fornicationis facere videntur, dum ait: Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit: obscura aliquando & perplexa quibusdam visa fuerit hæc questio, quemadmodum fateatur Augustinus, semper tamen præualuit sententia, quod mœchatur qui aliam duxerit, & qui duxerit dimissam. Dicit enim de bono coniugali, quod scriptura sacra de hac re facit nodum difficilem: & alibi dicit in diuinis scripturis obscuram esse quæstionem, an adulter sit, qui dimissa adultera, aliam duxerit: Vt arbitror, inquit, venialiter ibi quisq; fallitur: & videtur dubitare, an sit ad baptismum admittendus, qui priore vxore fornicaria viuente, non abiecit secundam quam superinduxit. Ac lib. 1. ad Pollentium, dicit quæstionem istam esse perplexissimam & obscurissimam, nec audeat profiteri quod omnes eius sinus explicuerit. Et Origenes, Scio, inquit, quosdam qui præfunt Ecclesiæ, extra scripturam permississe aliquam nubere, viuente viro, & contra scripturam quidem fecerunt: mulier ligata est quanto tempore viuunt vir eius. Item, Viuente viro adultera vocabitur, si facta fuerit alteri viro. Quæ enim ratione adultera est mulier, quamuis legitime nubere videatur viro viuente, eadem ratione & vir, quauis legitime accipere videatur dimissam ab aliquo viro, non accipit legitime secundum sententiam Christi, sed magis mœchatur quasi alienam accipiens. Hæc, vt diximus, sententiam diligenter excusam ab Augustino in libris posterioribus quos scripsit ad Pollentium, qui contrariæ fuit opinionis, concorditer sequuntur orthodoxi & Ecclesiastici doctores, & tanquam doctrinam indubitatam, certam, & in Ecclesiâ Christi vsitatam palam tradunt. Nam ait B. Augustinus, Hæc verba Apostoli toties repetita, toties inculcata vera sunt, viua sunt, sana sunt, plana sunt. Et B. Hieronymus in epigrapho Fabiolæ quæ reliquerat virum suum, & alteri eo viuente nupsit, propterea quod variis vitiis esset obnoxius: Tanta, inquit, prior maritus vitia habuisse narratur, vt ne scortum quidem & vile mancipium ea sustinere posset: Hanc quam laudandam susceperat, excusare non potest, nisi per ignorantiam vigoris euangelici. Igitur, inquit, & Fabiola quia persuaserat sibi, & putabat à se virum iure dimissum, nec Euangelii vigorem noverat, in quo nubendi vniuersa causatio viuenticibus viris foeminis amputatur, dum multa diaboli vitæ vulnera, vnum incauta vulnus accepit. Sed quid in abolitis & antiquis moror, quærens excusare culpam, cuius poenitentiam ipsa confessâ est, & hanc publicam, mortuo secundo eius marito saccum induens, vt errorem publicè fateretur. Idem interrogatus, vtrum mulier relicto viro adultero & Zodomita, & alio per vim accepto, possit absque poenitentia communicare Ecclesiæ, eo adhuc viuente quem prius reliquerat. Respondet, Non nostra, sed Apostoli sententia est. An ignoratis fratres quoniam lex dominatur homini quanto tempore viuunt? Mulier enim quæ sub viro est, viuente viro astricta est legi: Quod si mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri: Ergo viuente viro adultera erit, si duxerit alterum virum. Et alio loco, Mulier alligata est, quanto tempore viuunt vir eius: Si autem dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat tantum in domino. Omnes

Mar. 10. Cap. 16. Lib. 1. ad Pollentium ca. 9

Lib. 2. ad Pollentium.

Cap. 6.

Cap. 7.

De side & o. per. cap. 16. In fine ca. 25.

Homil. 7. in Matth.

Rom. 7.

Ad Octauum

In episto. ad Amanandum.

Omnes igitur causationes Apost. amputans apertissimè definiuit, viuente viro adulteram esse mulierem, si alteri nupsit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris peruersitatem, patris auctoritatem, propinquorū cateruam, seruorū insidias atq; contemptum, damna rei familiaris: quamdiu viuunt vir, licet adulter sit, licet Zodomita, licet flagitiis omnibus coopertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec Apostolus hæc propria auctoritate decernit, sed Christo in se loquente, Christi verba sequutus est, qui ait in Euangelio, Qui dimittit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulter est. Animaduerte, inquit, quid dicat, Qui dimissam acceperit, adulter est: siue ipsa dimiserit virum, siue à viro dimissa sit, adulter est qui eam accepit. Vnde & Apostoli graue coniugii sarcinā intelligentes, Si ita est, inquit, nō expedit homini vxorem accipere. Et in Coment. Matth. Quia poterat, ait, accidere, vel aliquis calumniā faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimē impingeret, sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt secundam prima viuente non habeat. Item Chrylost. Ille quidem, inquit, si alteram duxerit, se constituit criminis reum, qui adulteram fecit ex coniuge: hic verò accipiendo alienam, adulter effectus est. Nequaquam mihi referas, quia illam alter ciecit. Nam expulsa quoque vxor esse eius qui eam expulit perseuerat. Et citauimus Origenem, iudicare Episcopos contra scripturam fecisse, qui post repudium aliquam nubere permittebant viro priore viuente. Atque Tertullianus Ecclesiæ doctor antiquissimus dicit dominum conditionaliter, scilicet ne alia vxor ducatur, permississe diuortiu. Ex quibus manifestum est verum non esse quod Ambrosius Catharinus agnosceus doctores ecclesiasticos in hac sententia esse concordēs, dicit eos secutos esse B. Augustinū, ex annotationibus Erasmi seduētus, qui Erasmi, videlicet nostro hoc seculo primus hic scrupulum mouit, & argumentis probabilibus persuadere conatus est, quod innocenti, dimissa adultera, secundam ducere licet: Quam eius doctrinam, in qua tamen ipse se sedis Apostolicæ iudicio submitit, Martinus Lutherus, & vniuersi nostræ repestatis hæretici tanquam certam sententiam amplectuntur, ita vt Cardinal. Caietanus theologus multum exercitatus, eandem sequi videatur. Manifestum est, inquam, verum non esse quod doctores veteres secuti sunt B. Augustinus, & ab illo hanc sententiam cepisse habere vires. Certè ipse Augustinus eam validissimis scripturis in libro ad Pollentium confirmauit, sed ante eum eandem docuerunt B. Hieronymus, Origenes, imò & Enarristus Papa, & Clemens Alexandrinus, quos citat R. P. Alfonso de Castro. Itē Innocentius primus super hac quæstione interrogatus. De his, inquit, requisit dilectio tua, qui interueniente repudio alii se matrimonio copularunt, quos in vtraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel vxore viuente, quamuis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neq; possunt adulteri non videri, in tantū vt etiā hæc personæ quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commississe videantur secundum illud quod legimus in Euangelio, Qui dimiserit uxorem suam & duxerit aliam, mœchatur. Similiter Innocentius tertius: item & Alexander tertius clarissimè hanc sententiam definiuit. Quia nemini, inquit, licet vxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere, & tunc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa viuente continere, mandamus, quatenus eidem vt superinducta dimissa, ad vxorem suam redeat, & eam maritali affectione petratet, monitione præmissa, per Ecclesiasticam censuram cogatis. Est & apertissima definitio Concilii Mileuitani, quod confirmauit Innocentius primus. Placuit, inquit, vt secundum Euangelicam & Apostolicam disciplinam, neq; dimissus ab vxore, neque dimissa à marito, alteri coniungatur, sed ita maneant, aut sibi met reconcilientur: quod si contempserint ad poenitentiam redigantur: in qua causa legem imperialem petendam promulgari: qui canon confirmatus est eodem prorsus ordine in Concilio Africano. Est & canon Apostolorū 48. Et in ecumenico Conc. Florent. his verbis definitur, Assignatur autē triplex bonū matrimonii, primū est proles suscipienda & educanda ad cultum Dei, secundum est fides quā vnus coniugum alteri seruare debet, tertiu indiuisibilitas matrimonii, propter hoc quod significat indiuisibile coniunctionē Christi & Ecclesiæ, quamuis autem ex causa fornicationis liceat thori separationē facere, nō tamen aliud matrimoniu contrahere fas est, cū matrimoniu legitime contractum, perpetuū sit. Cū igitur de toto isto articulo concurs sit patrum sententia, item & definitio sedis Apostolicæ atque vniuersalis Ecclesiæ Concilii certa determinatis, firma & certa fide suscipiendus est, ac hæreticus censendus, qui super istis informatus aliter sentit vel docet. Mirandum itaq; est Erasimum, Cardinal. Caietanum & Ambrosium Catharinum,

Cap. 19.

Homil. 17. in per Matth.

aduersus Marcionē lib. 4.

In annotatiōe. circa. 7. c. x. epi. ad Cor.

In principio epi. 2.

Li. 2. Stromatum.

Epist. ad Exuperium Tholos. Epist. c. 6.

Cap. Gaudemus de diuor.

Cap. Ex parte de sponsal. et matrimoniu.

Cap. 7.

Cap. 69.

qui tamen se in omnibus subijciunt iudicio Ecclesie, sententia contraria tantopere fauere, vt vel ad minimum de ea dubitare videantur, cum ignorare non poterint has sedis Apostolicæ & Conciliorum definitiones. Quis hæreticorum libros securè legere poterit, quando columna iste, Caietanus videlicet & Catharinus, ex disputatione Erasmi in annotationibus, & hæreticorum librorum lectione, in clarissima hac veritatis luce vacillare cœperunt, imò & in errorem sunt lapsi? Quando autem hæc dimissio fieri potest sine iudicio Ecclesie, & quatenus est necessarium, tractant doctores scholastici distict. 25. lib. 4. Sentent.

EX dictis etiam manifestum est, quale sit diuortium aut repudium Euangelicū ex causa fornicationis concessum, quod scilicet solum est separatio quoad thorum, cohabitacionem, & mutuam seruitutem domesticam, vinculo fœderis coniugalis manente: propter quod neuter coniugum post separationem etiam iudicio Ecclesie factam, aliud coniugium inire potest. Tale namque esse istud repudium clarissimè testatur Dominus Saluator quando dicit. Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur. Itē Apostolus Paulus, His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere inuuptam, aut viro suo reconciliari: intelligit autem Apostolus si discesserit ea de causa qua discedere licitum est, hoc est, ob fornicationem. Nam si discesserit sine causa, non relinquitur arbitrio eius manere inuuptam, vel viro suo reconciliari, sed necessarium est ad eum reuerti, & in eius gratiam redire. Et de Fabiola dicit B. Hieron. quòd ignara vigoris Euangelici, dimisso viro adultero alteri nupsit: Item Tertullianus dicit Dominum conditionaliter diuortium permisisse, hac videlicet conditione, ne alia vxor ducatur. Peruersam igitur & erroneam doctrinā tradunt qui dicunt diuortium, quòd modò in Ecclesia celebratur, ignotum fuisse maioribus nostris, cum Ecclesia Christi catholica nullum aliud repudium vnquam agnouerit, quemadmodum ex his quæ hæcenus diximus, cuius ad oculum patet. Sed obiicit Erasmus, (quæ Bucerus & scholæ hæreticorum huius nostri temporis sequuntur) Pharisei quibus respondebatur Dominus, non aliud nouerunt diuortium, nisi quòd adimeret ius repetendi dimissam, & faceret facultatem nubendi alteri viro. Sed errabant in hac parte Pharisei circa legis præceptum, de scribendo libello repudii, & dimittendo vxorem, eorumque erroris in Euangelis corrigi Saluator, docens quòd erat tantū permissio ob duriciem cordis Iudeorum: & interpretatus est legem repudii, quòd intelligeretur existente causa fornicationis. Problematicè disputatur apud doctores, an soluebatur tempore legis vinculum fœderis coniugalis in repudio, quòd fiebat ex causa fornicationis: sed vt cuncte hoc se habeat, Christus nouum diuortii genus in Euangelis docet, & vetus irritat. Ab initio, inquit, non fuit sic. Multa noua & Phariseis inaudita docebat Christus, qui etiam dixit se noua facere omnia: tunc primum audierunt. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo: tunc primum audiebant. Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prebe illi & alteram: primum tunc audiebant. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui odertunt vos. Nihil ad perfectum adduxit Moyses, Christi enim erat officium, vt euangelicam atque perfectam traderet iustitiam, Pharisaicam autem aboleret. Iudaica namque & ethnica diuortia, post quæ admitterentur noua coniugia, quando in Ecclesia tentata sunt, nunquam obrinuerunt, sed vel prohibita sunt, vel docta esse illicita, vt satis patet ex Origene de permissioe quorundam episcoporum, ex Hieronymo de Fabiola, & Augustino de Pollentio: quamuis Origenes excusare videatur episcopos. Quod forsitan, inquit, propter infirmitatem hominum huiusmodi inconuenientium, peiorum comparatione, quæ mala sunt admiserunt aduersus ea quæ fuerunt scripta. Quemadmodum Gregorius secundus scribit Bonifacio Episcopo. Quod proposuisti, si mulier infirmitate correpta, non valuerit viro debitum reddere, quid eius faciet coniugalis, bonum esset si sic permaneret, & abstinentiæ vacaret: sed quia hoc magnorum est, ille qui se non poterit continere, nubat magis, non tamen ei subsidii opem subtrahat. Nam vt dicit Antonius in vita Gregorii secundi istud permisit Germanis, tunc primum ad fidem conuersis, ex prædicatione Bonifacii episcopi, quæ ad eorum conuersionem miserat: quamuis Gratianus dicat quòd hoc aduersatur sacris canonibus, & euangelicæ atque Apostolicæ doctrinæ.

Obcuritate in hac veritatis luce facere videntur verba Domini Saluatoris apud Matthæum, Dico autem vobis, quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Ex quibus propter exce-

Mari 10. Luca 16.

Aug. lib. 2. de adul. coniug. cap. 22.

In Epitaphio Fabiole ad Oceanum.

Erasmus in annota. circa cap. 7. epist. 1 ad Corinib.

Matth. 5.

Matth. 5.

32. qna. 7. ca. quod proposuisti.

exceptione sequi videtur, quòd qui dimiserit ob fornicationem, & aliam duxerit, non mœchatur, nec is qui duxerit dimissam. Hæc enim exceptio multis fuit occasio erroris, qui eandem subinreligi volunt apud Marcum & Lucam, quando vniuersaliter loquuntur. Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam, item & in sententiis vxtoli Pauli.

Cui obiectioni responder B. Augustinus: Cur, inquit, interposuit Dominus causam fornicationis, & non potius generaliter ait, Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur: si & ille mœchus est qui dimissa fornicatè muliere altera ducit? Credo, inquit, quia illud quòd maius est, hoc Dominus commemorare voluit. Maius enim adulterium esse quis negat vxore non fornicante dimissa alteram ducere, quàm si fornicantem quisque dimiserit, & tunc alteram duxerit: non quia illud adulterium non est, sed quia minus est, vbi fornicante dimissa, altera ducitur. Nam simili locutione vsus etiam Apostolus Iacobus ait, Sciens ergo bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Nunquid ideo non peccatum est illi, qui nescit bonum facere, & ideo non facit? Vtique peccatum est, sed hoc gratius, si etiam sciat & non faciat, nec ideo illud nullum, quia minus. Vt ergo eodem modo vtrumque dicamus, sicut quicumque dimiserit vxorem, excepta fornicationis causa, & aliam duxerit, mœchatur: ita quicumque scit bonum, & non facit, peccat: sed quemadmodum hic rectè dici non potest: Ergo si nescit non peccat. Sunt enim etiam peccata ignorantium, quauis minora quàm scientium, ita nec illis rectè dici potest. Ergo si causa fornicationis dimiserit, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio etiam eorum qui alias ducunt, relictis propter fornicationem prioribus, sed vtiq; minor quàm eorum, qui non propter fornicationem dimittunt, & alteras ducunt. Et patet interiectis. Profectò inquit, quando de vno eorum legitur, non ita intelligere debemus, quasi ex hoc alter mœchus negatus sit, quòd alter expressus sit, sed si hoc Euangelista Matthæus, quia expressa vna specie, alteram tacuit, facit ad intelligendum difficile, nunquid non alij generalitèr id ipsum ita complexi sunt, vt de vtroque possit intelligi? Nam secundū Marcū sic scriptum est, Quicumque dimiserit vxorem suam, & altera duxerit, adulterium committit super eam: Et si vxor dimiserit virū suum, & alij nupsit, mœchatur. Secundū Lucam sic, Omnis qui dimittit vxorē suā, & altera ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Qui ergo nos sumus vt dicamus, Est qui mœchatur vxore sua dimissa, alteram ducens, & est qui hoc faciens non mœchatur, cūm Euangelium dicat omnem mœchari qui hoc facit. Vbi sine dubio comprehenditur ambo, & qui præter, & qui propter causam fornicationis vxorem dimittit. Hoc est enim, Quicumque dimiserit, hoc est, omnis qui dimittit. Ex quibus patet, quòd B. August. intelligit particulam, nisi ob fornicationem dici negatiuè, hoc est, Si non ex causa fornicationis (de qua iam non agimus) non exceptiuè. Dicit enim, Sicut dictum est, Sciens bonum, & non facienti, peccatum est illi: eodem modo & istud dici, Dimittenti vxorem sine causa fornicationis, & aliam ducenti, mœchatio est illi. Et rectè sic intelligit. Nā exceptiuè accipi non potest, vt faciat propositionem exceptiuam, (quomodo aduersarij intelligunt, vt sententiam suam erroneam stabiliant) cum inter partes subiecti includatur, & ideo nec ad copulam, nec ad prædicatū propositionis, vt ab eo exceptionem faciat referri aut extendi potest. Ait namque Saluator, Quicumque dimiserit vxorem suā, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Quis hic sensus haberi potest nisi iste, Quicumque dimiserit vxorem suam extra casum fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. An verò etiam mœchetur, qui causa fornicationis vxorem suam dimiserit & aliam duxerit, nihil hic expresse definitur. Et si diligenter expendamus totam Saluatoris responsionem ad quæstionē à Phariseis propositā, inueniemus eam ex generalibus procedere sententiis sine vlla exceptione aut restrictione. Nulla igitur opus erat in conclusione atque sententia Domini restrictione, spectando propositiones assumptas: & poterat generale pronuntiare sententiam apud Beatum Matthæum, qualem apud Marcum & Lucā expressit, nisi causam habuisset super casu fornicationis dissimulandi. Nam super eadē quæstione atque sua ad eam responsione domini interrogatus à discipulis, vniuersaliter sine exceptione dixit, Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Tunc enim libere, vt iliter, ac sine offensione integram veritatē docere poterat. Nam quia generalis erat Phariseorum interrogatio, si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? satis erat responderè, quòd non qualibet ex causa licitum erat. Et quia causa fornicationis specialem habebat difficultatem, ob quam solam in sermone quem in monte habuit, dixerat posse vxorem dimitri, ideo opus non erat, nec

li. 1. de adul. coniugib. ad Pollentium. cap. 9.

cap. 4.

cap. 10.

cap. 16.

Iacob. 4.

Matth. 19.

requirebat propofita quæftio, quid liceret in caufa fornicationis, quod tamen alio tempore & loco planè docuit & explicuit, fed ex hac fententia apud Euageliftam Marthæum apertè haberi non potefit. Nihil hic enim dicit de eo qui dimittit vxorem propter fornicationem, ob quam folum ipfam dimittere licet: quamuis ex præmiſſis ſententijs generali bus neceſſariò hoc fequatur. Quare B. Auguſt. Verba, inquit ad Pollètiũ, quæ ipſe poſuiſti, vnde tibi viſum eſt nõ mœchari eũ, qui propter cauſam fornicationis vxorẽ dimittit, & aliam ducit, obſcurè quidem poſita ſunt, vnde non miror in eis intelligendis laborare leſtorem: ſed quod minus intelligitur apud Marthæum, apud alios euageliſtas intelligi potefit. Quapropter cum legerimus in euangelio apud Marthæum Quicumque dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationem, vel hoc quod magis in Græco legitur, præter cauſam fornicationis, & aliam duxerit, nõ debemus continuo putare illũ nõ mœchari, qui propter cauſam fornicationis dimiſerit, & aliam duxerit, ſed adhuc ambigere donec euangelium ſecundum alios euageliſtas à quibus hoc narratũ eſt, cõſulamus. Quid ſi ſecundũ Marthæum, non quidem quod ad hanc rem pertinet dictũ eſt totum, ſed ita pars dicta eſt, vt intelligeretur à parte totum, quod tanquam explanãtes Marcus & Lucas vt clareretur plena ſententia, totum dicere maluerunt. Cum itaque primum nõ dubitantes verũ eſſe quod apud Marthæum legitur, Quicumque dimiſerit vxorem ſuã, præter cauſam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur, quæſerimus, vtrum tantum iſte mœchetur ducendo alteram vxorem, qui præter cauſam fornicationis priorem dimiſerit, an omnis qui dimiſſa vxore alteram duxerit, vt ibi ſit etiã ille qui fornicantem dimiſit. Nonne ſecundum Marcum reſpondebitur nobis, Quid quæritis, vtrum ille ſit mœchus, & ille non ſit? Quicumque dimiſerit vxorem ſuã, & aliam duxerit, adulterium committit. Nonne etiã ſecundum Lucam dicitur nobis, Quid ambigitis, virũ ille qui propter cauſam fornicationis vxorem dimiſerit, & aliam duxerit, non mœchetur? Omnis qui dimittit vxorem ſuã & ducit alteram mœchatur. Ac per hoc quoniã fas non eſt, vt euageliſtas, quamuis diuerſis verbis de vna re loquentes, ab vno ſenſu eadem quæ ſententia diſſentire dicamus: reſtat vt Marthæum intelligamus à parte totum ſignificare voluiſſe, eandem tamen tenuiſſe ſententiã, non vt dimittens vxorẽ & alterã ducens quidam mœchetur, id eſt, qui præter fornicationem dimiſit, quidam verò non mœchetur, id eſt, qui propter fornicationem dimiſit, ſed omnis qui dimittit vxorẽ ſuã, & ducit alteram, mœchari minimè dubitetur, Haec tenus Auguſtinus. Eſt autem cauſa cur apud Marthæum interiecta dicta exceptione, Dominus veluti ſtudjo obſcuram fecerit ſuã ſententiam. Nam Phariſæi inſidiabantur illi, ſperantes in verbis atque reſponſione eius ſe inuenturos, quod apud populum poſſent in eo calumniari, memores (vt videtur) eorum quæ in monte eadem de re antea docuerat, & aduerſus ea efficacem atque irrefragabilẽ ex verbis legis ſe putantes habere obiectionem & calumniã, id quod euageliſta nobis innuit, dicens, quod acceſſerunt ad eum tentantes ipſum. Hac igitur de cauſa nec apertis verbis damnauit Polygamiam, tam ante legem, quam ſub lege patribus viſitaram, nec iuſta de cauſa dimittendi vxorem, dicit non licere alteram ducere. Vtrumque enim expoſitum fuiſſet graui calumniã apud populum, vt quòd præſumeret, nouas ipſe leges condere, & Moſaicæ legis qualis ſecundum literam videbatur, arctare, ſiue reuocare potius licentiam: vtrumque tamen vt verbis illis ſuis efficaciter, quamuis paulò obſcurius ob inſidiatores illos innuit, ita diſcipulis ſuis de eodem iterum domi percũſtantibus, apertioribus verbis & liberius expreſſit, nec minus nobis per ſuum Apoſtolum. Non igitur Marci, Lucæ, & Pauli ſententiæ reſtringi debent ſecundum particulam, Niſi ob fornicationem, ſed intelligi vniuerſaliter, quæ totam explicant veritatem, cuius ſolum partem expreſſit Marthæus. Nec ex Euagelijs clarè conſtare, an mœchetur is, qui ob fornicationem vxorem dimittit & aliam ducit, cum particula illa non ſit exceptiua, ſed reſtrictiua duntaxat dimiſionis, ſecundum interpretationem Domini de libello repudiũ factam Marthæi quinto cap. cum dicitur: Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorẽ ſuã, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit, adulterat: extra quam cauſam non loquitur apud phariſæos Saluator, quamuis (vt diximus) ex ſua argumentatione & eius principijs vniuerſaliter præcipere poterat, & ſtatueret de omni dimittente vxorem, & aliam ducente. Quod clariffimè docet Apoſtulus Paulus, dum ait, His qui matrimonio iuncti ſunt præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere in nuptiam, aut viro ſuo reconciliari. Hic, inquit Auguſtinus, quæſtio tua eſt, vtrum Apoſtulus intelligatur eam prohibuiſſe nubere quæ ſine cauſa fornicationis diſceſſit à viro (Id enim tu ſentis) an ſicut

Li. 1. cap. 21.

Albertus pi-
ghius de di-
uinitis.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Ad Pollent.
li. 1. c. 1. et 2.

ego ſenſi in iis libris quos ante plurimos annos de ſermone euangelico ſcripſi, quem ſecundum Marthæum habuit Dominus Saluator in monte, illas in nuptas manere præceperit, quæ à viro ſuis ea cauſa receſſerint quæ ſola permiſſa eſt, id eſt fornicationis. Videtur enim tibi tunc à viro diſcedentem ſœminam nubere non debere, ſi nulla viri fornicatione compulſa diſceſſerit, nec attendis ſi nullam vir eius cauſam fornicationis habuerit, non eam diſcedentẽ manere in nuptiã, ſed omnino diſcere non debere. Nã vtique cui præcipitur, vt ſi à viro diſceſſerit, in nupta permaneat, non diſcedendi auferitur licentia, ſed nubendi. Quod ſi ita eſt, datur ergò licentia ſœminis quæ continentes eſſe voluerint, nullum maritorum expectare cõſenſum, vt quod dictum eſt, mulierem à viro non diſcedere, eis præceptum eſſe videatur, qui poſſent eligere non continentiam, ſed tale diuortium quo liceret eis in aliorum nuptias conuenire. Proinde quæ dilexerint nullum deſiderare concubitũ, nullum ferre connubium, licebit eis viros etiam ſine vlla fornicationis cauſa relinquare, & in nuptas ſecundũ Apoſtolum permanere, & viri ſimiliter: quoniam par forma eſt in vtriſque ſi continentes eſſe voluerint, etiã vxoribus non conſentientibus deſerent eas, & ſine vllis nuptiis permanebunt. Tunc enim eis, vt putas, alia coniugia liceret inquirere, ſi cauſa fornicationis diuortium naſceretur. Cum verò iſta cauſa non eſt, ſuper eſt ſecundum id quod exiſtimas, vt aut coniunx non diſcedat à coniuge, aut ſi diſceſſerit, ſine coniugio maneat, aut ad priſtinũ cõiugium reuertatur. Nulla ergo exiſtente cauſa fornicationis cuiſlibet coniugi licebit vnũ de tribus eligere, aut non diſcedere à coniuge, aut ſi non ſic manerit, aut ſi non ſic manerit, non alterum quærere, ſed priori ſe reddere. At vbi eſt quod idem Apoſtulus nec ad tempus, vt vacetur orationi, niſi ex conſenſu, voluit cõiuges carnali fraudare debito inuicem, quomodo ſaluum erit quod ait, Propter fornicationes autẽ vnusquisque vxorẽ ſuã habeat, vnaqueque ſuum virum habeat: vxori vir debitum reddat, ſimiliter autẽ & vxor viro: vxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir: ſimiliter & vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier, hoc quomodo verum erit niſi quia volente coniuge, non licet coniugi continere? Nã ſi licet mulieri ſic dimittere virũ, vt maneat in nupta, non vir habet, ſed ipſa ſui corporis poteſtatem, quod etiam de viro dictum intelligitur. Deinde cum dictum eſt, Quicumque dimiſerit vxorem ſuã excepta cauſa fornicationis, facit eam mœchari, quomodo dictum intellecturi ſumus, niſi prohiberetur eſſe homini dimittere vxorem, ſi nulla cauſa fornicationis extiterit? Et dictum eſt quare, ne ſcilicet faciat eam mœchari: Vtique ideo, quia etiam ſi non ipſa dimiſerit, ſed dimiſſa fuerit, erit mœcha, ſi nupſerit. Cum ergo non licet vxori diſcedere, niſi ob cauſam fornicationis, eam intelligit quæ ob hanc cauſam diſcedit (ob quam ſolum diſcedere licet) debere manere in nuptam. Quando igitur dicit Marcus & Lucas, Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur, non poteſt intelligi, niſi ob fornicationem dimiſerit, cum Apoſtulus eam iubeat manere in nuptam: & ex conſequenti, intelligi non poteſt hæc exceptio, quando de viro dicit, Quicumque dimiſerit vxorẽ ſuã & alia duxerit, adulterium committit ſuper eam. Nec ſatis facit ſuaſio Eraſmi, quòd non eſt par conditio, & poteſtas vxori dimittendi virum, quæ viro dimittendi vxorem: quod tamen ſi forriter & conſtanter (vt ipſe reſert) Auguſtinus aſſeueret, non eſt, quòd hoc certum doceat. Citat pro ſe B. Ambroſium circa locum, Et virum vxorem non dimittere, dicentem, Apoſtulus iubet virum vxorem non dimittere, ſubauditur autẽ, excepta fornicationis cauſa: & ideo non ſubiecit, dicens ſicut de muliere, quòd ſi diſceſſerit, manere ſic, quia viro licet ducere vxorẽ, ſi dimiſerit vxorẽ peccantem, quia non ita lege conſtringitur, ſicut mulier. Caput enim mulieris vir eſt. Itẽ paulò ſuperius, Quod ſi ſe, inquit, continere non poteſt, quia pugnare non vult contra carnem, viro reconcilietur. Non enim permittitur mulieri vt nubat, ſi virum ſuum cauſa fornicationis dimiſerit, aut Apoſtaſia, aut ſi illicitè impellentẽ laſciuiã, vſum quærit vxoris: quia in ſeriuo non omnino hac lege vtitur qua potior. Si tamen apoſtatet vir, & vſum quærit vxoris inuertere, nec alij poteſt nubere mulier, nec reuerti ad illum. Hic cũ ait, quia in ſeriuo non omnino hac lege vtitur qua potior, videtur tacitè tribuere marito ius ducendi alteram. Hæc Eraſmus. Sed oſtendimus in ſuperioribus non ſolum hic reclamare B. Auguſt. ſed & alios patres eccleſiaſticos, & ſacros Canones, qui concorditer docent parem eſſe poteſtatem coniugibus in dimittendo ob fornicationem: ſed & Apoſtolum Paulum, quem admodum planè docet ipſe Auguſtinus locis ſuprà citatis, & cap. 8. lib. 1. ad Pollentium, Et Magiſter Sententiarum hanc Ambroſij ſententiam citans, ſimiliter & Gratianus, dicunt eam à ſallariis inſertam atque admixtam eſſe commentariis beati Ambroſij, cuius rei multæ ſunt coniectura, inter quas prima eſt, quod B.

Li. 2. ad Pol-
lentium c. 10.

Cap. 10.
Cap. 68

In comment.
7. ca. ad Co-
rinth.

diſ. 73. 33. 2. q.
li. 1. cap. 46.
et ſequens. de
gratia Chri-
ſti.

Auguſt.

Cap. 16.

Rom. 7.

11. de Abra
ham. cap. 4.

Cap. 19.

De baptismo
contra Dona
tistas li. 5. ca.
4. et li. 7. c. 53

Erasmi obitio.

2. Macha. 7.
Esa. 60.
Matth. 5.

de adult. con
jug. li. 2. c. 11.

August. qui scriptorum Ambrosij fuit obseruator diligentissimus, eam non prateriisset, & eam citasset Pollentius, si eo tempore fuisset in B. Ambrosio, sicut in aliis locis, libenter eius sententiam allegat. B. Augustinus, siue pro, siue contra se faciat. Et quemadmodum Pollentius hic non pratermittit opinionem Cypriani de contrahentibus in dispari cultu, quod iure diuino prohibitum est huiusmodi matrimonium & inualidum, sine dubio citasset & Ambrosium ad roborandum suam opinionem, si hanc sententiam in eius commentariis legisset. Est & alia coniectura, quod in libris aliis plane doceat contrarium. Nam in Commentariis in Lucam circa locum, Omnis qui dimiserit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur. Audi, inquit, legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt, Quæ Deus coniunxit, homo non separet: Non solum hic cœleste præceptum, sed quoddam etiam opus Dei soluitur. Pateris ne, oro, liberos tuos viuente te esse sub vitrico, aut incolumi matre esse sub nouerca? Ponè si nubat, necessitas illius tui crimen est, & coniugium tuum quod paras adulterium est. Dimittis ergo uxorem quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet, sed prohibet diuina? Vbi secundum vniuersales sententias Saluatoris, nihil discriminis inter virum & uxorem intelligit Ambrosius. Et tractans locum Apostoli, quæ sub viro est mulier. Hæc lex, inquit, de euangelio est, non ex Moysè, neque ex iustitia terrena. Aliquid ergo ducit natura, aliquid ex lege Moysi dicentes, perfecti sunt per Euangelium Christi. Ac de lege ciuili, Horum verborum occasione, quidam intelligunt sententiam hanc ex comment. B. Ambrosii citatam. vt sic accipiatur, quia vir non ita lege constringitur sicut mulier: lege, inquam, ciuili & antea Moisaica: & quod ideo Paulus taceat hoc de viro, ne palam Corinthiis (qui Imperatori subiecti erant, & secundum eius leges viuere cogebantur) scriberet ea quæ erant contra leges Imperiales, secundum quas licebat viro uxorem dimittere, non ediuerso. At qui alio loco aperte docet pares esse virum & uxorem in coniugio. Nemo, inquit, sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulteriū est, nec viro licet, quod mulieri non licet. Quod si solutio Magistrum sententiarum non placet, fateri tamen oportet, tria testimonia plus habere ponderis, quam hoc vnicū, vt potius credatur illud sensisse quod tribus distinctis in locis differit, quam quod vnicō loco appareret colligit, non esse aperte illicitum ex sententia quam Apostolus ibi tractat: Et si fortassis tria illa loca non satis conuincunt eū aliter sensisse, responderi potest, quod tempore B. Ambrosij questio ista obscura erat, propter hanc Apostoli sententiam & exceptionem quam Dominus inserit apud Mathæum: & antequam liquide explanaretur veritas, venialiter peccabat Episcopi circa eam errantes, vt dicit B. August. li. de fide & operibus. Quando autem iam eliquata est veritas, & accessit definitio non solum sedis Apostolica, sed etiam Concilii plenarii & Oecumenici, inexcusabilis est error, & pertinax, non cedēs definitioni Ecclesiæ, dicente Domino, Si quis non obedierit sacerdotis imperio, morte moriatur: prout hoc docet beatus Augustinus de errore rebaptizantium eos qui fuerant ab hæreticis baptizati. Fieri itaque poterat, quod B. Ambrosius in hac questione errauerit, sicut & B. Cyprianus circa questionem de rebaptizando, quando nondum erat manifestata veritas, nec definitio Concilij plenarij pronunciata.

Contra hunc intellectum sententiæ Apostoli obiicit Erasmus: Redeunt, inquit, in gratiam, quos offensa aliqua humana diremit, & reconciliatur quæ offendit, non quæ offensa est: Quod si iure discessit, cur iubet eam reconciliari, quæ magis erat placanda? Cui respondetur, quod reconciliari, secundum Grammaticos, est in gratiam redire, vt testatur Laurentius Valla. Quoties enim amici interposita aliqua offensa aliquamdiu fuerit inimici, quādo in pristina redeunt beneuolentiam ac familiaritatem, vtrique alter reconciliatur, ac proinde non solum reconciliatur qui offendit, sed etiam qui offensus est: vnde scriptura, Exaudi, inquit, Deus orationes vestras, & reconcilietur vobis: Et iterum, Dominus modicum iratus est, sed iterum reconciliabitur seruis suis. Rursum, In reconciliatione mea, dicit Dominus, miserus sum tui. Et b. Chrysostomus circa locum, Si offers munus tuū, & car. Prius reconciliare fratri tuo siue iuste, inquit, siue iniuste aliquid aduersum te habeat. Et videtur quidem super eo qui contristauerit esse sermo, totum verò de contristato potius dicitur. Similiter exponunt Hiero. & Theophyl. Reconciliatur igitur & qui offendit, & qui offensus est. Ideo ergo iubet Apost. uxorem reconciliari si iure discesserit, quia vult placatum in viui gratiam redire, si continere potest. Obiicit etiam Pollentius b. Augustino argumentū, in quo Eras. catholicaque veritatis aduersarij plurimum fidunt. Sed respondens, inquit Augusti. mihi, Continenter viuere paucorum est, & ideo qui fornicantes coniuges dimiserunt, quoniam non possunt reconciliari, tantum se vident periclitari,

riclitari, vt legem Christi non humanam, sed feralē pronunciet. O frater quantum ad incontinentes pertinet, multas querelas habere possunt, quibus (vt dicit) legem feralē pronunciet, non humanā, & tamen non propter illos legem Christi peruertere vel mutare debemus. Te quippe sola eorum querela permouet, qui coniuges, causa fornicationis intercedere dimittunt, si alias ducere non sinatur, quoniam continere paucorum est, atque ad id debet laude cohortari, non lege compelli. Itaque si dimissa adultera non ducitur altera, iustam querelam, sicut putas, habebit hominum incontinentia. Sed attende, Quam plura sunt, vbi si querelas incontinentium velimus admittere, necesse erit nobis adulteria faciendā permittere. Quid enim si aliquo diuturno & insanabili morbo corporis teneatur coniugium, quod concubitus impeditur: quid si captiuitas vel vis aliqua separet, ita vt sciat viuere maritus uxorem, cuius sibi copia denegatur? Censes ne admittenda incontinentium murmura, & permittenda adulteria? Quid in hoc ipso vnde interrogatus est Dominus, responditque fieri non debere, sed ad duriciem cordis illorum Moysen permisisse dari libellum repudiij, & quacunque causa dimittere coniugem, nonne lex Christi incontinentibus displicet, qui uxores litigiosas, iniurias, imperiosas, fastidiosas, & ad reddendum debitum coniugale difficillimas, repudio interposito abiciere volunt, & alteras ducere. Iam verò quia istorum incontinentia legem Christi horruit, ad eorum arbitrium lex Christi commutanda est? Et si maritum relinquat uxorem, vel maritus uxorem, non causa fornicationis, sed potius continentia, sitque incontinens cui repudiū propter hoc datur, quæro, vtrum non erit adulter vel adultera, si alteri copulerur? Si non erit, dicitur, Domino contradicitur, cuius hæc verba sunt, Quicumque dimiserit uxorem, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari, & qui dimissam ducit, adulterat: Ecce dimissa est, non dimisit: & quia continere paucorum est, incontinentia cœsit & nupsit, & tamen adulteram duxit, ambo rei, ambo damnandi sunt, & quæ nupsit viro marito, & qui duxit eam cuius viuuit maritus. Nunquid hic legem Christi dicimus inhumanam, qua constituitur rea tanti criminis, atque punitur, quam vir nulla præcedente fornicatione dimisit? Nam quia paucorum est continere, dimittendo compulsi nubere. Sed nunc de querelis incontinentium disputamus. Quid enim videtur iustus huius mulieris querela quæ dicit, Dimissa sum, non dimisi, & quoniam continere paucorum est, non me continui, ne mœcharer nupsit, & dicor mœchara nupsit? Nunquid propter huius quasi iustam querelam, legem diuinam censebimus esse immutandam, vt istam non iudicemus adulteram? Absit, sed respondebis non eam debuisse dimitti, quia fornicationis nulla causa præcesserat. Verum dicit, Nam peccatum mariti eius Dominus expressit, vbi ait, Qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari. Sed nunquid ideo ista nubendo postea non peccauit, quia prius dimittendo ille peccauit? Et cap. 19. Hos igitur alloquor, inquit, vt quod facere deberent, si haberent coniuges diuturno languore marcescentes, vel loco sibi inaccessibili absentes, vel animositate illicita continentes, hoc faciant si habuerint coniuges adulterina iniquatione sordentes, & propter hoc à suo consortio diuertiantes, non alia querant coniugia, quia non erunt coniugia, sed adulteria. Cū enim par forma sit in hoc vinculo viri & uxoris, sicut vxor viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cū alio viro: ita & vir viuente vxore vocabitur adulter, si fuerit cum altera muliere. Non eos terreat sarcina continentia, leuius erit, si Christi erit: Christi erit, si fides aderit, quæ impetrat à iubente quod iusserit: non eos frangat quod videtur eorum continentia necessitatis esse, non voluntatis, quia & illi qui eam voluntate delegerunt, fecerunt eam esse necessitatis, quoniam vani sine datione ab illa deuiare non possunt, & qui in eam necessitate contriti sunt, faciunt eam esse voluntatis, si non de se ipsis, sed de illo à quo est omne bonū, confidunt. Hæc latius prosequitur in sequentibus.

EX eadem matrimonij institutione in paradiso facta, & per Christum restituta eiusque præcepto, docent doctores sancti, illicitam esse, & à Domino damnatam vxorum pluralitatem. Nam B. Hieronymus, Dicendo, inquit, masculum & feminam, in Genesi, ostendit secunda vitanda coniugia. Non enim ait masculum & feminas, quod ex priorum repudio quærebatur, sed masculum & feminam, vt vnus coniugis consortia neciteretur: Et dixit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: non ait vxoribus suis. Et erunt duo in carne vna; præmium nuptiarum est duobus vnā carnem fieri. Eandem tradit sententiam contra Iouinianum. Vna costa, inquit, in principio in vnam mulierem versa est: & erunt, inquit, duo in carne vna, non dixit tres neque quatuor, alioquin non duo, sed plures. Primus Lamech sanguinarius & homicida, vnā carnem in duas diuisit uxores, fratricidij & bigamiæ eandem cataclismā

Contiges sicut
quæter conti-
nere tenentur
sine sua culpa

In commentis
Matth. 19.

Lib. 1.

homil. 63. super Matth.

cataclismi poena deletur. Et similiter verba hæc Genesios interpretatur beatus Chryso- stomus, qui ait, Considerandum est, quia non auctoritate solum scripturæ, verum etiam rerum dignitate sententiam suam corroborat. Non enim dixit, quia virum & mulie- rem, solummodo fecit, verum etiam quia iussit, vt vnus vni coniungatur. Nam si vo- luisset alteram etiam conducere vxorem, vni viro creato multas conformasset vxores: nunc verò vt creationis & sanctionis modo vnam vni perpetuò cõiungit, & nõquam rescindi oportere docuit. Audi quomodo dicit, Qui fecit à principio masculinum & feminam fecit eos, ex vna radice germinarunt, & in vnum corpus conuenerunt, Erunt enim duo in carne vna. Et eadem verba tractans Theophy. Ostendit, inquit, opus & legislationem eius qui nos à principio formauit, esse monogamiam. Ab initio enim vnum coniunxit Deus vni, atque ita nõ oportet vnum virum vnum coniungi multis, neque mulierem vnam vi- ris multis, sed eos sicut ab initio coniuncti fuerunt, manere, neque absque causa coha- bitationem diuellere.

In comment. Matth. 19.

cap. 1. Cande- mus de diuor- tiis.

Genes. 2.

Quibus accessit responsio sedis Apostolicæ tempore Innocentii tertii, qui interroga- tus, an infidelis habens plures vxores eas retinere possit ad fidem conuersus, vel quam ex eis: Respondit quòd vxorem attinentem sibi in secundo aut tertio, vel vltiori gradu retinere debet, cum sacramentum coniugii apud fideles & infideles existat, nec confi- tutionibus canonicis ardeatur. Verum absonum hoc videtur & inimicum fidei Christi- anæ, cum ab initio vna costa in vnam fœminam sit conuersa, & scriptura diuina testetur quòd propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: nõ dixit tres vel plures, sed duo: nec dixit, vxoribus, sed vxori. Et infra, Nec illi vnquam licuit in simul plures vxores habere, nisi cui fuit diuina reuelatione cõ- cessum, qui mos quandoq; interdum etiam fas censetur, per quam sicut Iacob à men- dacio, Israelitæ à furto, & Sampson ab homicidio: sic & patriarchæ, & alij viri iusti, qui plures leguntur simul habuisse vxores, ab adulterio excusantur. Sanè veridica hæc sen- tentia probatur etiam de testimonio veritatis testantis in Euangelio, Quicumque dimi- serit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo vxore di- missa duci alia de iure non potest, fortius & ipsa retenta: per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu (cum non ad imparia iudicentur) circa matrimonij repro- bandam. Quapropter antiqui Canones, eos qui præsumpserunt binas vxores ducere, Anathemate notauerunt. Quondam etiam Archiepiscopi duo, Teugeualdus Treuiren- sis & Gontarius Colofienfis, quòd Lochario imperatori consenserant, vt duas simul vxores haberet Thebergam & Gualradam, ab Archiepiscopali dignitate positi fuerunt. Nec satis facit quorundam responsio ad primam probationem Innocentij, qui dicunt, quòd natura humana fuit primitus instituta, non solum quantum ad ea quæ sunt neces- sitatis, sed etiam quantum ad illa quæ sunt perfectionis: & sic matrimonium institutum fuit secundum statum suum optimum, à quo tamen si deficeret, non propter hoc esset malum & illicitum. Non enim continuò malum est, quod ab optimo deficit. Nam in bonis est dare bonum & melius. Optimus ergo status matrimonij est vnus cum vna, sed non est malus quando est vnus cum pluribus, si subsit causa. Non esset ergo, vt dicunt quidam, omnino contra rationem, si quis diceret quòd sicut papa dispensat in solenni voto continentia propter bonum commune, sic dispensare posset, vt Princeps habens vxorem sterilem de qua non posset suscipere prolem, ea viuente & consentiente acci- peret aliam, nisi impediret positiua Christi ordinatio. Sed falluntur isti non aduertè- tes quæstionem Christo propositam eiusque responsione. Interrogant enim Pharisei, Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Ipse autem respondit ex verbis institutionis non licere. Oportet igitur institutionem adducere necessitatem & præceptum, quod sine peccato non violatur.

1. quæst. 3. c. Teugeualdum 24. dist. 3. cap. An non dist. 18.

Durand. dist. 53. lib. 4. sen. qu. 1. & Tho- status Abbat. 1. Reg. 8. quod. 143.

Matth. 19.

Secundæ quoque argumentationi Innocentii non satisfaciunt, dicendo non valere consequentiam. vxore dimissa, alteram ducere non licet, ergo fortiori ratione nec vxore retenta: quia inquirunt, quæ ducitur vxore dimissa, ducitur sine consensu vxoris legitimæ & in eius præiudicium: non sic illa quæ ducitur de consensu vxoris retentæ. Sed reuera est argumētum validum à Minore, quia plurium vxorum cohabitatio aduer- satur communicationi operum, quæ necessaria sunt in vita humana, aduersatur etiam paci & tranquillitati familiæ. Et quia suspensa est obligatio cõingalis in marito erga cõ- iugem fornicariam, nullus eius necessarius est consensus, & generalis est sententiã Salua- toris, Quicumq; dimiserit vxorem suam & aliã duxerit, mœchatur: & qui dimissam du- xerit, mœchatur. Et si liceret vxorum pluralitas, qui sine causa fornicationis vxorem di- mitteret,

mitteret, faceret eam mœcham, iuxta Domini sententiam, nõ ipse mœcharetur. An verò vxorum pluralitas sit contra ius naturæ, quod sumitur à fine operis, qui primarius hic est generatio & educatio prolis: secundarius autem communicatio operum vitæ, & pax, ac tranquillitas domus: An propter inæqualem eorum quæ cõmutantur. Nam corpus viri quoad prolis procreatione maioris valoris esse videtur, quàm corpus mulieris, cum pro eodem tempore idem vir plures fecundare possit, quàm eadem mulier à pluribus viris posset concipere, obscura est quæstio, circa quam variæ sunt doctorum scholasticorum opiniones. Nam Durandus, Ioannes Gerson, & Thoſtatus Abulensis docent non esse contra ius naturæ, eò quòd ad prolis multiplicationem conducatur, propter quam matrimo- niu contrahitur. Quibus fauere videntur sententiæ B. Augustini, & B. Ambrosij, quæ citat Magister sententiariu, distinctione 33. Ait enim ille, Antiquis iustis non fuit peccatū, quòd pluribus fœminis vtberetur, nec contra naturam hoc faciebant, cum non lasciu- endi causa, sed gignendi hoc facerent: nec contra morè, quia eo tempore illa fiebant: nec contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum: quamuis tamen secundū eum cõtra naturam sit, vt vna mulier plures habeat maritos: quia, inquit, maritus habet principari, mulier subici. Et B. Ambrosius: Dixit, inquit, Sara ad Abraham, Ecce cõclutit me Domi- nus vt non pariam, intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias: & ita factum est. Cõ- sidera primum quòd Abraham ante legē Moysi, & ante Euangeliū fuit: Non ergo in le- gem peccauit, nec in Euangeliū, sed vtrumq; præuenit, & car. Imò quidam addū, quòd nec virorū pluralitas in omni casu prohibita est in iure naturæ, vt si quæ ex viro suo con- cipere non possit, sicut secundum Beatum Augustinum: Cato Romanus vxorem suam tradidit alterius etiam domū impleturam. Et dicit Durandus, quòd pacificū conuictum familiæ non ita impedit vxorum pluralitas, quàm earū vel vnus malitia vel proteruitia. Addunt præterea, quando finis secundarius præiudicat principali, negligendus est secun- darius. Thomas autem duplicem distinguit matrimonij finem, prolis scilicet procreati- onem, & communicationem operū vitæ, & docet esse contra ius naturæ, quod sumitur à fine secundario, nõ quod à fine principali. Hæc res quia difficilis est atq; perplexa, quam diligenter tractant doctores scholastici, satis nobis hic fuerit secundum declarationem Innocentij tertii, quòd vxorum pluralitas est cõtra Dei institutionem, & positiuū Chri- sti præceptum, quod ipse conformiter institutioni statuit, Quicumque, inquit, vxorem suam dimiserit, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur, & cõ- tra rationem sacramenti. Quæ tria quoniam naturalem superant cognitionem, excusari potuerunt Socrates, alijque philosophi & ethnici, de quibus B. Hieronymus, qui duas ha- buerūt vxores, imò & sic excusari potest Cato Romanus, qui vxorē suam alteri tradidit. Contra præsentem articulum occasione data per Annotationes Erasmi (qui tamē sua dicta iudicio sedis Apostolicæ subiicere, & magis veritatis inquirendæ quàm eam asserendæ causa de hac re agere fatetur) concorditer pugnat nostri temporis sectarij, & in primis Martinus Lutherus, qui ita ait.

dist. 33. lib. 5. sententiarij De reg. mor. lib. ca. de ma- trimonio. 1. Reg. 8. Quæst. 48. c. de bono cõ- iug. c. vt. ca. 3. c. 17.

li. 1. de Abra- ham cap. 4.

De bono con- iugali. ca. 18.

lib. 1. contra- Iouinianum.

In captiu. Ba- byloni. de ma- trimonio.

De diuortio etiam versatur quæstio, an licitum sit, ego quidem ita detestor diuortium, vt bigamiam Lutherus. malum quàm diuortium, sed an liceat ipse non audeo definire. Christus ipse princeps pastorum, dicitur, Si quis dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam adulterari, Et qui dimissam duxerit adulterat.

Intelligit diuortium Martinus, in quo vxor dimittitur, & ducitur alia: & bigamiam quando plures habet vxores simul. Id enim bigamiam significare dicit. Mauult igitur quòd quis secundam ducat vxorem, hoc est simul plures habeat, quàm priori dimissa du- cat aliam. Vtrumq; malum est, & adulterium cum secunda. Si fornicariam dimittit, mi- nus malum est secundam ducere: Si verò extra causam fornicationis dimittit, dupliciter peccat. Nam facit vxorem mœcham sine causa fornicationis eam dimittens, & ipse mœ- chatur alteram ducens, Cæteris paribus, maius peccatum est duas habere vxores quibus cohabitens, quàm altera dimissa vnica habere quam super ducis: quum pluralitas vxor- um cohabitantiu sit contra pacem & tranquillitatem familiæ.

Responsio.

Concedit ergo Christus diuortium in causa fornicationis durare. Quare errare papam necesse est quo- ties diuortium facit aliis causis, nec statim se tutum arbitrari debet, nullus qui pontificia illa temeritate ve- rius quàm potestate dispensationem obtinuerit.

Lutherus.

Christus loquitur de dimittente solum, nec aliam ducente, quæ alius in locis tanquam distincta, coniungit, dum ait, Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, & clarissime inter hæc duo distinguit: & ideo hic dicit, Si quis dimiserit vxorē suā, excep- ta causa fornicationis, facit eā adulterari, nõ dicit quòd adulterat, sicut dicit de ducere

Responsio.

ff dimi-

dimissam quod adulterat . Si dimittere complecteretur vtrumque, iam dimittens extra causam fornicationis ipse mœcharetur, & vxorem mœchari faceret. Malè ergò Maritus concludit ex hac sententia Saluatoris, quod concedit diuortium in causa fornicationis, hoc est, vt dimitatur fornicaria, & ducatur altera: cum secundum Saluatorè dimittere distinguitur à ducere aliam. Nec Papa aliis ex causis facit diuortiu, hoc est separationem coniugii secundum thorum & domesticâ cõuersatione, nisi ad tempus, vt ob infidelitatem, quando periculù est seductionis vel vitæ, vt si maritus tyrannicè tractat suam vxorè. In quibus omnibus priorè culpâ purgat pœnitentiâ, & vxor maritù recipere obligatur.

Thom. dif. 35. art. 1. ad 3.

Fornicatio verò vnica causa est per se diuortii perpetui. Nam directè est contra bona matrimonii, quia tollitur per eam certitudo prolis & fides frangitur, & significatio non seruatur, dum vnus coniugum pluribus carnè suam diuidat, & ideo alia crimina quamuis forte sint maiora fornicatione, non causant diuortiu. Sed quia infidelitas, quæ dicitur spiritalis fornicatio, etiam est contra bonum matrimonij, quod est proles educanda ad cultum Dei, etiam ipsa facit diuortiu, sed tamen aliter quàm corporalis fornicatio, quia propter vnum actum fornicationis carnalis potest procedi ad diuortium, non autè propter vnum actum infidelitatis, sed propter consuetudinem quæ pertinaciam ostendit, in qua infidelitas perficitur. Hæc dicit B. Thomas respondens ad argumentum quod proponeretur. Fornicatio spiritalis & quædam alia peccata sunt grauiora, quàm fornicatio carnalis: sed propter illa non potest fieri separatio à thoro, Ergo nec propter fornicationem carnalè. Quæ omnia confirmantur per sacros canones Alexandri 3. Urbani 3. & Gregorij 9. Et reuera tutus est qui sequitur pastoris sui iudiciù & directionem. Nam Domini mandatum est, Omnia quæcumque dixerint vobis, seruate & facite. Item, Non declines ad dexterâ neq; ad sinistrâ. Et Petro dixit idè Dominus, Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.

cap. v. de vitijs. cap. de dicit. diuortij. ca. vultus de conuert. con. vna ch. 23. l. 1. c. 22. Lutherus.

Sed hoc admiror magis, quod cœlibem esse cogam hominem, qui diuortio separatus est à coniuge sua, nec aliam ducere permittant. Si enim Christus diuortium concedit in causa fornicationis, & nomen coniugij esse cœlibem: & Paulus nos magis vult nubere quàm vri, videtur omnino admittere, vt in locum reposita aliam ducat. Quæ res vtrum planè discussa & certa esset vt possit consuli infirmit periculis eorù qui sine culpa sua bodie cœlibes esse coguntur, hoc est, quorum vxores vel mariti aufugiunt & coniugem relinquunt, decennio vel nunquam reuersuri. Vrget me & male habet hic casus quotidianis exemplis, siue ad singulari nequitia Sathanae, siue neglectu verbi Dei contingit.

Responsio. Mar. 10. Luca 19.

Domini sententia est, Quicumque dimiserit vxorem suam & aliam duxerit adulteriù committit super eam. Et si vxor dimiserit virum suum & alij nuplerit, mœchatur. Qui sumus nos, inquit Augustinus vt dicamus, Est qui dimittit vxorem, & aliâ ducens mœchatur: est & alius qui dimittit & aliam ducit & non mœchatur, cum dominus dixerit, Quicumque dimiserit vxorem suam & aliam duxerit, mœchatur. Domini igitur sententia cogit cœlibem manere hominem, qui diuortio separatus est à coniuge sua, quia si aliâ duxerit mœchatur. Item Apostolus Paulus dicit Dominù iubere, vt vxor maneat innupta, aut viro reconcilietur, à quo ob fornicationem discessit. Et superius ex Beato Augustino docuimus, quod multis modis coniuges coguntur manere cœlibes, etiâ sine sua culpa, vt si diuturna peregrinatione vel morbo laborat alter coniunx. Quod & ipse Lutherus docet in sermone quodam de matrimonio: Qui, inquit, ex aliis causis sunt separati, vt quia non possunt simul pacificè viuere, vel ob morbum alterius non potest exerceri actus coniugalis, debent manere innupti, & Dominus dabit continere: & mentiuntur qui dicunt se continere non posse. Sed fallitur hic Lutherus & omnes eius sequaces, quod nomine diuortij intelligant separationem siue solutionem vinculi coniugalis, cù Dominus solus loquatur de dimissione coniugis, quam distinguit cõtra ducere aliam, vt statim diximus: Et Paulus magis vult nos nubere quàm vri, si liberi sumus. Nam & ipsemet Lutherus alibi prohibet nubere, quando ob morbù alterius non potest exerceri actus coniugalis: qui quod hic definire non audeat, sed magis discuti atque examinari desiderat, abundè discussum est in libris B. Augustini ad Pollentium, & post multam examinationem in Concilijs œcumenicis definitum. Verè impius est & sacrilegus, qui post Ecclesiæ & tot sacerdotum sententiam, suâ opinioni aliquid tractandum relinquit, & semel iudicata & rectè disposita reuoluit. Quod autem Lutherus hic definire non audeat, quod scilicet licet fornicariam dimittere & ducere aliam, omnes sectæ nostræ temporis pertinaciter & concorditer docent, imò & ipse Lutherus in comment. i. epistolæ ad Corinth. & sermone de matrimonio, contra Conciliorum definitiones, item cõtra apertas Christi & Apostolorum sententias hoc ipsum asserit.

1. Cor. 7.

lib. 2. ad Pol. in m. ca. 6. 19.

Edictum mariani imperatoris.

cap. 7.

Ego sanè qui solus contra omnes statuere in hæc nihil possum, vehementer optarem saltem illud 1. ad Corinth. 7. hoc aptari, Quod si infidelis discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror eiusmodi. Hic Apostolus discedentem infidelem concedit dimittere, & fidelem liberum facit alteram accipere. Cur non idem valeat si fidelis, hoc est, nomine fidelis, reipsa æque infidelis coniugem deserat, praesertim nunquam reuersurus? Ego sanè nihil discriminis vtriusque deprehendere possum, Credo autem si Apostolus tempore discessor infidelis reuersus deueno, at fidelis factus, aut fidelem cohabitare pollicetur fuisset, admittitur non fuisset, sed & ipsi alteram ducendi potestas facta fuisset.

Lutherus.

Responsio.

Non esset per pestilentem Lutheri doctrinam ita varijs erroribus corrupta Germania, si intra hos modestæ limites ipse se continuisset. Verum eos multis modis alibi excessit, multa tradens dogmata, quæ notit cõtra omnes se statuere, & in Ecclesia catholica semper fuisse damnata. Atque etiam magna cum arrogantia eadè illa statuit & definit in libris posterioribus, de quibus hoc loco dicit se non audere definire, nec solum se contra oes statuere. Nam in exegesi sua firmiter statuit & definit tres esse causas diuortij (post in 7. cap. ad Corinth. quod maximè autoritate magistratus celebratum, aliam vxorem ducere licet) quarum primam dicit esse impotentiam naturalem procreandi & multiplicandi genus, hoc est sterilitatem. Quo casu dicit matrimonium initio fuisse nullum, quod verum non est, nisi simul sit impotentia comiscendi, siue feminandi. Secundam ponit causam, adulteriù. Tertiam, quando negatur debitum legitimum coniugis, longè aufugiendo, vel vxorem relinquendo, vel negatur debita coniugij beneuolentia. Et hanc causam dicit latissimè se extendere. Nam quacunq; ratione à seiuicem discedunt, siue fidei, siue religionis, vel se ira atque dissidio, siue ob quodcumq; aliud iniucundum, author, inquit discessionis debet se reconciliare, vel cœles viuere & permanere, & insons statim ius habet statù permutandi, si alter placari nolit. Culpabilis verò non potest primus matrimonium contrahere, imò si coniunx etiam velit cohabitare, sed non vt oportet, verum ad furtum & quoduis aliud flagitium aduersus Deum instruendo & compellendo, licet dimittere & aliam ducere. Nam is quauam nomine sit fidelis, re tamen est infidelis: & hunc infidellem intelligit Apostolus Paulus, quando dicit, Si non consentit cohabitare & discedit, discedat: Non enim seruituti subiectus, & cetera. Cum enim ex cõtractu coniugali air, te neantur coniuges liberi mutuo reddere debitum, & nulli alteri carnem suam communicare, & primù violeat, si alter cohabitare vt oportet vel reddere debitù recusat, & alterù à fornicatore, vtroq; modo frangitur fides coniugalis: & frangenti, inquit, in ipsè pactis non est fides seruanda. Igitur secundum duplex pactum quod matrimonium complectitur, vt videlicet nemini alteri se communicet, & vt ei perenti se exhibeat, tres assignat causas diuortij, quarum prima ab eo sumitur quòd potestatem generandi communicare non potest is qui impotens est ad generandù, cum eam non habeat. Idem contra in Exegesi, Si secundus quoque coniunx similiter faceret, hoc est, si vigeret contra fidem Christianam, aut discederet, similiter si tertius & quartus, & vterius, Nūquid sic posset vir vnus habere decem, aut plures vxores adhuc viuentes, quæ ab eo discesserint, & cõtra, mulier vna decem aut plures maritos qui ab ea discesserint? Respondeo, inquit, nos sancto Paulo non possumus os obstruere, neque possumus eos prohibere, qui eius doctrina vt volunt quotiescunq; volunt. Verba eius clarè stant hic, quòd liber & solutus sit frater aut soror, si coniunx eius ab eo discesserit, & cum eo cohabitare noluert, & non dicit vt semel tantum fiat. Vbi licet videre quatum in impietate & arrogantia promouerit Martinus Lutherus, vt dicere auit verba Apostoli clarè stare pro hac sua sententiâ, quæ multò clarius stant pro cõtraria. Nam postquam de Christianis, hoc est, fratre & sorore locutus est, addit, Nam ceteris ego dico, non Dominus: Quibus ceteris? & quærit Augustinus, nisi quia superius eis loquebatur, qui sic copulati erant, vt pariter in fide Christi essent: ceteris autem nunc dicit, id est, eis qui sic copulati sunt, vt non ambo fideles sint. Malè memor est hic Lutherus, quòd paulò superius dixit, Papam errare quorundam diuortiu facit aliis ex causis quàm fornicationis, & quòd Christus concedit diuortium in causa fornicationis duxerat, Air enim (vt ipse Martinus citat) Quicumque dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam adulterare: Ipse autè hic admittit diuortium in multis casibus extra causam fornicationis. Cur autem non idem valeat, quòd interrogat Lutherus, Si fidelis nomine, sed reipsa æque infidelis coniugem deserat, Ego sanè, inquit, vtriusque nihil discriminis deprehendere possum: Hoc quidem ab Apostolo quærendum erat, qui ea mysteria, quæ conscripsit spiritu Christi plenè intellexit, ipse se interpretatur, quòd hoc de baptizatis siue Christianis locutus non est. Et Innocent. 3. magnù inter ista duo discrimè ponit. Nam & si matrimoniu, inquit, verum inter infideles

in 7. cap. ad Corinth.

1. Cor. 7.

Lib. 1. de ser. Domini in monte.

cap. Quarto de diuortio.

existat, non tamen est ratum: inter fideles autem, verum & ratum existit: quia sacramentum fidei quod semel est admissum, nunquam admittitur, sed ratum efficit coniugij sacramentum, vt ipsum in coniugibus illo durante, perduret. Nec obstat, inquit, quod a quibusdam forsitan obiicitur, quod fidelis relictus, non debeat iure suo sine culpa priuari, cum in multis casibus hoc contingat, vt si alter coniugum incidatur, &c. Multum igitur discriminis est inter matrimonium fidelium & infidelium, quia in fidelibus matrimonium est sacramentum coniunctionis Christi cum Ecclesia, & in eis, Christi que familia præcipue locum habet mandatum & ordinatio Christi. At qui ipsius Apostoli discipuli infideli, hoc est non baptizato, & alteri secundum vitam tantum infideli siue hæretico, id ipsum cõsultissent de matrimonio post baptismum a cõtracto, vel post baptismum manente, quod nunc docet Ecclesia catholica, & in Concilijs generalib. definiuit. Multum etiam est discriminis inter coniugem adulterantem, & negantem debitam coniugij beneuolentiam, quamuis in vtroque fides coniugalis siue pactum violetur & frangatur: propter quod nec fides ab alia parte seruanda esse videretur. Nam fornicatio carnem vnam in aliam diuidit, & violat sacramentum, & significationem cõiunctionis Christi vnius, cum vna Ecclesia, negans autem officium solum negatiue se habet: Et solum fornicationem excipit Saluator, non autem fidei coniugalis aliam violationem. Sed hæc omnia nihil ad articulum nostrum pertinent, qui docet post diuortium matrimonij legitime contracti, nullo casu aliud inire posse cõnubiũ, cui quo casu possit fieri separatio, est impertinens. Nec comprobari potest desiderium, quo oporat Martinus Lutherus, quod sententia Apostoli ad sensum suum aptetur, cum ipse magis suum sensum accommodare deberet ipsi scripturæ. Hinc enim hæreses nascuntur, quod nostrum adserimus sensum scripturis, & non potius ex ipsis nostram intelligentiam referamus. Sunt, inquit Beatus Clemens, multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque præsumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum extrinsecus ab alteris alienum & extraneum debetis querere, aut quomodo ipsum scripturarum autoritate confirmetis, sed ex scripturis sensum capere veritatis.

Epist. 4.

In sermone de matrimonio impresso Argenorati, 471 no 25.

Hic prætereundum non est, quod Martinus Lutherus extra hos tres casus, qui aduersantur contractui coniugali, docet nunquam licere secundum contrahere matrimonium. Ait enim, Præter has tres, alia adhuc diuortii causa restat, sic tamen vt vterque perpetuo absque matrimonio remaneat, aut mutuo reconcilietur, vt cum non debet rei causa, sed ob alias res vnanimes esse non possunt coniugati. De hac re est apud Apostolum Paul. primo ad Corinth. 7. Coniugatis autem præcipio, non ego, sed Dominus, vxor à marito ne separetur: quod si separata fuerit, maneat in nupta, aut marito reconcilietur, & maritus vxorem ne dimittat. Nam tolerantia malorum obligatus est, à qua nisi Deo duce auelli non potest, cum debita coniugij beneuolentia non denegatur ei. Commune huc verbum pertinet: qui ignem habere vult, fenum etiam perferat necesse est. Quid verò si alter coniugatorum morbo degrauius sit, adeo vt eius ad rem nullus possit vtilis esse, num aliam sibi is matrimonij lege copulare potest? Nullo pacto, ni salutis tue nullam rationem habere velis. Cæterum hic Deo in ægroto illo inferuias, eiusque curam gerens, cogita Deum per hunc ædibus tuis sancta immisisse, quibus cælum tibi comparandum sit. Perbeat es si tale donum, & tantam gratiam agnosces, ægro tibi nomine libenter obsequaris. Si verò te continere non posse improperes, te planè mentiri respondebo. Vbi enim ex animo, ægro tuo coniugato inferuieris, tibi que à Deo id afflictionis ærogratum agnoueris cum gratiarum actione, tum illi relinque curam. Nam haud dubiè tibi robur impartiet, vt quam vires tuæ possunt non plus tolere. Fidelior est Deus, quam vt tuo coniugij te cõpare per ægritudinem priuet, nec rursus carnis tue lasciuiam eripiet, si modò fidam operam languenti præstiteris. Bene & catholice hæc docet Martinus Lutherus, in eiusdem tamè sermonis prima parte, quasi homine exutus, nec vllum habes sensum humanum, sed tanquam merum libidinis mancipium dicit, quod mari & foeminae conditis Deus benedixit, in quiens, Crescite & multiplicamini: ex qua sententia, inquit, certi sumus oportere coadunari maritum & vxorem, vt sese multiplicent. Quocirca vt non est in meis viribus situm, vt vir non sim, tam non est etiam mei iuris, vt absque muliere sim. Rursum, vt in tua manu non est, vt femina non sis, sic nec in te, vt absque viro degas. Verbum enim hoc quo Deus ait, Crescite, & multiplicamini, non est præceptum, sed plus quam præceptum, diuinum pura opus, quod non ego nostrarum virium, vel vt impediatur, vel vt omittatur, sed tam est necessarium, quam vt masculus sim, magisque necessarium quam edere, bibere, purgare, mucum emungere, somno & excubiis inten-

Genes. 2.

intentum esse. Hæc omnia verum libidinis mancipium Martinus Lutherus veritus non est in publica concione populo prædicare.

Tamen in his nihil definit, vt dixi, quoniam nihil magis optem esse definitum, cum nihil me magis Lutherus & multos necem vixet hodie. Sola autoritate papæ aut episcoporum hic definiti nihil volo, sed si duo eruditi & boni viri in nomine Christi consentirent, & in Spiritu Christi pronuntiauerent, eorum ego iudicium præferrem etiam Concilijs, qualia nunc solent cogitari numero & autoritate citra eruditionem & sanctimoniam iactata.

Bene habet quod hic nihil definit Lutherus, sed vt diximus, arrogantior factus, & in impietate proficiens, omnia hæc ausus est alibi definire, & solus contra omnes, dogmata hæc sua statuere, de diuortio videlicet & intellectu huius sententiæ Apost. Quod si infidelis discedit, discedat. Et nimis superba est iactatio eius, nimis que arrogans, quod definitioni Papæ & Episcoporum stare nolit, sed si duo eruditi & boni viri in nomine Christi consentirent, eorum sententiam præferret etiam Concilijs. Nam quæstiones fidei ad sedem Apostolicam semper referri solent, vt docet Innocentius papa, scribens ad patres Mileuitani Concilij. Et Beatus Bernardus ad Innocentium secundum. Oportet, inquit, ad vestrum referri Apostolatam pericula quæque & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum referri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. Item beatus Cyprianus respondet hæreticis qui sibi accommodabant verbum Domini. Vbi que fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. Quomodo, inquit, possunt duo vel tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo, & eius Euangelio separari? An esse sibi cum Christo videtur, inquit, qui aduersus Christi sacerdotes facit, qui se à cleri eius vel plebis societate fecerint?

Responsio.

1. Cor. 7.

epist. 93. inter epistolas B. Augustini. epist. 190.

de simplici. prælatorum.

Nihil plus momenti vel roboris habet quæ adfert Philippus Melanct. ad probandum quod post diuortium ob fornicationem celebratum, nouum liceat cõtrahere matrimonium. Ait enim.

Diuortium magis esse nomine quam re videtur, vbi segregatur vir & mulier, ita vt neutri liceat alij cõnubio se obstringere. ideo ita est dimitendi viro alia ducere, aut dimisse mulieri alij nubere, nisi ille arceatur qui in culpa fuerit quod prius matrimonij solutum est. Verum nec id fieri debere opinor, nulli planè poena impossibilis inuenienda est, qualis esset cõnubio in illo qui non possit capere verbum istud.

Melancthon

In nota. super Matth. 5.

Tale diuortium ostendimus à Christo & Apostolo Paulo esse prohibitum, nec vnquam legitur vir aliquis vitæ probatæ hoc diuortium tentasse, & habuisse successum. Quauis autem Valentinianus Imperator Arrianus legem tulerit, vt duas liceret habere vxores, suo magis affectui & libidini seruiens, quam saluti publicæ, & lege lata post Seueram quæ habebat vxorem, duxerit Iustinam, ex qua genuit Valentinianum iuniorem, qui patri in imperio successit, & ex Seuera Gratianum: non diu tamen hæc eius lex subsistit, sed statim sublata est aliorum Imperatorum legibus, quæ prohibent binas habere vxores simul: Et semper dissolutum est secundum matrimonium, vel ei contradictum, quando in Ecclesia est tentatum, vt ostendimus ex Origene, Hieronymo & Augustino. Ac nomè ipsum diuortij solum separationem significat, non cum alio, vt præsupponit Philippus, coniunctionem: Nec solum nomine fit diuortium, quando neutri licet alij cõnubio se obstringere, vt præ tendit Philippus, sed reuera. Potest enim celebrato diuortio coniunx insons tam alienum se gerere erga nocentem atq; fornicarium, ac si eum nunquam nouisset, neq; pactum vllum aut fœdus inter se iniissent. Nam potest religionem profiteri, potest etiam suscipere sacros ordines, item habitare ac peregrinari quo velit pro suo arbitrio, cum ita liber sit, ac si ei fidem nunquam dedisset, vinculo coniugali ab omni suo effectu impedito, quod tamen quia perpetuum manet, aliud matrimonium contrahere ipsa viuente non potest. Nec vtuntur Christus & Apostolus nomine Diuortij, in quo tamen solo fundatur argumentatio Philippi, sed nominibus dimissionis & recessus, quæ nihil respiciunt, aut commune habent cum alia coniunctione. Atque hanc dimissionem ipsi explicant esse quoad cohabitationem & thorũ duntaxat. Quod si discesserit vxor, inquit Apost. Dominus præcipit manere in nupta, aut viro suo reconciliari. Discesserit, ait Augustinus, ex causa fornicationis, ob quam solum ei discedere licet. Ineptissima igitur est Philippi ratiocinatio, qua ex eo vocabulo, quo nec Christus nec Apostolus vtuntur, colligitur quod dimittenti coniugè liceat cõ alio contrahere. Falsum est præterea quod assumit, cum post diuortium ita sint coniuges separati, quasi nunquam se mutuo cognouissent. Nec arceri posset ob culpam præcedentem iuuenula in continens à coniugio, si ruptus esset prius vinculum, & sui corporis recepisset potestatem, sed nubere permitteretur iuxta verba

Responsio.

Socrates in historia tripar. li. 8. ca. 11.

1. Cor. 7.
1. Tim 5.

Apostoli, Quod si non se continent, nubant: Melius est nubere, quam vti. Idem, Volo in-
niores nubere, filios procreare. Nunc autem ex lege Euangelica continere obligatur vel
viro recedat. Ex quibus patet quam parum habeat soliditatis probatio Philippi Mel.
ex qua tamen nouum hoc paradoxum statueret, & toti orbi publicare audeat, contra ipsas
scripturas, & contra concordem patrum atque Conciliorum definitionem, quam &
ipsum non pudet tanquam erroneam reprehendere. Nam lib. de Ecclesia, inter lapsus &
errata Conciliorum, De diuortio, inquit, sanxerit Synodus Mileuitana, cui interfuit beatus
Augustinus, ne persona innocens rursus contrahat matrimonium: & addit petendum
esse, vt Imperator legem in eam sententiam ferat, id quoque durius. Nam Roma: Fabiola
contraxit aliud connubium, quemadmodum testatur Hieron. Quid sibi vendicat homo
pulis & cinis supra Conciliorum & Ecclesie autoritate se erigens, nec veritus est eius
doctrinam de errore notare? Recte scriptum est, Perdam sapientiam sapientium, & pru-
dentiam prudentium reprobabo.

Inter lapsus
et errata Co-
nciliorum.

NEC plus ponderis aut momenti habent ea quae in hac materia adducit Confessio
Vvitembergen. quae ita habet.

*Speramus etiam futurum, vt optimi quique Episcopi & principes permittant his qui ab adulteris suis
coniugibus legitime diuortio separati sunt, eo contrahendi iterum in domino coniungi libertate vii, quam
concessit eis filius Dei dominus noster Iesus Christus, Matth. 5. & 19.*

Confessio.
In fine tract.
de coniugio.
Responsio.

Optimi Episcopi & principales catholici maiorum suorum sequuntur vestigia, nec
recedent a doctrina quae perpetuo tradita est in Ecclesia catholica, & in Conciliorum de-
finitionibus. Clarissima namque super hac veritate est definitio Concilii Florent. quod
docet, quamuis ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non tamen aliud
matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contractum, per-
petuum sit. Quam doctrinam August. & Hieron. docent meram esse veritatem euangelicam.
Et Episcopus quodam qui permiserunt id quod haec Confessio futurum sperat, arguit Ori-
genes, quod fecerint contra Dei mandatum: atque Fabiola nobilem matronam Romanam re-
prehendit Hieron. quod relicto viro adultero nubisset alteri, quam in hoc peccasse dicit
ex ignoratione vigoris Euangelici. Ostendimus autem supra falsum esse quod dicit Confes-
sio, filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum concessisse libertatem, post legitimum diuor-
tium cum alio contrahendi: nec hoc probari poterit ex ista sententia Saluatoris quam citat,
Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem, excepta causa fornicationis,
facit eam moechari, cum non meminerit de ducendo alteram, sed tantum de dimittendo
fornicariam: & ideo non dicit maritum extra causam fornicationis uxorem suam dimit-
tentem non moechari, sed quod eam moechari facit, eum autem moechari qui dimissam du-
xerit. Et si expendamus hanc Domini Saluatoris sententiam, nihil aliud inde sequitur,
quam quod si dimiserit ex causa fornicationis ei imputari non potest, si dimissa turpiter
viuat, cum dimittendo iure suo vtatur, & faciat quod iure etiam Euangelico ei permit-
tatur: non autem sequitur quod aliam ducere liceat, fornicaria dimissa. Secunda sententia
quam citat Confessio, dicit dimittentem uxorem suam extra causam fornicationis, si aliam
ducatur, moechari: An vero moechetur, si ex causa fornicationis eam dimittit, an non, nihil
ibi definit Saluator: sed alibi clare hoc docet quando ait, Quicumque dimiserit uxorem suam
quacunque ex causa, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et Apost.

Paulus dicit Dominum iubere uxori, vt in nupta maneat, si a viro ob for-
nicationem discesserit. Nihil ergo efficaciam habet doctrina ad-
uersariorum docentium licitum esse post dimissam for-
nicariam aliam ducere, imo scripturae sacrae
simul & Patrum Ecclesiasticorum
testimoniis aduersatur.
Quare erronea &
haeretica est.

Finis Articuli Decimi noni.

Articulus Vigefimus.

*Matrimonia contracta contra Canones ipsa dirimentes simpliciter
sunt irrita & nulla.*



LIQVA esse impedimenta matrimonium dirimentia, non quidem
vinculum quod semel natum perpetuo indissolubile manet, soluendo
sed prohibendo ne nascatur, testantur scripturae de consanguinitate
& affinitate in Leuitico, vbi dicitur, Omnis homo ad proximam san-
guinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius. Quod ibi profe-
quitur scriptura de gradibus variis affinitatis & consanguinitatis.

Item in Deuteronomio de cultus disparitate, ait, Non inibis cum eis
foedus, nec miseraberis earum, neque sociabis cum eis connubia. Filiam tuam non dabis
filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum ne sequatur me. Quod
spiritu prophético Esdras interpretatur esse prohibitionis irritantis. Nam reprehensi filii
Israel de huius mandati transgressione dixerunt, Nos prauaricati sumus in Deum no-
strum, & duximus uxores alienigenas de populis terrae: & nunc si est poenitentia in Israel,
percutiamus foedus cum Domino Deo nostro, vt projiciamus vniuersas uxores, & eos
qui de his nati sunt, iuxta voluntatem Domini, & eorum qui tenent praecipuum Domini
Dei nostri, & secundum legem fiat. Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes sacerdotum
& Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc, & dederunt ma-
nus suas vt eijcerent uxores suas, & pro delicto suo, arietem de ouibus offerrent. Vnde
omnino verisimile est prohibitiones istas Leuitici de gradibus consanguinitatis & affini-
tatis matrimonium etiam irritasse. Docet praeterea scriptura impedimenta quaedam matri-
monium prohibuisse solum, non autem inualidasse. Nam Esau peccauit ducendo uxores
de filiabus Chanaan contra parentum Isaac & Rebeckae voluntatem. Dixit namque Re-
becca ad Isaac, Tardet me vitae meae propter filias Heth. Si acceperit Iacob uxorem de stir-
pe huius terrae, nolo viuere. Vocauit itaque Isaac Iacob, praecipitque ei dicens, Noli accipere
coniugem de genere Chanaan. Nam Esau quadragenarius duxit uxores duas de gente He-
thaeorum siue Chanaanorum, quae ambae offenderant animum Isaac & Rebeckae. Prohi-
buerat quoque Abraham filio suo Isaac uxorem dari de filiabus Chanaanae. Cum autem verum
fuerit matrimonium inter Esau & filias quas ex Chanaan duxerat, parentum voluntas
& religionis disparitas non faciebant matrimonium nullum aut inualidum. Sicut igitur
ante legem & sub lege huiusmodi fuerunt circa matrimonium impedimenta & leges, ne-
cessarium est in republica bene ordinata tempore Euangelii, pro quo abolita sunt leges
Moysi, sacros canones, legesque Imperiales de iisdem ferre ac statuere, ne perpetua sint hic
disidia aut contentiones. A contractu namque matrimoniali, haereditatis pendet succes-
sio, atque haereditas institutio, de quibus etiam disponebat lex Moysi. Haec autem impedi-
menta causa sunt, ob quas sacri canones quaedam matrimonia solum vetant, quaedam etiam
irritant. Nam nisi iusta causa non potest contractus alioqui validus quacunque potestate
inualidari aut vetari. Illa autem sub existente, pro pace, tranquillitate ac salute reipublicae,
vtrumque; a magistratu fieri potest: sed maior requiritur causa ad irritandum, quam ad pro-
hibendum, & ideo subest plerumque prohibendi causa quae non sufficit ad irritandum. De-
finire autem vniuersaliter quando contractus contra legem aut canonem celebratus validus est,
quando autem irritus & nullus, non pertinet ad praesentem articulum, & tractatur circa re-
gulam iuris, quae contra ius sunt vtique; pro infectis haberi: & Sanctiss. Adrianus
de eadem re agit in 4. & in Quotilibet. Causam legitimam ob quam matrimonium irri-
tetur, certum est esse imparem cultum, de quo dicit B. Ambrosius, & idem habet Conci-
lium Carthaginen. 6. Caue Christiane, inquit, gentili aut Iudaeo filiam tuam tradere, caue
gentilem, vel Iudaeam, atque alienigenam, hoc est, omnem haeticam & alienam a fide
tua accipere tibi uxorem. Nam an lege Euangelica nullum sit huiusmodi matrimonium,
non consentiunt patres, vt docet beatus Augustinus lib. 1. ad Pollent. cap. 25. & ideo oportet
tuit quod per sacros Canones irritaretur, sicut irritatum erat per legem Moysi contra-
ctum cum Chanaanais. Sunt deinde causa legitima, quae matrimonium reddant nul-
lum, ipsa impotentia seminandi, error personae, vis siue coactus consensus, sacer ordo, li-
gamen cum alia, & huiusmodi, ob quae impedimenta Canones decernunt nullum sequi
matrimonium, tametsi adsit consensus, & verba consensus testantia pronuncientur: &
ff iiii Prohi-

Cap. 18.

Cap. 7.
Exod. 34.

1. Esd. 9. &
10. 2. Esd. 13
Malach. 2.

Gen. 27. et 36

Genes. 24.

Quest. de lu-
do alca.
quolibet. 6.

Prohibent autem dumtaxat ne clandestinè contrahatur, vel ante bannorum proclamationem, ne foras sit impedimentum sit inter eos, qui matrimonium inire desiderant, & propterea cum sacramenti irreuerentia nulliter contrahant. Secundum duplex igitur impedimentorum genus, duplices etiam sunt canones, quidam dirimentes, alii verò tantum prohibentes. Dirimere autem dicuntur matrimonium impropiè, dum ne nascatur prohibent. Non enim quod non coit, nec coniunctum est, dirimi potest. De his impedimentis scholastici doctores post Magiltrum latè tractant in quarto lib. Sentent. Omnis nãq; res constans ex aliquibus causis quæ impediri possunt, habet impedimenta. Causa autem matrimonii efficiens, est mutui consensus, qui impeditur per errorem & coactionem; & causa finalis, generatio prolis ad cultum Dei, per coeundi impotentiam impeditur; item persona ipsæ impediuntur per consanguinitatem & affinitatem, per sacrum ordinè, per vorum solenne & ligamen alterius matrimonii: Et B. Thom. In matrimonio sunt quædam, inquit, quæ sunt de essentia ipsius, & quædam quæ sunt de eius solemnitate, sicut & in aliis sacramentis. Et quia remotis his quæ non sunt de necessitate sacramenti, adhuc manet verum sacramentum, ideo impedimenta quæ contrariantur iis quæ sunt de solemnitate sacramenti, non efficiunt quin sit verum matrimonium, & talia dicuntur impedire contrahendum, sed non dirimunt contractum, sicut prohibitio Ecclesiæ, & tempus feriatum. Vnde versus:

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum,
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Impedimenta autem quæ contrariantur his quæ sunt de essentia matrimonii, faciunt vt non sit verum matrimonium: & ideo dicuntur non solum impedire matrimonium contrahendum, sed dirimere contractum, quæ his verbis continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si sis affinis, si fortè coire nequibus.

Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.

Quæ omnia latissimè Thomas declarat. Est autem sacramento matrimonii præ cæteris hoc peculiare quod habeat impedimenta, eò quòd consistat in contractu, mutua videlicet potestatis corporum ad prolis generationem donatione ac permutatione, quæ maris & feminae spontaneum requirit consensum. Còtractus enim est vtrò citroq; obligatio ex voluntate & pacto partium surgens: Propter quod variis, vt diximus, ex causis impediri potest, & pluribus quàm alia sacramenta, quæ tamen suis quoque impedimentis non carent. De contractibus autem ciuium, magistratus potestatem habet ordinandi, prohibèdi & irritandi, pro salute, tràquillitate, & bono reipublice, sicut & de actibus virtutum, & vniuersis quæ ad pacem & bonum ciuitatis conducunt leges ferendi, vt docet Aristoteles in Ethic. Ipsa, inquit, leges de omnibus dicunt, coniectantes còmunem omnium vtilitatem. Præcipit enim lex & ea agere quæ pertinent ad fortem, & quæ ad temperantem, & ea etiam quæ sunt mansueti, & in cæteris itidem virtutibus atq; vitiis, alia iubens, alia vetans. Rectè quidem ea quæ rectè posita est, deterius autem ea, quæ inconsultè est exarata. Et in sequentibus distinguit ius ciuile siue legitimum a naturali. Facultatem autem legislatiuam esse apud Regem & Magistratum, non solum concorditer docent philosophi, sed & scriptura sacra, quæ ait, Per me reges regnant, & legum còditores iusta decernunt; Et alio loco, Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes, iniustitias scriperunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei. Sunt enim ministri Dei, & ministri regni eius. Quicquid igitur ad salutem publicam attinet, disponere potest Magistratus, non tantum secularis, sed & Ecclesiasticus, in ordine quisq; ad finem & scopum sui regiminis. Vtriq; namq; communis est facultas gubernandi & regendi communitatem sibi subditam. Hanc autem sequitur potestas leges ferendi. Est enim regere, media commoda ex autoritate præscribere, quibus subditi iuste & honestè viuant, & ad felicitatem perducantur. Nam Episcopus dicit Apostolus Paulus, quòd Spiritus sanctus eos posuit regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit Christus sanguine suo: Item Petro dixit Christus, Pascite oues meas: atque hic etià mandauit senioribus, Pascite qui in vobis est gregem Dei, quod interpretatur B. Hieronymus, Regite & gubernate. Rursum subditos monet scriptura, Obedite Præpositis vestris & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddaturi.

Nam generale pactum est societatis humanæ obedire regibus suis, sicut in potestatibus societatis humanæ maior potestas minori ad obediendum præponitur. Si quid enim ipse

Procon-

Ex Richardo de media vil. 15.

Lib. 5, cap. 1.

Ca. 2, tra. 5, 1.

Proverb. 8, 1. 10.

Rom. 13, 1. 6.

Aff. 10, 1. 21.

1. Pet. 5, 1.

Hebr. 13, 1.

Proconsil iubeat, & aliud iubeat Imperator, nunquid dubitatur illo contempto, isti esse seruendum? Quemadmodum igitur apud secularem potestatem facultas est còtractus quosdam ciuiles prohibendi, & alios irritandi, quales sunt contractus minorum: & apud patresfamilias, vota & iuramenta prolium suarum irritandi, ita apud potestatem ecclesiasticam facultas est, in ordine ad finem cælestis patriæ, & pacè ac honestatem domesticorum familiarum Christi, ordinandi de coniugio tanquam propriæ familiæ Christi officio, & quædam propter honestatem & bonum Ecclesiæ irritandi. Cum enim, vt diximus, lex Moyli sit abrogata, erat enim pædagogus noster in Christo: at vbi venit fides et Christus, iam non sumus sub pædago. Item, Mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius: & translatò sacerdotio, necesse erat, vt legis quoque translatio fieret, quæ nõ fuit data gentibus, sed Iudæis tantum, quos solos propterea obligabat. Cùm igitur abrogatæ sint vniuersæ Moyli leges de gradibus consanguinitatis & affinitatis, de quibus in Leuitico, nec vlla de eis habemus Dei præcepta, & ius naturale propter suam generalitatem & ambiguitatem, non sufficiat ad populi Christiani gubernationem, nec in moribus, nec in seruanda honestate nuptiarum, necessarium fuit, & magistratus constitui, tam polyticos quàm ecclesiasticos, item leges ac Canones statui, quibus derarminaretur & explicarentur generalia diuini & naturalis iuris præcepta de actibus virtutum, de còtractibus, gradibus còsanguinitatis & affinitatis, de matrimonii impedimentis, heredum successione, & institutione, & aliis quæ in republica seculari & ecclesiastica agenda occurrunt. Et quoad matrimonia contrahenda de quibusdam gradibus consanguinitatis & affinitatis ambiguum est, an impediunt vinculum nasci, an solum prohibent contrahi, ex iure naturæ & diuino. Nam scriptura generaliter dicit, Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius. Et quidem indecens est, & contra honestatem (nisi aliud requirat causa aliqua legitima) cum ea matrimonium contrahere, non tamen nullum est lege quidem Moyli, nisi in casibus quorum meminit Leuiticus. Necesse igitur est, vt diximus, pro salute & honesta vita populi Christiani, horum omnium fieri determinationem, in quibus gradibus prohibeatur solum, & in quibus nulliter contrahatur. De quibus tamen cùm non possint constitui regulæ immutabiles, propter mutabilem conditionem & qualitatem temporum populique Christiani: ideo per Christum hæc disponi non conueniebat, cuius ordinationes & præcepta immobilia sunt & indispensable per regni eius ministros. In his autem matrimonii impedimentis consanguinitatis, & affinitatis, bonum commune & pax publica sæpe dispensationem requirunt. Et quemadmodum libertati populi Christiani non præiudicatur, quòd contractus eius ciuiles irritantur, ita nec ei derogatur, quòd ob bonum publicè ex iusta causa inualidantur coniugia. In salutem namq; publicam omnes subsunt magistratui secundò suas personas, contractus & facultates. Nam pars naturaliter est propter torum, & iacturam ac detrimentum ferre debet ob salutem totius, pro qua etiam fe totam periculo ex iure naturæ exponit. Non debemus nobis placere, inquit Apost. sed vniuscuique proximo suo placeat in bono. Et alibi, Non estis vestri: empti enim estis precio magno. Nihil itaq; mirandum, quòd pro Christi honore eiusq; familiæ salute, tràquillitate, & honestate, disponatur circa vitam & mores, atq; coniugia domesticorù, præsertim vbi Christus nihil disposiit, sed ea reliquit constituenda pro temporum, locorum, & hominum fidelium diuersitate, per eos quos post se & suo loco super familiam suam dispensatores collocauit. Nam de còtractibus & officiis Ecclesiæ secundum quod spiritualia sunt, & ad salutem fidelium ordinantur, ad solos Ecclesiæ præpositos pertinet disponere & ordinare, sicut officia & contractus ciuiles per leges Imperiales ordinantur: imò & còtractus ciuiles personarum ecclesiasticarum per Ecclesiæ prælatos irritantur. De iudicibus enim delegatis minus aliquid suscipientibus vltra efulentum vel potulerum disponit Pontifex, quòd teneantur ad restitutionem integram eius, quod receperint, nulla eorum quibus restitutum faciendū fuerit, remissione vlatenus profutura eidem. Item visitatoribus Ecclesiarum madaat alius pontifex, vt ratione visitationis nullam accipiant pecuniã, nulla in hoc eius dantium remissione liberalitate seu gratia valitura. Et de inquisitoribus extorquentibus pecuniam disponit Clemens quintus, quòd nulla priuilegia, pacta aut remissiones super hoc sunt valitura.

In his igitur casibus ob irritationem Ecclesiæ, Dominus etiam laicus rem suam in alium transferre non potest, cū tamen nihil tam naturale sit quàm voluntas Domini, volentis rem suam in alium transferre, &c. Necessarium est ergo quòd contractus coniugalis, qui sacramentū est & officium Ecclesiæ propagandæ, subdit ordinationi & irritationi magi-

Aug. 3, li. con. 8. 8.

Sermon. 6. de verbis Domini secundum Math.

Numer. 30.

Galat. 3.

Rom. 7.

Cap. 18.

Leuit. 18.

Rom. 18. 1. Cor. 6.

Bonifacius 8. in cap. Status tum de rescriptis.

Innocent. 4. li. 6. cap. Exigit de censibus & exactione.

Clemens 5. in Con. Vienne cap. Nolentes de heret.

Instit. parag. per traditionem.

magistratus Ecclesiastici in ordine ad pacem Ecclesiæ & fidelium salutem, quâvis simul etiam subsit ordinationibus & legibus potestatis civilis, secundum quod refertur ad pacem & honestatem ac bonum reipub. Nam vt rectè dicit B. Thomas, statuti principum infidelium, matrimonium irritare potest contractum à subditis infidelibus: imò & alibi dicit, Matrimonium in quantum est in officium naturæ, statuitur lege naturæ: in quantum est sacramentum, statuitur iure diuino: & in quantum est in communitatis officium, statuitur lege ciuili: & ideo ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona effici ad matrimonium illegittima. Et quia lex naturalis secundum diuersos status recipit determinationes diuersas, & ius posituum etiam variatur secundum diuersas hominum conditiones, ideo Magister ponit in diuersis temporibus diuersas personas illegittimas fuisse. Atque eandem hanc sententiam sequitur glossa decreti. Nam Iulius Papa interrogatus an legitima sint nuptiæ, si quis ancillam suam in matrimonium sociauerit, libertate tamen prius donatam: Respondet legitima esse huiusmodi connubia, quia nihil impium, nec legibus contrarium in ea copulatione inuenitur: Vbi glossa, Et ita si leges contradicerent, & illis legibus canon non obuiet, non tenet matrimonium. Nam quòd leges habeant locum in matrimonio, videtur, licet H. contradicat argument. 35. cap. Sedem. Vnde dicunt quidam, quòd cum lex hic dicat non esse matrimonium cum ancilla, & ca non non excipiat, nisi cum scienter ducit, quod vbi etiam cum libera contrahit credens se contrahere cum serua, nò tenet matrimonium: circa quam glossa scribit Archidiaconus, Circa hanc materiam, inquit, tali vtor distinctione, Si lex prohibet matrimonium propter honestatem, prohibetur est quantum ad Ecclesiam 30. quæst. 3. cap. i. ff. de ritu nuptiarum. Per totum: Vbi verò propter priuatam utilitatem prohibet lex contrahi, matrimonium non est prohibetur, quantum ad Ecclesiam. De quo latè agit Philippus Francus de hæretic. cap. Statutum i. vbi quæstionem mouet, An statutum laicorum disponens quòd contrahens matrimonium cum filia sine consensu patris, incurrat poenam statuti. Et, An iudici poenam exigenti inhibito fieri possit per Iudicem Ecclesiasticum. Nam hoc iure prohibendi & irritandi matrimonia, vt sunt in naturæ & propagationis officium & in pacem ac honestatem Reipub. semper vsa est potestas imperialis: vt patet in titul. de nupt. in ff. & Codic. & per Iustinianum in Instit. vbi prohibitis multis consanguinitatis & affinitatis gradibus addit, Si aduersus ea quæ diximus aliqui coierint & coniuncti fuerint, nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur: Et nati ex copulatis contra leges, spurii appellantur. Nec huiusmodi leges quæ iusta constant ratione improbantur à sanctis doctoribus, imò nec à sacris canonibus, sed magis commendantur. Nam de consobrinis matrimonio copulandis scribit B. Augustinus, Experti sumus, inquit, in connubiis consobrinarum etiam nostris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximū, quàm raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec diuina prohibuit, & nò dum prohibuerat lex humana. Veruntamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebat illiciti, & quod fiebat cum consobrina, penè cum sorore fieri videbatur, quia & ipsi inter se propter tam propinquam consanguinitatem fratres vocantur, & penè germani sunt. Veruntamen quis dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse coniugia, nò solum secundum ea quæ disputauimus propter multiplicandas affinitates, ne habeat duas necessitudines vna persona, cum duæ possint eas habere, & numerus propinquitatis augeri, sed etiam quia nescio quomodo inest humanæ verecundiæ quiddam naturale atque laudabile, vt cui debet causa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat, quamuis generatricem tamen libidinem, de qua erubescere videmus & ipsam pudicitiam coniugalem? Copulatio igitur maris & femina, quantum attinet ad genus mortaliū, quoddam seminarium est ciuitatis, sed terrena ciuitas generatione tantummodo, cælestis autem etiam regeneratione opus habet, vt noxam generationis euadat. Vbi satis insinuat quæ ratione coniugium subsit magistratui seculari, & qua ratione prælati Ecclesiæ. De iisdem consobrinarum nuptiis scribit Beatus Ambrosius, quòd Theodosius Imperator etiam patruels fratres & consobrinos vetuit inter se coniugii nomine conuenire, qui seuerissimam poenam statuit, si quis temerare ausit fratrum pia pignora. Ex quibus patet quòd ratio sacramenti, quæ est in matrimonio Christiano, non impedit quò minus potestas secularis de eo, vt est in officium Reipub. statueret possit. Potestas tamen Ecclesiastica quæ architectonica est, & altiõri ratione atque siue ipsam considerat derogare, reuocare, & irritare potest eius constitutiones, si religioni & scopo regiminis Ecclesiastici aduersentur, vel non conueniant: Quod & facit circa ordina-

Dist. 39. art. 2 ad 3. argum.

29. quæst. 1. c. si quis.

Lib. 50.

De ciuit. Dei lib. 1. cap. 16

Epist. 66. que ad Paternum

nationem legalem, qua olim prohibebatur ne mulier intra tempus luctus, hoc est, vnus anni spacium sine infamia nubere possit. Ait enim Innocentius tertius. Cum secundum Apostolum mulier mortuo viro ab eius sit lege soluta, & nubendi cui vult habeat facultatem, non debet legalis infamia sustinere iacturam, quæ concessa sibi ab Apostolo Paulo vitur potestate, cum in his præsertim seculares leges nò dedignentur sacros Canones imitari. Idem etiam in Concilio generali Synodali, inquit, iudicio definimus, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canonica, quàm ciuili, cum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest obseruari. Quæ autem sit causa iusta prohibendi & irritandi coniugia ratione consanguinitatis & affinitatis, quodque veria sit graduum obseruatio, docet beatus Augustinus. Cum genus humanum, inquit, post primam copulam viri facti ex puluere, & coniugis eius ex viri latere, marium feminarumque; coniunctione opus haberet, vt gignendo multiplicaretur, nec essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas coniuges acceperunt: Quod profectò quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damabilius religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines quibus esset vtilis atque honesta concordia, diuersarum necessitudinum vinculis nequerent, nec vnus in vna multis haberet, sed singula spargerentur in singulos, ac sic ad sociale vitam diligentius colligandam plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe & focer duarum sunt necessitudinum nomina. Vt ergo alium quisque habeat patrem, alium focerum, numerosius se charitas porrigit: Vtrumque autem vnus Adam esse cogebatur, & filius, & filius suis, quando fratres sororesque connubio iungebantur. Et quibusdam interpositis, Humano, inquit, genere crescente & multiplicato, etiam inter impios deorum multorum, falorumque cultores sic obseruari cernimus, vt etiam si peruersis legibus permittantur fraterna coniugia, melior tamen consuetudo ipsam malit exhorere licentiam: & cum sorores accipere in matrimonium primis humano generi temporibus liceret, si aduersetur quasi nunquam licere potuerit. Ad humanum enim sensum vel allicendum vel offendendum mos valet plurimum. Si enim iniquum est auiditate possidendi transgredi limitem agrorum, quanto est iniquius libidine concumbendi subuertere limitem morum. Et quia lex Theodosii, quòd non copulenter coniugio consobriini, reuocata est per Iustinianum, qui huiusmodi nuptias permittit. Duorum, inquit, fratrum vel sororum liberi, vel fratris & sororis coniugii possunt, licita essent huiusmodi connubia, nisi vetarentur, atque etiam irritarentur sacris canonibus, per quos semper ordinata sunt Christianorum coniugia. Et ex antiquo carum, vt vsque ad septimum consanguinitatis & affinitatis gradum matrimonia non contraherentur. Nam beatus Gregorius, Progeniem suam vniumquemque, inquit, vsque ad septimam discernimus obseruare generationem, & quadiu se agnoscant affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus: quod si fecerint separantur. Qui etiam requisitus à Felice Messanæ Ciciiliæ ciuitatis præfule, vt Augustino scripserit, vt Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minimè soluerentur. Inter cætera talem responsionem reddidit, Quod scripsi Augustino Anglorum gentis Episcopo, ipse etiã Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono quod cæperat meruendo auulterior recederet, specialiter & non generaliter me certissime scripsisse cognoscas, vnde & mihi omnis Romana ciuitas extitit testis: nec ea intentione hæc ei scripsi mandata, vt postquam firma ratione in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separantur, aut infra affinitatis lineam, id est, vsque ad septimam generationem iungantur: Sed quod adhuc illis neophytis existentibus eis primum illicita consentire, & eos verbo ac exemplis instruere oportet. Nam iuxta Apostolum Paulum, qui ait, Lac dedi vobis in potum, non escam, illis modò non posteris temporibus tenenda indulgimus, ne bonum quod infirma radice plantatum erat erueretur, sed aliquantum firmaretur, & vsque ad perfectionem custodiretur. Scripserat enim beatus Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum. Quædam, inquit, lex Romana permittit, vt siue fratris, siue sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia miscantur: sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere, vnde necesse vt in quarta vel quinta generatione fidelium licenter sibi coniungantur. Citant & alios Canones antiquos Gratianus & Magister Sententiarum, quibus cauetur ne in septimo gradu & inferioribus matrimonia contrahantur: hi seruari sunt vsque ad tempora Innocentii tertii, qui eos in Concilio generali reduxit ad gradum quartum, per experientiam doctus quòd ad remotiores consanguineos, quasi nullum fœdus maioris amicitia,

De 2. nuptiis ca. cum fecerint dum Apostolum.

De ciu. li. 15. cap. 16.

Instit. de nuptiis.

Epist. 32. li. 12 ad Felice episcopum.

Loco vsi sup.

Gratianus vs quæst. 3. ca. 6 Quædam ex Romana.

c. 6. ad inter. rogationes. Augustini Ciuicentensis.

25. quæ. 3. ca. dist. 40. et 41.

quam

quam ad extraneos haberetur, charitate videlicet in multorum cordibus refrigerante, atque propterea cessante iam causa, inutilis visa est Concilio vsq; ad septimum gradum prohibitio. Nam vt ait beatus Augustinus, fuit antiquis patribus religiose cura, ne ipsa propinquitas se paulatim propagiuum ordinibus dirimens longius abiret, & propinquitas esse desisteret, eam nondum longe positam rursus matrimonii vinculo colligare, & quodammodo reuocare fugientem. Sunt & verba Concilii, Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, praeter tim cum vrgēs necessitas, vel euidentis utilitas id exposcit, quoniam ipse Deus ex his quae in veteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo. Cum ergo prohibitiones de coniugio in secundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum, cum cessante prohibitione cesset effectus, constitutiones super hoc aditas sacri approbatione Concilii reuocantes praesenti constitutione decernimus, vt sic contrahentes de caetero liberè copulentur: Prohibitio quoque copulae coniugalis quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de caetero non excedat, quoniam in vltioribus gradibus iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari, concludens, Cum ergo iam vsq; ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulae sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam, vt si quis contra prohibitionem huiusmodi praesumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur annorum, cum diuturnitas temporum non minuit peccatum, sed auget, tantoq; sunt grauiora crimina, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. Et sicut cessante causa ablatum est impedimentum consanguinitatis & affinitatis: quod multis seculis in quinto, sexto, & septimo gradibus matrimonium diremerat, & vsque ad gradum quartum facta est reductio: ita fieri posset, imò & deberet de aliis impedimentis, si iam cessent, vel aliquando cessauerint causa ob quas matrimonium dirimebant. Quid autem dicendum sit in foro conscientiae ante Ecclesiae reuocationem, vel declarationem: quando tamen reuera cessant causa prohibitionis, & propter temporum ac status hominum mutationem inuiles facti essent isti canones, non solum in particularibus casibus, sed regulariter, difficile & periculosum est definire. Nam de Canonibus morum, hoc est, qui de agendis & vitandis disponunt, certum est quod non obligant, quando causa ob quam sunt lati generaliter cessat, cum ratio sit anima legis. Si ita esset de Canone irritante matrimonia, plurimae nascerentur perplexitates, cum iudices Ecclesiastici secundum eos iudicare debeant, vel probando, vel improbando matrimonia, quamdiu non sunt per Ecclesiam reuocati. Videtur ex his quae superius diximus, quod efficaces non sint, nec virtutem irritandi habeant, vniuersaliter cessante causa, & maxime si magis ob sint obseruati quam profint. Quae autem sint impedimenta per Canones inducta, quae videlicet eis sublatis, non impedirent nec dirimerent, hoc est, super quibus Pontifex Christi vicarius dispensare potest, vtilis esset tractatio. Nam certum est de quibusdam impedimentis, quod inducta sunt per sacros Canones: & de aliis quibusdam, quod sunt ex iure naturali & diuino: item quaedam esse de quibus ambiguum est, an sacri Canones ea inducant, an declarent solum id quod Iuris est. De quibus copiose agunt doctores Scholastici 4. Sentent. quemadmodum videre est. Est praeterea disputatio magna de gradibus consanguinitatis & affinitatis, quos ponit Leviticus, an ex iure diuino, vel potius naturali matrimonium nunc dirimant. Nam quod ipsum impediant ob rationem, cuius meminit scriptura in Levitico, hoc est, ex naturali verecundia & pudore, satis certum est. Hoc enim docet Beatus Augustinus de coniunctione consobrinorum. Nam legis naturae praecipuum generale est: Omnis homo ad proximum sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius. De secundo, tertio, & vltiore gradu definiuit Innocentius tertius, quod solo iure Canonico matrimonium dirimant, quodque propterea pagani vxores accipientes in secundo, vel tertio, vel vltiore gradu sibi coniunctas, post baptismum eas retinere possint. Quae quidem vtilissima esset tractatio propter dispensationes quae sunt, & factae sunt per sedem Apostolicam. Sed diligenter haec questio discutitur atque examinatur apud Cardinalem Caietanum circa summam B. Thomae: Item in Comment. in Leuit. cuius sententia est, quod soli parentes & filii prohibentur iure naturali contractum irritare, matrimonium iniire: quodque prohibitiones Levitici abolitae sunt cum reliquis legalibus per mortem Christi, ac propterea ex causa legitima in omnibus affinitatis & consanguinitatis gradibus, exceptis parentibus, papa dispensare potest.

Et de iuri ta. cap. 16.

De consangu. et affinit. ca. Non debet.

Cap. 18.

Cap. Gaude. anus de diuer. iuris. et c. 14. Qui filii sunt legitimi.

2. 2. quae. 158. vti. 9. Cap. 18.

Ex

Ex quibus manifestum est, certa fide tenendum esse matrimonia contra canones ipsa dirimentes inita atque contracta, simpliciter irrita esse & nulla: quemadmodum certa fide credendum est praelatis ecclesiasticis, hoc est Ecclesiae pastoribus, impositum esse onus regendi & dirigendi oues Christi, ac proinde eis competere facultatem vetandi noxia, atque ab incommotis & indecentijs, quibus Christi familia dehonestaretur arcendi. Praeceptum namque Apostolicum est, omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis. De hac potestate mandandi & leges ferendi dicemus articulo 26. qui peculiariter agit de Ecclesiasticis constitutionibus. Et tam clara est huius praesentis articuli veritas, vt non intueniatur aliquis catholicorum qui ei sit aduersatus, quamuis sint qui contra sacros Canones audent docere, quod quaedam matrimonia nulla sunt & inualida, quae tamen per eoldem tanquam valida & rara approbantur, inter quos primarius est Erasimus, qui contra sacros Canones, & euidentem rerum veritate, docet coniugium a filiofamilias contractum, sine parentum consensu, nullum atque irritum esse, & similiter professionem religionis. Nam clarissimi hic sunt sacri Canones, & patrum ecclesiasticorum sententiae, imò & ipsa rerum natura hoc docet, quod consensus liber eorum qui copulantur, ad matrimonium sufficiat, & spontanea voluntas ad religionis professionem. De priori namque dicit Nicolaus papa, sufficit solus secundum leges consensus, de quorum quarumq; consensu & coniunctionibus agit, qui solus si defuerit, caetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Cum ergo inter istos consensus intercesserit, qui solus matrimonium facit, patet hos coniuges fuisse. Et Innocentius tertius, Cum prohibitorium, inquit, sit edictum de matrimonio contrahendo, vt quicumq; prohibetur, per consequentiam admittatur, & sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum, de quorum quarumque coniunctionibus agit, &c. Et idem, Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris consensum, sed necessaria sunt quantum ad Ecclesiam, verba consensum exprimentia de praesenti. Item capitulo, Tua sequenti, Sine consensu caetera nequeunt foedus perficere coniugale. Rursum Alexander tertius, Papiensis episcopo, Cum locum non habeat consensus, inquit, vbi metus vel coactio intercedit, necesse est, vt ibi assensus cuiusquam requiritur, coactionis materia repellatur: matrimonium autem solo consensu contractum. Et vbi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere quod odit, & sequatur exitus, qui de iniuriis soler nuptiis prouenire. Quocirca mandamus, quatenus puellam de cuius matrimonio questio ventilatur, in domo in qua nihil eam timere oporteat, facias honeste teneri, donec praedicta causa determinata fuerit. Cum autem sacri Canones absolue loquantur de consensu eorum, qui coniunguntur, nec parentum consensus vlla fiat mentio in responsione sedis Apostolicae, generaliter sunt intelligendi, nec restringi debent ad eos, qui non sunt filiofamilias. Indecens tamen est, & contra reuerentiam parentibus debitam, quod filius vel filiafamilias matrimonium sine parentum consilio & voluntate contractat, quauis contractum validum sit & ratum, atque adeo coniungantur, vt separari non possint: quemadmodum docet B. Ambrosius, agens de coniugio filiofamilias sine patris scitu & consensu contracto. Quod filio nostro, inquit, remisisti meo rogatu, quia te in consilio vxorem acceperat, pietati magis tribuo, quam nostro amori. Impetravit igitur natura, impetravit filius. Pulchre itaque gestum, vt te patre recognosceres, simul quia iusta indignatio fuit. Malo enim culpam fateri, vt plus laudetur paterna indulgentia, sed & ipsa paterna offensio fuit, quoniam venturam in locum filiae tuae debuisti eligere iudicio, cui fieres pater: namq; aut natura filios suscepimus, aut electione. In natura casus est, in electione iudicium, magisq; in adoptatis offendimus, quam in genitibus filijs, quia genitales filios esse degeneres, ad naturam refertur: ascitos vel adoptione, vel copula dedecores esse, non nisi errori adscribitur. Fuit ergo quod succenses filio, sed fuit etiam quod remitteres, quia sibi vxorem elegit. Et paucis interpositis. Maturiore quidem consilio puella filio a patre traditur, sed maiore obsequio proposito a filio ad patrem ducitur, & a viro lecta ingreditur foederi domum, non metuit & filius displicere iudicium suum, & nurus ministerium: illam paternae electionis praerogatiua attollit atque erigit, ista offensionis humiliter metus, inclinatur verecundia. Vbi vera tradit B. Ambrosius doctrina, quid sententiis sit de matrimonio patre in consilio contracto, videlicet quod peccat in patre suum filius, ac iusta sit patri indignationis causa, veruntamen constat ratum matrimonium. Et quauis iniuriis parentibus contrahere, & contractare clandestine, communiter confundantur, magnum tamen inter ea est discrimen. Contingit enim clandestine contrahere ex parentum consensu, & eis dissentientibus publice ac solemniter cum bannorum etiam proclamatione

Erasmus colloquus.

27. quae. 2. c. sufficiat.

De sponsa. et matrimo. c. cum apud.

Cap. Tua.

Ca. Cuiusmodi eodem titulo.

Epi. 43. ad si. iunium.

gg matri-

Tab. 7.

matrimonium inire: vtroque autem modo contractum validum est. Nam de desponsatione impuberum specialis est titulus in Antiquis, & lib. 6. Ex scripturis quoque constat, quod Thobias iunior, quamvis filius familias infcio & inconsulto patre, ex sancti angeli consilio, vxorem duxit Saram. De Esau etiam testantur, quod contra parentum voluntatem vxores duxit de genere Hethæorum. Et solum pubertatem requirunt Canones in contrahentibus. Et sicut alii contractus, vota, & iuramenta nullis adhibitis testibus facta, verè obligant in conscientia, ita & validus est contractus coniugalis clandestinus & præiudicat atque etiam dirimit matrimonium consummatum quod sequitur, vt dicit Alexander tertius, Si, inquit, inter virum & mulierem legitimus consensus interuenierit de presententi, ita quidem quod vnus alterum in suo mutuo cōsensu verbis consuetis expresse recipiat, vtroque dicente, Ego te accipio in meam: & Ego accipio te in meum: siue sit iuramentum interpositum, siue non, non licet mulieri alii nubere, & si nupserit, etiā si carnalis copula sit secuta, ab eo separari debet, & vt ad primum redeat, ecclesiastica districtione compelli. Nec valet contraria consuetudo, vt scribit Innocentius tertius Mutinensi episcopo. Postquam inquit, inter legitimas personas consensus legitimus interuenierit de presententi, qui sufficit in talibus, iuxta canonicas sanctiones, & si solus defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Si personæ iunctæ legitimæ cum aliis postea de facto contrahant, quod prius de iure factum fuerat, non poterit irritari. Item Alexander tertius Beluacensi episcopo scribit, Si matrimonia ita occultè contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat, hi qui ea contrahunt, ab ecclesia non sunt aliquatenus compellendi. Verum si personæ contrahentium hæc voluerint publicare (nisi rationabilis causa præpediat) ab ecclesia recipienda sunt & comprobanda, tanquā à principio in ecclesiæ conspectu contracta. An verò irritari possit generaliter contractus matrimonii clandestinus, ob pericula multa & scandala quæ ex eo proueniunt, sicut per sacros Canones est prohibitus: & similiter contractus coniugal, qui sine parentum consensu initur, ob filii erga parentes irreuerentiam & neglectum, difficiles sunt quaestiones. Arbitrantur quidam quod iam diu irritati essent, si causa esset legitima. Occurrit enim atque etiam impedire debuisset ecclesia mala huiusmodi, contractus ipsos irritando.

Cap. Licet, de sponsa duor.

Cap. Tuas, eo dem titulo.

Cap. Quod non sit, de claudic. spon. tit. 3.

Quotlibet. 6. art. 2.

Nec videtur magis legitima esse causa clandestinos istos contractus irritandi, quam, vt diximus, contractus ciuiles, vota & iuramenta. Et quia solum doli & scandalorum præsumptione niteretur huiusmodi irritatio, hæc non subsisteret, quando præsumptioni nõ subesset veritas, nec in conscientia locum haberet veritas, vt docet Sanctiss. Adrianus in Quotlibet. Post Panormitanum de immunitate eccles. atque ita multi nacerentur scrupuli & perplexitates, cum matrimonium semel contractum rescindi non possit. Erga parentes irreuerentia non est causa matrimonium irritandi. Quas difficultates alio loco tractandas hic relinquimus.

Professionem sacræ religionis validam esse, & facere monachum & monachā, quamuis contradicant parentes, ex scripturis sacris & patrum canonibus atq; doctrinis certissimum est, quemadmodum docet Gratianus in Decre. vbi ex Synodo 9. citat, quod firma tunc erit professio virginittatis, ex quo adulta iam ætas esse cõperit, & quæ solet apta nuptiis deputari ac perfecta. Si virginittatis professio tunc incipit esse firma, cum ætas cõperit esse adulta, & religionis professio tunc demum debet esse firma, cū ad adultam ætatem pertuentum fuerit. Et Innocentius tertius in cap. Postulasti, atq; aliis Canonibus plurimis, docet professionem factam ab eo qui excessit annum 14. esse validam: Idem docet Clemens quintus in Concilio Viennensi. Et aperta est sententia B. Hieronymi, Licet paruuulus, inquit, ex collo pendeat nepos, licet sparso crine & scissis vestibus vbera quibus renutriet mater ostendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, sicis oculis ad vexillum crucis enota: solum pietatis genus est in hac te esse crudelem. Et post pauca, Facile rumpit hæc vincula amor Dei, & gehennæ timor. At contta: scriptura præcipit parentibus obsequendum, sed quicumq; eos super Christum amat, perdit animam suā: gladium tenet hostis vt me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrem militiam Christi deseram, cui sepulturam Christi causa non debeo, quam etiam omnibus eius causa debeo? &c. Nec opus est hic canonum vel patrum autoritate, quando Domini Saluatoris sententiam in promptu habemus, qui discipulo roganti, Permite me primum ire & sepelire patrem meum: respondit, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et apud Lucam ait alter, Sequar te Domine, sed permittite mihi primum renuciare his qui domi sunt: Cui ait Dominus, Nemo mittes manū suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei, Rursus adolefcenti dixit, Si vis perfectus esse, vade, vende

Matth. 8.

Luc. 9.

vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me. Item ad Apostolos, Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplū accipiet, & vitam æternam possidebit. Venit enim Dominus separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, Et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus: Imò si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Quæ omnia declarat B. Thomas in 2.2. Dominum namque vocantem, qui pater est spirituum, & vniuersorum Dominus, statim abiectis impedimentis quæ remorantur, etiam patre carnis reclamante & contradicente, sequi atque obedire oportet. Est igitur hæc differentia inter contractum matrimonii, & religionis professionem, in iuris parentibus, quod laudabiliter contra eorum voluntatem, iisque inconsultis filius familias annos pubertatis ingressus, religionem proficitur. Nam magnum hoc, teste B. Hieronymo, pietatis genus est, & Domini consilium, vt patrem & matrem odiat. Matrimonium verò contrahere eis inconsultis & repugnantibus, peccatum est contra reuerentiam ipsis debitam, non autem proprie contra obedientiam vel patriam potestatem, quæ matrimonii contractum non completitur. Non enim patri subiectus est filius in contrahendo matrimonium, nec eius cõtradictione impediri potest. Ait enim B. Thomas, Ex quo homo venit ad annos pubertatis, si sit liberæ conditionis, est suæ potestatis, quantum ad ea quæ pertinent ad suam personam, puta quod obliget se religioni per votum, vel quod matrimonium contrahat, non autem est suæ potestatis quantum ad dispensationem domesticam: vnde circa hoc non potest aliquid vouere, quod sit ratum sine consensu patris. Seruus aut quia est in potestate domini, etiam quantum ad personales operationes, nõ potest se voto obligare ad religionem, per quam ab obsequio domini sui abstraheretur. Est præterea aliud inter ea discrimen, quod in matrimonio malitia, hoc est, potentia seminandi supplet ætatem, vt docet Alexander tertius, qui inconsultus de illis qui in minori ætate desponsantur, responderet, Quod si ita fuerint ætati proximi, vt poterint copula carnali coniungi, minoris ætatis in iure separari non debent, cum in eis ætatem suppleuisse malitia videretur. Idem Innocentius tertius. Religionis verò professio vt solemnitas sit, requirit ingressum pubertatis, vt idem Innocentius dicit in capit. Postulasti, de regularib. & transuentibus. ad relig. & post glossam Panormitanam: Nec potest hic prudentia vel plenior rationis usus, atque religio supplere, propter quod proximus anno decimo quinto matrimonium contrahere potest, sed non potest valide profiteri religionem, quamuis etiam pleniorem usum rationis habeat, quàm alius qui est annorum octodecim vel viginti: sicuti nec plenior rationis usus supplere potest ætatem, si adest adhuc seminandi impotentia. De quo clarissimè tractat B. Thomas in quaest. qua querit, an pueri sint recipiendi in religione, & Angelus in summa, & Syluester. Hic tamen aduertendum, quod vsque ad pubertatem proles sunt in pleno iure patris, & irritari possunt omnia eorum vota, iuramenta & promissiones, nulla subexistente causa, iuxta sententiam Domini, Nume. 30. quam Beatus Augustinus dicit esse iuris naturæ, & locum habere tempore Euangelii, eò quod fundetur in naturali subiectione vxoris sub marito, & liberorum sub patre. Sunt enim pueri vel puella infra pubertatis annos naturaliter in potestate patris, quantum ad totam dispositionem suæ vitæ: & ideo poterit pater vota eorum renocare vel acceptare si ei placuerit. Si igitur puer ante annos pubertatis, ait B. Thomas, simplex votum emittat antequam habeat plenum usum rationis, nõ obligatur ex voto: Si autem habeat usum rationis ante annos pubertatis, obligatur quidem quantum in ipso est, ex suo voto: potest tamen obligatio remoueri per autoritatem patris, sub cuius potestate adhuc existit, quia ordinatio legis, qua vnus homo subditur alteri, respicit id quod in pluribus accidit. Si verò annos pubertatis excedat, non potest renocari autoritate parentum: si tamen non habere plenum usum rationis, non obligaretur quoad Deum. Aliud verò, inquit, est de voto solemniti, quod facit monachum, & subditur ordinationi Ecclesiæ propter annexam solemnitatem. Quia enim Ecclesia respicit id quod in pluribus est, professio ante tẽpũ pubertatis facta, quantumcumq; aliquis habeat usum rationis plenũ, vel sit doli capax, non habet suum effectum, vt faciat profitemem iam esse religiosum. Hæc omnia B. Thomas, qui in alia quaestione, an pueri infidelium in iuris parentibus sint baptizandi. De iure naturali est, inquit, quod filius antequam habeat usum rationis, sit sub cura patris, vnde contra iustitiam naturalem esset, si puer antequam habeat usum rationis, à cura parentum

Matth. 19.

Matth. 10.

qu. 88. art. 9. & quaest. 119. artic. 5. 6.

De despons. impub. ca. De illis.

Ca. Taa, eodẽ titulo & cap. Finali, de spõ. sa. & matri.

22. quaest. 189. art. 5. & 6.

In verbo matrimonii 5.

In verbo matrimonii 5.

Quaest. 59. sũ per Nume.

Ex Thoma artic. 5.

Quaest. 10. dñ. tit. 12.

subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus: Postquam autem incipit habere usum liberi arbitrii, iam incipit esse suus, & potest quantum ad ea quae sunt iuris diuini vel naturalis, sibi ipsi providere, & tunc est inducendus ad fidem, non coactione, sed persuasione, & potest etiam inuitis parentibus consentire fidei, & baptizari, non autem antequam habeat usum rationis.

Quoniam autem cum Erasmo & aduersariis reliquis praecipua disputatio est de matrimonio sine parentum consensu contracto, pro eius difficultatis intellectu considerandum est, quod pater non potest filio dare uxorem, nec filiam nuptui tradere, sine eorum consensu. Nam post tractationem cum parentibus Rebecca super coniugio eius cum Isaac filio Abraham, dixerunt, Vocemus puellam, & quaramus ipsius voluntatem, quae cum vocata venisset, sciscitanti sunt, Vis ire cum homine isto? Et respondit, Vadam. Dimiserunt ergo eam & Delboram nutricem illius. Nam si solus consensus, inquit Canones, defuerit, caetera etiam cum ipso coitu celebrata frustratur. Et Bonifacius octauus. Ex sponsalibus quae parentes pro filiis puberibus vel impuberibus plerumque contrahunt, ipsi filii si expresse consenserint vel tacite, vt si praesentes fuerint, nec contradixerint, obligantur, & ex eis oritur iustitia publicae honestatis. Et est idem, si filii tempore sponsaliorum absentes, & etiam ignorantes, eadem sponsalia post scientes ratificauerint tacite vel expresse: alius ex sponsalibus contractis a parentibus pro filiis, nec ipsi filii obligantur, nec publicae honestatis iustitia inde surgit. Quare improbable est Erasmi paradoxum, humanum esse decretum, solo consensu coire matrimonium, vt qui legem pro ratione temporum statuit, eandem pro temporum ratione, vel abrogare, vel moderari possit. Pendet igitur contractus coniuugalis a voluntate eorum, qui coniugio copulantur, sine qua irrita sunt, quaeque; pro eis facit pater: Si ergo debeat simul adesse patris consensus, debitum est honestatis & praeccepti, sed non tale, vt sine eo irritum sit, quod liberorum voluntate contrahitur, maxime si circumspecte & prudenter agant ex consilio viri docti & sapientis, aut matris, aui, & amicorum, patre praeterito, qui minus prudens est, quique forsatis agit, vt coniugium ineatur cum altero coniuge ingrato, & displicente. Fieri etiam potest quod ex pastoris sui iudicio matrimonium contrahatur. Cum igitur ex maturo consilio initum connubium, validum sit, nullam facit patri iniuriam, si sine eius consensu filius contrahat, nec sibi quod patris est, vendicat. Naturalis namque potestas contrahendi, qua vt potest etiam seruus domino inuito & contradicente. Nam iuxta verbum Apostoli Pauli dicit Canon, Sicut in Christo Iesu, neque liber, neque seruus est a sacramentis Ecclesiae remouendus, ita nec inter seruos matrimonia debent vllatenus prohiberi: & si contradicentibus dominis & inuitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc dissolueda, debita tamen & consueta seruitia, non minus debent propriis dominis exhiberi. Quemadmodum enim in his quae pertinent ad interiorum motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed solum Deo. Tenetur autem homo homini obedire in his quae exterius per corpus sunt agenda, in quibus tamen vt dicit beatus Thomas, secundum ea quae ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, quia omnes homines natura sunt pares, pura in his quae pertinent ad corporis sustentationem, & prolis generationem. Ita non tenentur nec serui dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo, aut virginitate seruanda, aut aliquo alio huiusmodi, sed tantum in his, quae pertinent ad dispositionem actuum, & rerum humanarum, tenetur subditus suo superiori obedire, secundum rationem superioritatis, sicut miles duci exercitus in his quae pertinent ad bellum: seruus Domino in seruilibus operibus: filius patri in his quae pertinent ad disciplinam vitae, aut curam domesticam. Et secundum textum Numee, filius obligatur, & similiter vxor voto abstinentiae, quousque ei non fuerit contradicendum. Nam si audiens vir (inquit scriptura) tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quicquid vouerat atque promiserat, reddat, quia statim vt audiuit, tacuit. Si autem contradixerit postquam rescituit, portabit ipse iniquitatem eius. Multo igitur magis validus est contractus matrimonii, in quo quisque natura sua liber est. Nam secundum sententiam Beati Augustini, voto continentiae uxores, maritus nec contradicere, nec ipsum reuocare potest, sicut votum abstinentiae, eo quod pares sunt in illa. Item si non esset validum coniugium, hoc esset vel propter defectum libertatis consensus, vel defectum prudentiae, vel potestatis contrahendi & consentiendi. Non propter primum, quia tunc non esset matrimonium cum parentum etiam consensu: Nec propter tertium, quia dissimulante ac tacente patre, matre autem reliquisque amicis consententibus contra patris tamen consilium, valide contraheretur. Nam propter defectum prudentiae, nullum

Gene. 24.

De spisa duo rum c. Tuas. De responsa. 222 sub. lib. 6.

De coniug. ser. uorum, ca. 1.

2. 2. que. 104 artic. 5.

Nume. 30.

nullum est matrimonium, quia filius sub patris autoritate adhuc constitutus plus prudentiae habere potest, quam alius qui est extra patriam potestate, & filius familiaris esse & manere potest in maiori etiam aetate, vt 24. & plurimum annorum: potest etiam alterius viri prudentis consilio vt, Et potestas patria non est in filium spurium vel naturalem, & apud solos Romanos inuenitur ex legitima dispositione. Et quia ex iure postituo est emancipatio & patria potestas, nec iuri naturali nec diuino prauidicare potest. Non igitur ex patria potestate spurius contrahere matrimonium prohibetur. Validum est igitur matrimonium intra limites iuris naturalis & diuini sistendo, quod a filio familiaris in consilio & inuito patre contrahitur: Nec refert, sicut nec in aliis contractibus prudenter ne an imprudenter contrahatur, quantum ad contractus validitatem. Nam dominium in alium transfert, qui rem suam imprudenter vendit: & posset imprudenter quoque contrahere etiam cum parentum consensu. Nec obstat quod scribit Euaristus papa ad Episcopos Africanos. Aliter, inquit, legitimum non sit coniugium, nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, & quibus custoditur, vxor peracatur, & a parentibus & propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotally, vt mos est, cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur, & a paranymphis custodia & confociata, a proximis congruo tempore petita a legibus dotetur, ac foemina accipitur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant. Ita peracta, legitima scitote esse connubia: aliter vero praesumpta, non coniugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes potius, quam legitima connubia esse non dubitant, nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima. Intelligunt enim Gratianus & Magister Sententiarum hac Euaristi Decretalem vt prohibeat solum clandestinum contractum, per has solemnitates quas requirit, & non agat peculiariter de matrimonio sine parentum consensu contracto, nisi quatenus est clandestinum: & eam, prohibitionem solum continere, non inuadationem. Ait enim Gratianus, Multa sunt quae prohibentur, quae si fiant ex post facto conualescunt: Prohibentur uouentes matrimonia contrahere, quae tamen si contraxerint, inuiolata permanent oportet, sic & clandestina coniugia contra leges quidem sunt, tamen contracta dissolui non possunt, quia ex legitimo voto subsequente corroborantur. Vnde Euaristus cum dixisset, Aliter praesumpta non sunt coniugia, sed adulteria: addit, Nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima. Non igitur coniugia quae clam contrahuntur, negantur esse coniugia, nec iubentur dissolui, si vtriusque confessione probari poterunt: veruntamen prohibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confessione fides iudici fieri non potest, vnde publice cum alterius vota in alteram partem se transferunt pro priori coniugio, quod iudici incertum est, sententia ferri non poterit. Propter quod habentur & praesumuntur esse adulteria vel fornicationes. Intelligit itaque Gratianus aliter quam disponit Euaristus, praesumpta non esse coniugia, hoc est, si secreto & clandestine contrahantur. Magister quoque in Sententiis, Sententia, inquit, Euaristi non ita intelligenda est tanquam sine enumeratis non posset esse legitimum coniugium, sed quia sine illis non habet decorem & honestatem debitam. In huius enim sacramenti celebratione, sicut in aliis quaedam sunt pertinentia ad substantiam sacramenti, vt consensus de praesenti, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium: quaedam vero pertinentia ad decorem & solemnitatem sacramenti, vt est parentum traditio & sacerdotum benedictio, & huiusmodi, sine quibus legitime fit coniugium quantum ad virtutem, non quantum ad honestatem sacramenti. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges, sed quasi adulteri & fornicatores conueniunt, vt illi qui clanculo nubunt: Et vtrique fornicatores essent, nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de praesenti, quae legitimum inter eos facit matrimonium. Nam & consensus occultus de praesenti per verba expressis coniugium facit, licet non sit tibi honestus contractus: sed matrimonium non sanxit consensus qui in occulto fuit. Si enim alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio Ecclesiae redire, & commanere quasi cum coniuge, quia non potest probari testibus contractus, qui in occulto est factus. Quod si ipsi qui in occulto sibi consenserunt, eundem consensum voluntarie in manifesto profiteantur, tunc vtrique propria voluntas suffragatur, & legitima vota succurrunt ad sciendum coniugium, quod prius occulte fuerat contractum. Voluntas ergo verbis expressa in occulto, ad hoc suffragatur, vt fiat coniugium, manifeste vero expressa, suffragatur vt sanciat ac roboret, ac liberum sit Ecclesiae de hoc iudicare. Hac Magister. Et reuera mortale peccatum est commixtio carnalis quae fit in usu matrimonii clandestini, cum sit scandalosa, & reddat

Instit. de p. tria potestate

30. que. 5. r. Aliter.

30. que. 1. 5.

Dijst. 28. li. 4.

verumq; coniugum infamem: & ideo à iure damnata est vt adulterium seu fornicatio: item & propter quotidianum periculum, quo transitur ad secunda coniugia omisso coniuge clandestino, vt docet Cardinal. Caietan. Rectè intelligunt Gratianus & Magister, sententiam Euaristi, cū certissimum sit, non ad substantiam matrimonii, sed solemnitate tantū pertinere, quòd cum precibus & oblationibus à sacerdotem benedicatur, quòd docetur, quòd biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant: qua omnia tantū requirit Euaristus vt legitima sint coniugia, hoc est, solemnitates omnes habeant, quas canonica & ciuiles leges requirunt.

Colloquio Eu- buli et Catha- rinae.

Contra has veritates mouet & proponit Erasmus in colloquijs argumenta quaedam, & primò contra ingressum religionis sine parentum cōsensu. Natura, inquit, dicitur, Deus approbat, Paulus hortatur, leges humanae faciunt, vt filii obediant parentibus: & tu te subduces ab auctoritate parentum optimorum, vt pro vero patre te dedas factitio, & pro vera matre tibi asciscas alienam, aut potius vt pro parentibus tibi dominos ac dominas asciscas? Nam parentibus ita es obnoxia, vt tamen te liberam esse velint, vnde & liberi vocantur filii familias, quòd absint à conditione seruorum. Nunc tu te pro libera tendis vtrò seruum reddere. Christiana clementia maxima ex parte submouit omnem illam veterum seruitutem, nisi quòd in paucis regionibus adhuc resident vestigia. At inuentum est sub pretexto religionis nouum seruitutis genus. Nihil tibi licebit, nisi ex praescripto, quicquid obuenerit tibi, illis accrescit. Si quo pedem moueris, retraheris è fuga, perinde quasi parètem veneno necaueris: quoq; sit euidetior seruitus, commutant vestem quam dederunt parentes, & ad exemplum priscum eorum, qui olim seruos essent mercati, commutant nomen in baptismo inditum, ac pro Petro siue Ioanne vocant Franciscum siue Dominicum.

Responsio ad arg. Erasmi.

In quibus Erasmi dictis desideratur animus erga Deum & religionem monasticam magis pius. Natura, inquit, dicitur, Deus approbat, Paulus hortatur, leges humanae faciunt, vt filii obediant parentibus. Verum & indubitatum est, quòd hic assumitur, sed suos limites habet hæc obedientia, vltra quos se extendere non debet. In his enim quæ ad modum disciplinam & rectam filii institutionem, & ad vitam domesticam pertinent, filius subiectus est patri: sed Apostoli sententia est, Patres carnis nostræ eruditores & castigatores habuimus, & reueremur eos, nonne multò magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebant nos, hæc autem ad id quòd vtile est in recipiendo sanctificationem eius: hic, scilicet spirituum pater in filio suo inuitat & monet, si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut forores, aut patrem aut matrem propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. & Qui non odit patrem suum & matrem, non potest meus esse discipulus. In qua palestra & schola ad sanctificationem exercentur ij, qui professi sunt religionem monasticam, quòd maxime fieri conuenit ab ipsis pubertatis annis. Nam bonum est viro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Et sicut scribit B. Gregorius B. Benedicto, Romani nobiles suos filios omnipotenti Deo nutriendos dare ceperunt. Et ex communi consuetudine illis officiis vel artibus pueri applicantur, in quibus sunt vitam tranfacturi, sub magistris illius artis peritis, & parentibus abstrahunt. Nam si puero in Grammatica vel philosophia instituendo alius à parentibus quaritur institutor, multò magis quando instituendus est ad perfectionem vitæ Christianæ, vt secundum consilia Euangelii Christo soli sine impedimentis viuatur, eiq; soli placeat, quaerenda est alia vita, alius institutor. Quòd igitur se subducit ab auctoritate parentum, hoc facit patre spiritu vocante, eiusq; auctoritate, quem pater carnis suum etiam patrem ac Dominum libenter agnoscit, de quo Dominus Salvator, Patrem nolite vocare vobis super terram, vnus enim est pater vester qui in cælis est, cuius vocationi & voluntati non reluctatur, si optimus, vt dicit Erasmus, est parens, sed obsequitur libenter. Et sicut Episcopus non factitius est pater, nec Christus Dominus cuius ille locum tenet, sed verus pastor: sicut Rex, quem secundum Aristotelem Homerus appellat patrem populi, Maior enim est cognitio spiritus quam carnis. De hac autem quam odiose appellat Erasmus seruitutem, dixit S. Agatha, quòd summa ingenuitas est, in qua Christi seruitus comprobatur. Et Apost. Paulus. Cum essem, inquit, liber ex omnibus, omnium me seruū feci. Quæ seruitus libertas potius est dicenda, quando in nostram salutem & sanctificationem alteri subiicimur. Nec hominibus seruitur in vita monastica, sed Christo Domino, quando secundum exemplum, & prepositi praescriptum ad regulam Christi & Euangelii exercemur,

Hebr. 12.

Matth. 19.

Luce. 14.

Trenor. 2. 2. lib. dialog.

Matth. 23.

5. Eubicor.

1. Cor. 9.

Nec

Nec hominum se seruū facit qui prostretur religionem, sed Domini, vt Deo seruiat monasteribus, & ad hoc dirigentibus religionis Praepositis, nihilque nisi ex praescripto agat. Hæc enim vetus est regula monachorum, vt sicut ex praescripto magistris in omni arte agit discipulus, ita hic in tota vita ab Euangelii perfectione instituitur non recedere. Nā B. Hieronymus ad Rusticum monachum, Ad illud redit, inquit, oratio, vt doceam te nō tuo arbitrio dimitendum, sed viuere debere in monasterio sub vniuersa disciplina patris, confortioque multorum, vt ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam: hic te silentium, ille doceat mansuetudinem: non facias quod vis, comedas quod iuberis, vestiare quod acceperis, operis tui pensum persoluas, subiciaris cui non vis, lassus ad stratum venias, ambulansque dormites, & necdum expleto somno surgere compellaris: seruias fratribus, hospitum laues pedes, pallus iniuriam taceas, praepositi monasterij timeas vt Dominum, diligas vt patrem: credas tibi salutare, quicquid ille praecerit, nec de maiorum sententia iudices, cuius officii est obedire & implere quæ iussa sunt. Idem ad Eustochium de primo monachorum nempe Cœnobitarum genere, loquens. Prima, inquit, apud eos cōfederatio est obedire maioribus, & quicquid iusserint facere. Et de praescripto vestitu, Vnus, inquit, omnium habitus, lintamine ad tergendum solum manus vtebantur. Et a libi, Moris est, ait, in Ægypti, & Siritæ monasteriis, vt tam virgo, quam vidua, quæ se Deo vouerint, & seculo renunciantes omnes delicias seculi conculcarint, crimen monasteriorum matribus offerrent rescandam, non intacto postea contra Apostoli Pauli voluntatem incesstræ capite, sed ligato pariter ac velato. Et addit postea de velo & flammeo quem nunc nostrum hoc seculum obseruat. Quæ omnia cum fiant in sanctificatione virginis consecrata, ad libertatem pertinent, non ad seruitutem. Et quod tempore Apostolorum vestes monachorum cōmutabantur, dicit beatus Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia. Exutumque, inquit, veste omni monachum sacerdos aliam induit. Nec mirum est si professus nomen assumat eius quem peculiariter imitari decreuit. Nec in hoc abiicit nomen aut vestem à Domino in baptismo datam, sed heroici ac strenuioris militis sub eodem duce vestem induit, & nomen assumit militare. Addit Erasmus, Emanciparunt te leges à iure parentum? Nequaquam. Licet ne tibi emere aut vendere fundum, inuitis parentibus? Minime. Vnde igitur tibi ius, vt te ipsum dedas nescio quibus, inuitis parentibus? An non tu illis charissima maximeque propria es possessio? Respondet Catharina, In negotio pietatis cessant naturæ leges. Ait Eubulus, Negotium pietatis agitur in baptismo. Hic tantum agitur de veste mutanda, deque genere vitæ, quòd per se neque bonum est, neque malum. Quòd filius familias non potest vendere tunicam, si pubes est, & plenum rationis habeat vsum, si quam propriam habet ex patris aut aliorum donatione, solum est ex legum dispositione, contra quam facultas dari posset ipsam vendendi & communicandi, sicut idem filius magnam habet potestatem in peculio alienando: Sed leges similiter disponere nō possunt circa actus naturaliter liberos, qualis est vitæ ac status mutatio. Et parentibus à legibus interdicitur, ne filios monasticam vitam eligentes à venerabilibus monasteriis abstrahant. Non est filius parentum possessio sicut seruus aut ancilla, sed natura liber est & suæ potestatis, quantum ad ea quæ ad suam pertinent personam, vt pote vt vel se obliget religioni, vel contrahat matrimonium: non autem quantum ad dispensationem domesticam. Ad hoc quòd dicitur, Vnde tibi ius, vt te ipsum dedas nescio quibus, inuitis parentibus? respondendum, hoc ius esse ex Euangelio, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me. Itē, Omnis qui reliquerit domum, agros, patrem & matrem, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit: imò ex ordine naturæ hoc nobis est ius, qui habet, quòd si quid proconsul iubeat & aliud Imperator, illo contempno, huic esse seruendum. Semper manet libertas sequendi vocationem patris spirituum: Pòrò irreligiose admodum dicitur, quòd hic tantum agitur de veste mutanda, deque genere vitæ, quòd per se neque bonum est, neque malum, cum vita monastica consistat in consiliorum Euangelicorum obseruatione, vt charitatis Dei & proximi assequamur perfectionem, quam non esse per se bonam, planè Euangelio aduersatur, quòd loquitur: Si vis perfectus esse, vade vende, & car. Vestis quidem mutatio non est de religionis essentia, sed ei accedit.

1. Cor. 9.

In oburgatio- ne graui in Sa- binianū dia- conum.

ca. 6. partis 2

Erasmus.

Responsio.

In Aulic. de Sanis. Episc. coll. 9. Parra. Nullū vero.

Matth. 16.

Erasmus.

Responsio.

illi iactant obedientiam, non ea laus tibi deest si obedias parentibus tuis, quibus Deus iubet obedire, si episcopo tuo & pastori tuo. Aliam obedientiam debet filius parentibus, aliam miles duci exercitus, discipulus magistro, ouis pastori & episcopo: at longe aliam monachus suo abbati, in his videlicet quæ pertinent

gg iij pertinent

pertinent ad consilia & perfectionem euangelicam. Multum enim refert ad quem scopum, atque in quibus obedientia praestetur. Nam adolescenti qui dicebat se custodisse à iuuentute sua omnia decalogi praecepta, respondit Dominus, Si vis perfectus esse, & car. Hoc enim ei adhuc deerat.

Erasmus.

Et in eodem colloquio de matrimonio inuitis parentibus contracto, sic definitur quidam, & matrimonium esse ratum quod in scitiis aut etiam inuitis parentibus inter puerum & puellam per verba de praesenti contractum est. Atqui istud dogma nec naturae sensus approbat, nec veterum leges, nam Moyses ipse, nec euangelica aut Apostolica doctrina.

Responsio.

Quod puer vel puella in scitiis aut inuitis parentibus, prohibetur matrimonium contrahere, in quaestionem non venit. Et cõstemur quòd naturae sensus, veterum leges, Moyses, & doctrina Apostolica eis hoc vetat. Cum enim patrum custodiam, curam & sollicitudini à Deo sint commissi, indecens est & magnum aduersus eos ingratitudinis signum, sine eorum directione, consilio atque iudicio, puellam viro nubere, & puerum ducere vxorem. Naturalis ordo & subiectio, eorum consilio hoc fieri postulant. Sicut enim parentum est filii thesaurizare, & de bono prospicere coniugio: Ita filiorum est eorum audire consilium. Sic Abraham accersit filio suo Rebeccam, eaque ex voluntate patris ducitur: Sic Iacob iussu patris delegit affinem Laban. Rursus in Deuteronomio. Raptores virginis nondum desponsatae numerat patri quinqueaginta siclos, & ducit vxorem volente patre. Et si seduxerit quis virginem nondum desponsatae dormieritque cum ea, dabitur ei, & habebit vxorem: Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quae virgines accipere consueverunt. Et Thobias filius tradentibus parentibus, accepit Saram.

Genes. 24. Cap. 22. Exod. 22.

Exod. 34.

1. Cor. 7.

Li. 1. ca. 11. de Abrah.

Euripides in Andromac.

Epist. 47.

Ad Sisyph.

Nam. 30.

Item, Caue ne vnquam habitatoribus terrae illius, & car. nec vxorem de filiabus illius accipies filijs tuis. Multa sunt eiusmodi in veteris testamenti voluminibus, quae declarant curam & sollicitudinem contrahendi matrimonij, penes patrem & matrem fuisse, & filios eorum sequutos esse iudicium. Et Apostolus Paulus, Si quis, inquit, turpem se videri existimat super virgine sua quòd sic superadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat si nubat. Et si iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Item B. Ambrosius, Consultatur, inquit, puella non de sponsalibus: illa enim iudicium spectat parentum. Non est enim virginalis pudoris eligere maritum: sed iam desponsata viro de perfectionis consulitur die. Ait enim quidam Poeta in persona mulieris, Sponsalium quidem meorum pater meus curam subibit: hoc enim non est meum. Mulier etiam si qua amisso cito marito, adolescentula, si vult nubat tantum in Domino, vt electionem mariti parentibus deferat, ne appetentiae astimetur auctor, si ipsa de nuptijs suis electionem sibi vendicat. Et alio loco scribit ad Sisyphium, Venturam in locum filiae tuae tu eligas iudicio, cui fies pater. Quod certe est acquisitum. Sed hoc non vertitur in quaestionem, verum istud magis, An inconsultis parentibus ab ingrato filio vel filia male contractum matrimonium, nullum sit & inualidum. Multa namque male sunt, quae tamen facta tenent. Nam idem Ambrosius qui tantam patri tribuit auctoritatem in filiae sponsalibus & nuptijs, nihil dubitat coniugium filij patre inconsulto contractum, validum esse & firmum. Et si leges civiles hunc contractum inualidant (de quo variae sunt doctorum sententiae, vt habet glossa Institut. de nup.) correctae sunt per sacros Canones. Nam disponunt etiam, quòd filiae tunc solum dissentendi à patre sponsum offerente conceditur licentia, si indignum moribus, vel turpem sponsum pater elegerit, cum tamen scriptura testetur, quòd puellae voluntas sit requirenda, quam etiam spectat Apost. Paulus dicit, Cui vult nubat, tantum in Domino, beatior autem erit si sic permiserit, secundum meum consilium, & car. Si non se continent, nubant: melius est enim nubere quam viri, ad mulieris & viri totum referens voluntatem. Quauis autem ex parentum delectu atque iudicio puella nubere debeat, non tamen de matrimonio contrahendo, vel virginitate conseruanda, parentum est praecipere, cum haec libera sint & nostro relicta arbitrio: vt docent B. Thomas, Richardus, & alij doctores scholastici in 4. lib. Sent. distinct. 29. Et quia sacri canones non expresse derogant legibus disponentibus, sine patris consensu à puella & puero non posse contrahi matrimonium, videntur eas intellexisse tanquam praecipuum honestatis & reuerentiae ac gratitudinis erga parentes, & non quasi matrimonium sic contractum, irritum vellet & inualidum. Nam iuxta scripturam obligat votum & iuramentum mulieris de abstinentia, & de affligendo per ieiunium animam suam in domo patris vel mariti emissum, quamuis irritari possit patre vel marito contradicente: Vbi B. Augustinus annotat, non esse simile de voto continentiae, vel abstinentiae à concubitu, hoc

hoc est castitatis in qua pares sunt, cum lex hic auctoritatem viro tribuat, non mulieri quae viro subdita est, vt tunc persoluenda sint vota mulieris si vir approbauerit, & Apotolus de coniugatorum concubitu loquens, non ibi maiorem auctoritatem viro quam seemina dedit: Vxor, inquit, vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Quando ergo in hac re, inquit ipse Augustinus, parem vtriusque voluit esse potestatem, puto quòd nobis intelligendum insinuat, istam de concubendo vel non concubendo regulam non pertinere ad ea vota vbi non habent parem vir & mulier potestatem: sed viri maior est ac propè eius solius est. Non enim ait lex, virum non debere reddere vota sua si vxor prohibuerit, sed vxorem si vir prohibuerit. Vnde non mihi videtur eiusmodi votis atque obligationibus, quae aduersus animam fiunt, etiam ista debere accipi, quae inter se vir & vxor de concubendo, vel de abstinentia concubendi placita habuerunt. An autem istud sit iudicium de puero & puella, de qua potissimum loquuntur scripturae: Nam instituit. de nup. indicatur etiam esse discrimen, praesens tractatio non requirit eius rei determinationem.

Primum, inquit, reuocari multo saluberrimum foret, ne nuptiae sine consensu eorum in quorum potestate sunt, coactae, id est patris vel patris, consisterent, quos tamen si aequo longius differret, magis stratus ad officium compelleret: Quia legem eximie sanctam Romanis olim fuisse, restatur titulus de ritu nuptiarum lib. pandect. Iuris civilis 23. et alijs quoque libris iuris civilis reperitur. Quae sane apud nos sanctam haberi non solum de re foret contrahentium matrimonium, qui per aetatem sibi ipsi parum consulere possunt, verum etiam ex eo vixit deceret, quod apud nullos patriam potestatem tamen esse atque apud nos oportebat.

Quest. 59. sit. per Numeri

Bucerus. In Euange. lium Matthei cap. 19.

Responsio.

Diximus ingratitudinem & irreuerentiam filiorum in parentes, non esse iustam causam matrimonij irritandi, & maximè ob eam non esse inualidum si parentibus inconsultis contrahatur, cum hac contrahendi facultas libera sit apud seruos etiam & ancillas, ipsi quoque dominis contradicentibus. Et qui per aetatem sibi consulere non possunt, parentum & prudentiorum requirere & sequi debent consilium: quod si negligant, & suo fidant iudicio, ratum nihilominus est quod temere atque imprudenter agunt: sicut si emancipati, vel cum parentis imprudentis consilio stultè cum aliqua contrahant. Et patriam potestatem diximus non extendi ad contractus filiorum coniugales in quibus plene sunt liberi, sub parentum tamen directione ac regimine & cura. Puella enim non est in potestate patris vt sui corporis potestatem non habeat, sed quasi filia ad educandum & instituendum in timore Domini: sicut discipulus est in potestate magistris, vt in arte aliqua instituat: & ideo secundum hoc quòd libera est, potest se in potestatem alterius dare abque patris consensu. Nec maritum ei dare potest parens sine eius consensu. Concludit deinde Bucerus.

Vi nemo seipsum, inquit potestati eximere potest, cui addictus est diuinitus, ita nemini quoque licere patrie se potestati subducere, & alteri per matrimonium addicere: si id quisquam tentet, parentes suos posse repetere quicquid ab eis promissionis intercesserit. Nam parentes sua potestate abutatur candendum esse per magistratus. Denique illis nihil negotij exhibendum, qui contra haec ex ignorantia legis diuinae, & Papae legem diuinam arbitrat, nuptias iniungunt.

Bucerus.

Responsio.

Fallitur hic Bucerus quòd praesupponat per patriam potestatem posse impediri matrimonium, & sine eius permissione inualidum esse vel rescindi posse contractum, cum talis duntaxat sit, vt sine eius iudicio & consilio liberi coniugium inire non debeant, & vt curam & sollicitudinem gerat de eis eorumque salute ac viuendi ratione. Falsum est igitur patres posse repetere & rescindere quicquid ab eis promissionis intercesserit. Atque Sisyphio hoc Beatus Ambrosius consulisset, si filij contractum coniugalem inconsulto patre inuito iure rescindere potuisset. Et quisque seipsum potestati cui addictus est diuinitus, multis modis eximere potest, & se eximit quando diuino regno migrat ad alterum, item quando domum mutat, sicut certum est quando filius emancipatur, modo quodam à patria eximitur potestate. Et Domini sententia est. Omnis qui reliquerit patrem & matrem, & car. centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Nemini iniuria facit, qui iure suo vtitur. Mirum profectò, quòd monendi non sunt de salute sua qui manet in coniugio inconsultis parentibus contracto, si iure diuino inualidum est & nullum, cum certum sit non esse eorum coniuges, & ideo nos perseverare in adulterio.

Multò sanè moderatior hic esse videtur Ioannes Brentius, qui de huiusmodi contractu sic loquitur. Gratissimè peccant liberi si contempta parentum auctoritate coniugia in- eant. Quod si verò mutuum factus coniugij, sine parentum consensu fuerit iam initum, referendum erit, priusquam vel dissoluantur vel confirmetur, ad publicum vel ordinariu iudicium, vt de foederis firmitate vel infirmitate legitime cognoscatur. Etsi enim generalis regula est, quòd liberi debeant inire coniugia

Brentius. In cathedrae moere a praecipuum 4.

cuim

eum parentum consensu, tamen nonnulli sunt casus, quos iuriconsultorum est enuocare, in quibus licet licetris absque parentum auctoritate matrimonium contrahere. Quare de his coniugij federibus quibus parentes contradicunt, legitimo iudicio cognoscendum est.

Responsio.

Rectè Brentius dicit non statim improbandum esse cōiugium quasi inualidum, quod initum est sine parentum consensu, sed referendum ad publicum & ordinariū iudicium, in quo cognoscatur de fœderis firmitate, vel infirmitate. Nam si parentes rationem non habeant contradicendi, qui tamen consulti contradicunt, certissimum est legitimum esse matrimonium. Item si plenum non habeant rationis vsum filii contrahentes, aut ex temerentia contrahunt vel coactione, nullum efficitur coniugium. Liberum enim & deliberatum requirit consensum contractus coniugalis, sicut vxorum, & plenum rationis vsum. De quo tractat Cardinalis Caietan. circa 2.2.B. Thomæ. In eo tamen fallitur etiam Brentius quòd arbitretur inualida esse matrimonii fœdera, quæ contempta parentum auctoritate temerè ineuntur. Martinus verò Lutherus excipit, si nata est in huiusmodi coniugio proles: extra quem casum dicit in parentum potestate esse quod valium maneat vel irritetur, quasi matrimonium semel initum per parentes separari possit & irritari sicut vxorum abstinentiæ, ita variant qui suum iudicium tanquam dogmatum regulam sequuntur. De gradibus consanguinitatis & affinitatis docet Martinus Bucerus, quòd illi soli à nuptiis arcentur, quos habet Leuiticus, vel ex Cæsarium in Codice & in Institutionibus.

Bucerus.

Sunt, inquit, persone quas lex Cæsarium vetat in coniugium accipere, hæc tantum, filia, neptis, proneptis, mater, avia, proavia, amita, matertera, soror, sororis filia, neptis, prinigena, nonnerca, nurus, forus, frater vxor, & soror vxoris: hæc & lex Dei ducere prohibet, quare consobrinus & fratruclibus commulnon inter se contrahere licet, quicquid contra leges p̄fiscie statuerint. Quis enim honestus hic maiorem rationem habeat, Deo ipso omnis honestatis auctore & cuius legibus quanto plus respondent Cæsariana Pontificis, tanto certè eis apud Christianos plus quàm Pontificis oportebat deferri. His profectò legibus receptis, vt multo sanctius nuptiæ fierent, ita possent & honestiores & diuturniores persisterent.

Apud Ecclesiam esse potestatem de coniugij fidelium dilponendi, & eam semper disposuisse in Conciliis etiam vniuersalibus, legisq; Moysi virtutem expirasse, in superioribus docuimus. Patruales quoque & consobrinus iustissima ratione esse prohibitos à coniugio, ostendimus ex Augustino & Ambrosio. Ait enim ille, Quis dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse coniugia, non solum secundum ea quæ disputauimus, propter multiplicandas affinitates, ne habeat duas necessitudines vna persona, cū duæ possint eas habere, & numerus propinquitatis augeri: sed etiam quia nescio quomodo inest humanæ verecundiæ quiddam naturale atq; laudabile, vt cui debet causa propinquitatis verecundum honorem ab ea contineat, quantum generatricem tamen libidinem. Et idem, Experti sumus, inquit, in connubijs consobrinarum etiam nostris temporibus, propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quod raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat. Nam factum etiam licitum propter vicinitatē horrebatur illiciti, & quod fiebat cum consobrina, penè cum sorore fieri videbatur. Et beatus Ambrosius: Theodosius Imperator, inquit, etiam, patruelis fratres & consobrinus vetuit inter se coniugij conuenire nomine, & seuerissimam pœnam statuit. Honestatis rationem in suis legibus habuit Deus, sed eius quam status populi & tempus postulabat. Nihil enim ad perfectū adduxit lex, sed erat pœdagogus ad Christum. Maior filios decet honestas: Sic vt in die, inquit Apostolus, honestè ambulemus. Nec cōueniebat post magnam libertatem, imò & laxitatem quæ erat ante legem, subito gradus extendere, vltra quos matrimonium permitteretur. Nam eo tempore permittebatur vxorum pluralitas, mādabatur vt frater fratris sine liberis defuncti vxorem acciperet: & ex ea fratri suscitarēt: item vt omnes viri ducerent vxores ex tribu sua, quæ suas illo tempore causas habeant, quas modò non habent. Arcebantur in lege à coniugio solæ persone, quas necesse est simul commorari, & hoc ne nimia daretur venereæ commixtionis oportunitas: nunc vero ratio etiam habetur, vt B. August. multiplicandæ amicitia, & omnis inhonestatis ac indecentiæ vitandæ. Naturaliter enim homo parentibus debet honorificentiam, & propter eos alii consanguineis, qui ex iisdem parentibus de propinquo originem trahunt: Propter quòd scriptura mandat, Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, vt reuelat turpitudinem eius. Et quamuis easdem personas lex Cæsaria in coniugium accipere veter, vetat tamen etiam alias, videlicet ne in infinitum in recta linea contrahi possit, adeo vt si Adam nunc viueret, nullam habere posset vxorem, sicuti annorat glosa Iustii, de nupt. Quæ etiam iubet abstinere à sorore vxoris mortuæ. Addit præterea

de ciuit. Dei lib. 1. ca. 61.

Epist. 66.

loco vt supra

præterea impedimentum cognationis legalis, videlicet vt qui per adoptionem, parentis, liberorum loco sibi esse ceperint, non possint inter se matrimonio iungi. Ac si qua per adoptionem soror tibi esse ceperit, quæ diu quidem constat adoptatio, sanè inter se & eam nuptiæ consiliter non possunt. Si igitur Imperator Iustinianus in repub. seculari prohibere & irritare potest coniugia, negari nō potest quin idem possit Christi vicarius in sua familia quam regendam suscepit. Propter quòd Lutherus contemptis omnium hominum legibus, solas personas in Leuitico nominatas arcendas docet à coniugio. Ait enim, *gen. 38.*

Duo de viginti casus in suo iure effinxit papa, quibus omnibus matrimonium vel dispici vel impediatur, quos tamen serè omnes & reitico & condemno.

Sed qua auctoritate eas reitico & condemnas? Susannam olim condemnarunt senes, sed contra iustitiam, contra scripturam. Nullum huc adferri audimus scripturæ testimonium. Insanus profectò esset qui propter hominis vnius simplicem ac temerariam assertionem totius Ecclesiæ relinqueret iudiciū, de qua testatur Dominus, Si Ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: Ipsa has causas probat & obseruandas mandat.

Numerat tibi personas à Deo prohibitas ab consanguinitatem Leuit. 18. sunt aut mater mea, nonnerca mea, soror mea ex viritico vel nonnerca, filij mei filia, aut ex filia neptis, vera vel prinigena, patris mei soror, matris mea soror. Nam personarum nullam licet ducere. Inde sequitur consobrinus inter se matrimonij lege sociari posse diuina & Christiana potestate. Præterea quod nonnerca mea sorore ducere quæ, item patris mei sorore quæ illi ex viritico aut nonnerca fuit: Similiter & matris mea sorore quæ illi ex viritico aut nonnerca obigit: porò neptis ex fratre aut sorore accipere dicitur passim, quæ admodum & Abrahâ Sarâ facta habuit. Ex his personis nulla diuino iure geniali thalamo denegetur. Neque enim Deus iuriconsultorum in more gradus ratiocinatur, sed recta personas numerat: alioqui dum mei patris mei soror & filia fratris in eodem gradu consistant, dicendum erat mihi, quod vel fratris filiam ducere non possent, aut patris etiam mei sororem ducere possent: lam amitam prohibuit duci in vxorem: neptem ex fratre nō prohibuit, eam tamen in eodem gradu sunt.

Diximus Leuitici dispositionem per Christi mortem expirasse, nec vnquam fuisse impostā gēribus, ex quibus descendimus nos, sed Iudæis tantum. Scimus, inquit Apostolus, quoniam quæcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. Legi aut mortificati sumus per corpus Christi. Item, Non estis sub lege, sed sub gratia, nec vnquam sub lege fuerunt nisi Iudæi & peregrini, qui sponte in eorum transierunt coloniā. Scripturis igitur aduersatur Luth. ad legē & Iudaismum nos remittens. Et de affinitate loquens ait,

Atqui has modo personas Deus vetuit patri mei vxorem, filij mei vxorem, fratris, prinigenam meam, prinigenam & prinigenam meæ liberos, vxoris meæ sorore, vxore mea viuente. Hæc tamen nulla matrimonij contrahere possunt, cū reliquis possunt, vt cū sponse aut vxoris meæ mortuæ sorore, cū filia fratris vxoris meæ, cum filia patris vxoris meæ, & quibusque vxoris meæ consobrinis, neptibus & cognatis. Quod si frater abiq; herede ex hac vita migrarit, oportebat vxorē proximō mariti sui consensu in eo nubere, vt prior maritus sine herede ex stirpe, de terra ex memoria hominū nō tolleretur: Quod vt ita nō est p̄ceptū, sic nec vetitū.

Clarissimè hic se prodit Lutherus, quod solos consanguinitatis & affinitatis gradus, quos Leuiticus enumerat, obseruandos velit in contrahendis matrimonijs. Quis vnquam audiuit aut legit seruatam esse in Christi familia hanc legem de ducenda vxore fratris sui sine liberis defuncti? Et quando docet leges Leuitici circa matrimonium esse seruandas, non loquitur consequenter, dicens non esse præceptum ducere vxorem fratris defuncti. Nam & alio loco dicit,

Iura Mosaica de fratris defuncti vxore non magis sunt abrogata, quàm reliquæ omnia. Vbi tamen etiam addit, Id est libera sunt, nec prohibita nec p̄cepta.

Cum hoc præceptum fuerit tēpore legis, quando sterilis habebatur maledictus. Nunc verò, quando tempus est longè fieri ab amplexibus (de quo Propheta, Non dicat eunuchus, Ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit dominus eunuchis, Qui custo dierint tabernaculum & elegerint quæ ego volui, dabo eis in domo mea locum & nomē melius à filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis quod non peribit) locū non habet legis illius ratio quæ merè iudicialis erat. Ecce quas nouas leges fingant & adferat homines isti, qui vera fidei regula destituti, suum iudicium tanquam dogmatum normam sequuntur. Verè stupenda est istorum arrogantia & superbiā. Sapientis præceptum est, ne innitatis prudentiæ tuæ, ne sis sapiens apud temetipsum.

Hanc doctrinā Lutheri & Buceri falsitatem videns & intelligens Ioannes Brentius, eam totam improbat ac refellit in Commentarijs super Leuit. & docet præcepta ista Leuitici nullam habere efficaciam, nisi vt continent ius naturale, quod semper & omnes nationes obligat, Sic habet.

Instit. de nuptiis. In sermo. de matrimonio ad populum 17. Iulijembergen. Lutherus.

Responsio. Matth. 18.

Lutherus.

Responsio. Rom. 3. Rom. 7. Rom. 6. Exod. 12.

Lutherus.

Responsio.

Lutherus de bigamia epi. scoporum.

Ecles. 3. Esai. 56.

Brentius contra Lutherum & Bucernum cap. 18.

Nunc

Nunc de ipsa Moyfi lege, pauca quæ ad hoc institutum nostrum attinent, dicemus. Quid enim, an non sæpenumerò demonstratum est hæcenus, quòd per diuulgationem Euangelii in totum orbem terrarum cultus Leuiticus & politia Mosayca abrogata sint? Cùm igitur hæc ordinatio coniugii etiam suum locum inter Leuitica habeat, an vnà cum aliis Leuiticis ordinationibus concidit? In describendo ciborum discrimine præcipitur magna autoritate, vt Israelitæ non cõtaminent animas suas immunditia cibi. Ego sum, inquit, Dominus Deus vester. Sãcti igitur estote, quia ego sanctus sum, ne pollutis animas vestras, &c. & tamen discrimen ciborũ sublatũ est per Euangelium. Ergò ne dicemus etiam discrimen personarum, quantum ad coniugium attinet, sublatũ esse? Nihil minus. Ea enim abrogata sunt, quæ propriè sunt Leuitica, quæ uè propria fuerunt Mosaicæ politia. Quæ autem sunt naturalia, perpetua sunt & immutabilia. Vide mihi decalogum, hic commendatur nobis magna autoritate obseruandus. Num quia Mosaicus est? Nihil certè minus. Sic enim obseruandæ etiam essent aliæ Mosaicæ ordinationes, & quæ in decalogo Leuitica continentur, quale illud est, quod de obseruando die Sabbati præcipitur non esse abrogata: Sed commendatur obseruandus, quia continet legem naturæ, & indicat qui sint veri fructus fidei. Idem sentiendum est de discrimine personarum in cõtrahendis nuptiis. Hoc enim discrimen obseruandũ est, nõ quia Israelitæ obseruarunt illud, sed quia lex naturæ exigit obseruatione huius discriminis. Agè ergò, vbi quæremus nunc personas, à quatum matrimonio abstinentum est? Num permitteretur hoc iudicium vnicuius priuato homini? Minimè omnium. Et si enim sua sint priuatorum hominum dona, tamen quia magna est humanorum ingeniorum diuersitas ac etiã peruersitas, non potest pro publica lege haberi, quod cuius priuato rectum autem secus videtur. Num requiremus hoc quicquid est negotij è legislatore quopiã? Sũt enim quantũ ad hoc institutum nobis satis est, tres legislatores, alius est Moyses, alius Romanus Imperator, seu Romanæ leges, alius Romanus pontifex, hi tres de nuptiis & de personis, à quarum matrimonio abstinentum est, statuerunt leges. Quem igitur ex his sequemur, num Moysen? ac si Moysen ideo agnoscamus, quia legislator est, non solum sed etiam ordinatio eius de nuptiis, sed etiam de rota eius politia, & externo cultu Dei: & in hoc ipso negotio de nuptiis iubet Moyses superflitem fratrem ducere vxorem fratris mortui, ac permittit polygamiam: quæ certè in nostra politia habentur turpia & abominabilia, ac pariunt infamiam. Num agnoscemus leges Romanas? Profectò hæc sunt nobis omni ueneratione habendæ & obseruandæ, quia sumus Romani ciues. Sed quantum ad hoc negotium de cõiugio attinet, tantum valere videntur, quatum valent Canonibus pontificiis. Administratores Romanarum legum subiecerunt eas Canonibus pontificiis. Videamus igitur quantam autoritatem tribuat Euangelium Romano Pontifici in ferendis publicis legibus. Gloriatu se successorem Apostolorum (Fallitur hic Brentius hæretico sermone Martini Lutheri correptus) adeoque vicarium Christi in terris. Non est seruus supra dominũ, nec discipulus supra præceptorem, Christus autè nõ venit in hunc mundum vt legislator, & vt externus monarcha, cùm rogaretur vt hæreditatem inter fratres diuideret, ait, Quis me cõstituit iudicè? Et alias. Filius hominis nõ venit vt sibi ministraretur, sed vt ipse ministraret. Quare Christus nõ venit in hunc mundũ vt nouas leges & nonas politias institueret, sed venit vt Euangelium de remissione peccatorum prædicaret, ac moretur propter peccata nostra, & resurgeret propter iustificationem nostri. Eodem modo misit Christus Apostolos suos in hunc mundum, non vt legislatores, non vt instauratores nouarum politiarum, sed vt ministros Euangelii. Sicut me, inquit, misit pater ita & ego mitto vos. & Ire in vniuersum mundum, & prædicare Euangelium omni creaturæ. Quare quanto magis Romanus pontifex gloriatur se successorem Apostolorum, & vicarium Christi, tantò minorem habet autoritatem condendarum nouarum legum. Hallucinatur hac parte, vt diximus, Ioan. Brentius. Nam legislatoris verba sunt, Quicumque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causã, facit eã mechari, & qui dimissam dixerit, adulterat. Hic enim veterem legem abrogat, & nouam instituit. Et legislatoris verba sunt, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ Dei. Itè, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ipse venit vt institueret nouam politiam cœlestem, de qua B. Ioann. Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem notam descendente de celo, à Deo paratam sicut sponfam ornata viro suo. Non est autè ciuitas sine legibus bene instituta, de qua ipse Dominus, Super hanc petram ædificabo ecclesiã, hanc nonã videlicet ciuita-

Responsio ad
errorè Brentii,
nostro propo-
sito imperi-
nentem.

ciuitatem, cuius clauis dedit Petro, vt quicquid ligaret super terram, esset ligatum & in cœlis: & quodcunq; solueret, esset solutum & in cœlis. Et potestate hac leges ferendi vsi sunt & ipsi Apostoli. Aiunt enim, visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quàm hæc necessaria, vt abstineatis ab immolatis simulacrorum & sanguine & suffocato, & cæt. Et Paulus confirmans Ecclesiã, præcipiebat custodire præcepta Apostolorum & seniorum. De quo circa articulum 26) Quid ergo nũc sentiendũ de legibus Romanis seu Imperatorijs? Diximus administratores earum subiecisse ipsas canonicas seu legibus pontificiis. Ostendimus autem nunc, nullam esse prætextu euangelij, autoritatem pontificum in condendis legibus. Nulla igitur erit etiam autoritas earum legum, quas Romani Imperatores subiecerunt legibus pontificiis: adeoque manifestum est quod ciuiles leges, & si magnam habent diuino testimonio autoritatem, tamen quia seu superstitione, seu ignorantia, aut deceptione administratorum cedunt pontificiis canonicis, suam quoque autoritatem amittunt. Quo igitur nos in causa nuptiarũ nunc vertemus? Lex Moyfi abrogata est per euangelium: lex pontificia nullam habet autoritatem ex Euangelio, legibus Romanis iua autoritas sublata est, cum administratores subiecerint eas legibus pontificiis, hoc est nullis. Quid ergo faciemus? Non enim permitendum est, vt vnusquisque pro suo arbitrio cum qualibet coniugium ineat, ne & nos euomat terra, quemadmodũ euomuit Cananæas, cùm nefarias & incestas nuptias contraherent.

Cùm igitur nulla nobis reliqua sit lex de nuptiis, sectanda est lex naturæ. Rectè enim Iuriconsultus dicit, In contrahendis matrimoniis naturale ius & pudor inspiciendus est. Sed hoc opus hic labor est, vt cognoscamus quæ sit in hoc negotio lex naturæ, & quos consanguinitatis & affinitatis gradus natura doceat esse nuptiarum impedimenta. Hic iterum nobis redeundum est non ad Canones p̄rificios, sed ad Moysen & leges Romanas. Deus enim instituit & approbauit politiam Mosaicam, approbauit etiam politiam Romanarum legum, quemadmodum Paulus ad Romanos cap. 12. testatur. Ac tamen si Mosaicam politiam nunc abrogata est, ea tamen natura lex, quæ præter politiam & Leuiticam in Moyse continetur, non est abrogata. Et quanquam administratores Romanarum legum cefferunt Canonibus pontificiis, tamen quemadmodum ille quondam appellauit a rege somnolento ad vigilantiã, & alius ab ebrio ad sobriũ, ita nos appellabimus à decipulis fraude ad rectè edoctos, aut à legum administratoribus ad ipsas leges, vt agnita eorum autoritate intelligamus à quibus nuptiis, tam lege naturæ, quàm etiam lege politia seu politica, abstinentum sit. Er postea arbore consanguinitatis & affinitatis iuxta leges Romanas. Hic, inquit, licet nunc videre in quibus personis Moyses & Romanæ leges contineant. Ac primũ in linea recta ascendente & descendente ita cõueniunt, quòd & si Moyses non recenseret nominatim auis & proneptes, tamen quia intelliguntur nomine matrum & filiarum, non est hac in parte vlla inter ipsos dissentio. Deinde in linea collateralis Moyse, nõ addit amitam magnam, & materteram magnam, sed quemadmodum omnes personæ à matre in recta linea ascendente prohibita sunt, quia sunt matres; ita quæcunque personæ ascendendo, veniunt propriè nomine amitæ seu materteræ, prohibita sunt, quia sunt loco matrum. Ad hæc, Moyse non ponit nominatim fratris aut fororis filia & neptem, sed sicut omnes personæ à filia in recta linea descendente, sunt prohibita, quia sunt filia, ita omnes personæ à fratre aut forore in ipsorũ recta linea descendente sunt prohibita, quia sunt loco liberorum: Et de nepte ex fratre aut forore regula est. Cuius filiam vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur. Præterea Moyse non numerat patrũ nec auunculum, sed vt in genealogiis solet plerumque masculorum tantum mentio fieri, ita in describendis personis, cum quibus nuptiæ contrahi non possunt, ponit Moyse masculum pro trunco. Vir enim caput est mulieris, ideoque enumerat tantum sceminas. Quod si posueris sceminam pro trunco, tunc natura ipsa docet loco amitæ & materteræ patrũ & auunculum ponendum esse. Quanta enim est propinquitas consanguinitatis inter masculum & amitam suam, tanta etiam est inter sceminam & amitam suam. Quare non fuit necesse has personas nominatim commemorare. In affinitate similiter conueniunt Moyse & leges Romanæ, si naturæ ipsius ductum seu regulas quas recensimus obseruaueris. In hoc tamen diuersitas est, quòd Romanæ leges iubent abstinere à sorore vxoris, quam tamè Moyse post mortem vxoris permittere videtur. Item Romanæ leges non iubent diserte abstinere ab vxore patris, quam Moyse prohibet. Sunt & aliæ personæ cum quibus in alia politia licuit contrahere nuptias, in alia non licuit. Cum Cananæis, Amorrhæis & aliis gentibus, quæ in Deuteronomio recen-

Brentius.

Brentius.

Lex natura-
lis sectanda in
contrahendis
nuptiis.Magna inuis-
ria Imperato-
res & Prince-
pes Germani-
cæ.C. de incestis
et inuis. nup.
l. Fratris vxor
venit.
cap. 7.

h h sentur,

sentur, non sicut Israelitis lege Moyſi contrahere nuptias, quod tamen legibus Romanis licuiſſet. In legibus Romanis prohibetur coniugium inter tutorem & pupillam, & inter alias quafdam perſonas, quæ in Pandectis & Codice enumerantur, de quibus tamẽ in lege Moyſi nulla fit mentio. Sentiendum igitur eſt, quod inter has perſonas conſanguinitatis & affinitatis, in quibus Moyſe & Romanæ leges conueniunt, non poſint nuptiæ conſiſtere naturali iure, quod eandem vim ubique apud omnes gentes habet: eſſi enim patriarchæ quidam contraxerunt nuptias cum aliquibus perſonis in lege Moyſi prohibitis. Nam Abraham duxit Saram, quam ſcribunt fuiſſe filiam fratris Abraham, in vxorem: & Iacob habuit duas ſorores ſimul in vxores, attamen hæc heroica exempla, quæ Deus ſuo quodam conſilio vel approbavit, vel tolerauit, vt non ſunt temerè condemnanda, ita nec ſunt imitanda. Sed manendum eſt nobis in obedientia iuris naturalis. Non eſt autem obſcurum, quod nuptiæ harum perſonarum de quibus Moyſe & leges Romanæ conueniunt, prohibita ſint inter ſe naturali iure. Exant enim diuina teſtimonia de vtraque poſitia, Moyſaica videlicet, & Romana, quarum alteram non eſt dubium, quin Deus inſtituerit & confirmauerit inter Israelitas magnis & ſtupendis miraculis, alteram teſtatur Paulus à Deo ordinatam eſſe. Quod autem inter legiſtatores præcipuarum, in toto orbe politiarum, hoc eſt, Iudæorum & Gentium, quæ diuinitus confirmata ſunt, conuenit, hoc ius eſſe naturale perſpicuum eſt. Quare ſentiamus inter eas perſonas, de quibus Moyſe & leges Romanæ conueniunt, nuptias naturali iure conſtare nõ poſſe. Accedit hoc, quod Deus manifefſtis ſuppliciiſ ſignificauit, prohibitionẽ harum perſonarum, de quibus conueniunt Moyſe & Romanæ leges, naturalis iuris eſſe, & ad omnes gentes pertinere, quia ſeueriſſimè puniunt Genres Cananas & finitimas, propterea quod contraherent nuptias ſine perſonarum diſcrimine, ad quas tamen gentes nec lex Moyſi, nec leges Romanæ quæ nondum latae erant, pertinebant. Sic enim ait Moyſe ad Israelitas, Non polluamini in vllis his quibus contaminatae ſunt gentes, quas ego eiſciam ante conſpectum veſtrum, & quibus polluta eſt terra, cuius ego ſcelera viſitabo, vt euomat habitatores ſuos. Et mox, Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt & abominatus ſum eas. En Deus ipſe affirmat inceſtus gentium nuptiis terram pollutam fuiſſe. Quare manifefſtè ſignificat has nuptias naturali iure prohibitas eſſe.

De aliis autem perſonis, de quibus Moyſe & Romanæ leges non conueniunt, ſentiamus eas prohibitas eſſe non naturali, ſed poſitiuo ſeu politico iure. Et quia alia eſt poſitia Moyſaica, alia Romana: nos autem non agnoſcimus Moyſaicam poſitiam ſed Romanã, ideo in contrahendis nuptiis debemus etiam ab iis perſonis quas politica noſtra iura, hoc eſt, Romana prohibent, abſtinere, quatenus quidem hoc & leges ipſæ, & adminiſtratores earum exigunt. Oportet eſſe ſubditos, inquit Paulus, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Iam ne cum illis quidem perſonis quas permittunt leges, temerè contrahendum eſt, ſi publica conſuetudo alio vocauerit. Duorum ſiatur ante vel ſorum; vel fratris & ſororis liberi, poſſunt iuxta leges Moyſaicas & Romanas coniungi, & tamẽ honeſtorum hominum eſt, vt in his & ſimilibus nuptiis nihil inconſulto legitimo magiſtratu agant. Præclarè enim dicit iuriſconſultus. Semper in coniunctionibus, non ſolum quid liceat, conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum eſt. Itaque in nuptiis contrahendis primum omnium obſeruandum eſt ius naturale, aduerſus quod nulla humana diſpenſatio excogitanda aut ſuſcipienda eſt. De caſibus enim qui habent neceſſarias cauſas, & qui rariſſimè contingere ſolent, nullus hic fit ſermo. Deinde obſeruandum eſt ius politicum & publica conſuetudo. Qua in re, quia in contrahendis nuptiis non agitur tantum negotium conſcientiæ, verum etiam ſucceſſionis & hæreditatis, id agendum eſt quod & boni viri honeſtum iudicant, & à legitimo magiſtratu permittitur.

Clariſſimè hic oſtendit Ioannes Brentius perplexitates & anguſtias, quas patitur in explicando perſonas prohibitas & gradus conſanguinitatis & affinitatis, in quibus matrimonium contrahi non poteſt, ex diametro cum Martino Luthero & Bucero, imò & ſecum pugnans: quod eis facile contingit qui ſemel regulam fidei deſeruerunt, & proprium ſequuntur ingenium. Primum omnium, inquit concludendo, obſeruandum eſt in nuptiis contrahendis ius naturale, aduerſus quod nulla humana diſpenſatio ſuſcipienda eſt, exceptis caſibus qui rariſſimè contingunt. Deinde obſeruandum eſt ius politicum & publica conſuetudo. Et tercio id agendũ quod & boni viri honeſti iudicant. In coniunctionibus enim non ſolu quid liceat conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum eſt. Vbi in genere remittit ad honeſtatẽ, conſuetudinẽ, & iudicium boni viri, qui valde variè iudicant,

Ugo ſcripſit
re teſtimonio
hoc eſt perſpicuum.

Romanorum
legi non me-
minit Deum,
ſed Leuitica
tam tantum.

Luthero &
Bucero hoc
permittit ex
potestate eũ
gelica & chri-
ſtiana.

cant, & quiſq; pro ſuo affectu & inſtitutione vel catholica vel hæretica. Naſcuntur ei hæ anguſtiæ ex eo quod in Chriſto & eius vicario non agnoſcit poteſtatem legiſlatiua, quã oſtendimus neceſſariò ſequi poteſtatẽ magnæ multitudinis gubernatiua. Eſt autẽ omnium Chriſtianorum vna reſp. vna ciuitas, vt dicit B. Auguſtinus: quanquam per ſe abſurdum ſit dominum domus non poſſe familia ſua præſcribere leges ſecundũ quæ viuat in domo ſua. Moyſes enim, inquit Apoſtolus, fidelis erat in tota domo eius tanquam ſamulus in teſtimonium eorum quæ dicẽda erant. Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos: qui eandem poteſtatem peregre profecturus in eum tranſtulit, quem nomine ſuo eidem familia præfecit, quem tamen voluit omnium domeſticorum eſſe miniſtrum, vt quæreret & procuraret non ſua cõmoda, ſed eorum dũtaxat ſalutẽ. Qui voluerit, inquit, inter vos primus eſſe & maior fieri, erit veſter miniſter & veſter ſeruus. Et b. Hierò. Propterea inter 12. inquit, vnus à Chriſto eligitur, vt capite cõſtituto, ſeiſmaticis tollatur occaſio. Hac poteſtate vſus eſt Apoſt. multa apud Corinthios diſponẽdo: Cætera, inquit, cum venero diſponã. Fugit itaque Brentius primò ad ius naturæ, nihil docẽs vnde ipſum ſumi & colligi debeat, an à fine operis principali, an à ſecundario, nihil etiam diſtinguẽs inter ius naturæ, quod ex principiis practicis neceſſariò, & aliud quod dũtaxat probabiliſer ſequitur, vel quod ſolum eſt eis conſentaneum & aliter fieri poſſet: quæ doctores ſcholæ licet exactiſſimè tractant. Et in hoc fallitur, quod nihil faciat diſcriminis inter ius naturæ coniugium dirimens & ſolum prohibens. Nullam præterea rationem habet mul tiplicandæ amicitia, in contrahendis coniugiis, quam tamen poſitiſſimum habendam eſſe docet B. Aug. & etiam philoſophi lumine tantum naturali rationis illuſtrati. Ait enim Plutarchus, Quid eſt quod propinquis & cognatis non nubunt? an quod nuptiis neceſſitudines augeri volunt, & vltro citroque filias dando & accipiẽdo, multos tibi propinquos adiungere? Sacri verò Canones omnibus his diligenter expenſis, explicant quæ ſint impedimenta ſolum prohibentia, quæ dirimentia, & vbi ius naturale vel diuinum ambiguum eſt, vel ſolum prohibens non dirimens, explicant & addunt, quod ei pro tempore eſt conſentaneum. Nec aliter explicat Brentius ius naturæ quàm quod hoc ſit, in quo conueniunt Moyſes & leges Romanæ. Hoc, inquit, eſt ius naturale vel diuinum eſt: Sed quo ſcripturæ teſtimonio eſt perſpicuum? Nam diſputationes, & varia doctores ſententia oſtendunt obſcurum eſſe, an ſint iuris naturæ ea in quibus poſita Moſaica & Romana conueniunt, cum certum ſit non eſſe iure naturæ prohibitas omnes perſonas quas Moyſes in Leuitico enumerat. Multa ſunt & alia, in quibus Brentius anguſtias ſe pati oſtendit, referens propterea tandem omnia ad boni viri iudicium. Adduximus autẽ huc eius de hac re ſententiam, vt manifefſtum ſit contra Martinum Lutherum & martinum Bucero palam & catholicè eum docere atque conſiteri leges Leuitici de nuptiis, locum non habere tempore noui teſtamenti, & per Euangelium eſſe abrogatas, & diuerſum docentes ad Iudaismum redire, atque ad infirma conuerti elementa. Bucerus etiam & Luthertus nullam admittunt conſuetudinẽ, nullam honeſtatẽ, cuius nõ meminerit leges Leuitici. Ait enim Bucerus, Quis honeſtatis hic maiorem rationem habeat Deo ipſo omnis honeſtatis authore? Et Luthertus numeratis perſonis quæ ratione cõſanguinitatis & affinitatis in Leuitico à nuptiis prohibentur. Harum inquit, cum nulla perſonarum matrimonium contrahere poſſunt, cum ſiquis poſſunt. Inde ſequitur, conſobrinos inter ſeſe matrimonii leges ſociare poſſe diuina & Chriſtiana poteſtate, hoc eſt, ex euangelica libertate. Nullam hi admittunt legem Romanam, nullam conſuetudinẽ, nullam adoptionem, nullam honeſtatẽ, extra perſonas à Domino in lege prohibitas. In quibus omnibus etiam aduergit Ioannes Brentius, qui in nuptiis præcipuum tribuit Romanis legibus authoritatẽ. Nec tamen ſatis ſibi ipſi cõſentit (vt ſupra diximus). Nam primum reuocat Romanas leges, eò quod ſacris Canonibus ſe ſubiiciant, quare ſuam quoque authoritatẽ, inquit, amittunt; & poſtea reuertendo cõcludit, In contrahendis nuptiis, inquit, debemus etiam ab his perſonis quæ politica noſtra iura, hoc eſt, Romana prohibent abſtinere. Et mera eſt inſania quod dicit, Appellabimus à deceptis fraude, ad rectè edoctos, aut à legum adminiſtratoribus ad ipſas leges, quemadmodum ille quondã appellauit à Rege ſomnolento ad vigilantiã, & alius ad ebrio ad ſobrium. Vbi vnuerſas Imperatores à multis ſeculis & legum adminiſtratores, homo hæreticè errore ebrius, ſomnolentos facit & ebrios. Et ad quos iudices appellabit? Si ad Martinum Lutherum & Bucero, hiã ſententiam contra ipſum pronũcia- runt, & quidem poſitiſſimum Luthertus aſſeruit eſſe contra libertatem Euangelicam, quod alie leges quàm Leuiticæ in nuptiis prohibendis locum habeant, vel audiantur.

De opere mo-
nachorũ c. 25
lib. 3.

Matthæ. 20.
Lib. 1. aduer-
ſus Iovinianum.

de ciuita. Del
lib. 11. cap. 16
in problem.

Bucert in cõ-
ment. in Mat-
thæam c. 16.

In ſermon. de
matrimonio.
An. 25. Argẽ-
torati impreſ-
ſo.

Et si ab eorum sectatoribus doceantur reipublicæ administratores atq; Imperatores, hi persuadebunt, vt contenti sint iisdem legibus diuinis. Alii dicit Imperatores religiose fecisse agnoscendo primariam in regulandis nuptiis apud prælatos Ecclesiæ auctoritatem, qui in sua gubernatione altiorem scopum spectat, quam potestas secularis, Multo probabilis collegisset Brentius, ex eo quod administratores Romanarum legum eas p̄tificijs canonicis subiecerunt, ipsis hoc iudicium deferendo, quod in nuptijs Canones isti sunt obseruandi ex auctoritate saltem legum & Imperatorum, qui eos approbando suos fecerunt. Deberet Brentius exhibere procuratorium quo commissum est ei nomine Imperatorum appellationem hanc interponere, quæ quia adhuc pender, nihil esset in nouandum, donec definitum fuerit, an rectè se sacris Canonibus subiecerint, an malè. Plurima alia prætereo in quibus idem Ioannes Brentius aduersatur Luthero & Bucero. Hi enim admittunt patruelium & consobrinorum coniugia, ipse tanquam infamia dânat. Probat ipse sicut leges Romanæ, cognationem legalem quæ est per adoptionem, quam illi tanquam libertati euangelicæ contrariam improbant. Dicit præterea omnes personas à fratre aut sorore descendentes, similiter ascendendo super amitam in infinitum esse iure naturæ prohibitas, contra ipsam veritatem & eosdem ipsos nominatos. Quando autem tandem se explicare non valens, omnia refert ad iudicium viri prudentis, meritò ad Concilium generale referre deberet, cui nullus vir bonus in prudentia, iudicio & auctoritate præferri potest, in quo omnis huius controuersia facta est definitio tempore Innocenti tertij, Concilio videlicet Lateranen. quo nunquam vllum fuit celeberrimus aut numerosus viris sanctis & doctissimis. Scribuntur enim in eo fuisse patriarchæ & prælati mille treceti & quindecim. Vere scriptum est de Brentio & reliquis Ecclesiæ defensoribus, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Vt autem plenius intelligantur quæ scribit Ioannes Brentius, numerabimus personas quas in Leuitico ob consanguinitatem & affinitatē docet esse prohibitas, & quas iuxta leges Romanas. Ob consanguinitatem dicit prohiberi matrem, materteram & amitam, & ex paritate rationis omnes personas supra eas ascendentes, item & sorore, & ex conuocanti omnes ex ea descendentes filiam & neptem. Ob affinitatem verò nouercam, vxorem patris, vxorem fratris viuente adhuc fratre, sororem vxoris viuente adhuc vxore, nurum, priuignam filii priuigni vel priuignæ: Iuxta leges verò Romanas ob consanguinitatem scribit prohibitas, matrem, auiam, proauiam, abauiam, amitam, materteram, amitam magnam & amitam maiorem, materteram magnam & maiorem, fratris filiam, fratris neptem & proneptem, sororem, sororis filiam, neptem & proneptem. Et ob affinitatem iuxta easdem leges Romanas, nouercam socrum, matrē socrus, soceri vitrici & nouercam auiam socrus, soceri, & cæ. Addit à latere vxorem aui & proau, quæ sit nouerca, vxorē fratris, sororē vxoris, vxorē priuigni, nurum, priuignam, pronurum seu vxorē nepotis aut pronepotis, & cæ. vxoris neptem, proneptem & c. Ex quibus manifestum est quòd multo plures personæ iuxta Romanas leges à coniugio prohibentur, quam vtantur à domino in Leuitico. quas omnes Brent. vult nunc esse prohibitas, & simul alias iuxta boni viri iudicium.

Caluinus. In institutio nibus cap. 19 parag. 18.

Responsio. Matth. 18.

Cap. 19.

Caluinus. Responsio.

Ioannes Caluinus quasi nouus legislator & Iudex à Deo missus, de Ecclesiæ legibus circa nuptias iudicium sibi vendicat, imò & impietatis eas & iniquitatis damnat. Dum è matrimonio; inquit, sacramentum fecerunt coniugium, casarum cognitionem ad se traxerunt, & leges sanxerunt partim in Deum manifestè impias, & partim in homines iniquissimas. Cognitionem causâ matrimonialis ad Ecclesiam pertinere superius ostendimus, quâ tamen alia quadam ratione pertinere diximus ad iudicium seculare. Est enim matrimonium in officium naturæ & propagationis ciuium reipub. Ordinatur etiam ad multiplicationem fidelium & cultum Dei, secundum religionem christianam. Iniquam autem esse legem aliquam Ecclesiæ, vel in Deum impiâ, nullo scripturæ testimonio ostendit, sed affirmat solum. Quare iniquissimum esset et contra scripturam credere, quæ dicit, Ecclesiâ qui nō addiderit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, quæ ipsa à Christo testimonium habet veritatis, cuiusq; propterea in dogmatibus sequenda & seruanda est sententia, vt scribit B. Augustinus contra Petri Donatistæ epistolam. Quales sunt, vt coniugantur adulteros, parentum iniuriis contracta, firma vataq; manent. Quæ scriptura docet contrariū? Imò ipsa docet vora & iuramenta filii in domo patris, & mulieris in domo viri, de abstinentia & ieiunio facta, obligare apud Deum, donec eis fuerit contradicium: quia in istis subiiciuntur & subsunt aliis. Votis autem castitatis & abstinentiæ à concubitu non ita contradici potest in quibus alijs non subiiciuntur, iuxta inter-

interpretationem B. Augustini. Fallitur hic Caluinus, & reliqui aduersarii, nihil discernentes inter prohibitionem & direptionem matrimonii. Diximus enim filio prohibentem esse inconsultis parentibus matrimonium contrahere, sicut etiam contra prohibitionem alteri de contrahendo factam, contrahere, & contra votum castitatis: valida tamē sunt, si huiusmodi matrimonia contrahatur. Et hunc errorem manifestè prodit Bucerus, quando docet nihil esse differentia inter hæc verba, Accipio te in maritum: vel, Ad dico te mihi in vxorem: &, spondeo me tibi vxorē fore. Quid enim, inquit, illa verba habent quod non contineatur in istis, Spondeo me tibi vxorem fore?

In comment. Matth. 9.

Ne inter cognatos ad septimum vsque gradum legitima sint matrimonia, & quæ contr. d. l. sunt. Caluinus. dissoluantur.

Olim ante Concilium Lateranen. ad septimum vsque gradum personæ inter se contrahere vetabantur, vt ad plures per consanguinitatem & affinitatem naturalis amicitia distunderetur: Et vsque ad septimum gradum rationabiliter, vltra quem non facile remanebat communis radicis memoria, Restricti sunt autem postea vsq; ad gradum quartum, vltra quæ inutile tunc & periculosum erat gradus consanguinitatis prohibere iuxta sententiam Concilii generalis. Inutile quidem quia ad remotiores consanguineos, quasi nullum fœdus maioris amicitia quam ad extraneos habebatur, charitate in multorum cordibus frigescente. Periculosum verò, quia concupiscentia & negligentia prævalente tam numerosam consanguineorum multitudinem homines non satis obseruabant, & sic laqueus damnationis multis inieciatur ex remotiorum graduum prohibitione. Restricta est autem prohibitio vsque ad quartum gradum, eò quòd vsque ad quartam generationem homines viuere consueuerunt, vt sic non possit consanguinitatis memoria aboleri: Vnde dominus in tertiam & quartam generationem peccata parentum se visitaturum in filiis comminatur. Habita est igitur in his prohibitionibus ratio, hominum videlicet confederatio & multiplicatio amicitia, & ad amicitiam quasi fugientem reuocandam ad quartum gradum restricta est prohibitio. Has autem fuisse iustissimas rationes coniugia prohibendi, docet B. August.

Responsio.

Li. 15. de ciu. Dei cap. 22.

Gradus verò ipsos contra gentium omnium iuræ: & Moysi quoq; politiam consingunt.

Caluinus. Responsio.

Iusta ratione Ecclesiâ gradus computare aliter quam eos leges computant, docet Alexander secundus scribens episcopis atque iudicibus per Italiam constitutis. Nos, inquit, Deo annuente hanc quæstionem, de varia graduum computatione discutere curauimus in synodo habita in Lateranen. consistorio, conuocatis ad hoc opus episcopis, clericis atq; iudicibus diuersarum prouinciarum. Deniq; diu ventilatis legibus in sacris Canonibus, distinctè inuenimus ob aliam atque aliam causam, alteram legum fieri mentio Canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi vt hæreditas vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In Canonibus verò ob hoc progenies computatur, vt aptè monstraret vsq; ad quomam generationem à consanguineorum nuptiis sit abstinentum. Ibi præscribitur vt hæreditas propinquis modo legitimo conferatur. Hic verò vt ritè & canonicè inter fideles nuptia celebrentur. Et post pauca interposita. Vtramque tamen computationem, inquit, si attentè ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse & eandem in eis sententiam esse, atque ad eundem terminum conuenire manifestissimum erit. Et hoc modo (quo sacri Canones prudentissimus, inquit, papa Gregorius gradus computauit. Quæ ibi latè profequitur, dicens profanum esse errorem eorum, qui aliter consanguinitatis gradus computabant, quos in sine Decretalis suæ gladio perpetui anathematis iugulandos dicit. Hic igitur profanum errorem resuscitat hic Ioannes Caluinus.

35. quest. 5. c. ad sedem Apostolicam.

Ne viro qui adulteram repudauerit, alteram dudere liceat.

Caluinus. Responsio. Marti 10.

Quæ est hic iniquitas, quæ erga Deum impietas? Docuimus in superioribus sententia & iudicium Saluatoris esse, Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Viro igitur qui adulteram dimittit alteram ducere non licet, quia sententia Saluatoris mœcharetur.

Luca 16.

Ne spirituales cognati matrimonio copulentur.

Caluinus. Responsio.

Inter cognatos spirituales magna est amicitia. Vt ergo charitas & amor multiplicetur, & ad alios per matrimonium familiaritas & amicitia quærat, iusta ratione spiritualis cognatio ex Ecclesiæ constitutione facta, est matrimonii impedimentum, cuius bonum & finis secundarius, est amicitia multiplicatio, vt docet B. Augustinus. Et pauci sunt eius gradus in quibus matrimonium dirimit.

Loco vi sup. lib. 6. de cogitatione spirit. cap. primo.

Calvinus.

Nec à septuagesima ad octavas Paschæ, tribus hebdomadibus ante natalem Ioannis, ab aduentu ad Epiphaniam nuptiæ celebrentur.

R. J. confit.

Ista Ecclesiæ ordinatio ante multos annorum centenarios obseruata est, vt docet Gratianus ex Concilio Laodicensi celebrato circa tempora Damasi & Liberi pontificum: Item ex Concilio Martini papæ, & Concilio Ilerdensi circa tempora Symachi papæ vel Hormistæ celebrato. Et iusta ratione facta est hæc prohibitio, quia dum nonæ sponsæ tra-
ducuntur, coniugum animus ex ipsa nouitate, cura carnalium occupatur, & dissolutio-
nes multæ in nuptiis fieri solent, propter quas illis temporibus, in quibus homines præ-
cipuè se debent ad spiritualia eleuare, conueniebat prohibere ne nuptiæ celebrentur, hoc
est ab aduentu vsque ad Epiphaniam propter communionem, quæ secundum antiquos
Canones in Natiuitate fieri solent. Et à septuagesima vsque ad octavas Paschæ, propter
communione[m] paschalem: & à tribus diebus ante Ascensionem, vsque ad octavas Pen-
thecostes, propter præparationem ad communionem illo tempore sumendam. Pastoris,
namque & animarum præpositi officium est, oues suas ad salutaria dirigere, & à noxiis
atque etiam in decentibus coercere, ac earum promouere salutem. Nec tamen irrita sunt
coniugia quæ contra hoc Ecclesiæ interdictum contrahuntur, sicut nec clandestina.

Nihil itaq; impietatis aduersus Deum, nihil in homines iniquitatis continent
ecclesiastici isti canones, quos Ioannes Calvinus impiè, & sine scriptu-
ris dicit partim in Deum impios, partim in homines iniquissi-
mos. Ex quibus omnibus nunc dictis certissimum est
& infallibili fide credendum, quod matrimo-
nia contra Canones ipsa dirimentes
contracta inualida sunt
& nulla.

F I N I S.

